DISSERTATIO

DE SCIENTIA MEDIA

TRIBUS LIBRIS ABSOLUTA,

Quorum

Prior GABRIELEM PENOTTUM ad partes vocat in suo *Libertatis humanæ Propugnaculo*: & ad Quindecem Capita posteriora Libri Tertii Responsionem exhibet:

Posteriores duo FRANCISCO SUARESIO oppositi sunt, duosque Libros ejus *De Scientia Dei* inscriptos refellendos suscipiunt.

I. *Alterum de Scientia futurorum contingentium absoluta.*

II. *Alterum de Scientia futurorum contingentium conditionata.*

Unà cum

DIGRESSIONIBUS

Quarum Catalogus post Præf. exhibetur.

Autore GULIELMO TUVISSE S. Theologiæ Doctore.

Act. 15. 18.

Nota sunt Deo ab omni ævo omnia opera sua.





Prostant

ARNHEMII apud Jacobum à Biesium

M. DC. XXXIX.

PRÆFATIO
Ad lectorem.



DEUM esse, tam notum esse videtur, quàm quod est notissimum. Hujus generis sunt illa, quæ Scholasticis dicuntur *nota per se*. Horum autem ea ratio est, si Thomæ credimus, ut *prædicatum includatur in ratione subjecti, ut* (inquit) *homo est animal, nam animal est de ratione hominis.* *1.p. q.2. art.1. in corp.* In Deo autem idem esse *essentiam & esse* probat idem Aquinas hujusmodi demonstratione; *Si ipsum esse rei sit aliud ab ejus essentia, necesse est, quod esse illius rei vel sit* *1.p.q.3. art.4. in corp.* *causatum ab aliquo exteriori, vel à principiis essentialibus ejusdem rei. Impossibile est autem quod esse sit causatum tantum ex principiis essentialibus rei: quia nulla res sufficit quod sit sibi causa essendi, si habeat esse causatum. Oportet ergo quod illud, cujus esse est aliud ab essentia sua, habeat esse causatum ab alio; hoc autem non potest dici de Deo, quia Deum dicimus esse primam causam efficientem. Impossibile est ergo quod in Deo sit aliud esse, & aliud ejus essentia.* Itaq; *Deum* esse vult Aquinas ex iis esse, quæ nota sunt per se, non tamen *quoad nos*, sed tantum *secundum se*; atq; hinc esse vult, quod non defuerint aliqui qui Deũ esse negaverint. Itaq; cũ objicitur *illa esse per se nota quæ statim cognitis terminis cognoscuntur: Sed intellecto quid significet hoc nomen* Deus *statim habetur quod Deus est. Significatur enim hoc nomine id quo majus significari nõ potest: majus autem est, quod est in re & in intellectu, quam quod est in intellectu tantum: unde cum intellecto hoc nomine Deus statim sit in intellectu, sequitur etiã quod sit in re: ergo Deum esse est per se notũ.* Ad istam objectionem responsionem duplicem accommodat Thomas, quarũ prima sic se habet. *Forte ille qui audit hoc nomen* Deus *non intelligit significari aliquid quo majus cogitari non potest, cum quidã crediderint Deum esse corpus.* Sic fuit responsio prima, sequitur secunda: *Dato etiam quod quilibet intelligat hoc nomine Deus significari hoc quod dicitur; scilicet illud quo majus cogitari non potest, non tamen propter hoc sequitur, quod intelligat id, quod significatur per nomen esse in rerum natura, sed in apprehensione intellectus tantum. Nec potest argui, quod sit in re, nisi daretur, quod sit in re aliquid, quo majus cogitari non potest, quod non est datum à ponentibus Deum non esse.* Sed nisi me fallit animus, operæ pretium erit ista examini subjicere, & in primis quod attinet ad descriptionem nominis, qua *Deus* dicitur *esse id quo nil majus cogitari potest*; Bradwardinus ita repetit ex Anselmo, quasi sic procederet, *Deus est, quo nihil melius cogitari possit*: idque ex cap. 2. proslog. Verum Durandus & Aquinas rectius quoad literam Anselmi non habent *melius*, sed majus; Attamen ista non tam separanda sunt quàm conjungenda juxta Anselmum: Nam Monolog. capite 14. conjunguntur ista apud Anselmum non semel; *Ipsa essentia* (inquit) *quicquid boni vel magni est, non est per aliud*, quàm *per seipsam*; & paulo post, *Summa essentia omnino major & melior est quàm quicquid non est, quod ipsa*; & eodem capite descriptionem eandem expedit, missa *majoris*, & retenta sola ratione *melioris*; *Sicut* (inquit) *nefas est putare quod substantia summæ naturæ sit aliquid quo melius sit aliquo modo non ipsum, sic necesse est, ut sit quicquid omnino melius est, quam non ipsum. Illa enim sola est, qua penitus nihil est melius, & quæ melior est omnibus, quæ non sunt quod est ipsa.* Ad eundem modum Augustinus de doctrina Christ. libro primo capite 7. *Cum Deus cogitatur, ita cogitatur ut aliquid quo nihil melius atque sublimius illa cogitatio conetur attingere.* Sed utrumque si placet conjungamus & cum veteribus Romanis Deum *ut optimum maximum* concipiamus. At (inquam) hoc ipsum evincit non modo necesse esse ut Deus sit, verum etiam ut existat necessario, alias enim implicaret contradictionem ut existeret. Nam si non existeret, fieri non posset, ut existeret. Neque enim vi sua existeret, postquam non esset; quod si ab alio fieret ut existeret, nequaquam esset optimus maximus; etenim causa ejus & major esset & melior ipso. At quis sobrius diceret illud esse optimum maximum, quod nec entitatem habet, nec habere potest, & consequenter neque bonitatem, aut vim ullam: Neque enim quod non est dici potest optimum & maximum actu, sed duntaxat potentia; quod autem fieri non potest ut omnino existat, ne potentia quidem est ens, aut bonum, quanto minus optimum & maximum. Et quemadmodum ista est formalis consequentia, *mortui sunt miseri, ergo sunt.* Ita etiam multo magis & ista est formalis consequentia, *Deus est quiddam optimum & maximum; ergo est.* Dico, multò magis, quia cum ratione ali-

qua neutiquam improbanda dicere possumus mortuos esse miseros eo nomine, quia cum prius essent, jam esse desierint. At Deus nulla ratione tolerabili dici potest optimus & maximus nisi existat, idque necessario. Quicquid autem per consequentiam formalem non syllogisticam verum esse demonstratur; illud, nisi me fallat animus, habendum est tanquam notum per se, & ejusmodi, quod nemo negare potuerit; nisi aut ignorata, aut non penitus adversa terminorum significatione, quod quidem meo judicio nihil obest, quominus dicatur aliquid notum esse per se.

Licet igitur nihil evidentius videatur, quàm Deum esse, quippe cum ratione nominis ejusmodi quid significet quo nihil melius aut majus cogitari possit, ipsa tamen essentia divina adeo recondita est & occulta, ut nihil prorsus occurrat, quod intellectus nostri aciem

de nat. Deor l. 1. magis fugiat. Subit animo, quid Cotta apud Ciceronem præfetur. *Roges me* (inquit) *quid aut qualis sit Deus? Autore utar Simonide de quo cum quæsivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi unum diem postulavit: cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit; cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret cur ita faceret. Quia quanto* (inquit) *diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.* Non quia minus lucida sit, aut minus intelligibilis essentia divina; quippe cum procul dubio, sicut est primum ens ita etiam necesse sit ut primum intelligibile censeatur; quodque cætera omnia reddat actu intelligibilia; quemadmodum lux corporalis primum visibilis cum sit cætera omnia facit actu visibilia. Sed hujus rei ratio mentis nostræ caligini in solidum tribuenda est, & in nostratem intelligendi modum refundenda, quippe cum oporteat intelligenté (docente hoc Aristotele, & nemine quod sciam reclamante) phantasmata speculari. Hinc est quod singulari

Metaph. l. 2. cont. 10. judicio profiteatur idem philosophus; *quemadmodum vespertilionum oculi ad lumen diei se habent; ita intellectum animæ nostræ se habere ad ea quæ omnium manifestissima sunt.* Atq; etiam si hæc propria sit Christianorum gloria, quod non tantum naturali rerum contemplatione suffulti, sed & divina rerum supernaturalium revelatione freti, de Deo sentiamus quæ sentimus, attamen ne tantis quidem subsidiis instructi, Deum ipsum quoad essentiam ejus ab intellectus nostri lumine comprehensibilem esse audemus profiteri. Licet enim in eo

1. Jo. 1. 5. tenebræ non sint, nostrum tamen intellectũ occupant tenebræ plusquam Cimmeriæ, quo fit, ut ad supernaturalia contemplanda immane quantum inidonei simus. Adeo ut Deum & lucem habitare simulque lucem istam ἀπρόσιτον inaccessibilem eodem spiritu profitea-

1. Tim. 6. 16. tur Apostolus. Flagraverat olim Moses desiderio videndi faciem Dei, quem tamen sua sorte contentum esse volebat Deus; quippe cum ejus faciem & intueri & in vivis esse nemini mortalium possibile fuisset. Expleta itaque non vigente mortalitate videbimus

Psal. 17. ult. faciem ejus, *& in lumine ejus lumen, cum evigilavero, saturabor similitudine tua*; sic amœnus Psalmista Israelis. Itaque dum obscura hac & umbratili divini numinis apprehensione fruimur, aut relativis denominationibus assuescimus, ut cum Deum creatorem omnium omniumque provisorem, & rectorem confitemur, ut cum eundem redemptoré per Christum & in Christo patrem amantissimum recognoscimus, aut quoties ad essentiam ejus describendam provehimur, negativis ut plurimum attributis acquiescimus. Sic æternum dicimus, hoc est principii finisque expertem; Simplicitatem ejus compositionis uniuscujusque negatione designamus; eadem ratione & invisibilem profitemur & immutabilem. At quoties ad positiva ejus attributa progredimur, magnopere laborat ingenium, & in iis explicandis plurimum anhelat: Exempli gratia, Deo voluntatem tribuimus qua sibi complaceat in seipso; idque necessario; ad ea verò quæ extra sunt omnia, habeat

Eph. 1. v. 11. se liberrime, sive ad creanda quæ possibilia sunt, sive ad creata conservanda. Ex sacris enim literis edocti sumus, Deum operari omnia, *secundum consilium voluntatis suæ*, hoc est ut interpretatur Ambrosius, *solo libertatis arbitrio, nullo necessitatis obsequio.* In qua tamen libertate divinæ voluntatis explicanda magna ingenia sese fatigarunt, imo turpiter se dederunt. In hoc genere magni nominis scholastici perstringuntur à Rainando, uno nomine vapulat apud eum Cajetanus, Joannes de Salas altero, unà cum Petro Fonseca; neque enim societati suæ parcit. tertio Suarez, quarto Gabriel Vasquez, nec immerito. Et præ cæteris homo apostata, quem nuperum in Batavia Atheismi buccinatorem vocat, Conradum Vorstium, nisi me fallit conjectura, designat, cujus ea est propudiosa sententia, quam flagellat Rainandus. *Liberam* scilicet *Dei volitionem esse novam entitatem Deo minime coæternam, tametsi circa quædam objecta ante mundi fundationem à Deo profluxerit*

per

per efficientiam in actus suos elicitos, quorum est germana causa & proprie dicta. Certè proni ferimur ad interpretandum libertatem divinam quasi congruenter humanæ aut angelicæ libertati, quæ quidem est libertas ad actus varios. At jam olim à Scoto didici voluntatem divinam non esse liberam ad actus diversos instar nostræ, sed duntaxat ad objecta diversa, quæ quidem à Deo nequaquam necessario volita esse demonstrare poterimus; quomodo tamen nutus divinus liberè transeat in objecta, perscrutari non est nostrum. Sed neque minoribus difficultatibus urgetur ipsa divinæ scientiæ, quatenus ad captum nostrum accommodatur, explicatio: quæ cum duplex sit, altera simplicis intelligentiæ, visionis altera; illa videlicet quidditates, & necessarias rerum omnium complexiones, etiam contingentes quatenus possibiles complectitur; ista vero futura, præsentia & præterita: maxima viget inter Theologos controversia de scientia visionis. At meo judicio longe reconditior & nobis obscurior videtur illa quæ dicitur scientia simplicis intelligentiæ. Licet enim demonstratione luculenta confici possit necesse esse , ut Deo jam ab æterno nota fuerint quæcunque sunt possibilia, nec aliter Deo nota sint, quam essentiam suam contemplando, tanquam Ideam rerum aliarum omnium repræsentatricem. Attamen prorsus imperscrutabile videtur, quî fieri possit ut essentia illa purissima & simplicissima, concretionis omnis , & compositionis expers repræsentare possit naturam corpoream quamlibet, quantumvis sordidam, quantumvis fæculentam; præsertim cum per rerum corporalium contemplationem devenire soleamus nos in agnitionem substantiarum, ab omni materiali concretione separatarum: sed confusam tantummodo fateor, minimè verò distinctam. Quod tamen argumentum secundis cogitationibus non tam propitium videtur quàm adversum. Nam si nos à materialibus ascendere solemus ad immaterialia, quippe quæ in materialium speculo contemplari quodammodo poterimus, quidni Deus ens primum increatum & creatæ entitatis omnis fons & principium, in essentia sua tanquam in speculo (quam tamen comparationem crassiorem esse minimè diffiteor) cætera omnia quotquot possibilia sunt ad liquidum repræsentata contueatur: Quod quidem extra controversiam verum est. Sed de modo quo fieri possit, quis est hominum in statu viæ qui sibi satisfaciat ? Neque enim in illa Durandæâ explicatione possum acquiescere ;. Tribuit enim ille potentiæ divinæ rerum omnium repræsentationem ; nec omnino diffiteor quin necesse sit ut omne illud notum sit Deo in quod possit ; Ita etiam sapientiæ divinæ tribuendum est ut repræsentet quid convenienter fieri possit, unde sequitur Deo notum esse quid fieri possit. Nec tamen diceret Durandus rerum possibilium qua possibilium repræsentationem divinæ sapientiæ, sed potiùs divinæ potentiæ tribuendum esse. At meo judicio quidditas rei uniuscujusque prior esse videtur tum possibilitate ejus tum convenientia respectu finis. Nec omnino commodius repræsentandæ videntur quidditates rerum, quam in ipsa Dei quidditate sive essentia. Quidditas abstrahit tam à possibilitate, quam ab impossibilitate. Nec aliud aliquid est impossibilitas Ioanni Scoto quàm incompossibilitas, videlicet propter varias rationes incompossibiles. Exempli gratia, dicimus impossibile continuum componi ex indivisibilibus, quia videlicet ratio continui, & ratio compositionis ex indivisibilibus sunt rationes incompossibiles. Componi ex indivisibilibus non repugnat numero, sed continuo repugnat. In processu dissertationum sequentium maximè vero Digressionum ostendo, me licet Thomam sequor, essentiam Dei constituentem rerum omnium repræsentatricem tanquam Ideam, dum tamen repræsentationem istam revocat ad similitudinem, nihil omnino quod satisfaciat, aut apud ipsum, aut apud sequaces ejus, aut alios deprehendere. Ad scientiam verò visionis quod attinet, in ea juxta intellectus nostri modulum explicanda, nihil omnino reperio aut intricatum aut perplexum; nisi propter studia hominum in aliis Theologiæ apicibus veritati obstrepentium. Unde eo tandem devenerunt, ut divinæ futurorum præscientiæ prorsus diruendæ fundamenta substruerent, dum ut faciant homines liberos, nihil pensi habent, quomodò faciant sacrilegos, quod Ciceroni olim improperaverat Augustinus. Huc provehuntur hodiè Iesuitæ nupera illa scientiæ conditionatæ adinventione, quam mediam vocant, tanquàm inter scientiam simplicis intelligentiæ & scientiam visionis intercedentem, & utriusq; participativam. Atque hac inventione sua fingunt futura esse, quæ revera non magis futura sunt quàm non futura, & proinde nec à Deo cognosci possunt tanquam futura, quippe cũ ne cognoscibilia sint in genere futurorum; quandoquidem natura sua,

non magis futura sunt quam non futura; nec ulla repræsentatur ab illis causa, qua fiat, ut ex conditione rerum merè possibilium transeant in conditionem rerum futurarum. Nec ulla datur hujus difficultatis, qua implicantur, exitus; nisi profitendo res omnes proveni-re necessitate naturæ, eaque vel extra Deum, Deumque ipsum constringente; vel intra Deum, ex ipsius videlicet essentia promanante; nempe non liberè sed necessariò quicquid operatur, operante. De præscientia futurorum contingentium divina, tres olim vigebant maximè florentes & ἐπιπολάζουσαι scholasticorum sententiæ. Bonaventuræ visum est futurorum præscientiam à Deo transigi per Ideas. Thomæ sententia ferebatur eandem futurorum præscientiam commodius absolvendam esse per actualem rerum omnium existentiam in æternitate, idque ab æterno. Harum neutra sententia placuit Ioanni Scoto, quippe qui in utrisque refellendis, idque argumentis admodum illustribus, versatus est. Ista apud Scotum dissertatio scholasticæ theologiæ me primum immiscuit, simulque studio ejusdem conciliavit: licet enim phrasiologiæ ejus ægrè admodum assuerim, methodo tamen ejus in argumentando posita, nervosa & solida captus sum. Tertia sententia prioribus explosis fuit ipsius Scoti, quam meritò dicere possem florentissimam, revocantis scilicet præscientiam futurorum ad liberam divinæ voluntatis determinationem; sed rectè intellectam, nempe non tam intellectum divinum determinando (quippe cum natura sua feratur in omne quod cognoscibile est) quàm res ipsas utpote natura sua merè possibiles atque indeterminatas, & tam ad non futuritionem quam ad futuritionem indifferentes. Nam cum contingentia omnia natura sua sint merè possibilia, nihil prorsus occurrit præter decretum Dei, quod præstare possit, ut ex conditione rerum merè possibilium & indifferentium migrent, idque ab æterno, in conditionem rerum futurarum & consequenter fiant scibiles in genere futurarum. Hanc etiam non modo Scoti, sed & ipsius Aquinatis sententiam fuisse, non modo Bradwardinus olim contenderat (quam & suis dissertationibus confirmat) sed & hodie contendunt Dominicani; quod & illustribus testimoniis ex ipso Aquinate petitis confirmatum do, nequicquam repugnante & reclamante Penotto. Licet autem pro actuali rerum omnium in æternitate existentia, idque ab æterno, pugnant hodie Dominicani, istam tamen rerum omnium existentiam non nisi ex divinæ voluntatis determinatione pendere, adeoque etiam eam præsupponere profitentur. Quâ etiam præsupposita, ideas ipsas juxta Bonaventuram & Thomam, tanquam rerum omnium etiam futurarum intelligendarum rationes tuendas & defendendas in se suscipiunt, adeò ut reliquæ sententiæ non aliter pro veris habeantur, quàm quatenus in hujus sententiæ tertiæ veritate fundamentum sortiti sunt. Duo tamen, nec inficior, occurrunt, quæ huic sententiæ obstare videantur: quorum prior est rerum contingentia; posterior rerum inordinatio. Primum enim decretum Dei videtur tollere rerum contingentiam, & libertatem agendi creaturis rationalibus competentem. Secundò minimè consentaneum videtur rationi, Deum decernere seu constituere ut fiant mala. Verum his utrisque ab antiquioribus scholasticis occursum est: Nam quod attinet ad rerum contingentiam, fatentur illi, Deum non modo decernere res ipsas, sed & modos rerum, hoc est, non tantum ut res ipsæ eveniant, sed etiam ut hoc vel illo modo eveniant, nimirum alia necessariò, alia contingenter & libere: Et de radice contingentiæ consentiunt hactenus Aquinas & Scotus, quod eam uterque in voluntatem Dei rejiciendam censerent; Scotus in voluntatem Dei quatenus liberam; Aquinas in voluntatem Dei quatenus efficacem. Quod verò attinet ad mala, ea à Deo præsciri jam olim tradidit Scotus, quatenus decreverit ad ea concurrere, quod attinet ad substantiam actus, quod verò attinet ad obliquitatem, permittere. Nos dicimus Deo nequaquam indecens esse, velle ut mala fiant, Deo permittente, quod & in Vindiciis meis certa Digressione prosecutus sum; & rationes in adversum nitentes, ex Aquinate, Durando, Valentiano petitas, enervavi, & in nihilum evanescere demonstravi. Scriptura nobis præeunte certissimum est, à Deo decretum fuisse, ut Iosias ossa prophetarum combureret, Cyrus in patriam suam redeundi, & Hierosolymam ædificandi copiam Iudæis concederet, milites à frangendis Christi ossibus sibi temperarent; quibus tamen omnibus exequendis nihilo minus libere se gerebant, quam in aliis operibus quibuscunque. Rursus uno ore testantur Apostoli, *adversus sanctum Dei Filium, Herodem, & Pontium Pilatum, una cum gentibus & populo Israelis congregatos fuisse, ut facerent, quæ Dei manus & consilium prius determinaverat, ut fierent.* Etiam Augustinus palam Enchirid. 95. profite-

profitetur; *Non aliquid fieri, niſi quod omnipotens fieri velit, vel ſinendo ut fiat, vel ipſe faciendo.* Etiam Bradwardinus concludit, Circa quodcunque verſatur Dei permiſſio, circa idem verſari volitionem Dei actualem. Denique neceſſe eſſe ut fiat, quod à Deo fieri permittitur non modo Piſcator aſſerit, ſed & Arminius pronuntiat, & Vorſtius contendit & Navarrettus Pontificius palam confirmat, & niſi me fallit memoria, Penottus ipſe concedit. *Deus voluit Achabum menſuram ſcelerum ſuorum implere*, ſic Arminius; malum eſſe Deo permittente, bonum eſt, ſic Bellarminus. Sed quid multa? Ecce demonſtrationem ſua luce conſpicuam, & nullo humano acumine ſolubilem. Nam vel futura contingentia natura ſua futura ſunt, vel non niſi ex aliqua cauſa, naturam ipſorum tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem indifferentem determinante; videlicet ad futuritionem. Si natura ſua futura ſunt, ſequitur quod ſemper futura eſſent, nunquam autem fierent præſentia, quia quicquid convenit alicui ex natura ſua, convenit ei inſeparabiliter (quod manifeſtum eſſe convincitur ſive reſpicias naturam genericam, vel ſpecificam; neq; enim fieri poteſt, ut homo aut non ſit animal, aut non ſit rationale) ergo ſi futuritio conveniret alicui natura ſua, conveniret illi inſeparabiliter, ut nunquam non eſſet futurũ, & conſequenter nunquam eſſet præſens. Sed fingo aliquem ſic objecturum; Deo convenit futurum eſſe (ſic enim deſcribitur, qui eſt, qui erat & qui venturus eſt) idque natura ſua (quicquid enim Deo convenit ex natura ſua illi convenit) nec tamen ſequitur propterea, quod nunquam eſſet. Reſpondeo futuritionem inſeparabiliter illi convenire, adeo ut nunquam deſinat eſſe futurus, non tamen ſequitur (fateor) quod propterea nunquam eſſet, ſed potius quod propterea nunquam eſſe deſinat, quia Deum ita neceſſe eſt futurum eſſe, ut ſimul neceſſe ſit eum & præſentem eſſe, & ſemper fuiſſe. Eſt enim Deus ejuſmodi, cui ex natura ſua competat, & eſſe & ſemper fuiſſe, & ſemper fore; hoc eſt paucis, neceſſe eſſe, idque ex natura ſua. At futura, de quibus in præſenti loquimur, ejuſmodi ſunt, quæ aut in præſenti non exiſtant, aut aliquando non exiſtebant. Unde exurgit novum argumentum in eandem rem admodum opportunum. Nam ſi futura quæ dicimus natura ſua futura ſint, tum ex natura ſua non ſunt, ergo impoſſibile eſt ut unquam exiſtant. Nam ſicut quod ex natura ſua eſt irrationale, fieri non poteſt ſimpliciter ut evadat rationale; ita quod natura ſua eſt non ens, fieri non poteſt ſimpliciter ut evadat ens. Dices, imò omnia contingentia videntur ex natura ſua habere quod non ſint. Reſpondeo, certe verum eſt, omnia contingentia non habere ex natura ſua quod ſint; Sed ex natura ſua non habent quod non ſint, quippe cum ex natura ſua ſint indifferentia tam ad non exiſtendum quam ad exiſtendum; ſed ab agente potius eſt, ſive ut ſint, ſive ut non ſint, ab agente (inquam) penes quem eſt ea ad placitum ſuum in actum producere, vel non producere. Sed nec quiſpiam occurrit, qui affirmare auſit, futura illa de quibus agimus natura ſua futura eſſe; ſupereſt igitur ut ex aliqua cauſa futura eſſe dicantur: Nam cum natura ſua indifferentia ſint tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, cauſa aliqua requiritur, quæ determinat indifferentiam iſtam, eaque ex purè poſſibilibus tranſire faciat in conditionem futurorum. Hujuſmodi igitur cauſa aliqua quærenda eſt, idque vel extra Deum, vel intra Deum. Extra Deum nihil occurrit quod res mere poſſibiles tranſire faciat in conditionem rerum futurarum. Ratio eſt quia tranſitus iſte ſive migratio facta eſt ab æterno; nam ab æterno futura erant quæcunque futura ſunt, alioqui ne à Deo cognoſci quidem potuerant tanquam futura, idque ab æterno: at ab æterno Deo nota ſunt quæcunque futura erant, ergo ab æterno tranſierant ex conditione rerum merè poſſibilium (qualia ſunt natura ſua) in conditionem rerum futurarum. At ab æterno nihil fuit extra Deum, quod tranſitus iſtius cauſa fingi poſſit, quandoquidem extra Deum nihil aderat ab æterno quod tranſitum iſtum cauſaret. Ergo intra Deum inveſtiganda eſt tranſitus iſtius ſive migrationis cauſa. At etiam intra Deum nihil occurrere videtur idoneum quod tranſitus iſtius cauſa ſit præter ſcientiam aut voluntatem. Scientia autem minime videtur dici poſſe tranſitus iſtius cauſa idonea, quippe cum prius ſit eſſe cognoſcibile in genere futuri quam ut de facto cognoſcatur tanquam futurum; ergo ſcientia Dei per ſe conſiderata potiùs ſupponit futura eſſe quam facit. Supereſt ergo ut voluntas divina, ejuſque determinatio cauſa ſit & propria, tranſitus iſtius, quo fit ut ex mere poſſibilibus evadant futura. Quod ſi quis veritati ipſum irradianti credere neſcius iſtis obſtrepat, recurratque ad eſſentiam Dei, in quam cauſam iſtius migrationis refundat, adhuc quæro an eſſentia Dei ſtatuenda ſit tran-

ſitus

ſitus iſtius cauſa ut volens & agens liberè, an potiùs ut agens neceſſario. Si dicat ut agens neceſſario, ſequitur omnia fieri à Deo neceſſitate naturæ; ſin ut agens libere, perinde eſt ac ſi tranſitus iſtius cauſa in Dei voluntatem tanquam in cauſam unicè idoneam referatur. Unde conficitur, quæcunque futura ſunt ex Dei voluntate habere quod futura ſint, quia ſcilicet Deus decreverit ut fiant, idque ipſo faciente quatenus bona, permittente verò tantummodo quatenus mala juxta illud Auguſtini; *Non aliquid fit, niſi omnipotens fieri velit vel ſinendo ut fiat; vel ipſe faciendo.* At ſcientiæ mediæ defenſores fingunt, contingentia quædam futura eſſe, nulla omnino cauſa repræſentata, quâ fiat ut ex conditione rerum merè poſſibilium, migrent in conditionem rerum futurarum. Hunc in modum de contingentibus futuris abſolutè philoſophatur Suarez. Primum enim in futuris contingentibus veritatem determinatam dari diſſerit, quod prorſus extra controverſiam ponitur inter Chriſtianos. Hoc autē præmiſſo, diſſertationē ſatis prolixam inſtituit, de modo quo futura iſta contingentia cognoſcantur à Deo. admodum abſurdè. Nam quemadmodum dato aliquo poſſibili, nimis abſurdè quæreretur, quomodo fieri poſſit à Deo, quippe quem omnipotentem eſſe dicimus. Ita etiam dato aliquo ſcibili in genere futuri, nihilo minùs abſurdè quæreretur, de modo quo à Deo cognoſcatur, quippe quem omniſcientem eſſe credimus. Quomodo autem res contingentes natura ſua mere poſſibiles fiant ſcibiles in genere futurorum; hoc eſt, qui fiat ut ex conditione rerum mere poſſibilium tranſeant in rerum futurarum, in quo ſolo verſatur cardo præſentis controverſiæ, hunc inquam difficultatis totius apicem primarium intactum prætermittere maluit Suarez quam explicatum dare; quod argumento eſt, tantum ſcholaſticum ſeſe huic negotio laudabiliter adminiſtrando, prorſus imparem perſenſiſſe, adeoque in totum præterire maluiſſe, quàm in eo infeliciter explicando turpiter ſe dare. Vaſquez & Penottus libenter fatentur decretum divinum neceſſario requiri ad hoc ut fiat aliquid abſolutè futurum; verùm contingentia ad unum omnia à libero voluntatis creatæ arbitrio pendentia conditionatè futura eſſe ſcribunt, ſecluſo Dei decreto, & conſequenter etiam à Deo præſciri: cum tamen nihilo minus manifeſtum ſit iſtiuſmodi futura, quæ conditionatè futura eſſe fingunt, ex natura ſua non magis futura, quàm non futura. Ex quo conficitur (idque nihilo minus evidenter, quam de futuris abſolutè confectum jam dedimus) ex conditione rerum merè poſſibilium (qualia ſunt etiam hujuſmodi conditionatè futura omnia natura ſua) in conditionem rerum futurarum tranſire non poſſe citra cauſam; Nec tamen de cauſa tranſitus iſtius quicquam philoſophantur, ne in cauſæ iſtius inveſtigatione perinde ad incitas redigerentur, atque rediguntur alii, in reddenda cauſa, quarè contingentia ex mere poſſibilibus evadant determinatè futura; ad incitas inquam rediguntur, niſi ad divinæ voluntatis determinationem, tanquam ad hujus rei cauſam maximè propriam & genuinam ſe recipiant. Quod cum jam olim animadverterim, eò confirmatior factus ſum in amplectenda celebri illa ſcholaſticorum ſententia, qua divina futurorum contingentiam præſcientia fundari videtur in divinæ voluntatis determinatione; non tamen eo nomine quaſi à voluntate divina determinaretur intellectus divinus quoad res præſciendas, qui citra dubium pro ea qua eſt perfectione fertur in omne quod intelligibile eſt; ſed potius hoc nomine quod ſcilicet contingentia natura ſua mere poſſibilia cum ſint, tranſire non poſſint ex conditione rerum merè poſſibilium in conditionem rerum futurarum citra cauſam; nec uſpiam occurrat aliquid in quod tanquam in cauſam propriam rejici poſſe videatur præter divinæ voluntatis determinationem. Itaque cum adverterem ſtatum quæſtionis præſentis maximè proprium, à Ieſuitis & eorum ſequacibus in alienum transformari, dedi operam ut ipſorum hac de re diſſertationes operoſiores excuterem: Exorſus autem ſum à Penotto, quem ante paucos annos à viro Theologo & ab eccleſia bene merito, tanquam ſequeſtrum quendam moderatiorem, neutriſque aut Dominicanorum aut Ieſuitarum partibus addictum commendatum accipiebam. Itaque primum in hoc apice ſcholaſticum illum mihi pertentandum decrevi, facileque perſpexi, primum Theologum illum, ut ut Gabrielem Vaſquium interdum acrius perſtringat, longè tamen Ieſuitarum quam Dominicanorum partibus addictiorem eſſe. Secundo manifeſtis indiciis comperi, ſubolfeciſſe eum qua parte doctrina illa de ſcientia media vel maximè dehiſcat, & incommodis pateat tantum non indedicabilibus. Itaque ne ludibrium nullo artificio devitandum adverſariis non modo debeat ſed & ſolvat, tertio loco maturè ſibi providet tanquam

Enchirid. cap. 95.

quam doctrinæ illius assertori primario de doctrina ista sublevanda, & ne in sibilum abeat nova quadam inventione statuminanda. Fingit enim aliqualem rerum omnium ab æternitate existentiam ab æterno, eamque actualem, non tamen qualem finxerunt tanquam ex doctrina Thomæ Dominicani ; hanc enim data opera invadit & refellit, non tamen aliis fere armis , quam Durandæis: sed novo quodam modo & existere omnia in æternitate, atque ita à Deo prævideri contendit, fictione præter omnem sobrietatem excogitata , & quam nemo Iesuitarum (cui sanum est sinciput) ausim dicere, aut probaret, aut vel tolerabilem esse duceret. Sciat autem lector eruditus & divinæ veritatis studiosus, haud levem esse (quæ hic agitatur) quæstionem, sed maximè momentosam: Advertunt enim Adversarii veritatis sive Iesuitæ sive Arminiani, nisi doctrina ista de scientia media sarta tecta conservetur , sententiam ipsorum de gratia & libero arbitrio stare non posse, neque nostram ipsis adversam posse labefactari : profligata verò illa sententia de scientia futurorum, quam mediam vocant, & nostram de gratia & libero arbitrio sententiam inconcussam præstare, & ipsorum oppositam nostræ ruere universam. Videas enim doctrinam illam de scientia media universum illud Penotti Navariensis opus, tanquam dorsi spinam pervadere, ad corroborandum scilicet illud humanæ libertatis propugnaculum. Etenim lib. 1. c. 19. conditionalem istam, *Si Deus efficaciter te trahit sua gratia, necesse est te consentire*, non aliter veritatem obtinere vult, quàm ex suppositione scientiæ mediæ, quam Deo tribuit. *Licet enim* (inquit *non sit positum in tua potestate te trahi per gratiam, neque efficacia divinæ gratiæ pendeat ex tua libera voluntate, supponit tamen* (*ut illi dicunt* hi sunt Iesuitæ) *aliquid, quod est in tua potestate, liberum scilicet tuum consensum, ut prævisum à Deo esse futurum ex hypothesi, quòd Deus vellet te trahere hujusmodi auxilio efficaci. Quæ sententia* (inquit) *quamvis de opinionibus Doctorum nolim arbitrari, mihi videtur longe probabilior, & magis conformis dictis Sanctorum & rationi.* & ejusdem libri cap. 20. *Ad primam instantiam* (inquit) *respondetur, nullibi reperiri apud D. Thomam, neque apud alium probatum autorem, præscientiam futurorum contingentium, maxime quæ ex libera hominis voluntate dependent, esse certam ex decreto efficaci antecedente omnem prævisionem determinationis secundarum causarum, quod latius probabitur, l. 3. c. 21. & l. 4. c. 12. & seq.* Itaque librum illum tertium quatenus ad scientiam mediam maximis quibus potuit viribus, asserendam destinatum, excutiendum mihi proposui, & quod hic & alibi, præsertim verò libro tertio de Thoma gloriatur, quàm falsum sit, & manifestis indiciis ex Thoma repræsentatis adversum, suo loco docui : Solus enim Alvarez locis quibusdam ad hoc incongruentius ex Thoma citatis, animos illi addidit, fecitque ut cristas erigeret, & in tantam gloriationem se effunderet, quo projectius caderet, & in majorem contumeliam hoc illi conderet. Ejusdem libri primi cap. 30. quæstionem instituit de sensu propositionis illius : *Potentia libera est, quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest operari aut non operari.* Alvarem quem impugnet (in hunc enim præ cæteris destomachatur zelo Iesuitico) in adversum differentem introducit. *Quod si dicatur* (inquit) *illud decretum non esse omnino de antecedenter prærequisitis, quia supponit futurum hominis consensum à Deo prævisum per scientiam mediam. Contra hanc responsionem arguit* (nimirum Alvarez) *primò quia illa scientia media non datur in Deo.* Huic autem occurrit Penottus cap. 31. num. 3. p. 61. in hæc verba : *Ad primam instantiam respondetur, si non datur illa scientia media, declarent qui illam negant, quomodo Deus ex præparatione multarum causarum, quæ omnes possunt deficere, sciat quod prædestinatus de facto non deficiat à salute, & quomodò sciat præparare illi tot causas, cum quibus sciat quòd de facto non deficiat, existentibus illis omnibus secundum se defectibilibus* ; Nimirum loco cujusdam apud Thomam *de veritate quæst. 6. art. 3.* in solidum nititur; cujus tamen loci superficiaria duntaxat contemplatione acquiescit. Nos autem liquida demonstratione confectum damus, res contingentes natura sua cum sint tantum possibiles in conditionem rerum futurarum, idque ab æterno, transire non posse, nisi per determinationem voluntatis divinæ, quo fiant cognoscibiles in genere futurorum. Ad locum vero Thomæ quod attinet, quam nihil aut illi prosit, aut nobis obstet, ostendo ad cap. 29. lib. 3. Quare libertas arbitrii, quomodo eam nobis effigiat Penottus, (profligata scientia media) simul etiam in malam crucem abeat necesse est ; Rursus quæ disserit idem Penottus cap. 11. & 12. lib. 4. fundantur in præscientia futurorum conditionata præcedente determinationem non modo voluntatis creatæ, sed & voluntatis divinæ; Imo præscientiam determinationis liberæ voluntatis creatæ præmittit prædefinitioni actuum supernatu-

ad c. 21. lib. 3. & ad cap. 23.

pernatu-

pernaturalium cap. 3. Non quidem num. 3. ubi sententiam contrariam proponit tanquam probabilem, sed num. 4. idque invito Francisco Suario, aitque cap. 14. num. 6. Suarium ex iis qui videntur velle ex duabus opionibus è regione adversis unam opinionem constare; Itaque ut parem Penotto gratiam referant alii, quatenus assertor gratiæ congruæ cum Iesuitis, ex Remonstranticis nostris non desunt aliqui (quod ex ipsorum autographo, si opus esset repræsentare possim) qui palam profiteantur *gratiam congruam* Iesuitarum, & *gratiam prædeterminantem* Dominicanorum aut nullo aut levissimo discrimine separari, quod tamen utrum judicio Scholastico procedat magis, an magis politico, non possum statuere. Interea miserabilem produnt ignorantiam, dum & scientiam mediam asserunt & gratiam congruam deserunt; cum non nisi in scientia media fundetur gratia congrua, eamque necessario consequatur; quod eruditis omnibus in confesso est, cujus etiam Demonstrationem olim exhibui Theologo cuidam professionis nobis adversariæ zeloti, nec post aliquot expectationis annos, ullam ab eodem accepi demonstrationis illius tentatam enervationem. Idem Penottus cap. 23. ejusdem libri dum in divinæ voluntatis efficacia cum arbitrii libertate concilianda versatur admodum magnificè disserit de divinæ voluntatis efficacia ad omnia & singula sese extendente. *Quis* (inquiens) *negabit ex efficacitate divinæ voluntatis evenire, quicquid evenit in mundo, & eo modo quo evenit? Rursus quis negabit, si Deus vult aliquem effectum liberum infallibiliter evenire, illum infallibiliter & liberè evenire, & hoc ob efficaciam divinæ voluntatis.* Veruntamen capite 11. totus est in hoc, ut ostendat *Actus liberos voluntatis creatæ non fuisse efficaciter prædefinitos ante omnem præscientiam determinationis voluntatis creatæ.* Videas quo recidat divinæ voluntatis efficacia, Penotto negotium istud administrante, quippe quam ex voluntatis creatæ determinatione pendere vult. Et quoniam ex dissertatione ejus nondum constiterat, cap. 12. num. 1. *per quam scientiam prævisa sit hujusmodi voluntatis creatæ determinatio, utrum per scientiam conditionatam, an per scientiam liberam, seu visionis.* Itaq; in hujus dubii resolutione, hanc propositionem confirmandam recipit. cap. 12. num. 2. *Nullus effectus liber, sive specialiter intentus sive solum in universali, est à Deo efficaciter prædefinitus ante prævisam determinationem voluntatis creatæ ut absolutè futuram.* & cap. 14. progreditur ad idem astruendum de actibus liberis etiam ordinis supernaturalis, nequicquam reclamante Francisco Suarezio; cujus etiam argumenta in adversum nitentia refutanda sibi proponit cap 15. Quapropter divinæ voluntatis efficacia quam tamen satis magnificè prædicare videri cupit Penottus, ex creatæ voluntatis determinatione pendet, si Penotto credimus, idque non modo quoad actus liberos ordinis naturalis, sed & quoad actus liberos ordinis supernaturalis; quam voluntatis creatæ determinationem Deo præscitam esse vult, ante omne decretum ipsius conditionatè futuram, modò scilicet *Deus velit illam constituere in tali ordine cum talibus circumstantiis.* cap. 12. lib. 4. num. 2. hoc est per scientiam mediam. Etiam eadem doctrinâ de scientia media nititur universa ejus dissertatio de reprobatione lib. 5. Etenim hoc modo rerum contingentiam cum Dei providentia conciliandam judicat lib. 5. cap. 7. Et cap. 8. eodem fundamento superextruit doctrinam suam ostendentem quomodo *pœna sit à Deo volita, non autem culpa, licet idem actus sit culpabilis & pœnalis,* in quo se gerit, si quis alius abjectissime. Ibidem cap. 9. disputat de radice immutabilitatis ordinis divinæ providentiæ. Minimè verò placet Penotto sententia illorum, qui docent Deum sua providentia antecedenter ad præscientiam cooperationis cujuslibet causæ secundæ, futuræ etiam ex hypothesi, quod in talibus circumstantiis constituatur, prædefinivisse omnia singularia in particulari, & secundum omnes circumstantias, quantum ad omnem rationem entis quam habent, sive talia procedant à causis proximis naturalibus, sive liberis & contingentibus. Ex adverso placet illi sententia altera quam num. 3. proponit, asserentium actus liberos non fuisse ab æterno prædefinitos efficaciter & absolute ante inspectam liberam determinationem voluntatis creatæ ad hujusmodi actus, quod ex Iulio Sirenio de Fato vel maximè probat. Ibid num. 9. provocat ad ea quæ lib. 3. ostenderat de notitia scilicet futurorum contingentium Deo tribuenda, præscindendo ab istis prædefinitionibus, etiam de scientia futurorum conditionatorum, quæ ipsissima est scientia media, additque non esse illam commentum nuper excogitatum, sed habere fundamentum apud doctores graves antiquos, & modernos. Et *semel posita* (inquit) *hujusmodi scientia media, tollitur necessitas istarum prædefinitionum antecedentium.* lib. 6. cap. 7. num. 4. se gratuitæ prædestinationis assertorem

satis

tatis magnificè præfert, omnibus eam negantibus hæreseos crimen improperans. *In hoc puncto (inquit) latet scopulus & potens jurgiorum inter hæreticos & catholicos; hæreticis affirmantibus ideo Deum prædestinasse electis & gratiam & gloriam, quia prævidit dispositiones; Catholicis verò è contrario affirmantibus, ideo posuisse Deum in electis tales dispositiones, quia ex sola sua gratuita voluntate ipsis gratiam & gloriam conferre decrevit.* Hanc autem gratuitam prædestinationis conditionem non nisi in scientia media fundatam expedit cap. 11. *Nulla (inquit) datur causa prædestinationis nostræ ad primam gratiam ex parte nostra*, & exponens, *Senserit (inquit) quod Deus ab æterno voluerit nobis talem gratiam præparare, quam præsciebat, quod si præpararet, illa foret habitura in nobis suum infallibilem effectum.* Hoc etiam fundamento superstruit certitudinem divinæ prædestinationis lib. 6. cap. 14. num. 3. etiam divinæ reprobationis, num. 9. dum sic disserit, *Media supernaturalia quæ præparantur non prædestinato, non præparantur illi cum intentione efficaci & ex certa scientia, quod per illa sit infallibiliter assecuturus talem finem, cum tamen non defuerint Deo infinita alia media, quæ similiter potuisset, si voluisset, præparare ipsi non prædestinato, per quæ ille quoque assequeretur finem æternæ gloriæ: media verò quæ præparantur prædestinato, præparantur illi ex certa intentione & scientia, quod per illa assequatur finem & non deficiet.* Idem lib. 7. cap. 6. num. 3. fatetur *posse Deum præbere etiam reprobis auxilia efficacia*: & cap. 7. num. 5. *habere Deum infinitos modos tenendi hominem ne cadat*: ibidem passim disserit *de Deo sciente, quod si tale auxilium conferret, non peccaret: & videre Deum, si hoc modo non teneretur, alio modo teneretur & non caderet*, & num. 6. *Videt (inquit) quod cum hoc auxilio deficiet. Rursus, quem prædestinavit de facto tenet, & si videt quod cum auxilio deficiet, aliud majus auxilium adhibet, & illo deficiente, aliud adhuc majus.* cap. 8. num. 3. scribit *Deum non præparasse reprobis omnem gratiam, quam scivit futuram efficacem in illo*; hanc autem efficaciam pendere vult ex scientia media. Distinctio de Permissione duplici nitente scientia media recurrit cap. 10. num. 15. Permissione autem designat *negationem efficacis auxilii*, quod hunc in modum exponit: *Deum permittere hominem lapsum manere in peccato, nec tribuere illi efficax auxilium, ut resurgat, duobus modis intelligi potest: uno modo, quod non tribuat illi omne auxilium efficax, quod tribuere posset ex infinitis, quæ ille habet; & quod si tribuere vellet, scit quod de facto peccator surgeret, & converteretur, quantumcunque depravatus, & in peccato inveteratus: habet enim Deus infinitos modos auxilii & videt (nempe per scientiam mediam) quod si istud non esset efficax, aliud esset efficax, & posset illud dare si vellet: alio modo quod deneget illi omne auxilium, quod de facto esset efficax, & homo per illud converteretur, nisi propria voluntate & malitia impedimentum illi præstaret.* & cap. 11. respondet, *Arcanum reprobationis in hoc consistere, quod reprobis posset dare infinita auxilia quæ prævidit, si illa vellet dare, futura esse efficacia, nihilominus noluit dare illis, & voluit dare istis.* lib. 8. ca. 26. contra prædeterminationes physicas pugnat ex eodem fundamento, doctrina videlicet ipsorum *de scientia media*, & num. 2. *Deus (inquit) ex creaturis aliquas ita applicat, ut promoveat etiam ad bonum particulare, eo modo quo scit illas se ad tale bonum determinaturas, non autem physicè eas prædeterminando: alias ita applicat ut similiter promoveat ad bonum, sciens tamen quod pro ipsorum libertate ad bonum se non determinabunt.* Denique lib. 9. cap. 5. num. 5. *Divinum auxilium dicitur efficax, quia confertur à Deo congruo tempore & in circumstantiis accommodatis, in quibus Deus videt hominem fore consensurum, & ex intentione ut consentiat. Auxilium verò sufficiens illud dicitur, quod confertur in tempore non congruo & in circumstantiis, in quibus Deus videt quod homo non præbebit consensum.* & num. 6. *Si ex intentione Dei est, ut quem per gratiam movet consentiat & convertatur, ille non potest non converti, non quod intentio divina vim inferat humanæ voluntati, sed quia si ex intentione Dei est, ut homo convertatur, illum movet tali modo, quo scit aptum esse, ut sic motus convertatur.* & cap. 15. *Scit Deus quibus mediis voluntas mota & inclinata infallibiliter præstabit consensum, etiamsi motio sit solum moralis non autem physica, ut quando voluntatem movet ad actus qui sunt ordinis naturalis.* & cap. 16. *Certum & constans esse debet cuivis Doctori Catholico, antequam Deus statuat dare homini auxilium efficax gratiæ operantis, certò & infallibiliter nosse, quibus modis possit liberum hominis arbitrium movere tum moraliter, tum physicè & efficienter, ita ut faciat illud liberè consentire, & hoc sufficit, ut Deus possit decernere homini auxilium gratiæ prævenientis quod inducat infallibiliter effectum liberi consensus absque alia prævia prædeterminatione. Quomodo verò id noverit, nobis quidem probabiliter videtur dicendum, id Deum novisse per scientiam mediam per ea quæ dicta sunt lib. 3. ad finem*, & num. 21. *Potest (inquit) admitti hæc propositio, Deus nos convertit quia nos volumus converti, quamvis ab hoc modo loquendi tutius sit abstinere.* Ex his manifestum fit, mo-

lem

lem dissertationis universæ Novariensis istius integram, in doctrinam istam de Scientia media novitiam recumbere; adeo ut si hanc refutaveris, omnia refutaveris. Itaque in hujus doctrinæ refutationem totis viribus incubui: quid autem à me præstitum fuerit, æqui lectoris judicio libentissimè remitto. Illud adjicio, subire animum meum justam admirationem, quod scilicet Penottus adinventione tam in causam suam opportuna, tot usibus, iisque adeò momentosis accommodata, non potuerit acquiescere. Neque enim vel hanc libertati voluntatis creatæ, sartæ tectæ conservandæ satis prospectum esse viderat, nisi insuper decreta divina, unumcujusque aut salutem aut damnationem concernentia, in suspenso manere fingat, donec unusquisque ea quæ vel saluti vel damnationi velificantur absolverit, & mortalitatem suam expleverit. Nimirum admodum irrequietus videtur animus errore corruptus, stratumque suum angustius, quam in quo placidè cubet persentiscit. Ad eundem modum etiam Franciscus Suaresius, postquam Deum per scientiam hanc mediam, quid libera creatura factura sit modò Deus concurreret, prævidere finxisset, de concursu isto divino novam sibi molestiam creavit. Neque enim consultum duxit affirmare Deum ex ista prævisione mox decrevisse se ad actum illum particularem concursurum esse: hoc enim citra creatæ libertatis damnum ab æterno prædefiniri non potuisse præsenserat. Itaque proximo loco concursum quendam indifferentem commentus est à Deo decretum; quasi verò concursus divinus nequaquam esset ad modum motionis cujusdam transeuntis, sed potius instar alicujus permanentis, ad modum instrumenti materialis, puta gladii, quo uti poterimus vel ad inculpatam nostri tutelam, vel in alterius occisionem. Verum ista Suaresiana sequenti tractatu secundo sub examen revocavimus: non sic fictionem illam alteram Penotti de decreto Dei *concipiendo ad modum sententiæ adhuc pendentis quodammodo, neque absolutè determinatæ, antequam per liberum ipsum hominis arbitrium sint posita in esse & in actu omnia, quæ per illud poni debent.* Non enim nisi hujusmodi commento (quantumvis prodigioso) recepto & imbibito, *facile erit intelligere divinum decretum quantumcunque efficax, nullam omnino imponere necessitatem nostræ voluntati etiam in usu & exercitio.* Videtur enim eodem timore (quo & Suaresius) correptus esse, ne scilicet æternum Dei decretum, licet præscientiæ divinæ succenturiatum, non citra creatæ libertatis detrimentum fieret. Sic enim Penottum philosophantem accepimus capite ultimo libri quarti, in quo *Quartum modum conciliandi efficaciam decretorum divinorum cum humani arbitrii libertate sibi declarandum proponit.* Placet itaque caput illud integrum ad examen scholasticum revocare, cùm & sententiam corruptissimam gratiæque & providentiæ divinæ imprimis inimicam; & ex nostris etiam non desint qui eam in sinu foveant, atque etiam libris in lucem editis ostentent quasi divinæ providentiæ convenientius explicandæ satis opportunam, & cum sacræ Scripturæ veritate consentaneam. Verum ne in molem justo majorem excrescat ista præfatio Digressionem istam reservo, loco coronidis universæ meæ, ad dissertationem Penotti de scientia media responsioni succenturiandam. Interea progrediar in incepto, atque eadem operâ repræsentabo, quomodo Franciscus Suaresius, ejusdem scientiæ mediæ beneficio, etiam causæ suæ velificetur, in libris quos inscripsit de auxiliis; quorum extremos duos, primum videlicet & tertium, non nisi scientiæ mediæ tibicine fultos esse facilè comperies. Itaque scientiam istam mediam vide quæso quantis præconiis efferat. *Antecedit* inquit *Divina cognitio quæ repræsentat Deo & omnia quæ ab ipso fieri possunt, & omnia media & causas per quas fieri possunt: unde etiam repræsentat, quicquid per causas secundas & voluntates creatas cum hoc vel illo auxilio & concursu fieri potest. Quæ cognitio scientia simplicis intelligentiæ à Theologis dicitur. Sed quod mirabilius est, non solum cognoscit Deus hac infinita & anteriori scientia, quid omnes voluntates possint facere; sed etiam quid facient, si cum hoc auxilio vel occasione ad hoc vel illud volendum procreentur: Et hæc scientia vocari solet conditionalium contingentium, & à nonnullis vocatur scientia media, inter simplicem intelligentiam & scientiam visionis. De qua propter ejus difficultatem, & quia ab antiquis Scholasticis non videtur tam apertè tradita, moderni Theologi nonnulli subdubitant: alii etiam negare audent, quod repugnantiam involvere videatur. Ego autem existimo, juxta doctrinam antiquorum patrum, clarissimis Scripturarum*

testi-

infirmandis necessariam esse, nec posse in dubium revocari, quin DEUS hanc scientiam eminentissime habeat. Censeo praeterea hanc scientiam esse summe necessariam DEO, ut perfectam [illegible] quoque dignam effectuum omnium futurorum providentiam & gubernationem habere possit. Ac denique quamvis a nobis hujus scientiae divinae modus satis comprehendi non possit, (quod in rebus divinis ut plurimum [illegible] ratione suscipiatur, & credatur, expectandum non est) non deest tamen ut opinor, probabilis modus quo possit noster intellectus ad hanc veritatem sibi persuadendam [illegible], tum solvendo difficultates circa hoc scientiae genus occurrentes, tum ex aliis [illegible] absque conjecturis hanc veritatem confirmando, de qua scientia, quoniam fundamentum est multarum rerum, quae in hoc opere a nobis tanguntur, & quoniam ab aliis [illegible] non est tam exacte disputata, proprium edemus opus, in qua scientiam hanc in DEO reperiri ostendemus, modumque illius declarare conabimur. Hac ergo supposita scientia in DEO, accedit divina voluntas quae res singulas in suos fines destinat, & media eligit, quae sunt naturis rerum consentanea, vel quae sibi placent. Idem Suarezius capite 16. numero quarto pag. 98. Nihilominus tamen (inquit) posita in DEO illa scientia futurorum sub conditione, quam, ut dicam infra in quarta parte hujus opusculi, ostendam in Scriptura & Patribus habere magnum auctoritatis pondus, & esse divinae perfectioni omnique rationi valde consentaneam, ac fere nullam habere difficultatem, quae in scientia absoluta futurorum contingentium non inveniatur: hac inquam supposita scientia, omni angustia & perplexitate liberamur, & usum libertatis nostrae, cum quacunque perfectione divinae providentiae, & praedefinitione actuum liberorum, ubi necessaria fuerit, ita componimus ut quantum res patitur, difficultates omnes superasse videamur. Neque enim consequenter nihil loqui videntur, qui admissa illa scientia conditionali verentur concedere posse DEUM salva libertate nostra praedefinire & absolute & in particulari actus nostros liberos directe & in seipsis, sed tantum posse praeordinare causas seu conditiones illas cum quibus scit fore infallibiliter, ut illi actus a nobis fiant. Veruntamen ut hoc obiter moneam, in hoc apice contra Suarium insurgit Penottus, libro quarto capite 15. numero 6. Ad eundem modum rationem auxilii efficacis, non aliter quam ex doctrina de scientia media mysterus explicavit lectoribus sui, communicat, libro tertio capite sexto, numero 8. pag. 210. Omnes (inquit) conveniunt, dari nobis a DEO aliquod auxilium efficax, sed difficultas tota & dissensio consistit in explicando, in quo consistat hoc auxilium efficax & efficacia ejus. Nam hujus temporis haeretici non solum fatentur auxilium efficax, verum etiam ita illud exaggerant ut negent praeter illud esse posse aliquod sufficiens. Vocant enim auxilium efficax motionem quandam divinam, quae necessitatem infert voluntati ut velit quicquid vult, sine qua negant fieri posse ut voluntas consentiat, & ideo etiam negant esse aliquod auxilium sufficiens, quod hanc efficacem motionem non includat. Sequitur apud eundem quid sentiant Catholici quos vocat. Quidam (inquit) ut omnino a praedictis haereticis recedant, dicunt auxilium solum dici efficax ab effectu, quia de facto homo cum illo convertitur, vel consentit, unde negant esse ex se efficax, sed accedente tantum consensu libero voluntatis, a quo proinde omnino pendet ut auxilium sufficiens fiat efficax, id est, habeat effectum, atque ita facile defendunt & libertatem arbitrii in his qui operantur, & sufficientiam auxilii in his qui non operantur. Haec sententia (inquit Suarez) nobis non probatur, non quia falsa, sed quia diminuta, & non satis declarans mentem Augustini, & etiam diminuta in explicando modo loquendi Scripturae. Vult ergo Suarez: Auxilium efficax esse illud gratiae principium, quod peculiarem vim & efficaciam habet ad inducendam humanam voluntatem ut consentiat. & capite 7. num. 1. accedens ad explicationem in quo consistat illa efficacia, Docent (inquit) quidam Theologi efficaciam istam consistere in vi quadam praedeterminandi voluntatem ad consensum; hanc autem Dominicanorum sententiam minime probat Suarez. Sed nec iis accedit, qui in hac gratia efficaci formaliter includi volunt auxilium illud quod est per modum concursus cap. 14. num. 4. pag. 267. Ipsius autem sententia haec est. Ibid: num. 7. pag. 268. Ad vocationem efficacem necessarium est, ut Deus tali tempore & modo hominem vocet, quo accommodatus sit ad effectum conversionis ejus quam Deus intendit. Hinc (inquit) hanc vocationem congruam vocat Augustinus. & p. 269. Quidam (inquit) congruitatem istam censent consistere in quadam proportione quae est inter talem illuminationem vel inspirationem tali modo a Deo effectam in homine talis complexionis, naturae, & conditionis. Contra quos disputat in hunc modum, Ibid. num. 8. Ergo qui non ita vocaretur non haberet vocationem sufficientem. 2. Haec infallibilitas tanta esse debet ut implicet contradictionem aliquando deficere; sed ex vi illius congruitatis solum non potest esse tanta infallibilitas. Itaq;

num. 9 *pag.* 270. tandem concludit, *Addendum igitur esse omnimodam efficaciam hujus vocationis in hoc consistere quod Deus infinita sua sapientia praevidens quid unaquaeque causa seu voluntas in omni eventu & occasione operatura sit, si in ea constituatur, etiam cognoscit quando & cui vocationi sit unaquaeque voluntas assensum praebitura, si ei detur.* Vides igitur finalem hujus efficaciæ resolutionem fieri in scientiam mediam. Tot tantisque usibus inservit ista doctrina, quam tamen non nisi in vita omni ratione sobria procedere demonstravi, simulque omnia quibus eam fulcire conantur Jesuitæ, adminicula prostratum eo.

Non desunt etiam ex nostris, qui scientiam mediam decreto Dei præcedaneam fingentes, sicut *magnum Theriacam*, omnibus morbis in remedium, ita hanc etiam omnibus pene usibus, tam argumentis solvendis, tã scripturis interpretandis feliciter inservientem prædicant. Nostri Theologi cum Augustino profiteri nequaquam erubescunt, *Non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* quare licet alia fiant Deo sinente, ut mala, alia Deo faciente ut bona, omnia tamen fiunt Deo volente. In hanc rem nobis suppetunt illustria & varia sacrarum scripturarum testimonia. Et licet isto dogmate nihil ad sententiam nostram infamandam opportunius inveniant adversarii, vitio nobis vertentes, quasi Deum authorem mali constitueremus, ipsi tamen scientia media tanquam antidoto muniti facilè patiuntur, Adversus sanctum Dei filium, tam Herodem quam Pontium Pilatum una cum gentibus & populis Israelis congregatos fuisse, ad faciendum ea, quæ manus Dei & consilium Dei prædefinierat ut fierent. Prædefinierat (inquam) hoc est definitione quidem sive decreto rerum eventu priore, sed scientia media posteriore. Expertus loquor. Gerardus Vossius Historiæ suæ Pelagianæ libro 7. p. 1. Thes. 2. postquam illud Apostolicum *Deus vult omnes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire*, non tantum ad genera singulorum, (quæ quidem est Augustini interpretatio) sed etiam ad singulos generum juxta sententiam antiquorum exporrigendum esse abundè & solidè probasse sibi visus est, mox fingit nostros Theologos, adversus ea quæ hactenus è sanctis Patribus adduxerat, tanquam caput Gorgonis objicere solere Apostolicum illud ad Rom. 9. v. 11. 12. 13. *Cum enim nondum essent nati neque quicquam fecissent boni vel mali ut propositum Dei, quod pertinet ad electionem maneret non ex operibus, sed ex vocante, Dictum est ei, major serviet minori. Sicut scriptum est Jacob dilexi, Esau vero odio habui.* Eorum hanc sententiam esse dicunt Esavum fuisse exosum Deo, non ob opera mala quæ fecisset, ut qui priusquam natus esset, odio habitus dicatur, neque ob opera futura, quia alioqui colligere Apostolus nequaquam valuisset, electionem non esse ex operibus, sed ex vocante. Verum quia sic Deo visum fuit, quæ pro jure, quod ut figulus in lutum, ita ipse tanquam creator in creaturas habet, unum vitæ, alterum morti destinat: atque illi idcirco fidem & charitatem decreverit donare; hunc vero absque ullo illius, vel saltem sine actualis peccati respectu, à notitia verbi divini, & sanctificatione spiritus sui statuerit excludere. *Quæ sane si ita sunt, corruunt, quæcunque legimus apud antiquos de serio & constanti affectu, quo Deus omnium singulorumque conversionem desiderat ac salutem.* Quare cum ut Hieronymus ait, *commentatoris sit officium, multorum sententias ponere, nostri vel maxime id muneris fuerit, ut quid varii ecclesiæ doctores de Apostoli verbis senserint, exponamus.* Hinc progreditur Gerardus ad triplicem Theologorum opinionem circa horum verborum interpretationem lectoribus exhibendam, *Patres, inquit, Græci & Latinorum illi qui ante Augustinum vixerunt, ipseque aliquandiu Augustinus verba Apostoli interpretari solent de electione quorundam ad salutem secundum fidem & pietatem prævisam, & aliorum rejectione æterna ob præscientiam malorum operum quæ in vita acturi essent. Sed Augustinus rejecta hac opinione, existimabat Apostolum loqui de quorundam electione ad vitam, aliorum item præteritione, non habita vel in hac, vel in illis ratione sive bonorum, sive etiam malorum quæ perfecturi forent. Conveniunt verò utraque sententia in eo, quod agi putet de electione singulorum qua talium. Sed nec desunt viri eruditi qui censent tres istos versus superiores allatos propriae ac literali sensu loqui præcipue de rebus externis, & hujus vitæ, typice verò adumbrare tam gratuitam fidelium salutem, tum infidelium abjectionem: nec typum hunc ulterius extendi debere quam ad ostendendam justificationem nostram esse gratuitam, nec à carnali generatione vel justitia legali dependere.* Sequitur de triplici hac interpretatione censura Vossiana: *Ex triplici (inquit) hac interpretatione quæ maxime sit genuina, longioris sit disquisitionis: atque alibi hac de re sententiam nostram exponemus. Pro instituto verò hujus loci, nunc satis est ostendamus, ex nulla earum sequi reprobationem absolutam: At de Chry-*

sostomi quidem sententia res plana est. Nec minus liquet de tertia opinione. Omnis verò disputatio est de scientia media quam Augustinus esse dicebamus. Sed neque hanc absolutam indoneam reprobationem statui cogimur si eam ita interpretemur ut plus quidem quam Chrysostomus & antiquiores dicat, contrarium verò non dicat. Hoc est si opinionem utramque (quæ expeditissima est via) per scientiam mediam sive conditionatam conciliemus. Nempe ut Apostoli mens sit istiusmodi: Ante prævisionem meritorum Jacobi, dilexi eum, talemque ei gratiam destinavi, qua & crediturum, & perseveraturum prævidi: Esau verò odio habui, hoc est talem ei gratiam decrevi, quæ ex sincero amore erga eum promanaret, sed culpa ipsius sit futura inefficax, ac quanquam prævideam eum si hac solam gratia digner, culpa sua periturum, non tamen aliam illi gratiam destinavi, sed ad manifestationem justitiæ meæ, alium ejus malos, quos per gratiam vitare poterat & debebat, æternum punire decrevi. Ad eundem modum Plaistedus quidam Essexius de ordine & modo prædestinationis in mente divina secundum nostrum intelligendi modum tractaturus accedens, summotis aliorum opinionibus, non modo eorum qui Deo prædestinanti genus humanum nondum conditum objiciunt, aut in ordienda prædestinatione in massa non modò condita, sed & corrupta subsistere consultum ducunt; Sed & Doctoris Queralii, quam tertio loco commemorat, decretum absolutum cum conditionato conjungentis, simulque Lutheranorum præscientiam fidei perseverantiæque in eadem prædestinatione præficientium; His (inquam) omnibus summotis, tanquam in quibus acquiescere se non posse profitetur, suam denique quinto loco substituit; Arminium, Vorstium etiam Molinam, Vasquium, Suarium, Becanum, Jesuitas ex professo sequutus, & tanquam præ reliquis omnibus amplexandam, lectoribus suis commendatam cupit. Ea autem in solidum nititur scientia futurorum contingentium conditionata. Etenim primo loco tribuit Deo cognitionem rerum omnium possibilium; Secundo supponit inter alia infinita possibilia Deo cognita hanc ipsam mundi fabricam, hanc ipsam quæ fit, fuit, aut futura est, humani generis propagationem; hanc qua mundus regitur, & regetur, rerum administrationem; denique quæ juxta administrationem istam eveniant omnia, numeranda esse tanquam possibilia. Tertio potuisse Deum administrationem istam alia aliqua commutare, quod si fecisset ut alii rerum eventus subotirentur fieri potuisse. Quarto profitetur, istam qua fruimur rerum administrationem divinam Deo visam esse admodum congruentem ad sapientiæ, potentiæ, bonitatis, misericordiæ, justitiæ, dominii absolutæ denique potestatis suæ gloriam illustrem in modum patefaciendam. Quinto fingit, si Deus administrationem istam executioni mandandam decerneret, tum demum eventus istos omnes non modò possibiles sed de facto futuros, nulla omnino, vel levissima ratione indicata, quomodò res natura sua mere possibiles transirent in conditionem rerum futurarum. Neque enim posita præsenti rerum administratione vult author necesse esse ut alii credant, alii non credant, alii resipiscant, alii non resipiscant; alii in fide & resipiscentia perseverent, alii non perseverent, hoc tantum possibile esse judicat natura sua; & quis tam hebes est, ut non advertat hujusmodi conditionem nequaquam sufficere ad fundandam præscientiam rei tanquam futuræ, sed & citra controversiam est, nisi res futura sit, ne à Deo quidem præsciri posse, tanquam futuram; quod & Stapletonus agnoscit, eandem cum Playstedo sententiam colens in 9. Rom. v. 11. *Non enim (inquit) quia futurum bonum usum præscivit Deus, ideo futurus erat, sed quia talis usus ex libero voluntatis influxu verè futurus erat, ideò eum futurum Deus præscivit. Ut necesse sit rem aliquam prius ratione futuram esse, quam à Deo præsciatur tanquam futura.* Quare si placet, sobriè quæratur, unde fiat quod res natura sua merè possibilis, & tam ad non futuritionem quam ad futuritionem indifferens (qualia sunt ista omnia quæ futura conditionata vocant isti Theologi) ex conditione rei mere possibilis, & hunc in modum indifferentis transiliit in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ. Hujus transitus, sive migrationis causa ab extrinseco accedat necesse est (nam natura sua non magis futura sunt contingentia quàm non futura) eaq; æterna, nam ab æterno facta est ista migratio, quippe cum ab æterno nota fuerint Deo tanquam futura. At extra Deum nihil fuit ab æterno; ergo aut intra Deum hujus migrationis causa constituenda est, aut nusquàm invenienda. In Deo vero nihil occurrit quod hujus migrationis causa sit, nisi aut in scientiam Dei rejicienda sit, (quod fieri non posse jam docuimus) aut in voluntatem Dei, hoc est in ipsum Dei decretum. Unde conficietur præscientiam rerum futurarum nequaquam præmittendam esse Dei decreto, sed potius

DEI

DEI decretum præficiendum esse ipsius præscientiæ juxta illud Augustini, *non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* In eundem carcerem compingendus est ipse Stapletonus in 9. ad Rom v. 11, omnesque scientiæ mediæ propugnatores. Veruntamen ut hoc obiter moneam; justo præconio fraudandus non est Playstedius dum juxta hunc modum & ordinem prædestinationis ingenuè profitetur DEI voluntatem absolutam esse, independentem, nullam aliam causam recognoscentem, quam suum ipsius beneplacitum. Rursus electionem divinam esse absolutam, definitam, inconditionatam, completam, irrevocabilem, immutabilem. Ad extremum etiam, judiciorum divinorum rationem inscrutabilem. Quis enim (inquit) rationem explicabit quarè DEUS vitæ æternæ Petrum destinarit potius quam Judam? quare munus dilexerit Esavum quam Iacobum! quare hunc & non illum perire siverit; cum ex sapientiæ & scientiæ suæ Thesauris vias ipsorum, vocationem, & gubernationem eorum in fines plane contrarios disponere potuisset, Nimirum sic vertis luxisset curia fatis. Sed laudo inquam, Playstedii tum perspicaciam quod hoc adverterit, tum candorem, quod non dissimulaverit, præsertim cum non desint ex Arminianæ causæ fautoribus nonnulli qui scientiam mediam licet amplexi, destomachantur tamen in gratiam congruam; quippe quam ex absoluto Dei decreto subodorant administrari perinde atque gratiam prædeterminantem: quod & ex unius eorum autographo repræsentare possim, suam interea ignorantiam miserandum in modum prodentis, dum non advertit aut scientiæ mediæ renuntiandum aut una cum scientia media retinendam & fovendam esse gratiam congruam; & absoluto Dei decreto astruendo sufficere doctrinam de scientia media, & animadvertit & palam profitetur Playstedius. Congruentius se gerunt qui pariter affecti sunt in scientiam mediam & gratiam congruam, neutramque agnoscunt; sed ne Deum quidem ipsum habere scientiam futurorum contingentium palam profitentur, quod faciunt Sociniani. Certissimum est quod Episcopius disquiri permiserit, utrum futurorum contingentium præscientiam Deo tribuendam esse necessariò concedendum sit: & in hoc Episcopum defendunt Autores Apologiæ Remonstrantium. Nec ista contenti, pro ore suo adversariis obtrudunt, quasi contingentia qua talia non esse scibilia statuerent in terminis; quod ut probent. *Vide* inquiunt, *quid disertis verbis ea de re scripserit Ioannes Camero Professor Theologiæ in responsione sua ad libellum cui titulus est Epistola viri Docti &c. quam Censores ipsi aliique judicio suo approbarunt, & dignum judicarunt quæ in lucem mitteretur, uti ex Epistolis Festi Hommii aliorumque ei præfixis liquet. Verba ejus hæc sunt. Non potuit DEUS divinare, quorsum hominis primi voluntas libera sese inclinaret priusquam ipsa se inclinavit in alterutram partem. Vis id demonstrem? Qualis est res, talis est rei scientia. At hæc inclinatio in sua causa incerta fuit, quia alia Deus indifferens (ut ita dicam) erat in utramvis partem, ergo in sua causa certò id sciri non potuit.* Obstupui fateor cum ista legerem apud Autores Apologiæ Remonstrantium; neque enim credibile fuit aut Cameronem ipsum insignem Theologum in sententiam tam propudiosam provectum esse, aut Arminianos ipsos tantam vertiginem passos fuisse, ut sententiam gravi Theologo tam indignam obtruderent Cameroni. Itaque locum ipsum Authoris & consulendum & accuratius expendendum decrevi: quem quum primum assequutus essem, mox adverti Cameronis quidem hæc verba esse; sed ex hypothesi Arminianorum procedentia, non autem ex sua ipsius sententia. Sic enim se habet integra apud Cameronem sententia. *Ut sit finis, ex hypothesi vestra non potuit DEUS divinare, quorsum hominis primi voluntas libera sese inclinaret, &c.* Ex adversariorum igitur hypothesi procedunt ista apud Cameronem, neutiquam verò ex propria sui ipsius sententia. Sed & allegationis tam corruptæ conscius esse videtur author ipse, & proinde consilio suo usus locum apud Cameronem nequaquam indicavit; quem quidem non aliter assequutus sum, quam tractatum illum evolvendo à principio usque ad ipsissima illa verba Cameronis quæ Corruptor exhibet. Neque enim elenchus capitum me vel tantillù in hoc scrutinio sublevabat, licet persuasissimum haberem, hoc criminis, & blasphemiæ non nisi per summam injuriam impactum esse Cameroni. Mox Calvinum & Censores ipsos in eandem sententiam trahere cupit idem Author, qui tamen futura contingentia non modo Deo præscita esse profitentur, sed & unde præsciantur produnt, nempe ex decreto atque ordinatione Dei, quo solo fieri potest, ut quæ natura sua merè possibilia sunt atque indifferentia migrent in conditionem rerum futura-

Pag. 111.

rum

gum ; absque quo fieri non potuisset ut cognoscerentur tanquam futura. Hinc autem concludit examinator contingentia quà talia Deum non cognoscere, juxta Censorem & Calvinum. At inquam nihil dici potuit inconsequentius, quasi verò sic argueret: Docent Calvinus & Censores, Deum cognoscere futura contingentia ex suo ipsius decreto atque ordinatione, ergo negant Deum cognoscere futura contingentia quà talia. Rursus falsum est quod mox suggerit idem author, Deum non aliter posse cognoscere futura contingentia (juxta sententiam nostrorum Theologorum) quàm cognoscit possibilia. Etenim unanimiter docemus Deum intelligendo suam essentiam, quæcunque sint possibilia cognoscere, at non nisi intuendo suam voluntatem cognoscere contingentia. At (inquit apologista) Contingentia ut futura ex decreto non sunt contingentia sed necessaria. At nos istud negamus, nec ad fidem assertioni tam audaci conciliandam quicquam exhibet homo audacissimus. Dicat igitur eadem verecundia mundum à Deo factum esse necessario, quia scilicet non nisi ex decreto Dei futurus erat. Quasi verò non liceat Deo decernere quædam futura contingenter perinde atque alia nonnulla futura necessario. Ecce Aquinatem in hoc ipso apice differentem, Respondeo, *Dicendum quod divina voluntas quibusdam volitis necessitatem imponit, non autem omnibus. Cujus quidem rationem aliqui assignare voluerunt ex causis mediis, quia ea quæ producit per causas necessarias, sunt necessaria; ea verò quæ producit per causas contingentes sunt contingentia. Sed hoc non videtur sufficienter dictum propter duo. Primo quidem, quia effectus alicujus primæ causæ est contingens propter causam secundam, ex eo quod impeditur effectus causæ primæ per defectum causæ secundæ, sicut virtus solis per defectum plantæ impeditur: nullus autem defectus causæ secundæ impedire potest, quin voluntas Dei effectum suum producat. Secundo quia si distinctio contingentium à necessariis referatur solum in causas secundas, sequitur hoc esse præter intentionem & voluntatem divinam, quod est inconveniens. Et ideò melius dicendum est, quod hoc contingit propter efficaciam divinæ voluntatis. Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam: non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi vel essendi. Ex debilitate enim virtutis activæ in semine contingit quod filius nascitur dissimilis patri in accidentibus quæ pertinent ad modum essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod fiant ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo ea Deus fieri vult. Vult autem quædam Deus fieri necessariò, quædam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum universi. Et ideo quibusdam effectibus aptavit Deus causas necessarias, quæ deficere non possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt, quibusdam autem aptavit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingentes eveniunt.* 1. q. 19. a. 8. Veruntamen subit mirari Franciscum à S. Clara professione Minoritam, etiam in Scoti scholastica Theologia versatum scientiæ istius mediæ præstigiis potuisse fascinari, si modo revera fascinetur, & non potius studio politico, quàm judicio Theologico partes faciat, & sinus obliquandos esse consultum ducat, ut ad portum quo tendat, eò faciliùs provehatur. Quod tamen non eo animo profiteor, quasi judicio ejus scholastico quicquam tribuerem; neque enim facile est in scriptorem aliquem incidere, qui ad tantam provinciam, quam capessit, ornandam, minoribus rationum momentis instructus accesserit; cui tamen splendida bilis abundè suppetit ad destomachandum in Calvinum, & Calvinianos tanquam homines indoctos, ut est homo admodum disertus lingua sua; credo quia nequaquam ad subsellia scabiosæ illius professionis eruditi, ad gradum doctoratus in Theologia promoti sunt. Sed sectæ ipsius Minoriticæ, & Scoticæ contemplatione, cujus etiam studiosum se præfert, quod putida illa & minimè scholastica de scientia media doctrina illi sit in deliciis, mihi satisfacere non possum. *Sciendum* (inquit) *quod Theologi in Deo considerent triplicem scientiam, ratione inter se diversam. Prima est simplicis intelligentiæ, quæ ordine rationis præcedit alias: hæc respicit pro objecto primario ipsam essentiam divinam, & pro secundario omnes quidditates creatas necessarias: Verbi gratia, omnes connexiones proprietatis metaphysicas cum suo subjecto, generis cum differentia, &c. secunda scientia vocatur conditionata, seu media, cujus objectum non est aliquid simpliciter necessarium, nec aliquid absolutè futurum, sed potius conditionatè: & per hanc scientiam novit Deus (si talis datur scientia) quid facturus esset Petrus, si taliter tentaretur, & cum talibus circumstantiis, & si talis gratia ei conferretur &c.: Tertia scientia est visionis, quæ respicit id, quod est absolutè futurum, & efficaciter à voluntate divina definitum, Verbi gratia, an Petrus salvabitur annon salvabitur, & hæc*

scientia ordine rationis est posterior in Deo actu libero suæ voluntatis circa creaturam : & per hanc scientiam dicitur Deus cognoscere futura absoluta in decreto suæ voluntatis, in quo distinguitur à priori, quæ præcedit decretum actuale divinæ voluntatis ordine rationis, & qua dicitur cognoscere futurum conditionatum independenter ab illo decreto in actu posito, & de illa scientia visionis videtur loqui Augustinum, & hic se explicat c. 14. Hanc triplicis scientiæ Deo tributa distinctionem Theologis ascribit ; sed quinam sint illi Theologi, non designat, sed in hoc mutus est tanquam piscis. Novimus Theologos Jesuitas hunc in modum philosophari de scientia media, sed præter Jesuitas cordatum neminem. Certò certius est ex illorum Theologorum numero non esse Alvarezium, non Ledesmam, non Nazarium, non Navarrettum, non reliquos Dominicanos. Sed nec antiquiores scholasticos, non Thomam, qui de scientia simplicis notitiæ & visionis passim distinguit, 1 part. quæstione 14. articulo 9. 1. cont. Gent. cap. 66. & alibi, aliam aliquam scientiam, quæ media aut conditionata dicatur, nusquam agnoscere deprehenditur : Non Durandum, quem sic disserentem accepimus in 1 sect. distinctione 39. quæstione 2. *Distinguendum est de scientia Dei, quia quædam est quæ dicitur scientia visionis, quæ est solum illorum, quæ fuerunt, sunt, vel erunt. Alia est scientia quæ dicitur simplicis notitiæ, qua cognoscuntur quidditates rerum & habitudines earum possibiles, dato quod nunquam debeant esse.* Imò fatetur ipse Suarez Scholasticos antiquiores nihil ferè de hac divina scientia conditionatorum contingentium locutos esse : libro 2. de scientia futuror. capite 5. His addit scientiam approbationis distinctione 36. quæstione 1. quæ tamen cum conditionata seu media scientia nequaquam coincidit, sed subordinatur scientiæ visionis; quippe quæ non modo prævidet ea quæ bona, sed & mala, licet bonorum tantum non autem malorum habeat scientiam approbationis. Imo nihil manifestius quàm veteres scholasticos cum divinæ scientiæ futurorum contingentium rationem investigandam sibi proposuerint, eam aut ex Ideis, aut ex rerum in æternitate existentia reali, aut denique ex divinæ voluntatis determinatione petendam censuisse, de scientia verò media seu conditionata, quam finxerunt Jesuitæ, altum apud illos silentium. Quid multis opus est; cum profiteatur ipse Suaresius Theologos omnes divinam scientiam sub scientia simplicis intelligentiæ & visionis comprehendere libro 2. de scientia futurorum contingent. capite 5. Ad extremum nunquid ipsi Patres ex illorum Theologorum numero sunt, quos designat Franciscus ? At hoc minus credibile videtur, præsertim cum hujus scientiæ mediæ, ejusque ad libertatem arbitrii cum divina gratia conciliandam opportunitatis ignorationem, in causa esse statuat Molina, cur Pelagiana hæresis exorta sit : *Si hæc* (inquit) *ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, præscientia, & prædestinatione explanata semper fuisset, fortè neque Pelagiana hæresis fuisset exorta, neque Lutherani tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum divina gratia, & præscientia, & prædestinatione cohærere non posse: neque ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis tot fideles turbati fuissent ad Pelagianosque defecissent, de concord. lib. arb. cum gratia quæst. 14. art. 4. disput. 1. memb. ult.*

Concor. de lib. Arb. & [illegible]

Quæ autem Suaresius ex patribus aut scholasticis in suæ causæ subsidium corradit, hoc egi ut ea omnia refutarem loco suo. Quod si Franciscus iste vel Alvarezis, vel Navarretti, vel alicujus alterius Theologi rationes in adversum nitentes proposuisset, & refutasset, aliquid saltem in præsenti negotio dignum Theologo præstitisset. Sed nec ulla rationis umbra dogma tam propudiosum munire, & confirmare molitur ; ut obstupescant omnes sobriè eruditi, potuisse hominem tam impudenter & insulsè grassari in Calvini atque Puritanorum, quos vocat, tanquam hominum prorsus indoctorum improperium, cum interea nulla vel tolerabilis eruditionis monumenta & vestigia apud ipsum compareant. Sed undè tanta, non dico libido, sed audacia tam intemperanter grassandi in famam aliorum, Thrasonem illum supra modum insulsum atque inficetum corripuerit, haud difficile est divinare. Itaque ut habeat vir facetus, in quo scholasticum suum ingenium exerceat, si quando rursus huic operi aut confirmando, aut amplificando manum admoverit, Navarretti rationes, quibus mediam istam scientiam convellit, easque haud multas repræsentabo, in quibus si forte hanc Spartam ornare visum ei fuerit solvendis, genium suum & ingenium scholasticum, quam feliciter exercuerit, poterimus experiri. Sic itaque Navarrettus. *Impossibile est quod detur in Deo aliqua cognitio, quæ nec sit naturalis, nec libera. Probatur, & quidem talem cognitionem esse meræ figmentum non solum constat ex nostra te prædicta distinctione quam nullus ex patribus antiquis tradit, sed etiam ex imaginaria funda-*

menta

omnis ejus. Quis enim aliquem rationabiliter potuit statuere dari aliquem actum, qui neque sit liber seu deliberatus, neque etiam naturalis, cum ille actum necessariò debeat procedere, vel à potentia naturali, vel à libera. Itaque implicat, quod detur potentia eliciens actum, nisi ut determinata ad unum, vel ut indifferens ad utrumlibet. Si autem sit determinata ad unum producit actum naturalem, si verò indifferens producit actum liberum.

Præterea de his quæ reperiuntur in Deo, loquendum est conformiter ad ea quæ cognoscimus in creaturis; sed in homine non cognoscimus actum aliquem medium inter actum liberum, seu deliberatum, & actum naturalem: ergo figmentum est illa constituere in Deo. Confirmatur: Omnis actus repertus in homine vel antecedit omnem deliberationem vel sequitur ipsam: si antecedit, est actus naturalis, si sequitur, vel illa est plena, vel semiplena deliberatio: At verò in Deo non sunt ponendæ imperfectiones semiplenæ deliberationis, ergo restat quod in ipso vel ponatur actus totaliter naturalis, vel totaliter liber.

Tertiò cognoscere Deum res quæ sunt extra ipsum vel est in potestate ipsius Dei, ita quod possit aliud cognoscere, vel necessariò convenit Deo: si detur primum, cognitio est simpliciter libera; si secundum, simpliciter est naturalis. ergo

Quartò, vel cognoscit Deus res secundum suas entitates & perfectiones possibiles, vel secundum entitates existentes. Si primum, est cognitio necessaria, & naturalis. Si secundum est cognitio omnino libera, ergo. Et quidem quod illa disjunctiva sit necessariò concedenda patet. Nam inter rem existentem in se, & existentem in causa, non potest dari aliquod medium atque adeò nec datur medium inter res ut possibiles, atque habentes esse in sua causa, & res existentes. Unde quicquid Deus cognoscit pertinens ad creaturas vel cognoscit prout est in sua potentia, vel prout habet esse extra: si primum, cognoscit necessariò illud: si secundum, cognoscit omninò liberè, &c. Universæ illius apud Navarretum controversiæ, nempè quinquagesimæ sextæ discussionem, ejusque dissertationis in scientia media convellenda positæ refutationem a Francisco isto nostrate laboratam, item quanti redimerem. Interea utinam vel unius argumenti in scientiam mediam directi commodam aliquam solutionem expediret, illud autem hujusmodi: *Futura conditionata, quæ vocant non magis sunt futura natura sua, quàm non futura, hoc est merè possibilia, atque tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem indifferenter se habentia, ergo non possunt cognosci tanquam futura, nisi priùs migraverint ex conditione rerum merè possibilium in conditionem rerum futurarum: At hoc fieri non potest sine causa: & cum hujus transitionis causa necesse sit ut ab æterno fuerit, nam ab æterno finguntur* ista esse futura, alias nequaquam cognoscerentur à Deo ab æterno. Ergo extra Deum reperiri non potest hujusmodi causa, sed duntaxat intra Deum, & consequenter migrationis istius causa rejicienda est vel in Dei scientiam, vel in ejus voluntatem atque decretum. Non in Dei scientiam, neque enim Dei scientia facit res futuras esse, sed tantum præscit, scientia, inquam quatenus à voluntate Dei sejuncta consideratur. Superest igitur ut causa omnis, cur res ex merè possibilibus evadant futuræ, in Dei ipsius voluntatem atque decretum unicè rejicienda sit. Hujus argumenti solutionem expediat Franciscus & erit mihi magnus Apollo. Sed neque Arribæ distinctio satisfaciet, discrimen ponentis inter scientiam & sapientiam. Nam licet sapientiam versari velit penes quodcunque cognoscibile, tamen non versabitur circa futura quæ vocant conditionata, cum manifestum sit ea ne cognoscibilia quidem esse naturalius magis in genere futurorum, quàm in genere non futurorum, quippe cum indifferenter se habeant ad utrumque genus natura sua. Est tamen quod aliqua ex parte fortunas suas sibi gratuletur Arriba. Nam tametsi ferant alii scholasticum istum, neutris in quibus componendis indabat partibus rem gratam fecisse, eundem tamen utpote Minoritam doctissimum prædicat Franciscus, pari procul dubio judicio, atque quo Calvinum & Puritanos quos vocat tanquam homines indoctos perstringit, quasi verò Franciscum istum in gradibus honoris scholastici, pro meritis uniuscujusque communicandis, arbitrum pro merito suo satis Honoratum constituissent, licet in doctrina Francisci istius atque eruditione, qua tumet, communionem colere, non admodum ambiant Calvinus & Puritani. Problema ejus secundum inscribitur de causis prædestinationis; & cum primis notandum monet *dum causas prædestinationis investigamus, non (hoc intelligendum esse) de causis divinæ voluntatis ex parte actus volendi, sed ex parte volitorum in quantum Deus vult unum esse propter aliud.* Cum hoc primum adverterem, in eo eram, ut judicium in hoc capite gratularer illi verè scholasticum, sed ut me reprimerem fecerunt ea quæ sequuntur, in quibus

mox resorbet, quæ prius confessus fuerat. Sic enim habet; *Vel si magis loqui cum Suarez t.9. lib. 2. De prædestinatione capite 1. etiam ex parte ipsius actus divini non absolute spectati (quia sic est ens per essentiam quod nullam causam habere potest) sed terminati ad creaturam; ut sensus sit, Quænam sit causa cur voluntas divina quosdam ad vitam æternam elegerit, non causa Physica, sed moralis & meritoria.* Ego verò te hoc nomine & Suaresium tuum non meliori loco habeo, quam scholasticæ Theologiæ corruptores; quod tamen non dixissem nisi non meliori loco habendos esse jam aliqua ex parte præstitissem in Vindiciis meis gratiæ divinæ lib. 1. sparte secunda de electione, Digres. 1. 2. & 3. Ubi hanc Suaresii sententiam profligavi. Rursus fatalem necessitatem Manichæis tanquam ejus autoribus, nimis absurdè tribuit, cum Manichaica necessitas sit potius necessitas naturalis & intrinseca, quàm extrinseca & fatalis. Nec omninò miror inscitiam hominis *de prædestinatorum errore* aut tanquam olim orto, aut postmodum antiquato & à Calvino resuscitato pueriliter garrientis; postquàm non alii tantum non pauci, sed & D. Usherius Archiepiscopus Armachanus variis testimoniis firmatum dederit *prædestinatos* istos, quos vocat nullos unquam fuisse præterquàm ad placitum Semipelagianorum confictos; & orthodoxam Augustini de prædestinatione & gratia doctrinam, à reliquiis in invidiam raptam, & notabili calumnia, pro studiis partium, in hæresin quandam *Prædestinatorum* transformatam, ut non tam hæresim aliquam antiquatam resuscitarint, quam orthodoxiam Augustini per omnes ætates comprobatam, licet à nonnullis pontificiis miserè deformatam, revocaverit, & integritati suæ nativæ restituerit Calvinus; eamque secuti sint Puritani, quos vocat, annon etiam Dominicani vestri, quippe quibus solenne est Iesuitis vestris etiam hoc nomine Calvinismum exprobrari. *Sed de his hæresibus, qui plura voluerit, eum doctoribus scholasticis in Disciplinam tradit*; Nimirum post Petrum Comestorem (de quo Reynoldus noster facetè, *nisi melior fuisset comestor quam scriptor periisset fame*) *legendi sunt scholastici ut de hæresi illa prædestinatorum, quo tempore caperit, quo parente sata fuerit, certiores nos faciant & post scholasticos Franciscus iste.* Pergit Minorita, & quid hac in parte nostrates teneant (hoc est ecclesia Anglicana) profitetur se non videre resolutum in articulis confessionis, quæ quidem apud Duacenses suos inter quos S. Theologiæ lectorem agit primarium, professio Doctoris tam illuminati, quantivis pretii esse potuisset, sperat etiam suum pondus & momentum etiam apud Provinciales suos habituram, modo Calvinistæ non fuerint; etiam tanti silentii (juxta suum videri) causas rimatur, inquiens, *fortè non volebant altius in secretiora Dei consilia illotis manibus irrepere.* Quod autem Iesuitis & Minoritis (quos postea memorat) in ista arcana involare concessum sit credo Minoritæ istius judicio, propterea factum esse, quod scilicet isti *lotis manibus* ad tanta mysteria tractanda accesserint, non sic patres ecclesiæ Anglicanæ. Atqui Rogersius noster in articulorum Anglicanæ confessionis analysi quam Richardo Bancrofto Archiepiscopo Cantuariensi ante annos 27. inscripsit, accedens ad articulum 17, cujus titulus est de prædestinatione & electione propositionem 5. inde collectam hunc in modum proponit, ex mera voluntate & proposito Dei alii in Christo Iesu eliguntur ad salutem, non autem alii. Causas autem hujus analysis has esse judico, primum quod in articulo dicatur, prædestinationem esse eorum quos Deus elegerit: quod si procederet juxta opera nostra non tam Deus eligeret nos, quàm nos eligeremus Deum, juxta dictum illud Augustini. quemadmodum Theologi nostri Britannici monent in scriptis suis synodalibus exhibitis Synodo Dordracenæ. Secundo quia prædestinati dicuntur eligi in Christo, quibus notatur omnem electionis fructum non nostra causa, aut ratione nostra, sed Christi causa, Christi ratione in nos derivari. Quod profiteatur Articulus, Deum quosdam elegisse in Christi consilio nobis occulto; quod si rationem habuerit aut fidei, aut operum eorundem, consilium istiusmodi nequaquam diceretur occultum. Itaque missa confessione Anglicana, in qua nihil adinvenit propitium illis, qui prædestinationem procedere volunt juxta respectum aliquem ad liberam cooperationem nostram, ad scriptores Anglicanos progreditur, venando scilicet atque aucupando, si quid decreto prædestinationis respectivo firmando conducere posse videatur: affirmatque proximè *Doctissimos tamen è nostris à veritate stare & his amicè currentibus multis publicis actibus tam prælo quàm verbo, contra Puritanos quos Antiquitas vocavit Prædestinatos, post Arminium illud fatale & Stoicum decretum exploserunt*; In cujus rei illustrationem addit, per modum instantiæ, ea quæ sequuntur. *Tenent utique decretum prædestinationis*

nationis non esse factum sine aliquo respectu ad futuram liberam cooperationem, ita ut quamvis dicant illam cooperationem non esse causam ullo modo meritoriam, aut conditionem vel rationem prædestinationis quoad omnes effectus, tamen sit unius quidam prædestinationis effectus conditionatè prævisus ante decretum; cujus proinde ratio respectusque habitus sit in prædestinationis decreto, nec Deus elegerit nisi quem dicet non quia prius ratione, per scientiam conditionatam sciverit Dei gratia fidem Christi non quamcunque, sed fidem illam specialem credulitatis, seu confidentiæ in promissiones Dei fortiter amplexurum, & in ea perseveraturum usque in finem. Hoc passim videre est in libris eorum, præsertim quoad rem in libro D. Montacutii, & omnes conveniunt. Annus instat quadragesimus ex quo veni Oxoniam ex schola Wintoniensi translatus in collegium Wiccamicum. Habebant autem professores Theologiæ catalogum quæstionum theologicarum singulis annis recurrentium, in quibus discutiendis sese exercebant, harum undecima videas quæso qua forma procedebat. *Utrum prædestinatio ad vitam, reprobatio ad mortem sint à Deo merè gratuita;* In qua partem affirmativam tuebatur respondens, nec ad nostra usque tempora quicquam in ea innovatum esse novimus, ab initio reformationis sub auspiciis Elizabethæ Reginæ: sed nec meminisse possum in publicis Universitatis exercitiis, quenquam unquam ausum esse, respectivum aliquod prædestinationis decretum introducere. Accepimus tamen motus animorum nonnullos super hac materia factos esse Cantabrigiæ præeunte & quasi classicum canente Petro Barone Theologiæ professore publico. Quorum tamen is exitus fuit, ut Petrum Baronem tanquam rerum novarum studiosum expulerit Academia, Barrettum etiam ejusdem criminis compertum coegerit ad recantationem, in qua quæ ad decretum prædestinationis & reprobationis spectant, hæc sunt. *Sexto hæc verba mihi in concione exciderunt, scilicet quod ad eos attinet, qui non salvantur firmissimè credo, & sic me credere profiteor, contra Calvinum, Petrum Martyrem, & reliquos peccatum esse veram, propriam, & primam causam reprobationis: Sed melius jam edoctus dico, Reprobationem impiorum esse ab æterno, & illud Augustini ad Simplicianum esse verissimum, vid. si peccatum esset causa reprobationis tum nullus eligeretur, cum præsciat Deus omnes esse contaminatos. Et ut ingenuè agam non aliter sentio & credo, de doctrina electionis, & reprobationis, quam ecclesia anglicana credit & docet libro de articulis fidei, & de prædestinatione quo docetur, quod prædestinatio ad vitam est æternum Dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta suo consilio nobis occulto constanter decrevit, eos, quos in Christo elegit ex hominum genere, à maledicto & exitio liberare, atque (ut vasa in honorem efficta) per Christum ad æternam salutem adducere. Unde qui tam claro Dei beneficio sunt donati illi spiritu opportuno tempore operante, secundum propositum ejus vocantur, vocationi ejus per gratiam parent, justificantur gratis, adoptantur in Filios Dei, unigeniti ejus Filii Christi imagini efficiuntur conformes, in bonis operibus sanctè ambulant, & demum ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam fœlicitatem.*

Postremo hæc verba effudi adversus Calvinum virum de ecclesia optimè meritum, eum nimirum ausum fuisse attollere sese supra altissimi & omnipotentis Dei verè altissimi Filium: Quibus verbis me viro doctissimo vereque pio magnam injuriam fecisse fateor, temeritatem hanc meam ut condonetis omnes humillimus precor. Tum etiam quod nonnulla adversus Petrum Martyrem, Theodorum Bezam, Franciscum Junium & cæteros ejusdem religionis ecclesiæ nostræ lumina & ornamenta acerbissimè effuderim, eos odioso nomine appellans Calvinistas, & aliis verbis ignominiosis gravissimam infamiæ notam illis inurens. Quos quia ecclesia nostra ob merita eorum reveretur, non erat æquum ut ego famam illorum violarem, aut existimationem aliqua ratione imminuerem, aut aliquos nostros dehortarer, ne eorum doctissima scripta legerent. In qua Barretti recantatione dignissimum est observatione Petrum Martyrem, Theodorum Bezam, Hieronymum Zanchium, Franciscum Junium & cæteros ejusdem religionis, tanquam ecclesiæ nostræ lumina atque ornamenta celebrari; hoc est, non modo ecclesiæ nostræ membra qualiacunque, sed splendida atque honorifica, lumina nimirum atque ornamenta, cum hodie non desint qui ecclesias transmarinas, Palatinas videlicet, Helveticas, Gallicas, Belgicas, vix ejusdem nobiscum religionis esse velint, aut sanguine Apostolico procreatas, tanto scilicet fastu sese efferunt; sua phrasiologia diserti, & quemadmodum ex malis moribus (quod dici solet) bonæ nascuntur leges: ita ex motibus illis Cantabrigiensibus enati sunt articuli Lambethani, authoribus Ioanne Archiepiscopo Cantuariensi, Ricardo Episcopo Londoniensi, Ricardo Episcopo Bangoriensi electo, præsentibus etiam atque approbantibus Doctore Tindallio Decano Eliensi, Doctore Whitakero regio Theologiæ professo-

professore Cantabrigiæ, aliisque reverendis doctisque Theologis: quos etiam Mathæus Archiepiscopus Eboracensis sua approbatione consignavit. Hi autem articuli tanquam adversis cornibus incurrunt, in respectivum prædestinationis decretum ejusque consequentia, horum Primus est: Deus ab æterno prædestinavit quosdam ad vitam; quosdam reprobavit ad mortem. Secundus, causa movens aut efficiens prædestinationis ad vitam, non est prævisio fidei aut perseverantiæ aut bonorum operum, aut ullius rei quæ insit in personis prædestinatis, sed sola voluntas beneplaciti Dei. Tertius, prædestinatorum præfinitus & certus est numerus qui nec augeri nec minui possit. Quartus, Qui non sunt prædestinati ad salutem, necessario propter peccata sua damnabuntur. Quintus, Vera, viva, & justificans fides, & spiritus Dei justificantis non extinguitur, non excidit, non evanescit in electis, aut finaliter aut totaliter. Sextus, Homo vere fidelis id est fide justificante præditus, certus est plerophoria fidei de Remissione peccatorum suorum, & salute sempiterna sua per Christum. Septimus, Gratia salutaris non tribuitur, non communicatur, non conceditur universis hominibus, qua servari possint si velint. Octavus, Nemo potest venire ad Christum, nisi datum ei fuerit, & nisi Pater eum traxerit: & omnes homines non trahuntur à Patre ut veniant ad Filium. Nonus, Non est positum in arbitrio, aut potestate uniuscujusque hominis servari. Horum autem Articulorum doctrinam tam in academia Cantabrigiensi, quam in ecclesia Anglicana durante Regiæ Majestatis Elisabethæ Regni administratione contestati sunt ejusdem Academiæ primarii literis suis ad Cancellarium illius Academiæ directis, donec à Petro Barone novis tumultibus excitatis se turbatos esse conquesti sunt, quos tamen post Petrum Baronem loco suo motum compositos esse novimus. Hæc obiter inserui ad coercendam inficeti istius blateronis impudentiam, simulque coarguendam effrænem ejus in sanctis Dei conviciandis linguæ spiritusque intemperantiam.

Hæc habui, lector benevole, quæ de operis hujus instituto præfando tibi communicarem, simulque famosæ illius de scientia media controversiæ discussio, quam momentosa sit ob oculos tuos ponerem. Quanti mi constiterit, ipse solus conscius familias est profiteri, nec ante hæc navavi nec inposterum navaturus sum operam operosiorem. Tu nostris hisce fruere & Vale.

FINIS.



DIGRESSIONUM

Operi subjecto insertarum Argumenta.

LIBRI PRIMI

Adversus *Gabrielem Penottum:*

LIBRI SECUNDI & TERTII

Adversus duos libros *Francisci Suarez* de scientia futurorum.

GULIELMI TWISSI

DE SCIENTIA MEDIA LIBER PRIMUS:

In quo

GABRIEL PENOTTUS AD PARTES VOCATUR in suo Libertatis humanæ propugnaculo, & ad ejus Libri Tertij Capita XV. posteriora respondetur.

Gabriel: Penott: propugnac. humanæ libertatis Lib. III. Capit. XVI.

PRo solutione hujus dubij duas distinctiones necessario præmittendas esse duxi. Prima est, futura contingentia esse ab æterno DEO præsentia secundum suas reales existentias duobus modis intelligi potest.

1. *Uno modo, quod ipsa futura contingentia secundum suas reales existentias coexistant DEO ab æterno, in ipsâ æternitate.*
2. *Alio modo, quod licet ipsa futura contingentia non coexistant DEO ab æterno secundum suas reales existentias, ipse nihilominus intuitus Divini oculi immobiliter discurrens super omni temporis differentiâ & super omnia quæ in quâvis temporis differentiâ fiunt, ab æterno attingat non solum esse futurum rerum contingentium, sed ipsum esse præsens actualis earum existentiæ, quod habebunt quando actu fuerint producta in rerum natura.*

OPeræ pretium fuerit ista discutere: tum, quia novum inventum videtur: tum quia exclusus alijs modis asserendi scientiam mediam, ad istam subtilitatem tanquam ad sacram anchoram se recipit. Nam cap. 14. num. 4. agnoscit *propositionem de futuro contingenti non continere determinatam veritatem ratione illius esse futuri quod habent contingentia in suis causis, neq; ut sunt formaliter de futuro, sed ratione esse præsentis quod futurum contingens est habiturum in seipso extra causas.* Addit etiam, *Quod summa sit ratio hujus continuationis ex infinitate divini intellectus & luminis & divinæ notitiæ, de hoc nullum Doctorum unquam dubitare.*

Sed in hoc solùm (inquit) *est difficultas; quia, esto, sit infinitus intellectus, infinitum lumen, infinita divina notitia, tamen si futurum contingens non est de se intelligibile, talis infinitas non sufficit ad illud intelligendum quemadmodum infinitas divinæ potentiæ non sufficit ad hoc ut fiat quod fieri non est possibile.*

Habent ista verum elenchum, modò rectè intelligantur, videlicet de futuris contingentibus materialiter consideratis, hoc est de rebus consideratis duntaxat ut possibilibus evenire vel non evenire; qualia sunt omnia contingentia naturâ suâ. Sic enim intelligibilia nō sunt tanquam futura magis quàm tanquam non futura. Neq; enim sunt determinatè futura, neque determinatè non futura, & consequēter non sunt determinatè vera in genere futuri, sed duntaxat in genere possibilis, atq; eo modo duntaxat intelligibilia. Quare cum de futuro contingenti philosophatur, perinde est ac si verba faceret de non futuro contingenti. Nam res illa quam appellat futurū contingens, non magis est futurum quàm non futurum contingens. Est enim indifferens ad futuritionem sive non futuritionem ex natura sua, quippe tantùm possibile: atq; hoc modo à Novariensi hoc in loco consideratā.

Quod si concedatur hujusmodi contingentia aliqua futura esse, quantumvis contingenter, (neq; enim omnia quæ futura sunt, futura sunt necessario,) quocunq; modo futura sint, si modo futura sint, sunt determinatæ veritatis, & consequenter intelligibilia.

Sed nisi me fallit animus, non agnoscit Penottus aliquid & reverà futurum esse, & tamen non nisi contingenter futurum. Nam quicquid reverà futurum est, hoc ipso est cognoscibile tanquam futurum, idq; ab infinito intellectu infallibiliter. Quod nequaquam admittere videtur Penottus, & proinde ad astruendum infallibilem intuitum divinum rerum futurarum, recurrit ad actualem ipsarum præsentiam tanquam ad fundamentum unicum certitudinis hac ex parte cognitionis divinæ. De quo aptiùs pluribus inquirendum erit.

Nos autem hactenus objicere solebamus assertoribus scientiæ mediæ: quod scilicet gratis statuerent res contingentes futuras esse, dum nullam causam ederent quâ fieret ut ex conditione rerum possibilium transirent in conditionē rerum futurarum. Nam facilè concessuri sumus intellectum divinum quatenus infinitus est, hoc ipso cōprehendere omnia quæ sunt intelligibilia, sive in genere possibilis, sive in genere futuri, modo possibilia sint, modo futura sint. At quod possibile est duntaxat, non autem futurum, ut ut intelligi possit tanquam possibile, tamen in-

telligi non potest tanquam futurum quocunque intellectu quantumvis infinito. Nam, ut recte arguit Penottus: sicut infinita potentia praestare non potest ut fiat quod possibile non est; ita infinitus intellectus praestare nō potest ut intelligatur quod intelligibile non est. Itaque pergit audentius incurrere in Molinam & Vasquium incurrere, & merito, verbis sequentibus:

1. *Unde infertur primò falsum esse, quod ait Molina, Deum certò cognoscere futura contingentia, non quidem certitudine quae proveniat ex objecto quatenus si contingens est, potest aliter se ipsa evenire; sed certitudine quae provenit ex illimitata & infinita perfectione cognoscentis, quae scipsa cognoscit objectum, quod de se erat incertum & fallax. Nam licet, (inquit) divinus intellectus non requirat certitudinem cognoscibilis secundarie, ut ex eo accipiat certitudinem suae notitiae, requirit tamen saltem, ut objectum aptum sit terminare ipsam notitiam certam etiam divini intellectus. Neque enim infinitas divini intellectus intelligibile facit, ut cui de se repugnat intelligibilitas, sit intelligibile: neque hanc intelligibilitatem illa potest vincere, sicut neque infinitas divinae potentiae vincere potest impossibilia, &c. Quare si objectum de se est incertum & fallax nulli continens determinatā veritatem, nunquam est fingere, illud per infinitatē divini intellectus vel divinae luminis infallibiliter intelligi posse.*

2. *Secundo, inquit, infertur, falsum esse quod dicit Vasquius, ex determinata veritate quam habent futura contingentia, unde ab illa dicitur, Scotus, cum discipulis suis, posse Deum certitudinem notitiae eorundem contingentium. Vult enim ille quod propositiones de futuro contingenti, ut sunt simpliciter de futuro, contineant determinatam veritatem, & ideo rejicit sententiā Philosophi dicentis, de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem, tanquam falsam & fidei Catholicae contrariam. Et consequenter rejicit sententiam D. Thomae, qui ubique sententiam Philosophi in hac probat & sequitur. Quae tamen opinio Vasquii, absque dubio est falsa & contra communem sensum omnium sapientum. Nam futurum contingens, ut futurum, non habet esse certum & determinatum; & si habet esse certum & determinatum, jam amittit rationem contingentis. Non igitur fieri potest certitudo divinae praescientiae de futuris contingentibus ex determinata veritate illorum, quatenus futura sunt, quia, ut sic, nullam determinatam veritatem possunt continere.*

Obiter advertendum, miscere hic Penottum quae sententiae suae propria sunt, quantumvis erronea. Nam licet futura contingentia nullam habeant determinatam veritatem ex natura sua, tamen hinc non sequitur ea nullam habere determinatam veritatem simpliciter: cum licet non habeant veritatem determinatam natura sua, possint tamen aliunde habere determinatam veritatem, nempe ab extrinseco. Quod autem nullam determinatam veritatem habeant, hoc non est ratione sui, quatenus futura sunt, sed potius quatenus indifferentia sunt ad futuritionem vel non futuritionem. Nam esse futurum est esse determinatum ad futuritionem. Multo probabilius diceret futura contingentia nullā determinatam veritatem habere quatenus contingentia sunt, quam quatenus futura. Nam vox *contingentis* indeterminationem sonat potius quam vox *futuri*. Sed neque illud verum est, etsi verisimile. Nam posito quod aliquid futurum sit, licet contingenter futurum natura sua: tamen habebit veritatem determinatam. Neque enim aequum est, ut mundus futuritionis rei alicujus, tollat determinationem futuritionis ejus. Verum, haec omnia procedunt ex praeconcepta opinione Penotti, quia decretum Dei absolutum de futuritione rei tolleret rei futurae contingentiam. Atque huc revocat doctrinam Thomae quasi suis dogmatis propriam.

3. *Tertio, inquit, infertur, falsum esse quod idem Vasquius* 28
ait ibid. num. 19. & 20. post Gregorium Ariminensem & Gabr. tantam esse vim & perfectionem divini intellectus, ut etiamsi per impossibile Deus non esset omnipotens, & non esset rerum causa, sed existerent vel a casu vel ex alio causis, nihilominus infinitas divini intellectus sufficeret ad notitiam eorundem futurorum contingentium.

Itaque Scotum modo & assertores illius excussit, ad alia se recipiunt, uti videre est in isto Novariensi. Sed ne recentiores etiam innovatores audiant, recurrunt ad verū antiquum praesentialitatem coram Deo. *Fatetur (inquit) doctor D. Thomas ubique, sibi constans, futura contingentia non esse ab illo intellectu cognoscibilia, nisi pro eo statu in quo illa contineant determinatam veritatem; qui est status praesentialitatis illorum extra suas causas.* Sed quia jam à multis profligata est illa Thomae sententia, hinc est, quod Novariensis probe sibi conscius futilitatis illorum argumentorum quibus Durandus & alii illam sententiam impugnarunt, fingit sibi novam sententiae Aquinatis configurationem, ab illis argumentis quibus eam jam olim impetebant scholastici, satis, ut confidit, immunem. Atque hinc orta est illa distinctio de aeterna futurorum contingentium secundum suas reales existentias praesentia coram Deo. Scilicet

1. *Ita quod secundum reales suas existentias Deo coexisterent ab aeterno.*

2. *Vel ita, ut licet non coexisterent Deo ab aeterno, tamen ipse intuitus divini oculi immobiliter discurrens &c. ab aeterno attingat non solum esse futurorum rerum contingentium, sed ipsum esse praesens actualis earum existentiae quod habebunt quando actu fuerint producta in rerum natura, videatque illas ac si jam actu essent in rerum natura.*

Magnum aliquod parturire videtur Novariensis iste, dum in nuda sententiae suae propositione aegre sibi satisfacit: Quod indicio est, animum ipsius nondum accessisse ad suam sententiam: eoque probabilius, dum novam commentatur sententiae Aquinatis interpretationem, futurum, ut praeter ventum nihil enitatur aut imperfectam conceptionem. Prius distinctionis membrum expeditum est, licet contractius efferri potuerit. Nam si DEO coexistant futura contingentia, necesse est ut secundum *reales suas existentias* coexistant. Neque enim fieri potest ut existant secundum existentiam aut non suam, aut non realē, sed intentionalem. Neque enim cognosci à DEO est Deo coexistere. At posterius membrum longe impeditius est. Nam dum existentiam rerum Deo praesentem explicat secundum suam inventionis imitationem, hoc sensu explicat, quod scribit: *intuitus divini oculi immobiliter discurrens super omnes temporis differentias & super omnia quae in quovis tempore differentia sunt, ab aeterno attingat non solum esse futurarum rerum contingentium, sed ipsum esse praesens actualis earum existentiae quod habebunt quando actu fuerint producta in rerum natura, videatque illas ac si jam actu essent in rerum natura.* Prolixa admodū sententia & quae longe paucioribus

clientibus expediti potuit, nisi quod ad obtinendam lectionis [illegible]: ne sane aquilam aut serpentem agat Epidaurium, & incompositam ejus conditionem animadvertat. Et quid quaeso, *est intuitum discurrere super omnes temporis differentias*, aliud, quam intuitum infiniti? Et intueri sive discurrere super omnia quae in quavis temporis differentia fiunt, annon hoc ipsum est *attingere esse praesens actualis rerum contingentium existentiae*? Summa est paucis absoluta: *Deum intueri esse praesens actualis rerum existentiae*. Quod tamen *esse praesens rerum contingentium* ad hoc pluribus explicatur: Ut scilicet ejusmodi sit *quod habebunt quando actu fuerint producta, atque in rerum natura*. Quasi verò, fieri aliter potuisset, (nempe ut esse suum praesens haberent antequam producta essent) ut ulla hic opus esset hujusmodi ampliatione. Nisi forte ex [illegible] in rem Scholasticam faventibus nobis communicentur subtilitates istae; & fautores tuos amplificandos esse satis laudabiliter adverteres: Huc tamen redit omnis ista tam anxie exquisita contemplatio, quod scilicet DEUS *videat res contingentes futuras ac si jam actu essent in rerum natura*. De quo nemo dubitat. Neque enim *aliter novit facta, quam facienda*. Quod & illi ad unum omnes agnoscunt, qui res futuras DEO duntaxat objectivè praesentes esse judicant. Nec nisi me fallit animus, ultra se extensura est haec tua recenter exquisita & plus satis pompose vendita subtilitas. Obiter adverto phrasiologiae tuae non mediocrem anomaliam, dum dicis intuitum DEI discurrere *super omnia quae in quavis temporis differentia fiunt*. Dico subesse isti non mediocrem incongruentiam. Nam cum differentia temporis triplex sit, videlicet, praeteriti, praesentis, & futuri, secundum triplicem istam differentiam minimè dicendum fuerat promiscuè res *fieri*, sed partim factas esse, partim fieri, partim futuras esse. Verum ista rerum confusio non modice velificatur causae tuae. Sed videamus an congruenter dicantur ista. Recepteras ostendendum duobus modis dici posse contingentia *esse ab aeterno Deo praesentia secundum realem suam existentiam*. Quorum primus, fateor, expeditu facilis est, quod scilicet *coexistant Deo secundum realem suam existentiam*. At secundum modum exponis, neq; de coexistentia secundum aliam aliquam existentiam quàm realem, nec omnino de eorundem coexistentia. Quare cùm juxta priorem modum, praesentia rerum significaret earum coexistentiam; juxta posteriorem quid significet vel Delio urinatore nisi haud facile eruemus. Neq; enim omnino interpretaris praesentiam istam in modo à te invento posteriori; tantum dicis Deum intueri praesentiam eorum actualem sive praesentiam actualis ipsorum existentiae: Quasi ad obscurandam non illustrandam veritatem accederes artifex imprimis comparatus, atq; hoc ageres ut lectorem tuum lateres aut ludificareris potius quam instrueres. Omninò praetereunda non sunt ista sine discussione, ut animi tui sensus eruatur si fieri potest: Etsi verendum videatur ne informi conceptione pendens ipse tibi imponas, ut solent qui plus justo propensi sunt ad sententiae suae (quam tanquam Helenam meam perditè fovent) subsidium quid cum ratione quid praeter rationem undecunq; conquirendum. Esto itaq; juxta primum modum, contingentia futura dicantur Deo praesentia secundum actuales ipsorum existentias quatenus *realiter atq; actualiter* coexistunt Deo. Secundo, quatenus Deus intuetur praesentiam actualis ipsorum existentiae: Quod quid aliud est, quam quatenus Deus intuetur ipsorum actualem existentiam non tanquam futuram sed tanquam praesentem? Ergo, *inquam*, vel actualiter & realiter praesentem, vel *non*. Si realiter praesentem, ergo realiter existentem, ergo etiam Deo coexistentem: Nam quicquid realiter existit, Deo coexistit; unde fit ut secundus modus iste tam subtiliter excogitatus, sit prorsus idē cum modo priore. Sin non realiter praesentē, sed tantum intentionaliter; tum tantum intuetur ea Deus secundum esse ipsorum objectivum. Rursus cum dicis, Deum intueri non solum contingentium esse futurum sed & esse praesens, cur non addidisti etiam esse ipsorum praeteritum, cùm pari rationis analogia potuisses? Nam qua ratione intueri potest Deus rei futurae esse praesens, eadem ratione intueri potest rei futurae esse praeteritum. Sunt ista mysteria, quae, quasi in tertium coelum raptus fuisset, inde nobis vespertilionibus communicat Novariensis: digna Canonico Lateranensi; digna humanae libertatis propugnatore in contemptū gratiae Dei. Quis enim magis idoneus est, quem vertigine concutiat Deus, ut erret per devia, & pro Junone nubem, pro luce tenebras amplectatur? De contingentibus omnibus quae futura sunt, videt Deus futurum ut actualiter existant, hoc est, videt actualem ipsorum existentiam futuram; non videt ipsorum actualem existentiam praesentem; non videt ita esse quod actualiter existant de praesenti neq; enim antequā existant actualiter existunt de praesenti. De fictā istius praesentiae sufficientia quoad certitudinē scientiae divinae, postea disserendum. Nunc in figmento isto convellendo totis sumus. Pergit Novariensis; atq; , *duos istos modos dicendi toto coelo differre, quoniam secundum primum modum ratio praesentialitatis rerum divinae visioni sumitur ex coexistentia, secundum* (inquit) *verum, ex continentia existentiae creatae in ipsa divina existentia.* At quid opus fuit, rem minimè necessariam, & amplificationem nullius in rem praesentem momenti, mendacio redimere? Nam & falsum est & tibi probè notum quam falsum sit, quod ais, alterum altero verius dici. Esto vero; ita sit de modo priori. At quomodo fidem facies, ab isto modo, ullo apice (quid dicam toto coelo?) differre modum posteriorem? Audiamus tamen quid subjicias. *Nec juxta secundum* (inquis) *ratio praesentiae rerum ipsi DEO, non sumitur ex coexistentia creaturarum ipsi Deo, sed ex infinitate divini intuitus, & ex eo quod oculus divinus potens est praevidere esse rerum antequam illae sint, & videre ipsum esse praesens actualis existentiae illarum, antequam illa existant in rerum natura.* At quisque eruditus & sobrius expendat, an hoc sit dividere praesentiam rerum in duos modos, & non potius actualem rerum praesentiam & existentiam distinguere ab intuitu Dei infinito quo res intuetur antequam existant, hoc est antequam realiter praesentes sint. Nam *esse praesens* prout distinguitur ab *esse futurum*, quid aliud est quam actualiter existere? Atque etiam, futura esse DEO praesentia

Cap. 16. num. 111.

secundum quid, nempe quoad esse objectivum & intentionaliter, antequam in rerum natura actualiter existant, nemo dubitat. Sed & pari ratione dicere potuisses, Dei oculum pro ea qua est infinitate, posse praevenire non modo esse praesens rerum, sed & esse praeteritum rerum antequam illae sint, & videre ipsum esse praeteritum actualis illarum existentiae, antequam illae existant in rerum natura. Et sic hodie videt non modo esse praesens sed & esse praeteritum Antichristi, licet nondum advenerit juxta vestram in Apocalypticis visionibus calculationem: nisi quod, juxta mysticam Bestiae decemcor naperae in Praefatione quam pro libertatis arbitrii tui gratia nobis indulsisti, interpretationem jam adsit, licet nondum praeterierit Antichristus ille humanae libertatis impugnator: ne non lepidus & facetus Poeta prodires, perinde atque disputator subtilis & acutus. Pari ratione dicere potuisses intuitum oculi divini hodie discurrere super omnes temporis differentias praeteriti, & omnia in illis olim contenta intueri: sed hoc fieri non potest praeveniendo sive existentiam eorundem anticipando, sed potius existentiam eorundem postquam defecerit subsistendo.

Annectis istis Canonicus Regularis distinctionem alteram, sed admodum congenerem; quod indicio est Novariensem istum nondum edormivisse hoc Distinct. num. IV. vitii. *Creaturas (inquit) esse praesentes Deo ab aeterno in esse cognito duobus modis potest intelligi; uno modo quod per actum divinae cognitionis attingantur ab aeterno esse praesens actualis existentiae quod habet quaelibet res in se ipsa in aliqua temporis differentia extra suas causas: alio modo quod eaedem creaturae dicantur praesentes quatenus divina cognitio solum attingit illud esse objectivum seu esse cognitum, &c.* Accepimus superius distinctionis subtilitatem de aeterna rerum contingentium praesentia apud Deum *secundum reales ipsarum existentias*. Non minore subtilitate hic loci distinguit *de aeterna creaturarum apud DEVM praesentia secundum esse cognitum*. Atque haec quidem distinctio superiore longe accommodatior est ad captum lectoris (de me loquor) fateor enim ingenium meum angustius sedere. Ista vero distinctio satis familiaris est, quatenus dicitur cognoscere creaturas, vel secundum *esse* actualis existentiae ipsorum, vel secundum *esse* objectivum. Veruntamen ne ista quidem distinctio videtur quicquam accommodatior veritati, aut etiam arti Logicae quae vetat ita distinctionem instituere ut membra ejus coincidant: cujusmodi infaustus est praesentis distinctionis exitus, idque ex utraque parte. Quid enim? Cum cognoscit Deus *esse* actualis existentiae rei alicujus, annon *esse* actualis existentiae hoc ipso fit esse objectivum? Probo sic. *Esse* objectivum est esse cognitum, vel teipso interprete, qui ista tanquam *synonyma* conjungis. At, inquam, ipsum *esse* actualis existentiae, dum cognitio divina ipsum attingit, hoc ipso fit *esse* cognitum, & consequenter *esse* objectivum. Rursus quando cognoscit creaturas quoad *esse* ipsarum objectivum, annon hoc ipso cognoscit earum *esse* actuale? Nam sine dubio cognoscit ipsorum esse actuale, & esse creaturarum actuale est *esse* objectivum cognitionis divinae. Sed dum cognoscit hoc *esse* rerum actuale, si hactenus tantum futurae sunt, cognoscit ipsarum *esse* actuale tanquam rem futuram duntaxat. Tu vero addebas, fateor, Deum cognoscere *esse praesens actualis existentiae creaturarum*; non tamen dicere audebas Deum cognoscere actualem creaturarum existentiam tanquam praesentem antequam existat: Qui potueras? Cum manifestum sit actualem creaturarum existentiam (antequam existant) futuram tantum esse, non vero praesentem. Et considerare tanquam praesens quod praesens non est, non tam est considerare quam aut errare aut fingere. Absit autem ut DEUM tui similem esse fingas. Prosint labiis tuis lactucae tuae. Potterimus nos sine illis vivere. Nec tamen nego quin actualis creaturarum futurarum existentia dici possit praesens DEO in esse cognito, quatenus eam cognoscit tanquam futuram; hoc est, novit futurum, ut multae creaturae quae nondum existunt, habeant suo tempore existentiam actualem. Fortasse etiam ista aequivocatio te improvisum nonnihil illusit & fefellit. Tu vero quasi mentis tuae confusioni indulgens, non dicis DEVM cognoscere actualem existentiam creaturarum tanquam praesentem, quod prima facie seipsum refellit, sed ut alios tecum obscuritatis laqueis involvas, ais DEVM *cognoscere esse praesens actualis existentiae creaturarum* nondum existentium; quod perinde est ac si diceres DEVM cognoscere *esse praesens actualis existentiae creaturarum* nondum praesentium, &c. esse praesens (prout ab *esse futurum* distinguitur) nondum adeptarum; aut DEUM cognoscere praesentem actualem existentiam creaturarum nondum praesentem, nondum actualiter existentem. Nimirum ut Sisyphus *saxum volvens sudat nitendo nec proficit hilum*: Ita tu distinctionem parturiens, nitens pariendo, sed prorsus invita Lucina, nec quicquam in lucem edis praeter imperfectam conceptionem.

Distinctionibus tam bene provenientibus, pergit ad Propositiones; quarum

Num. IV.

Prima Propositio est, *Accepta praesentialitate rerum juxta secundum modum assignatum in prima distinctione, omnes creaturae & omnia contingentia quantumcunque futura, sunt DEO ab aeterno praesentia secundum suas proprias & reales existentias.* Hoc est, DEVS intuetur ab aeterno *proprias & reales ipsorum existentias*, antequam sint, nec quisquam Christianus ea de re dubitat. Sed vox, *intuetur*, ambigua est: Nam secundum materiam nihil aliud significat quam DEVM cognoscere etiam rerum futurarum proprias & reales existentias; quod nemo dubitat verum esse. Verum secundum formam significat ita cognoscere quasi prius actualiter & realiter existerent extra intuentem: quo sensu falsum est. Cognoscit quidem Deus proprias & reales rerum futurarum existentias, sed duntaxat tanquam futuras non tanquam praesentes: vel cognoscit quid & quale sit uniuscujusque propria & realis existentia, sed non cognoscit quod sint antequam sint, non cognoscit quod existant antequam existant. Obiter advertendum; nullam hic mentionem vel *esse praesentis*

sive

seu actualis rerum existentiæ, factam esse apud Novatiolem: quod argumentum est, omitti potuisse in formandis ipsis distinctionibus, sed de industria interposuit, ut, Dari alicujus instar, perturbaret omnia. *Esse præsens rei*, quid aliud est quam præsentia rei? Præsentia rei quid aliud est quam res præsens? Videre autem rem præsentem, & consignificat rem aliquam præsentem esse sive actualiter existentem, & significat rem sic præsentem seu actualiter existentem visioni subjici. At falsum est, rem aliquam actualiter existere quamdiu est futura. Potest intentionaliter existere in esse scilicet objectivo; at realiter existere non potest. Quare cùm dicis futura esse DEO præsentia *secundum suas reales existentias*, mitto *proprias*, (quis enim solitus ambigeret an realis alicujus existentia sit illi propria?) nihil aliud est quam realem rerum futurarum existentiam esse præsentem Deo; quod & verum est secundum *esse* eatum objectivum, seu *esse* cognitum. Cognoscit enim DEVS rerum futurarum existentiam realem: Sed quomodo cognoscit? non quod sit, sed quod futura sit; alioquin res illæ de quarum actuali existentia disseris, nequaquam essent futuræ, sed præsentes, idq; tanquam actualiter existentes. In probationem Augustinum citas de Prædestin. & gra. cap. 5. & lib. 4. de Trinit. cap. 17. & lib. 23. cap. 16. quæ in fine capitis præcedentis ais recitata esse. At quæ loco designato recitantur causam tuam nihil promovent. Nam disertè loquitur Augustinus de rerum futurarum præsentia duntaxat in præsentiâ divinâ. Verba Autoris hoc ipsum indicantia hæc sunt: *Mundus enim, quamvis pro tempore ex quo factus est, inciperit, in illa divina præsentiæ luce fuerendus, nullum potuit habere principium. Et quicunque vel ex Adam usque in hodiernum diem homines nati sunt, vel post nostram ætatem sunt generationis propagine nascituri, apud Deum nati sunt jam* (nempe in illa divinæ præscientiæ luce, hoc est, nativitas ipsorum ab æterno præscita est à DEO,) *& licet decursu rationis ista tempore transierint, in illa vivacissimus divini obtutûs lumine permanent.* Hoc mox explicat de memoria DEI respectu præteritorum. *DEVS enim* (inquit) *qui nec loco clauditur, nec tempore prævenitur, omnium rerum tam præteritarum memoria, quam imminentium scientia plenus est.* Vide etiam quâ concludit ratiocinationem suam terminat. Apud DEVM *nec sperantur futura, nec præterita transfierunt, sed in præsentia divinitatis præsenti semper luce servantur.* Quæ omnia procedunt ratione scientiæ divinæ, cui tam præterita quam futura præsentia sunt, nempe in esse objectivo sive in esse cognito. Addis ex lib. 83. quæst. q. 17. *apud Deum nihil esse præteritum*, quod tamen jam expositum accipimus Augustinum ratione memoriæ quam habet præteritorum. Hâc enim ratione dicere etiam ea quæ transierunt *in illo divini obtutûs lumine permanere*, quia scilicet plenus sit Deus *omnium rerum præteritarum memoria*. Quod si nihilo majoris præcipiunt in rem tuam ea quæ loqueris, quanto minoris sunt ea quæ taces? Viz. ex lib. 10. de Civit. c. 12. & lib. 11. c. 21. & l. 2. ad Simplic. q. 2. & lib. 11. Confess. c. 18. & lib. 4. de Trinit. c. 13. & lib. 11. c. 7. & in Solil. c. 26. His adda ex veteribus alios, sed ab Alvare allegatos, disput. 8. num. 4. Sed quo candore hoc facis, cum jam professus sis Alvarem ex iis esse qui Thomæ sententiam in ejusmodi sensum interpretari soleant, qui tuo judicio ab omni ratione prorsus alienus sit? Ergo si dicti Patres favent sententiæ Alvarianæ, non favent tuæ; si tuæ prosunt, non prosunt Alvarianæ. An ergo aut æquum aut modestum fuit, ut tu Alvari oppositus, Alvarianæ tamen accommodationi autoritatum istarum acquiesceres? Sed & jam docui quo sensu Augustinus dicat omnia præsentia esse coram Deo.

Sed videamus illam rationem quam subjicis demonstrativam. *Vel, inquis, aliquando creaturæ sunt præsentes Deo secundum actuales existentias, vel nunquam. Secundum dici non potest. Si dicatur primum; ergo semper fuerunt Deo præsentes; alias divina cognitio esset transmutabilis & vicissitudini subjecta, contra fidem Catholicam.* Eâdem ratione ego probabo creaturas ab æterno coextitisse DEO secundum reales ipsorum existentias. Nam aut aliquando creaturæ coextiterunt Deo secundum reales suas existentias, aut nunquam: secundum dici non potest. Si dicatur primum; ergo semper fuêre Deo coexistentes secundum reales suas existentias; alias divina cognitio esset transmutabilis, quod est contra fidem Catholicam. At conclusionem illam detestatur ipse Pennottus. Atq; hanc ipsissimam rationem adhibet Alvarez ad suam interpretationem Aquinatis astruendam. Probatur (inquit) ratione: *Deus habet claram & distinctam cognitionem intuitivam omnium futurorum contingentium: ergo omnia illa sunt præsentia in æternitate secundum propriam existentiam, & non tantum in esse objectivo seu in esse cognito. Patet consequentia: Nam cognitio intuitiva est rei præsentis, prout præsens est, secundum propriam existentiam. Antecedens autem probatur. Nam cognitio quam Deus habet futurorum contingentium est perfectissima; ergo intuitiva: alias mutaretur Dei cognitio quando futura producerentur in esse: Nam inciperet cognoscere intuitivè quod antea cognoscebat abstractivè.* Alvarez l. 2. de auxiliis disp. Quæst 8. num. 17. Certè in divinâ naturâ mysteriorum plena sunt omnia. Hinc homines malè feriati ansam arripiunt quidlibet effutiendi, modo certis argumentis freti quorum solutio adigat nos ad divinæ majestatis arcana scrutanda. Atqui ut nihil ipsis proficiant, ostendamus: Omnes fatentur Deum non aliter noscere facta quam facienda. Sed quid tum postea? An tu propterea concludes, Deum etiam antequam existant novisse res existere, quia dum existunt, novit eas existere? At pari ratione contendere potuisses, Deum etiam antequam res existant novisse eas præteriisse, quia postquam præterierint, novit eas præteriisse. Et sicut non aliter novit facta quam fienda, ita non aliter novit futura quam præterita. Sed respondemus, unam & eandem Dei cognitionem rerum, varias sortiri denominationes pro vario statu earundem rerum. Nimirum prout vel futuræ sunt, vel præsentes, vel præteritæ, ita eadem earundem rerum notitia divina nunc dicitur scientia rei futuræ, nunc præsentis, nunc præteritæ. Nam scire rem aliquam productam iri certo tempore, est, & scire futuram esse antequam tempus illud advenerit, & præsentem esse cum advenerit, & præteritam esse postquam tempus præsentiæ ipsius præterierit. Si DEVS extra se ferretur in cognitione rerum, ut solent homines,

 nunquam

nunquam rem aliquam videret priusquam præsens esset in rerum natura. At Deus in se, non tam volvendo quam quiescendo fertur super omnia: nec magis videt res præsentes quam futuras aut præteritas, nec alio modo; cum, ut cætera in Deo, ita etiam & ipsius notitia sit invariabilis. Addit Novariensis, *juxta sensum hujus propositionis loqui D. Thomam, ubicunq; ex præsentialitate rerum in æternitate, conciliat certitudinem divinæ præscientiæ cum rerum contingentia & arbitrij nostri libertate; quod tam clarum est,* (si Pennotto credimus) *ut ad hoc declarandum sufficiat sola locorum D. Thomæ lectio absq; alio commento.*

Cap. 14. num. [illegible]

Et sane gratias Canonico isti non mediocres est ut agamus, quod genij sui & candoris specimen illustre tam familiariter nobis exhibuerit. Neq; enim facile credo uspiam extare monimentum majoris inverecundiæ. Nimirum dum nequaquam erubescit profiteri, solam Thomæ lectionem sine commento sufficere ad mentem ejus hac ex parte eruendam, quam tamen nec Scotus assecutus est, nec Durandus, nec Ockamus, nec Ariminensis; sed nec Capreolus, nec Cajetanus, nec recentiores Scholastici, quamvis Aquinatis doctrinæ studiosissimi, è quibus est Dominicus Bannes, & Didacus Alvarez; sed ne Iesuitæ quidem, Valentianus, Molina, Vasquez, Suarez: summâ dicam; istam Aquinatis interpretationem nec ante Novariensem quispiam unquam advertit; nec facile credo post Novariensem quempiam tam infaustâ subtilitate transversum agendum, ut, inter esse objectivum, & actualem rerum ipsi Deo in æternitate coexistentiam, statum quendam rerum DEO præsentium adinveniat, & Novariensem istum acumine suo tot cornicum oculos configere posse deliret. Nam cum Cajetanus ad hujus Articuli explicationem accederet, vide, quæso, quomodo se gerat.

Cajet. in 1. q. 14. art. 13.

Iste locus (inquit) *ab adversantibus judicatur plenus contradictionis & erroris; à sequentibus autem doctrinam S. Thomæ reputatur adeo obscurus, ut neminem hactenus viderim, sive scripto, sive verbo assertivè tueri hoc dictum: & me jam annos ferme quindecim, fateor, latuisse. Sed modus tertius dum super commentatione hujus articuli meditarer, illuxit (ut arbitror) D. Thomæ opere veritas plana & in manifesto posita, & ideò paucissimis verbis pertransijt.* At quod ab adversantibus judicabatur plenum contradictionis & erroris, quod nemo studiosorum Thomæ asserere ausus est, quod quindecim annos latuerat Cajetanum, quo modo scil. defendi potuisset Aquinas, quasi extra controversiam utrinq; positum esset, qualis esset illa Aquinatis sententia, quam alii sugillabant, alii pro virili tutari desiderabant, inter quos quindecim annorum operam posuit Cajetanus; in hunc sensum Aquinatem interpretandū esse prorsus negat iste Canonicus; imò sententiam longè aliam illius loco substituit, quam Aquinati tribuit, eamq; adeo claram esse ait, *ut ad hoc declarandum sufficiat sola locorum D. Thomæ lectio absq; aliquo commento*; pro eâ nimirum quâ est audacia atq; impudentiâ exemplari. Itaq; ne longius grassetur Regularis istius impudentia, & assertationibus suis supra modum inverecundis lectoribus suis diutius imponat: placet etiam inquirere in ea quæ dixerit, dum receptam Thomæ & Thomistarum sententiam convellit. Nam licet illa Thomistarum assertio de æterna rerum coexistentiâ æternitati, mihi prorsus displiceat, tamen multum interest quibus artibus, quibus rationibus infirmetur. Nam dilutis argumentis convertere errorem aliquem, non tam est convellere aut infirmare dogma quantumvis malè constitutum; quam id ipsum stabilire & confirmare. At ex recenti quam nactus sum genij & ingenij Novariensis istius experientiâ, nihil aut sani aut solidi ab illo Autore expectandum esse, polliceri mihi possum. Itaq; procedo ad propositionem ejus secundam.

SECUNDA PROPOSITIO: *Si loquamur de præsentialitate juxta primū modum explicatū in prima distinctione creaturas fuisse aut esse ab æterno Deo præsentes secundū suas proprias, & reales, & actuales existentias, nec est doctrina in se vera, nec unquā à D. Thomā intenta. Quod non sit doctrina in se vera, probo ratione à Durando virtualiter insinuata, quæ meum intellectum planè convincit, neq; adhuc ab aliquo autore videtur vel in specie soluta. Ratio est: Illud quod revera in se non existit, nulli rei aliq à se potest vere coexistere.*

Prologo num. [illegible]

At, inquam, istam rationem, ejusq; solutionem aggressus est Cajetanus; ita formando statum sententiæ quam tuetur, ut ista propositio, utpote prorsus aliena, ad sententiam quam impugnat convellendam, nullum prorsus impetum faciat, sed omninò extra oleas vagetur. Nam rem aliquam in se existere, intelligi potest dupliciter: vel ut in seipsâ existens in *nunc* temporis, vel in *nunc* æternitatis. At vult Cajetanus rem nondum existentem in *nunc* temporis posse coexistere alteri in *nunc* æternitatis: quia scil. cum æternitas comprehendat non modò tempus præsens, sed & præteritum & futurum, tam præterita & futura coexistere dicuntur æternitati quam præsentia. Quare propositio adversaria à Novariensi proposita, præter nudam negationem nihil habet. At Thomistarum sententia ratione nititur, petitâ scilicet à naturâ æternitatis; quippe cum sit tota simul, comprehendatq; non modò præsentia, sed & futura, & præterita, adeoq; iis coexistat, sicut & singula tam futura quam præsentia coexistunt æternitati; non quidem ut in nunc temporis, sed in nunc æternitatis; quippe quæ tam ad futura & præterita quam ad præsentia se extendat. Sed addit Novariensis propositionem illam quam opponit esse ipsius Cajetani, quo nihil falsius, quemadmodum ad prostitutam hominis impudentiam patefaciendam manifestum faciam. Pergat itaq; Canonicus:

Ibid.

Hæc propositio (inquit) *est adeo vera, ut etiam Cajetanus illam expressis verbis promat, dictâ q. 14. artic. 13. §, Ho prædicato: ubi sic ait: Quoniam coexistentia rei ad æternitatem aquatur in duratione mensura ejusdem existentiæ, cum non coexistat nisi secundum suam actualem existentiam.*

Agnosco verba Cajetani fideliter relata; in quorum explicatione me fere pessundedit Novariensis. Nihil enim occurrebat præter tenebras, & Cajetanum obscuritate suâ sibi nimium indulgere jam olim expertus sum. Itaq; in eo eram, ut studiorum meorum in hoc apice missionem meditarer, præsertim cum Cajetani sententia mihi nequaquam placeret. Deinceps tamen animum huc appuli, ut ex ipso Cajetano rimarer, quid sibi vellet istâ tam operosâ & perplexâ sententiæ suæ explicatione. Tandem verò firmatâ animi intentione & continuatâ, subit animum ut arbitror, vera interpretationis ejus effigies.

Existit

Existit res aliqua formaliter secundum actualem suam existentiam: sin autem quæratur de existentiâ mensurativè, hoc est, de mensurâ secundum quam res dicitur existere, illa duplex est, nempe vel propria, vel aliena. Rei temporalis mensura propria est tempus; aliena, æternitas. Si quæratur de duratione temporis, verissimum est rem temporalem nequaquam existere nisi in illâ temporis duratione (vel potius differentiâ) quæ actualem ejus existentiam mensurat. Itaq; non in omni temporis duratione seu mensurâ existit res aliqua temporalis, sed in certâ duntaxat & sibi propriâ; & sicut non existit nisi in certâ temporis differentiâ, ita non coexistit æternitati in quâcunq; temporis differentiâ, sed duntaxat in illâ temporis differentiâ quæ mensurat actualem ejus existentiam. Est hæc doctrina Cajetani. Sed & prætereà docet, unamquamq; rem temporalem propter coexistentiam temporis cum æternitate, existere etiam in æternitate, quæ quidem prior est omni tempore; & cùm sit tota simul, hâc ratione quicquid coexistit æternitati, existere in æternitate; & hanc existentiam priorem esse omni tempore & ab æterno Deo præsentem. Quæ cum ex verbis Cajetani concludit Novatiensis: *Ergo res creatæ non existunt nisi pro eâ duratione quâ existunt in seipsis, quia scilicet nulla creatura, ante illud instans temporis in quo est producta, extra suas causas in rerum natura existit verè in se*; Non advertit Cajetanum distinguere de duplici rerum temporalium existentiâ, quarum altera est fundamentum alterius, Nam secundum Cajetanum & existunt in tempore, & in æternitate; & existentia rerum in tempore est fundamentum existentiæ earundem in æternitate. Et licet hinc rectè sequatur, rem in nullo nunc temporis prius coexistere æternitati ante illud instans temporis in quo est producta extra suas causas in rerum natura; tamen hoc non obstante, vult jam prius coexistere æternitati in nunc æternitatis; quamvis existentia rerum in tempore sit fundamentum existentiæ earundem in æternitate; quia cum æternitas sit tota simul & prius omni tempore, facit, ut quæ in ea existunt, quatenus in ea existunt, DEO præsentia sint ante omne tempus. Sed quia incredibile videtur existentiâ posteriorem, puta in tempore, fundamentum esse existentiæ prioris, ejus scilic. quæ dicitur esse in æternitate; licet mihi propositum non sit assertorem agere Cajetani aut sententiæ quam tuetur, tamen melius dici posse videtur, rerum futuritionem sufficere ad fundandam existentiam illam in æternitate; quæ quidem futuritio ex eo dignoscitur fuisse æterna, quod aliquando secundum actualem suam existentiam res præsentes sint in tempore. Sed neq; contradictoriæ sunt propositiones illæ quas contradictorias esse fingit Pennottus. *Existentiam scilicet rei creatæ coæquari in duratione existentiæ ejusdem rei; & rem ipsam coexistere in æternitate, & non existere in seipsa in nunc temporis.* Nam quando dicit *coæquari in duratione existentiæ ejusdem rei*, aitque vult Cajetanus, si sermo sit de coexistentiâ in tempore, rem nunquam coexistere æternitati ante instans illud in quo producitur extra suas causas, Non autē procedit de coexistētia universim acceptâ ratione mensuræ cujuscunq; Nam in æternitate fatetur res coexistere æternitati priusquā existant in se ipsis, & in aliqua differentiâ temporis. At Novatiensis argumentatio procedit, quasi voluisset Cajetanus rem simpliciter nō existere sive in tempore sive in æternitate, priusquam actualiter existat in se ipsa. Sed non advertit verba ista Cajetani, ex quibus hunc in modum ratiocinatur, tantùm cōtinere rationem, quare non in quolibet nunc temporis coexistat æternitati. Ad quod ostendendum, docet, si de existentiâ in duratione mensuræ propriæ philosophemur, existentiam creaturæ secundum istam durationem æquari ad æternitatem duntaxat secundum illam differentiam temporis in qua existit res actualiter extra causas; quod tamen admodum obscurè à Cajetano proponitur. Sed cohærentia hujus sententiæ cum priore, in cujus probationem inducitur, indicat hunc esse sensum Autoris.

Et, ni fallor, hoc advertisse videtur Novatiensis, & proinde ad refugium istud (de duplici rerum coexistentiâ ad æternitatem scilicet vel in nunc temporis vel in nunc æternitatis) præcludendum se accingit. In quo propius accedit ad justam istius sententiæ refutationem, dum ait, *Cajetanum & Thom.* 1. *cont. Gent. c.* 66, *ratione sexta, & Ferrariensem ibidem & communiter omnes Doctores docere, æternitatem, etsi formaliter sit tantum unum nunc indivisibile, tamen virtualiter extendi prout respicit diversas partes temporis & ea quæ fiunt in diversis partibus temporis, habere partes & continere plura instantia temporis & plures partes temporis: sicut mensura superexcedens continet omnes partes mensuræ quæ exceditur, & sicut centrum signatum in circulo* (ita enim legendum, & non in circumferentia) *virtualiter correspondet pariter omnibus punctis signatis in ipsa circumferentia, ad quæ ex ipso centro ducuntur lineæ ad circumferentiam.* Ista meo judicio explicatione indigent, quomodo scilicet æternitas dicatur habere partes. Dicit Pennottus, hoc dici, habito respectu ad varias partes temporis, sicut centrū in circulo refertur ad omnia puncta in circumferentia. At, inquam, æternitas est indivisibilis ex omnium consensu; nec *habere partes* ejusmodi denominatio est quæ locum habere possit respectu habito ad aliquid extrinsecum, quomodocunq; divisibile sit in partes. Et centrum circuli, respectum quidem ad circumferentiam habere potest infinitum, sed non propterea aut partes habet aut partes ullas habere dicitur. Quid quòd partes durationis constituuntur tantummodo secundum prius & posterius in duratione, qualia nequaquam reperiuntur in duratione Dei. Itaq; cum dicit Pennottus, æternitatem, etsi sit unum nunc indivisibile, tamen virtualiter continere plures partes temporis, imò omnes, *sicut mensura superexcedens continet omnes partes mensuræ, quæ exceditur*: hoc ego sic interpretor, ut æternitas licet indivisibilis sit, tamen coexistat omnibus partibus tēporis sibi seriatī succedentibus: coexistat, inquā, illis non simul (neq; enim illæ simul existūt, quo solo fieri posset ut illis coexisteret nunc æternitatis) sed successive, nimirū secundum prius & posterius. Adeò ut licet Dei existentia in duratione suâ nequaquam admittat prius & posterius, utpotè cùm sit omnis motus expers, tam materialis qui congruit corporibus, quam spiritualis qui competit spiritibus, quippe cui nihil vel accedere potest vel decedere: tamen coexistentia DEI

Ibi. apud Penot. c. 18. n. 72.

(quippe quæ Deo tribuitur per denominationem ab extrinseco) admittit prius & posterius; secundum quam dicitur & coextitisse rebus præteritis, quippe quando illę extiterunt in rerum natura; & coexistere rebus præsentibus; & coextitura rebus futuris, simulatque ipsę producentur in rerum natura. Unde juxta sacræ scripturæ phrasiologiam Deus is esse dicitur, qui non modo est, sed & *erat*, & *venturus est*: Quod quidem ego Deo tributum interpretor de Dei coexistentia rebus seriatim succedentibus, non autem de existentia, quę cum absolutè Deo tribuatur, indivisibilis est; sed de coexistentia cum creaturis quæ ab extrinseco Deo tribuitur, & fundatur in successione rerum creatarum. Hinc pergit Pennottus, aitque, *Hoc stante distinctionem illam à Cajetano tanto labore & tot annorum studio elaboratam nihil videri illorum causam juvare*, & rationem subjicit benè longam ex comparatione quæstionis motæ apud Theologos de coexistentia rerum apud Deum in æternitate, & Cajetani juxta distinctionem præmissam ad eandē quæstionem responsionem: quarum illa pluribus proponitur, hæc verò obiter tantum indicatur. Summa est: Theologi non quærunt, *An res sint præsentes in æternitate pro aliquo nunc temporis, sed an sint præsentes pro quolibet nunc temporis*. Sed adverte, quæso: qui dicit res esse præsentes Deo ante omne tempus, procul dubio negare non potest præsentes esse Deo pro quolibet nunc temporis; Imò necesse habet asserere pro quolibet nunc temporis verum esse, *res omnes præsentes esse Deo*. Sed quomodo? non in quolibet *nunc temporis*, sed *in æternitate*. Dicerent enim, aliud esse, rem in quolibet nunc temporis præsentem esse DEO, aliud & longè aliud, in quolibet nunc temporis verum esse, rem aliquam esse præsentem Deo in æternitate. Atque hæc ipsissima est distinctio Alvareziana, disput. 8. num. 6. ex Ferrariensi petita, in 1. cont. Gent. c. 66. Quare cum Theologi quærunt *an pro quolibet nunc temporis res futuræ sint præsentes Deo*, nihil aliud volunt quā quærere, utrum pro quolibet *nunc* temporis verum sit, futura præsentia esse DEO. Et ad hanc quæstionem congruenter respondent Cajetanus & Alvarez, *& pro quolibet nunc temporis, & ante omne tempus etiam ab æterno verum esse, futura Deo præsentia esse secundum actualem ipsorum existentiam, sed non in aliquo nunc vel in quolibet nunc temporis* (qui possunt, cum hoc verum esse dicant ante omne tempus?) *sed in nunc æternitatis*. Nempe imaginantur, tempus universum secundum omnes suas differentias simul Deo coexistere in nunc ęternitatis; idque ab æterno; quia scilicet quęlibet pars temporis coexistit toti æternitati, quippe cum æternitas sit unicum instans prorsus indivisibile. Quare ad veram hujus erroris (si quis sit ex parte horum Theologorum, quod & meo judicio videtur) detectionem, ostendendum est, æternitatem, licet sit indivisibile quid, tamen nequaquam ejusmodi esse, ut quicquid aliquando coexistat ipsi, coexistat ipsi ab æterno, in quacunque mensura sive temporis (de quo perspicuum est hoc fieri non posse) sive æternitatis, de quo an fieri possit hactenus ambigitur. Hoc autem attentavit Durandus, eoque multo commodiorem, meo judicio, aperuit viam huic errori occurrendi quam hactenus aut Novarien- Durand. 1. dist. 18. q. 3. n. 17.

sis aut alius aliquis præstare compertus est. Sic enim distinguit: *Tota æternitas dicitur dupliciter: vel excludendo partes, vel excludendo principium & finem. Quicquid in tempore existit, coexistit æternitati, & quidem toti excludendo partes, quia scilicet partes non habet æternitas: sed non quicquid coexistit æternitati coexistit ei toti, excludendo principium & finem.*

Pergit Novariensis, & probandum recipit, *Nihil existere posse in mensura aliena quando non existit in mensura propria*: quam propositionem diserte negat Alvarez, quemadmodum ex ipsius sententia prorsus neganda est. Probat autem Pennottus *quia propria mensura durationis rei non differt ab eadem rei existentia, nisi secundum rationem, vel ad summum formaliter, sicut differunt motus & tempus quod mensurat ipsum motum. Ergo existentia rei non potest mensurari a mensura aliena, existens sine mensura propria, sicut motus non potest existere sine tempore, vel mensurari ab aliena mensura & non mensurari à tempore, quia tempus sic essentialiter est ipsum esse successivum motus. Sic igitur consideratio existentiæ rei & mensura propria ejusdem durationis realiter eadem & idem sint, non potest durare existentia rei mensurata per solam æternitatem sine propria mensura.* Ad probationem istam respondisse videtur Alvarez, distinguendo de mensura aliena; quippe quę sit vel creata vel increata: fatereturque nihil posse existere in mensura aliena creata, nisi etiam existat in mensura propria; At secus esse de mensura increata. Secundò dicendum est etiam juxta sententiam Alvarez, sicut existentia uniuscujusque rei fuit ab æterno coexistens æternitati; ita etiam & uniuscujusque duratio etiam & mensura propria rerum omnium, imò etiam omnium motuum mensura communis, tam cœlum quam motus cœli, fuit ab æterno existens, sed in ęternitate. Nam præsentia rerum futurarum in ęternitate, tam extendit ad tempus ipsum omnesque temporis differentias, quam ad res ipsas quę aliquando existent in tempore. Licet, ut obiter fatear quod res est, videtur ista sententia summè admiranda, ut rei productio quę à tempore separari non potest, una cum tempore existere dicatur in æternitate, nec tamen res hujusmodi existat in propria mensura sive in tempore. Verumtamen, horum sententia, ni fallor, huc tendit, non tam ut quę temporaria sunt ultra omne tempus anticipentur in æternitate: quam ut æternitas modo quodam ineffabili, licet instans sit, tamen se actualiter exporrigat ad futuram rerum omnium existentiam actualem, cum quibus omnibus coexistat: quę tamen non tam differentiam Theologorum dictata mihi videntur, quam dormitantium somnia.

Apud Pennot. l. 1. c. 18. num. 7.

Progreditur Pennottus, & cum doceant Adversarii creaturas coexistere Deo ab æterno *sive imaginem & veritate essendi ergo* (inquit) *sequitur 1. creaturam vel esse Deum vel æqualem Deo. 2. æternitatem non esse attributum solius Dei. 3. Æternitatem non esse mensuram adæquatam solius divini esse, sed & creaturarum. 4. Propositionem illam esse veram, creaturæ existunt ab æterno. Valet etiam consequentia ista creaturæ sunt ab æterno in æternitate: Ergo creaturæ sunt ab æterno.* At negat Alvarez istam consequentiam, atque esse consequentiam à minus stricto ad magis strictum; cujus rei instantiam repræsentat in hunc modum. *Sunt* (inquit) *non fuerunt,*

Habetur apud Pennot. num. VII.

Petrus

Petrus eſt, vel fuit, vel erit; ergo Petrus eſt. Ita non ſequitur, Petrus eſt in æternitate; ergo Petrus eſt. Vult enim omnem differentiam temporis, una cum rebus in eadem contentis, eſſe in æternitate ſive æternitati coëxiſtere, ſive præſentia ſint, ſive futura, ſive præterita. Sed urgerit Pennottus; *Non monſtrabunt autem quod exiſtere ab æterno in æternitate, ſit quid magis amplum vel minus ſtrictum quam exiſtere ſimpliciter & abſolute.* At inquam, ſi perinde ſit eſſe in æternitate, atque, vel eſſe ſimpliciter, vel fuiſſe, vel futurũ eſſe, quemadmodum indicavit Alvarez, neceſſe eſt, ut ſit magis amplũ quam eſſe ſimpliciter & abſolutè. Probat autem Pennottus *eſſe ſimpliciter*, magis amplum eſſe quam eſſe in æternitate; *quia*, (inquit) *exiſtere ſimpliciter & abſolute, eſt quid commune ad exiſtere in ſe & exiſtere in æternitate.* At reſponderet Alvarez majorem propoſitionem veram eſſe duntaxat de exiſtentia ſimplici in menſura propria & adæquata, non autem de exiſtentia ſimpliciter tanquam in menſura in adæquata, qualem eſſe vult exiſtentiam rerum omnium temporalium in æternitate; quippe quæ juxta ejus ſententiam comprehendat tam præterita & futura quam præſentia.

Et cum alii dicant conſequentiam ſuperiorem invalidam eſſe, quia fit ab eſſe ſecundum quid ad eſſe ſimpliciter; probare molitur ex adverſo, exiſtentiam in æternitate non eſſe ſecundum quid; quia ſcilicet ſecundum Autores illos ſit exiſtentia vera. Verum autem exiſtentiã confundit Pennottus cum exiſtentia ſimpliciter dicta; quod Adverſarii nequaquam concederent. Nam exiſtere in æternitate volunt illi commune quid eſſe tam rebus præteritis & futuris quam præſentibus: quia ſcilicet volunt æternitatem ſe exporrigere, tam ad præterita & futura quam præſentia, iisq; omnibus coëxiſtere.

Ultima ratio eſt, quia juxta iſtam diſtinctionem Arriani errorem ſuum palliare potuiſſent, dicendo, *Verbum*, licet creaturam eſſe dicant & incœpiſſe in tempore, nihilominus *extitiſſe ab æterno in menſura æternitatis.* Sed & huic argumento jam antea occurrerat Alvarez, dicendo, *differentiam quam Concilium conſtituit contra Arrianos inter filium & creaturam conſiſtere in hoc, quod Filius Dei in menſura propria nunquam cœpit eſſe, neque habuit eſſe poſt non eſſe; Creatura autem incœperunt eſſe in propria menſura: nam in tempore productæ ſunt à Deo de non eſſe ad eſſe.*

DIGRESSIO PRIMA.

In quâ diſſertatio Alvariana de rerum futurarum exiſtentiâ in æternitate ad partes vocatur.

PRo ſententiæ ſuæ explicatione quædam præmittit Alvarez. *Notandum*, (inquit) *eſt, primo, quod quando dicimus res futura eſt ſive exiſtit in æternitate ſecundum propriam exiſtentiam, adverbium, nunc, quod includitur in illo verbo (eſt) non denotat nunc temporis noſtri, ita ut ſenſus ſit, quod in menſura qua nos menſuramur ſecundum eſſe ſucceſſivum quod habent res futuræ, exiſtant in æternitate; ſed ſolum importat nunc æternitatis quod eſt interminum & totum ſimul.*

Nimirum eſt hæc diſtinctio Cajetani, eoq; majoris precii facienda, quod Cajetanum ipſum in hujus doctrinæ myſteria quantumvis acriè inquirentem, attamen per ſolida quindecim annorum ſpatia latuerit, quæ tamen tandem aliquando in rei tam myſticæ enucleatione eidem tempeſtive admodum (nam res pæne in deſperationem abierat, ipſo profitente,) illuxit, idque, uti conjecturam facit, D. Thomæ ope: licet Gabriel Pennottus Canonicus Regularis nuper emerſerit, qui in difficillimis illis itineribus ſuis, opiæ, eadem *D. Thomâ duce, unà cum D. Auguſtino & ſacratiſſimâ Dei genitrice ſemper Virgine* ante paucos annos confecit, palam profitetur, haud tanti eſſe diſtinctionem iſtam ut quindecim annorum ſtudio redimenda fuerit. Verum ut precium ejus dijudicemus, operæ precium eſſet tandem expendamus. Inprimis juxta iſtam expoſitionem, cum dicitur, *Res futura, nunc exiſtit in æternitate*, perinde eſt ac ſi quis diceret, *res futura, in nunc æternitatis, exiſtit in nunc æternitatis*; ſive *res futura, in æternitate exiſtit, in æternitate*, ſive, *res nunc exiſtit nunc*, ſupple *æternitatis*. Quæ quidem loquendi formulæ quam dignæ ſint Theologo, quam dignæ ſint diſſertore ſobrio, viderit qui volet.

Præſertim cum nuſquam dederit operam Alvarez, ut, quid *ſit rem futuram in æternitate exiſtere*, nobis exponeret. Hoc itaq; quid fuerit explicandum judico, idq; à notioribus incipiendo. Rem prius futuram exiſtere, eſt extra cauſas produci; eſſe autem in tempore competit iis quæ durationem habent ſucceſſivam ſecundum prius & poſterius, & conſequenter menſurabilem motu aliquo externo regulari, ita ut per menſurationem quantitas durationis menſuratæ innoteſcat menſuranti. At dum quæro, quid ſit rem hujuſmodi exiſtere in æternitate, nihil uſpiam occurrit præter tenebras. Neq; enim exiſtere in æternitate eſt extra cauſas produci; Nam ut exiſtat aliquid in æternitate perinde eſt ſive exiſtat in tempore, ſive nondum exiſtat, ſive præterierit. Rurſus, eſſe in æternitate cum Deo tribuitur, nihil aliud ſignificat quam Deum eſſe æternum, idq; non duratione ſucceſſiva ſed permanente atq; indiviſibili, quæ quidem duratio competit DEO naturaliter & intrinſecè & neceſſario. At cum dicitur, res futuras exiſtere in æternitate, valde hæreo, an liceat dicere res futuras eſſe æternas, idq; non duratione ſucceſſivâ, ſed permanente atq; indiviſibili, quæ qualem duratio competat iis naturaliter, intrinſece, & neceſſario. Imo potius hic aliqua occurrunt in adverſum quæ ſunt extra controverſiam poſita. Nempe durationem iſtam rebus creatis tributam propter exiſtentiam earundem in æternitate, non naturaliter, & intrinſecè, & neceſſario rebus ipſis competere, ſed potius ab extrinſeco. Neq; enim futura ab intrinſeco habent ut ſint futura, ſed aliunde, nimirum ex divinæ voluntatis determinatione, ſecundum Alvarez. Rurſus

videtur

videtur sine dubio, durationem illam in æternitate ipsis tributam, nequaquam esse successivam sed permanentem. Sed dum ad initia redeo, plurimum addubito, utrum esse in æternitate creaturis tributum, sit idem quod esse æternum; quemadmodum extra controversiam est, secundum hanc solummodo rationem de DEO dici quod sit in æternitate. Nam cùm esse æternum non sit denominatio diminuens, de quocunq; dici potest quòd sit æternum, de eodem dici poterit quòd sit simpliciter. At licet Alvarez velit res futuras esse in æternitate, non tamen patietur de rebus futuris dici posse quòd sint simpliciter. Itaque adversus Alvarem sic disputo: Quicquid est in æternitate, est æternum: Res futuræ non sunt æternæ, ergo non sunt in æternitate. Minorem probo: Quicquid est æternum, est simpliciter: sed res futuræ non sunt simpliciter: ergo non sunt æternæ. Hic conjicio Alvarem responsurū fore, negando majoris consequentiam: Et licet concedere: *esse in æternitate* & *æternum esse* pro uno & eodem haberi quoties tribuuntur Deo; non tamen vult pro uno, & eodem haberi quoties tribuuntur rebus creatis. At, inquam, ergo exponendum fuit Alvari, quid sit creaturam existere in æternitate, si modò non idem significet formaliter DEO tributum & creaturis; quod tamen nusquam fecit Alvarez. Nam licet significaverit ad existentiam rei in æternitate, sufficere, quòd sit aut futura in tempore, aut præsens, aut præterita: tamen *esse* in æternitate aliud aliquid est, quam aut futurum esse in tempore, aut præsens, aut præteritum: Rursus quæstio instituitur de rebus omnibus futuris, ergo de rebus habentibus *esse* successivum; hæc negas ab æterno existere in eâ mensurâ quâ res mensurantur secundum esse successivum: ergo res habentes *esse* successivum, licet ab æterno existant in æternitate, tamen non existunt in ea mensura qua mensurantur secundum esse successivum; ergo non mensurantur æternitate secundum *esse* successivum, ergo secundum aliud *esse*, puta secundum *esse* permanens. At, inquam, res habentes tantum *esse* successivum, non possunt mensurari secundum *esse* quod non habent, sed potius mensurandæ sunt secundum *esse* quod habent. Et plusquam admirabile videtur partes motus existere in æternitate, simul & prorsus sine omni successione, idque actualiter, & non in *esse* cognito duntaxat aut in *esse* volito.

Alvar. *Notandum secundo, æternitatem comparari ad nostrum tempus sicut mensura communis ad particularē. Est quid similiter materialibus. Sicut enim cœlum in ratione loci comparatur ad istam Aulam & omnia quæ continentur in illâ, tanquam mensura communis & universalis ad particularem: ita proportionabiliter æternitas comparatur ævo & nostro tempori. Vnde sicut omnia quæ continentur in istâ Aulâ, continentur sub cœlo, & non è converso: ita quicquid continetur in nostro tempore continetur in æternitate, & non è converso.*

Respons. At, inquam, inter ista nulla vel tolerabilis proportio. Nam cœlum continet istam Aulam formaliter: æternitas continet tempus non formaliter, sed eminenter: At nulla est proportio inter continentiam formalem & eminentem. Secundò, ea quæ inter ista intercedit proportio, prorsus adversaria est commentis vestris rerum futurarum existentiæ in æternitate. Nam sicut res, cujus mensura propria & localis est ista Aula, prius existere debet in Aulâ, hoc est, in mensura loci propria, priusquam dici possit existere in cœlo tanquam in mensura loci communi: Ita res aliqua cujus propria mensura secundum durationem est aliqua differentia temporis, prius existere debet in illa temporis differentia tanquam in mensura propria, quam dici possit existere in æternitate tanquam in mensura communi. Mitto, tempus ipsum ex vestra sententia ab æterno existere in æternitate.

Alvar. *Notandum tertio ex Ferrar. cap. 66. cit. §. considerandum, quod, ut docet Arist. 4. Phys. text. 114. aliter dicuntur duæ res mensuratæ aliqua duratione coexistere inter se; & aliter dicuntur esse durationes coexistere. Etenim quæ mensurantur duratione, dicuntur inter se coexistere, quando ambo coexistunt in eâdem mensurâ præsenti; sicut duo individua dicuntur coexistere in hac die, quia in ordine ad mensuram hujus diei habent simul esse: duæ autem mensuræ dicuntur coexistere quia una continetur in alia, sicut præsens dies coexistit mensi Martio & anno 1610. quia continetur in illis. Vt ergo res futuræ coexistant Deo in æternitate, sufficit & requiritur, quòd Deus & futura simul habeant esse in illa mensura æternitatis quâ mensuratur Deus, quamvis æternitas sit propria & adæquata mensura DEI, aliarum autem rerum sit communis & inadæquata.*

Respons. At inquam, cum duo individua habent *esse* in die præsenti, non alio atq; alio sensu in hac die existit unum individuum atq; alterum. Cum verò Deus & res aliqua futura dicuntur existere in æternitate, longe alio atq; alio sensu dicuntur ista. Nam Deum existere in æternitate est simpliciter existere, & res futuras existere in æternitate est duntaxat existere secundū quid. Rursus Deum existere in æternitate est Deum esse æternum; at rem futuram esse in æternitate, nequaquam est rem illam esse æternam. Nec hactenus possum dignoscere ex scriptis tuis, quid sit rem futuram esse in æternitate. Rursus absurde fit comparatio rerum alienissimarū. Dies aliquis in mense Martio coexistit mensi Martio, tanquam pars ejus, idq; ejusdem rationis; at tempus nequaquam coexistit æternitati tanquam pars ejus, idq; ejusdem rationis. Æternitas eadem fuisset & completa, quamvis nunquam extitisset tempus aliquod: At mensis Martius compleri non potest nisi ex diebus. Ad hæc, dies aliquis in mense Martio nō coexistit mensi Martio priusquam dies ille existat simpliciter: At vos vultis res futuras existere in æternitate, priusquam existant simpliciter. Præterea, quid, quæso, aliud est existere in tēpore, quam & existere simpliciter, &, dum existit habere durationem temporariam. Pari ratione, existere in æternitate, erit & existere & dum existit habere durationem æternam. At res futuræ dum existere dicuntur in æternitate, non existunt simpliciter, & multo minus habent durationem æternam. Deniq; non magis existentia rerum actualis est præsens Deo in æterno, quam earundem præteritio. Nam, omne futurum est præsens Deo in æternitate: At rerum præteritio est quiddam futurum. Ergo ipsarum præteritio tam præsens est Deo in æternitate, quam ipsarum existentia actualis. Ad extremum, quâ ratione res futuræ sunt Deo præteritæ in æternitate, pari ratione

tiam res præteritæ sunt Deo etiam futuræ in æternitate. A præmissionibus suis procedit Alvarez ad conclusionem dicens.

Alvar. *Conclusio ergo nostra sit. Res futuræ non solum sunt præsentes Deo in æternitate secundum esse objectivum sive in esse cognito, sed etiam secundum realem præsentiam & actualitatem quam habebunt in nostro tempore. Hæc conclusio asseritur à S. Thomâ, art. 13. cit. & 1. contr. Gent. c. 66. ratione, 6. ubi dicit, quod* Deus cognoscit omnia contingentia non solùm prout sunt in suis causis, sed prout unumquodque eorum est actu in seipso. *Et 1. p. q. 14. art. 13. in corp. inquit, quod* omnia quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia, non solùm eâ ratione quâ habet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt, sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super omnia prout sunt in sua præsentialitate.

Respondent Adversarii oppositæ sententiæ. S. Thomam intelligi de præsentialitate objectiva tantum, non autem de præsentialitate reali, quæ est secundum proprium suum esse & propriam existentiam.

Respon. *Videre contingentia in suis causis duntaxat*, videtur nihil aliud esse quàm videre ea tanquam possibilia, nisi forte res futuras Deus videre dicatur in determinatione voluntatis suæ. Nam proculdubio propter causas secundas tantùm sunt possibilia, nequaquam verò futura. At sine dubio non solùm videt DEUS tanquam possibilia, *sed prout unumquodque eorum est actu in se ipso*; ita etiam videt ea Deus antequam unumquodque eorum est actu in seipso. Neque enim Alvarez agnoscit unumquodque eorum esse actu in seipso cùm Deus ea intuetur: quare nec hujusmodi sententiam Thomæ tribueret. Sed & certissimum est nobis, Deum prout videt res cùm jam unaquæque earum est actu in seipsa, ita etiam ab æterno eas intueri. Neque enim patitur Deus ab objectis extra Deum existentibus in intuitione sive visione ipsorum, quemadmodum patitur visus humanus. Rursus, ad secundam autoritatem Thomæ quod attinet: Rationes rerum videntur comprehendere duntaxat quidditatem & possibilitatem ipsarum, saltem ante divinæ voluntatis determinationem. At Deus intuitu suo spectat ipsam rerum præsentialitatem, hoc est, ut ego interpretor, præsentialitatem temporalem. Nam præsentialitas rerum in æternitate, secundum ipsum Alvarem, est præsentialitas non simpliciter dicta, sed tantummodò secundum quid. Videt itaque Deus præsentialitatem ipsorum temporalem, sive existentiam eorum actualem, nunquam tamen tanquam præsentem ipsi magis quàm præteritam. Nam sine dubio tam præteritionem ei temporalem videt Deus ab æterno, quàm præsentiam ejus temporalem; posito quod res illa futura sit tam quoad præsentiam temporalem quàm quoad temporalem ejus præteritionem. Quâ quidem una & simplicissima Dei cognitione, dicitur & nosceres futuras esse dum futuræ sunt, & præsentes cùm primum præsentes fiunt, & præteritas simulatque præterierint, & futuras fuisse postquam præterierint. Quæ quidem denominationes omnes & singulæ cognitionis divinæ, sunt denominationes extrinsecæ Deo tributæ, non pro aliqua variatione visionis divinæ, sed duntaxat pro varia conditione rerum temporaliū vices futuritionis, præsentialitatis, & præteritionis gradatim subeuntium atque alternantium. Quare & rerum futuritio, & præsentia temporalis, atque etiam temporalis earundem præteritio sunt præsentes Deo in esse cognito: sed alio aliquo modo non magis præsens Deo est rerum præsentia futurarum, quàm earundem præteritio. Sed videamus quid reponat Alvarez.

Alvar. *Sed hæc explicatio videtur pugnare cum verbis S. Thomæ. Nam quod est præsens solùm objective, nondum habet esse in seipso vel saltem non est præsens secundum esse quod habet in seipso: at S. Thomas apertè dicit, quod futurum est præsens Deo prout actu habet esse in seipso in ordine ad mensuram æternitatis. Ergo.*

Respon. Imò, inquam, de ordine ad mensuram æternitatis nihil habet Thomas; hæc tua est superfetatio, ut sententia ipsius conformaretur ad distinctionem Cajetani. Sed neque dicit Thomas futurum esse præsens Deo *prout actu habet esse in seipso*; tantum dicit futurū cognosci à Deo *prout unumquodque eorum est actu in seipso*, de cujus explicatione jam supra dissérui. Sed progreditur Alvarez.

Alvar. Addo: *Nam S. Thomas ait expressè, quod futura non solùm dicuntur Deo præsentia in æternitate, secundum quod Deus habet rationes rerum apud se præsentes, quod pertinet ad præsentialitatem objectivam, sed etiam quia unumquodque eorum habet esse in æternitate quæ est tota simul. Et 1. cont. Gent. cap. 66. cit. addit, quod quicquid est in quacunque parte temporis coexistit æternitati, quasi præsens eidem, etiamsi respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum. Et idem docet, quæst. 2. de verit. art. 12. in corp. & 1. p. q. 57. art. 3. & quæst. 86. art. 4. & 2. 2.æ q. 171. art. 6. ad primum & secundum, quæ loca sunt necessariò videnda. Hanc doctrinam magis explicat S. Thom. in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. in corp. ubi ait: quod Deus non tantum cognoscit ab æterno de rebus, se cognoscere causas quod est esse in cognitione sua, sed etiam ab æterno videt suo intuitu singula tempora, & rem talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere.*

Respons. Agnosco rationes rerum spectare ad præsentialitatem objectivam, sed duntaxat in genere possibilium. Nondum autem ex Thomâ docuisti unumquodque futurum habere esse in æternitate quæ est tota simul. Quod autem addis ex 1. contr. Gent. 66. Thomam affirmare quod quicquid *est in quacunque parte temporis coexistit æternitati, quasi præsens eidem, etiamsi respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum*: hoc favere prioribus illustrius esse ad convincendam vestram sententiæ Aquinatis interpretationem genuinā esse; quia tamen illa sententia meo judicio videtur cum ratione minime consentanea, & ejusmodi quæ vel ex ipsius Cajetani professione *videatur adversantium plena contradictione & errore, à sequentibus autem doctrinam Thomæ reputata sit adeò obscura ut nonnunquam visi fuit scripta, sive verba assertivè tanti dictam Thomæ*; ideò patieris nos operam nostram cumulare, ut quoad ejus fieri potest ab opinione tam male audiente Thomam liberemus. Itaque dicendum videtur unumquodque futurorum habere esse in æternitate secundum Thomam, quatenus in æternitate dicitur ea cognoscere in 1. q. 14. art. 13. ad 3. *Ea*, inquit, *quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis successivè cognoscuntur in tempore, sed à Deo in æternitate quæ est supra tempus.* Atque hoc in causa esse potuit quod diceret

esse

esse *quasi præsentia* eidem. Nam quod nondum existit simpliciter, dici non potest coexistere æternitati. Nec tamen præstat potentia etiam quæ nondum existunt, æternitati coexistere, nisi distinguendo de *nunc temporis, & nunc æternitatis*: cujusmodi distinctionem nequaquam adhibet Aquinas, sed simpliciter ait, ut referemus, *quicquid est in quacunque parte temporis coexistit æternitati.* Quæ ex quæstione tua Aquinatis quæst. 1. art. 12. cum quam necessario videnda esse omnes, atque præ cæteris omnibus illustria videntur primâ facie ad vestram interpretationem confirmandam, ut mirari satis non possim cur à te prætereantur, nisi etiam occurrerent nonnulla quæ fortè tibi ipsi non admodum propitia viderentur, & in causam vestram præsentem non satis accommodata. Nam in corpore articuli hæc habet, *Tunc aliquid cognoscitur ut futurum est, quando inter cognitionem cognoscentis & rei eventum invenitur ordo præteriti ad futurum. Hic autem ordo non potest inveniri inter cognitionem divinam & quamcunque rem contingentem, sed semper ordo divinæ cognitionis ad rem quamcunque est sicut ordo præsentis ad præsens.* Nec sanè diffiteor inter cognitionem divinam & eventum rei nunquam inveniri ordinem præteriti ad futurum. Nam cognitio rei nunquam est præterita, sed tota simul est, & in æternum permanet. Coexistebat, fateor, Dei cognitio rebus jam olim præteritis, quarum respectu præterita dicuntur futura. Verum ipsa Dei cognitio nunquam est præterita. Sed neque res ipsa cum sit in tempore magis præsens est cognitioni divinæ quæ fuit ab æterno & ex consequenti nec ante præsentiam suam temporalem dici debuit futura Deo. Illustrat autem sententiam suam Thomas, ut ad captum Lectoris accommodatiorem reddat, in hunc modum: *Si aliquis, inquit, videret multos transeuntes per aliquam viam successivè, & hoc per aliquod tempus, in singulis partibus temporis videret præsentialiter aliquos transeuntes: ita quòd in toto tempore suæ visionis omnes transeuntes præsentialiter videret; nec tamen simul omnes præsentialiter, quia tempus suæ visionis non est totum simul: Si autem sua visio tota simul posset existere, simul præsentialiter omnes videret, quamvis non omnes simul præsentialiter transirent. Unde, cum visio Divina sit mensurata æternitate, quæ est tota simul, & tamen totum tempus includit, nec alicui parti temporis deest, sequitur ut, quicquid in tempore geritur, non ut futurum sed ut præsens videat. Hoc enim quod à Deo visum est, futurum est rei alteri cui succedit in tempore, sed ipsi divinæ visioni, quæ non in tempore sed extra tempus est, non est futurum sed præsens.* Planè nihil dubito quin divina scientia sit tota simul, idque quia mensuratur æternitate, hoc est, ejusmodi durationem habet quæ non sit successiva secundum prius & posterius, adeoque nec partes habeat magis quàm æternitas. Tamen sicut æternitas, ita & Divina scientia in duratione sua continet varias notiones formales; quarum altera est, *sine principio esse*; altera, *sine fine*. Addo etiam præsentiam rei temporalem nihil omnino conferre ad cognitionem Dei. De alia autem præsentia rerum quàm quæ sit respectu Divinæ visionis, nequaquam philosophatur Thomas. Illud unum si Alvarezii sententiæ velificari videtur, quod cognitionis divinæ rerum tanquam præsentium fundamentum ponat in æternitate tanquam totum tempus includente, nec alicui parti temporis deesse vi.

Hic tamen erat ipsius sententia, ut res dicatur futura tantum respectu rei alterius cui succedit in tempore, non autem respectu visionis Divinæ. Et quid, quæso, est non deesse alicui parti temporis, quam posita aliqua temporis parte eidem coexistere? At de præsentia rerum omnium contingentium secundum actuales ipsarum existentias non quidem in nunc temporis sed in nunc æternitatis, apud Aquinatem [illegible]. Includit, fateor, æternitas omne tempus: Præteritum includit quatenus est sine principio, futurum omne includit quatenus est sine fine; Et consequenter scientia Dei. Et cùm sit tota simul, sine principio, sine fine, necesse est ut neque successio rerum quicquam deroget scientiæ Dei, nec præsentia rerum quicquam eidem conferat. Sed quod maximi momenti est ad Aquinatem à vestra interpretatione vindicandum: disertè profitetur ille intuitum Divinum ferri super contingentia, non prout existunt in æternitate quæ vestra est Aquinatis interpretatio, sed secundùm quod producta sunt in rerum natura. Sic enim habet articulo eodem ad primum, *Licet, inquit, contingens non sit determinatum quamdiu futurum est, tamen ex quo productum est in rerum natura veritatem determinatam habet; & hoc modo super illud fertur intuitus Divinæ cognitionis.* Et, ad secundum. *Contingens,* inquit, *refertur ad Divinam cognitionem secundum quod ponitur esse in rerum natura.* Eodem tendunt quæ habet Aquinas in 1. q. 57. art. 3. *Solius Dei est futura cognoscere in seipsis: quia Deus videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, toti tempori adest, & ipsum concludit. Et ideo unus Dei intuitus fertur in omnia quæ aguntur per totum tempus sicut in præsentia, & videt omnia ut in seipsis sunt.* Advertantur illa, *Deus videt omnia in sua æternitate*, ubi illud *in æternitate*, non tam referendum videtur ad res ipsas quas videt Deus, quam ad ipsam visionem Dei. Nam mox dicit intuitum ferri in omnia quæ aguntur per totum tempus. Et adhuc planius in 1. q. 86. art. 4. *In seipsis,* inquit, *futura cognosci non possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia dum in cursu rerum sunt futura, in quantum ejus æternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum.* Ergo totus temporis cursus est præsens DEO in *esse cognito*; & hac ratione dicitur intuitus Dei ferri in omnia quæ aguntur per totum temporis cursum; quæ quidem omnia tantum pertinent ad præsentialitatem rerum apud Deum in *esse* cognito. Idem 2.2æ q. 171. art. 6. Ad primum. *Certitudo divinæ præscientiæ non excludit contingentiam singularium futurorum; quia fertur in ea secundum quod sunt præsentia & jam determinata ad unum.* Omnino illa præsentialitas rerum & determinatio ad unum apud Aquinatem procedere videtur de præsentialitate rerum non in æternitate sed in tempore, quam tamen vult Deum intueri; Quæ tamen præsentialitas & determinatio nec est, nec esse potest aliter præsens Deo quàm in *esse* cognito. Idem 1. dist. 38. q. 1. art. 5. in corp. *Deus non tantum cognoscit ab æterno de rebus se cognoscere causas, quod est esse in cognitione sua,* (Nam scire est per causas scire, ut vulgo dici solet,) *sed etiam ab æterno videt uno intuitu singula tempora & res talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere.* Agnosco ista admodum obscurè enunciari, nec intellectu facilia esse. Verumtamen mihi valdè probabile videtur. Aquinatem de interna ista rerum omnium cognitione

ne

[illegible] Deum [illegible] philosophatum esse. Nec tamen diffiteor quin facile possit esse lapsus in errorem, dum ad [illegible] hic ex parte imaginationi nostrae, aeternitas Dei respectu rerum omnium temporalium repraesentatur ad effigiem immensitatis Dei respectu rerum omnium corporalium loca occupantium, adeo ut sicut immensitas Dei, seu potius ipse Deus per immensitatem, coexistere dicitur rebus omnibus in loco, ita aeternitas Dei, vel potius ipse Deus ratione aeternitatis dicatur coexistere rebus omnibus in tempore. Cum tamen valde dispar sit horum ratio; Nam res omnes loca continentes actu existunt & proinde recte dicuntur Deo coexistere, & Deus ipsis. At quae tempore continentur non omnia actu existunt, non praeterita, non futura, sed duntaxat ea quae praesentia sunt [illegible] temporaria. Atque inde neque ea quae iam fuerunt, neque postquam extiterunt, dici possunt Deo coexistere, nec Deus ipsis. Tamen hujusmodi proportionem [illegible] animum suum formasse videtur Aquinas, cum sic scribit, 1. q. 14. art. 13. ad 3. *Ea quae temporaliter in actum reducuntur, a nobis successive cognoscuntur in tempore, sed a Deo in aeternitate, quae est supra tempus. Unde nobis quia cognoscimus futura contingentia in quantum talia sunt* (nempe contingentia) *certa esse non possunt, sed soli Deo cujus intelligere est in aeternitate supra tempus.* Mox ad hujus dicti illustrationem accedens, *sicut*, inquit, *ille qui vadit per viam non videt illos qui post eum veniunt; sed ille qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viam.* Certe omnes partes viae simul existunt, non sic omnes partes temporis. Sed praecedentis dicti duntaxat illustrationis gratia, [illegible] requiritur ut similitudo currat quatuor pedibus. Veruntamen, omne tempus est praesens Deo in esse cognito; & hac ratione vult Aquinas omnia a DEO videri, in quacunque temporis differentia existant. Sed sive ista quam praeferens sit genuina Aquinatis sententia, sive secus, videamus proxime quam strenue sententiam hanc vestram propugnetis.

Probatur haec sententia, primo ex sacris literis, in quibus non obscure insinuatur nostra sententia, praesertim Job. 14. ubi dicitur, Et numerus mensium ejus apud te est. *Quod explicans S. Greg. ait, Quoniam apud omnipotentem Deum etiam labentia stant, apud eum esse numerum nostrorum mensium perhibet. Sed in mensibus sunt tempora futura & praesentia: ergo haec stant praesentialiter apud Deum. Item ad Heb. 1. dicitur de verbo divino, per quem fecit & saecula; in saeculis autem quaedam sunt praeterita, quaedam futura: sed omnia dicuntur esse facta a Deo. Esa. 45. dicitur de Deo quod* fecit ventura. *Ad Rom. 4.* Qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt. Patrem multarum gentium posui te ante Deum, &c. *Quasi diceret; Ideo de futuris loquitur per modum praesentis, quoniam futura sunt Deo praesentia in aeternitate. Sic explicat locum illum Apostoli S. Ambros. & aliquot Doctores.*

Loca scripturarum nimis licenter allegantur. Numerum mensium nostrorum apud Deum esse, recte dicitur, ex eo quod a DEO non modo praescitus sit, sed & praefinitus. Ad Gregorii commentationem quod attinet, jam ostensum est hujusmodi phrasea, secundum quam etiam *labentia stare* dicuntur apud Deum, procedere apud Augustinum ratione cognitionis Divinae. Quod dicitur Deum fecisse secula, nimis ludicrum in modum accommodatur ad aetates futuras tanquam jam a Deo factas. Praesertim cum eadem phrasis Hebr. 11, 3. adhibeatur ad significandum partes mundi. Locus Esaiae dum ex LXX. translatione proponitur, sicut nullam habet cum textu Hebraico congruitatem, ita violenta interpretatione rapitur in sensum alienum, cum pari subtilitate dici potuisset mundum factum fuisse ab aeterno. Ad locum, ad Rom. 4. quod attinet: *Posui te* quid aliud est quam constitui te Patrem facere multarum gentium. Et recte loquitur de futuro tanquam de re praesenti, cum quae a Deo constituta sunt in posterum facienda, tam certa sint, ac si jam peracta fuissent.

Probatur secundo, autoritate Scholasticorum.

At Augustini sententiam jam ex ipso Augustino expositam dedimus. Quod autem ait Augustinus *in conspectu aeternitatis tuae jam factum esse quod futurum est*, de praesentialitate objectiva decenter satis exponi potest. At, inquis, hac ratione nequaquam dicerentur jam esse facta in eadem aeternitate. Respondeo. Non dicit facta esse in aeternitate, sed *in conspectu aeternitatis Divinae.* Et recte. Nam ad conspectum Dei non magis confert aliquid rerum praesentia, quam absentia. Neque enim intuitiva Dei cognitio rerum similis est nostrae: Nos patimur ab objectis extra nos positis; non sic Deus. Eodem modo responderi potest ad aliorum Patrum autoritates. Sed rationes, quibus nititur Alvarez, exploremus quanti sint.

Probatur tertio ratione. Deus habet claram & distinctam cognitionem intuitivam omnium futurorum contingentium: ergo omnia illa sunt praesentia in aeternitate secundum propriam existentiam, & non tantum in esse objectivo. Nam cognitio intuitiva est rei praesentis prout praesens est secundum propriam existentiam, & non tantum in esse objectivo. Antecedens probatur: Nam cognitio quam Deus habet futurorum contingentium est perfectissima: ergo intuitiva: alias mutaretur Dei cognitio quando futura producerentur in esse. Nam tunc perciperet cognosceret intuitive quod antea cognoscebat abstractive.

I. Si esse in aeternitate nihil aliud sit, quam aut fuisse, aut esse, aut fore in tempore, quemadmodum innuis in Resp. ad 3um. facile concedimus, res esse in aeternitate secundum existentiam ipsarum actualem.

II. Respondemus quatenus cognitio rei intuitiva requirit ut res praesens sit, requirit ut res praesens sit simpliciter. At ipse negas res existentes in aeternitate existere simpliciter: ergo etiam neque dum praesentes sunt in aeternitate, dicendae sunt praesentes esse simpliciter. Agnosco tamen res futuras secundum propriam existentiam Deo praesentes esse, non tamen simpliciter sed secundum quid, hoc est, in esse volito & esse cognito.

III. Respondeo: cognitio intuitiva quae oritur ex rebus ipsis dum cognoscens patitur ab objectis, qualis est intuitiva cognitio nostra, requirit, ut res actualiter existat extra nos, priusquam eam intueamur. At talis non est cognitio Dei.

IV. Cognitio intuitiva & abstractiva recte distinguuntur in homine, non in Deo.

Probatur quarto ratione Ferrariensis supra. Adam & Antichristus vel coexistunt Deo in sua aeternitate secundum propriam existentiam realem; vel non: sed Adam coexistit Deo de praeterito &

 Antichri-

Antichristus de futuro. Si detur primum, habemus intentum; Si secundum, sequitur dari in æternitate futurum & præteritum. Nihil enim dicitur futurum & præteritum in ordine ad aliquam durationem, nisi illa duratio habeat in se partes præteritas & futuras; ut patet in nostro tempore. Si enim totum illud solum esset unum instans indivisibile, nihil esset præteritum aut futurum in ordine ad illud. Sed præteritum & futurum repugnant æternitati, ut docet S. Thom. 1. p. q. 10. art. 4. & 5 Nam æternitas est indivisibilis & tota simul. Ergo.

Resp. Hoc cardine præcipue volvendam esse judico quæstionem præfinitam. Nam sententia Adversariorum unice fundatur in natura æternitatis, quam, meo judicio, perperam interpretantur: itaq; ad illa punctatim responsionem meam accommodandam esse statuo, eoq; intentius quod Ferrariensis ingenue fateatur vel hac sola argumentatione se constrictum esse, ut in hanc (tam à communi omnium opinione remotam) sententiam concederet.

I. Si propositio procederet simpliciter de Adamo & Antichristo coexistentibus Deo, mox respondissem negando simpliciter aut Adamum aut Antichristum DEO coexistere, posito & Adamum præteriisse, & Antichristum nondum advenisse, quemadmodum vos ponitis. Licet revera nec Adamus præterierit simpliciter sed secundum quid tantum, nempe juxta vitam temporalem in corpore actam. Nam Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Et quemadmodum Judæi somniant de Christo suo quasi nondum advenerit sed venturus esset: ita etiam patimur Pontificios indulgere sibi somniis suis de Antichristo quasi nondum advenisset sed venturus esset, licet orbem non modo superstitionibus & erroribus, sed & rapinis, cædibus, incendiis, jam olim impleverit, necdum sanguine quem sitivit satiatus est. Verum cùm simplicem sensum propositionis additamento suo corruperit, & in alienum sensum (cujus ne autorem quidem probe conscium esse hactenus deprehendi) transformaverit: non habeo, fateor, quod respondeam, nisi ut jubeam hominem sua barbarie contentum esse. Modò loqui velit ut intelligam oppositionem ejus, ego etiam loquar ut intelligat responsionem meam. Interim fas erit mihi sciscitari ab Alvare, juxta mentem ejus jam supra propositam, utrum per *nunc* inclusum in verbo (coexistit) intelligat *nunc* temporis an *nunc* æternitatis. Cui quæstioni meæ jam satisfactum esse agnosco præmunitione superiori prima, nempe per *nunc* verbo illo inclusum intelligendum esse *nunc* æternitatis. Itaq; ad plenum explicata procedit ista propositio in hanc formam: *Adam & Antichristus vel in nunc æternitatis coexistunt secundum proprias existentias reales, vel non.* Ista differendi sobrietas orta est ex profundis Cajetani speculationibus quindecim annorum spacio elaboratis, si credimus ipsi Cajetano, quibus eò subtilitatis provectus est, ut ejusmodi mysteria comprehenderet quæ nec ipsi capere possimus, nec ipse poterit ad captum nostrum accommodare.

II. Respondeo, *nunc* unicum æternitatis correspondere omnibus & singulis momentis temporalibus; & proinde & Adam coexistit Deo in nunc æternitatis correspondente illis annorū centuriis in quibus vixit Adamus, hoc est phrasi populari coexistit Deo tum cùm existebat & quamdiu existebat. Rursus, Antichristus si nondum advenerit, coexistit Deo in *nunc* æternitatis correspondente illis temporum momentis quibus venturus & dominaturus est: hoc est, ut loquar populariter, futurum est ut coexistat Deo in æternitate, nempe quum primū advenerit.

III. Sed quia futurum auguror ut Argumentum adversarii suo robore cadat, quantumvis undiquaque cautelis præcedentibus de *nunc* æternitatis tam implicito quam explicito: itaq; decebo negare Adamū & Antichristum coexistere Deo in nunc æternitatis, quatenus nimirū ille considerarur juxta phrasiologiam popularem tanquam præteritus, hic tanquam futurus. Dico itaq; Adamum coextitisse Deo de præterito; dico Antichristum quem nondum advenisse ponis, (Lectorem nolim ex & pæpatrentum quæcis) coexstiturum Deo de futuro. Sed nego sequelam quam hinc infers: nego hinc sequi dari in æternitate futurum & præteritum: tantum sequitur extra æternitatem dari futurum & præteritum. At, inquis, *nihil dicitur præteritum & futurum in ordine ad aliquā durationem, nisi illa duratio habeat in se partes præteritas & futuras.* Ego vero dico propositionem illam esse falsissimam; & licet in eā omnes vestri Scholastici consentirent, tamen nihil vererer affirmare & contendere falsissimam esse. Exemplo manifesto rem monstrabo. Palus figatur in flumine immobilis: aquæ præterfluentes successive coexistunt palo, sine omni successione in ipso palo; Imo ipse palus dicitur, & recte, successive coexistere partibus aquarum præterfluentium, sed sine omni successione secundum prius & posterius in ipso palo. Sufficit enim ad istiusmodi denominationem constituendam successio rerum extrinsecè coexistentium palo. Ita etiam non modò res temporariæ per vices coexistunt DEO & æternitati ejus; sed & Deus & æternitas coexistunt ipsis idque per vices; quæ quidem denominatio nullam vicissitudinem constituit in Deo aut æternitate ejus; sed rerum extrinsecarum & gradatim succedentium vicissitudinem duntaxat præsupponit. Unde rectè dicitur Deus & æternitas ejus coextitisse mundo super creato; post aliquot annorū centurias coextitisse Diluvio Noachiano, deinceps coextitisse conflagrationi Sodomæ: ita etiā & rectè dicitur coextiturus vocationi Judæorū, combustioni Babylonis & meretricis fornicariæ destructioni, etiā secundo Christi adventui ad judicium. Atq; hæc omnia procedunt sine ulla successione & vicissitudine Deo tributa aut durationi ejus, sed rebus duntaxat extra Deum positis & per vices rerum succedentium. Atq; his accommodatissima est scripturæ phrasiologia prædicantis Deū ejusmodi esse qui & jam est, & olī erat, atq; etiā futurus est. Quæ quidē omnia de Dei & æternitatis cū rebus mutabilibus coexistētia propriè verificantur. Certè si mensura nostræ durationis non esset tempus, sed ævum, qualis est mensura Angelica, nihil esset in illā duratione præteritum & futurum: quo tamen nihil obstante, & illa & nos in illa admodum propriè diceremur coextitisse, coexistere, & coexstituri esse rebus aliis durationi temporariæ subjectis. Itaque verum est præteritum & futurum repugnare æternitati secundum denominatio-

nem

quam aliquam ab extrinseco petitam; Nam incessanter, ac sine intermissione prius & posterius: sed praeteritum & futurum nequaquam repugnant aeternitati [illegible] denominationem ab extrinseco ductam. Nam in coexistentia DEI cum rebus fluentibus datur prius & posterius, non propter prioritatem aut posterioritatem in ipso Deo, sed in rebus extra Deum. Atque ita fundamentum ipsorum ruitque sententiae [illegible].

Probatur quinta. Illud quod aliquando coexistit aeternitati semper ab aeterno coexistit; Nam aeternitas est tota simul, ut dicitur [illegible]: sed [illegible] Antichristus erit verum dicere Antichristus coexistit Deo in aeternitate secundum suum esse reale: ergo ab aeterno habet hanc coexistentiam in aeternitate, in ipsa aeternitate. Minor conceditur, & consequentia probatur: Nam aeternitas non habet successionem.

Propositio libera est ab infinitis illis provisionibus quibus in hac quaestione sese muniunt adversarii: ad ipsam tamen redit Alvarez in assumptione praeter [illegible]. Neque enim argumentationem [illegible] promoverent; [illegible] resolvunt incantationes & [illegible] quibusdam argumentis in ipsorum [illegible] seu potius ad [illegible] diversum, quo ipsi se [illegible] intelligunt. Itaque vicem rependo & ad [illegible] hanc propositam, nihilo minus plane respondeo, falsam esse, quemadmodum jamdudum [illegible] falsitatem ejus in medio ponerem. Rationem confirmationem adhibitam nullius pretii est. Nam licet aeternitas sit tota simul, ita tamen est tota simul, ut sit & sine principio & sine fine; adeo ut omnia temporalia superet, quippe quae & erat cum illa nondum essent, & erit postquam illa (si Deo ita visum fuerit) esse desierint. Et licet aeternitas non habeat successionem, tamen per indivisibilem suam permanentiam aequivalet omnibus rerum omnium successionibus easque etiam superat. Et ratione successionis rerum extra Deum recte dicitur coexistisse iis quae jam praeterita sunt, & coexistere iis quae praesentia sunt, & coexistituram iis quae futura sunt. Non quasi ipsa aeternitas quicquam habeat quod aut praeteritum aut futurum sit, sed quia res extra aeternitatem potius mutationi sunt obnoxiae.

Ad hanc argumentationem respondet quidam, distinguendo majorem propositionem: Si intelligatur enim de tota aeternitate prout aeternitas est res quaedam simplex nullis constans ex partibus, vera, inquit, est propositio. Nam cum aeternitas [illegible] careat in se partibus, fieri non potest ut aliquid coexistat aeternitati quin coexistat toti aeternitati [illegible] ipsam aeternitatem: si vero intelligatur de aeternitate [illegible] aliis & aliis [illegible] quibus vere affirmatur ipsam aeternitatem coexistere: sic falsa est propositio.

At ego negando [illegible] propositionem illam quamvis aeternitas nullis constet ex partibus. Ideo enim nullis constat ex partibus, quia Deus non subjicitur mutationi [illegible], non modo quae ad corruptionem tendat, sed neque quae ad perfectionem. Hoc tamen nihil obstat quo minus & ab aeterno maneat sine principio, & in aeternum maneat sine fine. Et impossibile est ut [illegible] hoc modo [illegible] aeternitati [illegible], ut jam [illegible] monuit Durandus. Atque hinc fit, ut non [illegible] mutationi obnoxiae coexistant Deo & aeternitati ejus, successive; sed Deus & aeternitas ejus coexistant rebus successive; non propter aliquam prioritatem aut posterioritatem in Deo, uti jam ostensum est, sed duntaxat propter vicissitudinem in rebus ipsis extra Deum. Et quemadmodum falsum est dicere, *Quicquid alicubi coexistit immensitati Dei, illud ubique tota sua immensitati Dei:* pari per omnia ratione falsum est dicere, *Quicquid aliquando coexistit aeternitati, illud semper coexistit aeternitati.* Negamus enim aliquam quoad durationem adaequate coexistere aeternitati, licet aeternitas sit indivisibilis; quemadmodum nulla res creata quoad extensionem adaequate coexistit immensitati Dei; quae tamen Dei immensitas perinde indivisibilis est in genere suo, atque aeternitas Dei est indivisibilis in genere suo.

Sed hoc solutio nõ evacuat vim argumenti. Secludamus enim [illegible] conceptus, & loquamur de ipsa existentia à parte rei. Nũ [illegible] iste autor fatetur quod semel existit à parte rei in aeternitate, coexistit toti aeternitati. Ergo ita est à parte rei quod Antichristus habet ab aeterno in tota ipsa aeternitate actualẽ existentiã. Alvar.

Facile est secludere conceptus illos quos ignoramus. Nulli autem à te memorati sunt; ideoque multo difficilius esset includere quam secludere tales conceptus. Age dum vero; placet quod proponis, ut loquamur de ipsa existentia ex parte rei. Durandus vero cum fatetur *quod semel existit à parte rei in aeternitate, coexistere toti aeternitati,* sic distinguit; coexistit toti aeternitati ut est sine partibus, sed non coexistit toti ut est sine principio & fine. Ego vero addo: Quicquid existit, hoc ipso coexistere aeternitati, quae & tota est sine partibus atque etiam sine principio & fine; sed quando cessat existere, hoc ipso cessat etiam coexistere aeternitati. Sicut res alicubi existens coexistit immensitati Dei, & quidem toti, nec tamen propterea ubique coexistit immensitati Dei; ita etiam res aliquando existens hoc ipso coexistit aeternitati quae tota simul est, nec tamen semper eidem coexistit. At, inquis, *Si Antichristus dum existit à parte rei coexistit toti aeternitati, tunc habet ab aeterno in tota ipsa aeternitate actualẽ existentiam.* Imo, inquam, nequaquam sequitur, sicut nequaquam sequitur, musca dum existit coexistit toti immensitati Dei, ergo ubique coexistit immensitati Dei. Respo.

Probatur ultimo, & explicatur ipsa doctrina aliquot exemplis. Primum exemplum est quo utitur S. Thom. art. 13 [illegible] ad 3. Nam ita se habet Deus in ordine ad futura contingentia sicut existens in alta specula [illegible] qui intuetur totã viam, in ordine ad transeuntes per illã. Licet enim unus pergat post alium, & posterior non videat priorẽ, ille tamen qui est in specula omnes simul intuetur & habet praesentes sibi: ergo similiter Deus habet sibi praesentes in specula aeternitatis omnes res praesentes & futuras, licet ipsae succedant sibi.

II. Secundum exemplum est quod S. Thomas 1. cont. Gent. c. 66. rat. 6. Ubi aeternitatẽ comparat centro. Sicut enim centrum, indivisibile cum sit, adest cunctis punctis oppositis signatis in circumferentia, & omnibus lineis ab eadem circumferentia ad centrum deductis: ita aeternitas cum sit indivisibilis adest omnibus existentibus in quacunque differentia temporis, & omnia habet sibi praesentia.

III. Tertium exemplũ est quo utitur S. Anselmus, l. de concord. praesc. & praedestin. Dei c. 1. ubi dicit, quod sicut idem nunc temporis cum sit indivisibile attingit omnia loca divisibilia & omnia locata quantũvis inter se distantia, & omnẽ durationẽ

quamvis enim, dum [illegible] similiter aeternitas, quamvis sit indivisibilis & tota simul, potest esse praesens omnibus durationibus [illegible] divisibilibus & inter se distantibus.

IV. Quartum exemplum desumitur ab anima rationali; quae est indivisibilis, & tamen est praesens simul & tota in pluribus partibus corporis divisibilibus & inter se distantibus. Haec autem omnia amplius patebunt ex solutionibus argumentorum.

Respons. Omnes fere instantiae hic memoratae ejusdem generis sunt: Et commode (fateor) monstrant, quomodo Deus immensitate sua comprehendat omnia locata. Neque mirum, quandoquidem locata omnia actu existunt. At nihil valent, si extendantur ad temporanea (ut ita loquar) praesertim ad praeterita & futura, quae non existunt actu, nedum simul. Sed placet ea sigillatim expendere.

I. Omnes partes viae existunt actu; item actu transeuntes per viam illam existunt actu; At praeterita & futura in tempore nequaquam existunt actu. Tamen & futura & praeterita sunt praesentia Deo quoad esse cognitum, non aliter.

II. Centrum adest omnibus lineis a circumferentia ad centrum deductis, non deducendis nisi cum primum deductae fuerint, ita neque aeternitas coexistit rebus temporaneis nisi cum primum existunt ipsa.

III. Exemplum Anselmi nullam commodat illustrationem, sed tenebris plusquam Cimmeriis involvit omnia. Tempus sumitur vel pro uniuscujusque rei duratione propria; (at nunc hujus temporis in ipsa re residet, nec pertingit ad alia) vel sumitur pro duratione rei alicujus tanquam mensura durationis rerum aliarum, verbi gratia, pro duratione motus coelestis. Hujusmodi autem duratio fit ab intellectu tantum, & operatione intellectuali mensurantis fit mensura, ita intellectualiter & intentionaliter [illegible] pertingit ad alia tanquam mensura durationum ipsarum. Et sic fatemur Deum pertingere ad futura & praeterita intentionaliter, quippe quae sunt ad unum omnia Deo praesentia quoad esse cognitum.

IV. Animae rationalis praesentia quasi ad omnes partes corporis extensa, cum tamen ipsa sit indivisibilis, optime repraesentat praesentiam Dei ad omnes partes hujus universi diffusam. Sed & aeternitas Dei se extendit ad omnia quotquot in aliqua duratione existunt. At minime requiritur, ut coexistat iis quae non omnino existunt in tempore: sicut nec immensitas Dei se extendit (quantumvis infinita) ad ea quae non existunt in aliquo statu, licet forte producenda sint.

Agedum, exploremus etiam quomodo te geras in responsione ad argumenta in adversum militantia.

Argum. *Ad primum respondetur, loca Scripturae adducta &c. tantum docere, creaturas non fuisse ab aeterno in propria mensura, &c.*

Respons. Ergo distinctio haec vestra de existentia rerum temporalium vel in mensura propria, vel in mensura aliena, tuo judicio videtur in sacris scripturis tradita; licet ante Capreolum huic orbi septentrionali non innotuerit, imo licet quindecim annorum spacio quaesita Capreolum ipsum latuerit.

Sed velim obiter ut hunc nodum solvas. Non magis efficax est aeternitas Dei in genere suo, quam immensitas Dei in genere suo. Quare, qua ratione res quoad comprehensionem durationis suae prius coexistunt aeternitati Dei quam existant in mensura propria temporis: pari per omnia ratione eaedem res quoad comprehensionem extensionis suae prius coexistunt immensitati Dei, quam existunt in mensura propria loci.

S. Thomas fatetur quidem futura contingentia esse praesentia Deo objective in aeternitate, non tamen negat in illo locis esse praesentia secundum propriam existentiam. Argum.

Respons. I. Sicut rem esse praesentem Deo secundum essentiam, est, essentiam rei esse notam DEO, & rem esse notam Deo secundum essentiam, est, rem esse praesentem Deo secundum essentiam: ita rem esse notam DEO secundum propriam existentiam, est, rem esse praesentem DEO secundum existentiam.

II. Nusquam reperitur Thomas istam distinctionem vestram, qua sola fere omnia in adversum militantia argumenta compescere speratis, suffragio suo comprobasse.*

III. Si comprobaverit, perinde reus erit erroris atque ipsi vos.

Ut futura coexistant Deo in aeternitate, non requiritur, ut prius existant in mensura propria temporis. Argum.

Pari per omnia ratione dici potuisset, ut futura coexistant Deo in immensitate, minime requiri, ut prius existant in mensura propria loci. Nam qua ratione existentia quam habent in aeternitate non dependet ab existentia eorum in tempore: ita existentia quam habent in immensitate, non dependet ab existentia quam habent in loco: Sed nec Dei aeternitas magis infinita est & illimitata quam ejus immensitas, nec potentior ad praestandum, ut quod Deo coexistit ad aliquod tempus semper ipsi coexistat; quam potens est immensitas ad praestandum ut quod alicubi Deo coexistit, idem ubique Deo coexistat; aut ut, quod non est in proprio situ, sit tamen in Dei immensitate, quod tamen perinde aequum est ratione divinae immensitatis, atque aequum est, ut quod non est in proprio tempore sit tamen in Dei aeternitate. Respons.

Quod si in nunc temporis verum sit dicere, rem futuram in tempore praesentem esse Deo in aeternitate, pari ratione in nunc temporis verum est dicere eandem rem futuram in loco praesentem esse Deo in immensitate. Quod si nihil possit esse praesens Deo in immensitate praesentia extensionis, nisi simul praesens sit in loco aliquo per praesentiam localem; pari ratione neque poterit aliquid Deo praesens esse in aeternitate praesentia durationis, nisi simul sit praesens in tempore per praesentiam temporariam.

Ad primam confirmationem respondetur ex dictis, creationem proprie & absolute loquendo, exigere propriam mensuram in qua res praedicantur de non esse ad esse: cujus ratio est: Nam in tempore reperitur prius & posterius: unde in illo possumus signare aliquod instans in quo res non sit, & aliud in quo res incipiat esse, quod quidem locum non habet in aeternitate cum sit indivisibilis & tota simul. Argum.

Secundo respondetur, quod, ut docet S. Augustinus locis superius allegatis & colligitur ex Esa. cap. 41. cit. quae

futura

futura sunt dicuntur facta apud Deum, quoniam respectu illi-us nihil est futurum. Sed tamen est advertendum, quod ea-dem actione qua futura sunt in tempore, dicuntur facta in æ-ternitate, quoniam actio futura est semper præsens in mensu-ra æternitatis.

Respons. Summa est, creationem esse productionem rei in tempore prius non existentis in tempore; quo ta-men non obstante potuit prius extitisse in æternita-te. Nec tamen ad eam [illegible] sententiæ suæ pro-positionem accedit Alvarez; videret enim procul-dubio quam insuperabilibus gravetur incommodis. Hinc enim adigitur ad agnoscendam duplicem re-rum existentiam, quarum altera sit prior altera, idque ab æterno; etiam altera posterior altera, idque in æternum durans; imo altera disparet & posterior altera, idque & ab æterno & in æternum; neque tamen li-cet prior ab æterno & in æternum posterior, dicatur existentia duntaxat secundum quid, non autem simpli-citer. Rursus, illa prior existentia in æternitate, vel rei competit ex natura rei, vel ab extrinseco, videli-cet per operationem Dei: Non ex natura rei; ne-que enim futura ex possibilibus evadunt futura ex seipsis. Sin a Deo fiat illa existentia, tum vel ex cre-atione, vel ex alia aliqua operatione: si ex creati-one, tum vel ex illa creatione qua fiunt res in tem-pore secundum existentiam simpliciter dictam, vel ex alia aliqua. Si ex alia, tum unaquæque res creata haberet duplicem creationem: si ex eadem, quod in responsione secunda agnoscit Alvarez; (nam ad-vertendum esse monet, *quod eadem actione qua fu-tura sunt in tempore dicuntur facta in æternitate.*) At qui fieri potest ut per actionem aliquam quæ fit in tem-pore res fiat existens ab æterno in æternitate?

II. Tota Alvaris responsio proin jacet, nimis curta est. Nam tantum ostendit quomodo res producta in tempore habeat esse post non esse in mensura temporis: sed nequaquam ostendit quo-modo quod sic habet *esse* post non esse in tempo-re, possit habere *esse* in æternitate, non post *non esse*, sed ab æterno. Nam licet indivisibilis sit æter-nitas, tamen hoc potius excluderet res temporales ab existendo in æternitate, quam locum face-ret [illegible] existentiæ rerum in æ-ternitate, quæ tantam in rebus Scholasticis confusio-nem procreavit.

III. Licet æternitas sit indivisibilis, tamen suffi-cientissime correspondet omnibus temporis diffe-rentiis, secundum quam correspondentiam tempo-ralia dicuntur tam coexistere æternitati quando ex-istunt in tempore, quam non coexistere quando non existebant in tempore, & non coexistitura æternitati quando non existent in tempore.

Ad secundam ejus responsionem quod atti-net: dicimus, respectu Dei tanquam præteriti ni-hil esse futurum, sic distinte scribit Aquinas; nec futurum habet relationem aliam quam respectu aut præteriti aut præsentis futuri & præteritionis. Atque hac ratione Deo nihil est futurum, quia De-o nec præterit, nec fluit aut præterit. Rursus, ne præsentia quidem rei temporalis plus confert ad cognitionem Dei quam ejusdem aut futuritio aut præteritio: Et consequenter, *factam esse*, non ma-gis Deo cognoscibile est, quam *esse futurum* aut *præ-teritum*. Et jam accepimus ex Augustino *futura, fa-cta dici & præterita stare apud Deum*, tandem re-spectu scientiæ Divinæ omnia comprehendentis.

Alias autem, ut æternitas sit semper præsens in men-sura æternitatis, non major ratio est, quam ut cor-pus aliquod sit ubique præsens in mensura immensi-tatis. Neque enim potior ratio est, quare semper aliquid coexisteret æternitati quam quia aliquando coexi-stit ei, & consequenter coexistit toti, cum æternitas non habeat partes, sed sit tota simul. At, inquam, pari ratione, quod alicubi coexistit immensitati Dei, ubique coexisteret ei, quia dum coexistit ei, coexistit toti. Nam immensitas Dei non habet partes, sed est tota simul.

Ad secundam confirmationem respondetur ex dictis, Alia *differentiam quam constituit Concilium contra Arrium in-ter Filium Dei & creaturas consistere in hoc, quod Filius Dei in mensura propria non cœpit esse, &c. unde ista con-sequentia non valet: Antichristus est in æternitate, ergo Antichristus est. Argumentamur à minus stricto ad magis strictum affirmative. Unde, sicut non sequitur, Petrus est vel fuit, vel erit: ergo Petrus est: ita non sequitur, Pe-trus est in æternitate, ergo Petrus est. Nam ad hoc ut sit in æternitate, sufficit quod in aliqua differentia temporis nostri, habeat esse.*

Agnosco confirmationis illius argumentum Respons. nullius pretii esse, quamvis eo nitatur Gabriel Penotus. Nempe si non alia ab æterno existen-tia tribuatur Christo quam quæ sit in æternitate, juxta horum Doctorum phrasiologiam, non ma-gis æternus erit CHRISTUS quam creatura quæ-libet.

II. Quod si non aliud sit, esse in æternitate, quam vel futurum esse, vel esse vel fuisse in tempo-re, facile damus hoc sensu omnia DEO præsentia esse in æternitate. Quod si aliud sit, certe neces-se esset ut alio decreto, alia operatione à DEO fieret.

III. Quicquid in aliqua loci aut situs differentia existit, hoc ipso coexistit immensitati Dei quæ est tota simul. An vero propterea recte diceretur es-se ubique in immensitate? Prorsus nemo hoc di-ceret, modo sobrius esset. Pari per omnia ratione neque quicquid in aliqua temporis differentia re-peritur, propterea semper esse dicendum, *esse in æternitate.*

Cajetanus, Bannes, & alii plures non reputant incon- Alia *veniens, quod in mensura æternitatis dentur duæ contradi-ctoriæ veræ. Quoniam illud instans æternitatis, quamvis formaliter sit indivisibile secundum omnium Theologorum sententiam, propter suam tamen eminentiam continet vir-tualiter successionem & diversa instantia nostri temporis. Unde in illa mensura æternitatis verificantur una contradi-ctoria per habitudinem ad unum instans nostri temporis, & similiter alia per habitudinem ad aliud instans extra-sitam.*

Agnosco hujusmodi habitudines, & secundum Respons. quas recte dicitur Deus coexistisse rebus præteritis, coexistere rebus præsentibus, coexistiturus rebus fu-turis. Veruntamen, cum eandem per omnia ratio-nem habeant res locatæ ad Dei immensitatem, quam

 habent

habent temporaria ad Dei æternitatem: hoc etiam superest qua ratione illa dicuntur esse in æternitate Dei, eadem possit dici posse existere in immensitate ejusdem. Et quemadmodum secundum varias temporum differentias, aliter atque aliter se habent res in tempore comprehensæ, ita etiam secundum varias locorum differentias aliter atq. aliter se habere possunt res in loco contentæ. Nam in uno loco possunt calefieri, in alio frigescere. Et qua ratione æternitas Dei dicitur instans indivisibile; eadem per omnia ratione etiam immensitas Dei dici potest punctum indivisibile. Verum, eædem res secundum varia loca aliter atque aliter affectæ, simul in immensitate aliter atque aliter afficiuntur, quia immensitas Dei simul coexistit omnibus locis, & omnia loca simul coexistunt & sibi invicem & immensitati: non sic res secundum varias temporum differentias aliter atque aliter affectæ simul coexistunt & sibi invicem, & æternitati, quia variæ temporum differentiæ succedunt aliæ aliis, non autem simul existunt.

Alvar. *Sed hæc solutio patitur impugnationem. Nam contradictoria sunt contradictoria sunt. Alvarus accipe in ordine ad idem instans; nam contradictio est affirmatio & negatio ejusdem de eodem, & secundum idem & eodem tempore.*

Respondetur ergo ad argumentum, illas contradictorias non esse veras etiam in æternitate. Negativa enim est falsa. Sensus enim illius est, quod in instanti æternitatis secundum quodlibet instans correspondens cuilibet instanti nostri temporis, non est albus. Quod falsum est. Et sequitur argumentum: Nam Petrus in instanti æternitatis est niger, ergo in instanti æternitatis non est albus; negatur consequentia. Nam ut affirmativa verificetur, sufficit quod in aliquo instanti nostri temporis sit niger: ad hoc autem ut verificetur illa negativa (Petrus non est albus in æternitate) requiritur quod in instanti æternitatis, secundum quod correspondet cuilibet instanti nostri temporis, non sit albus.

Si autem una propositio accipiatur pro instanti æternitatis secundum quod correspondet uni instanti nostri temporis, altera vero accipiatur pro instanti æternitatis secundum quod correspondet contingenter alteri instanti nostri temporis, tunc non sunt contradictoria, sicut ista non sunt in ordine ad nostrū tempus, Petrus nunc est albus, Petrus cras non erit albus.

Refutat. Agnosces clarum argumentum superioris solutionem ab Alvare exhibitā. Tantum ex præsenti ejus ratiocinatione adverto res temporarias non aliter esse in æternitate, quam quatenus æternitas correspondet illis temporum differentiis in quibus existunt. Pari ratione, res locatæ non aliter sunt in immensitate Dei, quam quatenus immensitas illa correspondet illis locis in quibus existunt; unde sicut nequaquam sequitur, rem aliquam locatam esse ubique, propter naturam immensitatis indivisibilem; ita nec rem temporariam semper fuisse aut futuram esse propter conditionem æternitatis indivisibilis. Nec magis quidrabit affirmare rem temporariam semper esse saltem in æternitate, quam dicere rem locatam ubique esse saltem in immensitate. Imò sicut de re locata nequaquam dici poterit quod sit in immensitate nisi prius fuerit in loco; ita neque de re temporaria dici poterit quod sit in æternitate priusquam sit in tempore.

Alvar. *Ad quintam negatur, quod sint productioni res futuræ; & ad probationem respondetur, quod antequam simul tamen producitur in tempore, sed tamen ejus productio quæ respectu hujus dici dicitur futura, respectu æternitatis est præsens, quoniam, ut dictum est, æternitas toti tempori nostro coexistit præsens, cùm nullam admittat successionem.*

Quia ratione quod in aliqua temporis differentia existit est semper præsens respectu æternitatis; pari ratione quod in aliquo loco existit est ubique præsens respectu immensitatis. Interea recte immensitas dicitur coexistere omnibus locis & locatis, quia loca omnia & quæ in iis continentur simul existunt actu: at æternitas non recte dicitur coexistere omnibus temporibus rebusque in omni tempore existentibus, cùm fieri non possit ut omnia tempora & quæ in iis continentur simul existant actu. Et quemadmodum Deus per immensitatem suam nondum coexistebat mundo, cùm mundus nondum productus esset, pari ratione per æternitatem nondum coexistit illis temporibus rebusque futuris quæ nondum producta sunt. Respons.

Ad sextam respondetur cum Cajetano, art. 13. cit. in solutione ad 3. rationem Scoti, cognitionem Angeli qua cognoscit futura contingentia non mensurari ævo. Cujus ratio est: Nam actualis repræsentatio singularium contingentium quæ fit per species infusas, non mensuratur ævo, sed de novo advenit quando in esse producuntur futura. Non ergo sequitur, quod Angelus cognoscat futura contingentia antequam producantur in esse. Alvar.

I. Mittamus cognitionem Angelorum, quæramus tantùm de Angeli coexistentia rebus futuris: dicitis quæcunque aliquando coexistunt æternitati eidem semper coexistere: quia cùm æternitas sit indivisibilis, necesse est ut quæcunque illi aliquando coexistunt, coexistant eidem toti: pari ratione cùm duratio Angelica quæ dicitur ævum sit indivisibilis, necesse est, ut quæcunque illi aliquando coexistunt eidē semper coexistant, quia coexistunt illi toti. Unde sequitur tam Angelos per durationem suam æviternam, quam Deum per durationem suam æternam coexistere rebus futuris. Respons.

II. Quod si coexistat Angelus futuris omnibus, quid impedit quo minus cognoscat etiam futura quantumvis contingentia?

Sed contra hanc solutionem est argumentum. Nam illa cognitio futurorum saltem mensuratur instanti Angelico quod est indivisibile & totum simul: ergo futura possunt habere coexistentiam in ordine ad illud instans Angelicum, antequam existant in propria mensura, atque adeo Angelus poterit cognoscere futura antequam sint. Alvar.

Respondetur, quod instans Angelicum licet non admittat variationem & successionem in substantia ipsa quam mensurat, cum tamen admittit quantum ad aliqua accidentia, ut docet Thom. quodl. 9. art. 8. & Ferrar. 3. cont. Gent. c. 100. & Bannez 1. p. q. 15. art. 11. in fine. Æternitas autem nullam prorsus variationem admittit, sicut neque ipse Deus; unde absque ulla successione intuetur omnia prout sunt præsentia in æternitate. Angelus autem successive cognoscit futura contingentia quando fiunt in mensura propria.

Est etiam alia differentia: Nam instans Angelicum, licet sit mensura perfectior, cum tamen est mensura superior ad mensuram nostri temporis neque tam excellens, quemadmodum æternitas continet omnes alias mensuras. Unde non sequitur quod futura contingentia coexistant Angelo, in ordine ad

propriam

propriam mensuram ipsius Angelicam, scilicet coexistunt Deo in ordine ad mensuram æternitatis.

Mutatur substantiam, operationis quam mensurat ævum Angelicum: Ipsa Angeli duratio est indivisibilis secundum esse & tota simul: & proinde quicquid coexistit Angelicæ durationi, coexistit toti: ergo etiam qua ratione Deus coexistit rebus futuris & temporibus futuris per durationem suam; eadem ratione & Angelus coexistit rebus futuris & temporibus futuris per durationem suam. Quod si coexistit ipsis, etiam cognoscit ipsa perinde ac si essent præsentia.

Certè non continet ævum Angelicum tempus nullum sicut æternitas: Neque enim est sine principio. Verumtamen ex quo fuere Angeli, ævum ipsorum cum sit sine fine & indivisibile, continebit omnia futura tempora haud dissimili ratione quam qua continet ea æternitas.

Ad septimum argumentum respondetur, quod quando superior mensura est finita & limitata, nihil existit in superiori mensura & inadæquata, nisi prius existat in mensura inferiori propria & adæquata: ut contingit in exemplo adducto in argumento. Contra, quando mensura superior est infinita & illimitata qualis est æternitas, tunc potest aliquid existere secundùm rationem existentiæ in superiori mensura antequam existat in mensura inferiori sibi propria & adæquata. Cujus ratio est, quia mensura infinita nullam potest admittere in se successionem aut mutabilitatem. Unde eminentiori modo continet in se unico instanti quicquid continetur successivè in mensuris inferioribus.

I. Pari ratione, potest aliquid corporum prius existere in immensitate Dei, quam in mensura propriæ magnitudinis. Cujus ratio est, quia mensura infinita nullam potest admittere in se partibilitatem. Unde eminentiori modo continet in se in unico puncto quicquid continetur extensivè in mensuris inferioribus.

II. Sed & ævum Angelicum est mensura nullam in se admittens successionem; & duratio Angeli non habet partes, & proinde est tota simul; ergo eminentiori modo continet in unico instanti quicquid continetur successivè in duratione temporali creaturarum Angelo subsequentium: unde sequitur res tempore mensuratas prius existere in ævo Angelico quam in mensura propria.

III. Ergo continet æternitas quicquid continetur successivè in mensuris inferioribus: At quid hoc aliud est quam durationem Dei excedere durationes rerum aliarum? Hinc autem nequaquam sequitur rem temporalem prius existere in æternitate quam in tempore, ac si diceres, prius extra causas suas produci in æternitate quam in tempore; unde sequeretur, prius creari in æternitate quam in tempore. Quod portento simile est. Nec fieri potest ut duplex illa creatio, quarum altera prior est altera, sit una & simplex actio: quod tamen professus es in responsione secunda ad primam confirmationem argumenti tertii, his verbis, *Eadem actione quæ futura sunt in tempore, dicuntur facta in æternitate; quoniam actio futura est semper præsens in æternitate.* Sed neque infinitas mensuræ ad hoc sufficit; Nam quamvis tempus fuisset infinitum, id est, sine principio, non propterea aliquid prius existere potuisset in mensura superiori & inadæquata, quam in mensura propria & adæquata, uti ipse hoc in loco fateris.

Imò neque impartibilitas ad hoc sufficit; Nam quamvis non habeat partes, propterea quod Deus sit omnis motus & mutationis expers; tamen permanentia Dei est sine principio & sine fine; unde fit ut successivè coexistat Deus rebus succedentibus non propter successionem aliquam in DEO, quippe in quo nullus motus reperitur, sed propter successionem rerum ad extra. Verum enim est Deum, & heri coexistisse rebus quæ heri extiterunt, & hodie coexistere rebus hodie existentibus, & cras coexistiturum esse rebus cras extituris: interea ut idem fuerit heri, qui & hodie, & idem maneat in æternum, cùm nec quicquam illi accedat nec quicquam decedat. Neque enim permanentia Dei in eodem statu quæ & ab æterno fuit & in æternum mansura est, cum se sine omni motu, quicquid Deo tribuit aut adimit. Nam qualem hactenus permansit, nihil in illo præterit, & qui idem per omnia mansurus est, nihil in illo futurum est. Sed coexistentia rerum cum Deo alia est atque alia juxta vicissitudinem earum: & consequenter etiam coexistentia Dei cum creaturis alia atque alia est, non propter novam aliquam existentiam Dei cum creaturis, sed propter novam existentiam creaturarum cum Deo.

IV. Iam dictum est, existentiam rerum creatarum in æternitate considerari juxta varias æternitatis habitudines ad diversas temporum differentias. Unde fit, ut licet juxta vestram phrasiologiam res aliqua futura dicatur semper existere in æternitate, tamen hoc intelligendum sit de æternitate juxta habitudinem ejus ad illam temporis differentiam in qua futurum est ut simpliciter existat. Ergo potius præsupponit rei existentiam in tempore, saltem naturâ priorem, quam eam post se trahit; præsertim cùm dum res futura tantum est, nullam habeat relationem ad æternitatem; sed quæ illi competit relatio potius ad tempus respiciat mensuram rei propriam, quàm ad æternitatem mensuram communem & inadæquatam.

Ad ultimum argumentum respondetur, supposito quod Deus præsentialiter videat in æternitate aliquem actum nostri liberi arbitrii futurum tali tempore, simul esse incompossibile quod actus ille non fiat; simpliciter autem, & in ordine ad suam causam proximam, quæ defectibilis est, potest non esse.

Agnosco nullum hinc præjudicium oriri libertati creaturarum & rerum contingentiæ, quia ipsa exercitio libertatis in æternitate ponitur prior quam in tempore effectus productus: sed admodum præpostere una & eadem rei existentia distribuitur in duas per rationem mensurarum diversarum, puta temporis & æternitatis, quarum altera dicatur prior altera.

Unum tamen argumentum difficile restat dissolvendum. Sequeretur ex nostra sententia, quod detur in actu multitudo infinita, quæ esset actu præsens in aliqua duratione; consequens est impossibile: ergo. Sequela probatur, nam omnes cognitiones futuræ beatorum sunt infinitæ; ergo si omnes illæ sunt actu præsentes Deo in mensura æternitatis secundum propriam existentiam, dabitur multitudo infinita.

Omnino non placet illiusmodi argumentatio; cum supponat omnes cogitationes beatorum futuras, aliquando complendas esse. Quasi aliquando dici possit esse, extitisse omnes cogitationes beatorum: hoc autem falsum est. Nam quocunque tempore numerus habeatur aut habebitur cogitationum beatorum, semper invenitur esse finitus. Futuræ tamen cogitationes beatorum dicuntur infinitæ non categorematice sed syncategorematice, ac si diceretur, numerus cogitationum beatorum augebitur, hoc est, major & major erit in infinitum. At hinc sequitur, nunquam futurum esse ut infinitæ præterierint, neque enim fieri potest ut numerus finitus ulla graduali augmentatione evadat infinitus.

Sed neque placet responsio prior. Nam quæ præsentia sunt uni tertio tanquam mensuræ inadæquatæ, minime necesse est ut præsentia sint inter se. Neque enim necesse est ut duo indivisibilia quæ sunt ejusdem æternitatis elementa præsentia sint præsentia inter se. Et ipsi Thomistæ fatentur instans æternitatis, quamvis formaliter sit indivisibile, tamen propter suam eminentiam continere virtualiter successionem & diversa instantia nostri temporis, atque ex omnium Theologorum sententia, ut habet Alvarez in responsione ad argumentum quartum.

Sed neque placet argumenti propositi solutio Alvariana. Nam tantum accommodata est ad explicationem regulæ illius generalis: *quæ sunt eadem alicui tertio, sunt eadem inter se*, quod obtinere non vult nisi procedat de identitate & secundum rem & secundum rationem. At de explicatione regulæ dicemus, quæ sola instituto præsenti est accommoda, Viz: *Quæ sunt præsentia alicui tertio sunt præsentia inter se*, nihil prorsus habet, nec omnino idonea est ejusdem generis explicatio.

DIGRESSIO SECUNDA.

An recte ALVAREZ demonstret Deum certò cognoscere futura contingentia, propter præsentialitatem rerum in æternitate antequam fiant: & hujusmodi existentiam conducere ad certitudinem, & infallibilitatem cognitionis Divinæ.

Alvar. *NOtandum est primo, quod præsentia rerum in æternitate potest considerari dupliciter: Primò, ex parte ipsius æternitatis; Secundò, ex parte rerum contingentium, quæ in æternitate existunt. Cum enim præsentia quandam relationem importat, res dicuntur præsentes æternitati. & æternitas est præsens omnibus rebus, & habet illas sibi coexistentes & præsentes; quia cum sit mensura infinita, & indivisibilis, ambit simul totum tempus, & quæcunque, alium mensuram infinitam. & actu continet omnes res, quæ esse habebunt in illa, ut supra dictum est.*

Respons. Illa distinctio, si quid ego judico, nimia sua subtilitate corrumpitur. Nam cum præsentia alicujus, respectu cujuscunque, consistere non possit, nisi præsentia sit mutua, consideratio terminorum nequaquam admittit ordinem prioris & posterioris, sed dumtaxat simultaneum. Nec unquam puto audita est hujusmodi distinctio applicata ad existentiam localem, quasi verò existentia hujusmodi considerari possit dupliciter, vel ex parte loci, vel ex parte rei locatæ. Nihil omnino dici potest præsens mihi, nisi etiam ego sim præsens illi. Ita etiam de præsentia rerum in æternitate philosophandum est. *Deus* (inquit Durandus) *non est præsens rei, nisi res sit præsens ei.* Æternitatem non negamus præsentem esse rebus omnibus, modò sint, & habere istas sibi coexistentes, modò omninò existant. At quæ nondum sunt, quæ nondum existunt, nec illa coexistunt æternitati, nec æternitas coexistit illis, quamvis sit infinita, & indivisibilis: Sicut nec Dei immensitas, quamvis sit infinita, & indivisibilis, coexistit quamvis illis sive corporibus, quæ nondum existunt; nec corpora illa quæ nondum existunt, dici possunt existere in immensitate Dei, quoad continentiam extensivam: Et pari ratione, nec quæ nondum existunt dici possunt existere in æternitate Dei quoad continentiam durationis: Quid enim opus est illis continentia aliqua, quæ contineantur, quæ nondum habent naturam aliquam actualem, quæ continentiæ capax sit. Æternitas autem non alia ratione dicenda est ambire tempus, nisi quia antecessit tempori, & postquam tempus advenerit eidem coexistit, & ubi tempus exspiraverit eidem superstes erit: non quod simul coexistat, non modo cum præsentibus, sed & cum futuris, atque etiam cum præteritis; quod postremum etiam adversariis asserendum incumbit, ut scilicet æternitas non modò contineat res omnes, quæ esse habebunt in tempore, sed & quæ esse habuerunt in illo.

Secunda distinctio de demonstratione cognitionis infallibilis futurorum contingentium Deo tributæ, vel à priori tanquam à causa, vel à posteriori tanquam ab effectu, legitime procedit.

Etiam postrema distinctio de consideratione scientiæ Dei, vel prout infallibilis est, vel prout scientia visionis est, recte instituitur.

Prima ergò conclusio est. Actualis præsentia rerum in æternitate ex parte Divinæ æternitatis est propria ratio, propter quam Deus certò cognoscit omnia futura. Hæc conclusio est S. Thomæ locis citatis, ubi ex eo probat cognitionem futurorum contingentium esse in Deo infallibilem, quia intuitus Dei fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate, & quod æternitas, qua mensuratur cognitio Divina, habet sibi præsentes omnes res futuras, propter eminentiam, & infinitam perfectionem ipsius æternitatis. Alvar.

Aquinatis loca, ad quæ digitum intendit Alvarez, jam consideravimus meo judicio, nihil aliud Aquinatem velle probare, quàm quia nos temporis seriei, est curam ipso nimirum in esse cognito, vel quod prius est, in esse reali, ideo res seriatim succedentes alias alias, à Deo videri, seu intuitum ejus ferri super ipsas. Respons.

II. Absurdè dicitur præsentiam rerum, ex parte æternitatis consideratam, esse rationem, propter quam Deus certò cognoscit futura; quandoquidem præsentia rerum in æternitate non potest considerari, ex parte æternitatis sumendo acceptæ. Præsentia rerum in æternitate non magis abstrahi potest, à consideratione rerum ipsarum, quam à consideratione æternitatis. Posito quod res aliqua sit cognoscibilis, nihil indiget intellectus infinitus, quo cognoscat rem cognoscibilem. Tota quæstio huc redit, quomodo scilicet res contingens natura sua nihilo magis futura, quam non futura, fiat futura; At ex parte æternitatis Divinæ minimè fit quòd res merè possibilis transeat in conditionem rei futuræ; sed duntaxat in voluntatem & determinationem Dei reperiendum est illud.

III. *DEI intuitus fertur super omnia prout sunt in sua præsentialitate*, Sic Aquinas; non dicit intuitum DEI ferri super omnia, prout sunt in sua præsentialitate, in æternitate. Imò palam significat, ferri super ea, prout sunt in sua præsentialitate, in tempore. Sic enim habet 1. p. q. 57. art. 3. *Visus Dei intuitus fertur in omnia, quæ aguntur per totum tempus.* Et q. 86. art. 4. *Sunt præsentia DEO, dum in cursu rerum sunt futura, in quantum ejus æternus intuitus simul fertur super totum temporis cursum.*

IV. Licet Deus non esset æternus, sed tantum excedens durationem rerum omnium futurarum; tamen cum duratio ejus sit indivisibilis, pari per omnia ratione ambiret totum tempus, & futura essent ipsi præsentia, nequaquam. Nam quicquid coexisteret durationi ejus, hoc ipsa coexisteret toti, cùm sit sine partibus, & consequenter ex vestra ratiocinandi formula coexisteret ipsis, & nequaquam esset, ipsi præsentia esse: ergo non ex perfectione æternitatis assignanda est ratio certitudinis cognitionis Divinæ, sed ex indivisibilitate durationis ejus.

V. Dico Thomam non posse intelligi de præsentialitate objectiva, alias enim probaret idem per idem: At (inquam) ratio Thomæ sic procedere videtur; præsentialitatem rerum futurarum videt Deus, Ergo certò cognoscit; cujus generis probatio non est ejusdem per idem. Quod si quæras, quomodo Deus videat præsentialitatem eorundem, respondeo, præsentialitatem illam objici Deo, apud Deum ipsum intuitivè in esse volito.

Ad illud Ecclesiast. cap. 39. facile respondetur, videlicet omnia esse coram illo, quandoquidem ipsa rerum præsentia in tempore, nihil confert ad cognitionem Dei, Deo vero præsentia sunt omnia, prius natura, quam fiant cognoscuntur, posita in esse volito. Nec omnino probavit Alvarez, hanc suam distinctionem, quam promiserat, ab Ecclesiastico comprobatam fuisse, sed leviter indicatam.

Arg. *Probatur præterea tamen, nam ut docet Thomas, æternitas ambit omne tempus, ergo actu continet omnia futura in tempore tanquam sibi præsentia.*

Resp. Negamus æternitatem continere actu omnia futura in tempore, nec hoc modo ambire omne tempus, magis quam immensitas ejus continet actu omnia corpora, quæ nondum sunt, aut ea ambit. Et qua ratione absurdè dicitur corpus, quod nondum existit, existere in immensitate; ita nihilo minus absurdè dicitur, futura quæ nondum sunt, existere in æternitate. Dici tamen potest ambire omne tempus, quatenus, & præfuit omni motioni cœlesti, etiam omni motioni cœlesti superstes erit.

Secunda conclusio. Si consideretur præsentia futurorum contingentium in æternitate, ex parte ipsarum rerum contingentium, non est ratio quare DEUS certò cognoscit futura; per illam tamen existentiam ostenditur à posteriori certitudo infallibilis cognitionis Divinæ. 2. Conc.

II. Prima pars hujus conclusionis probatur efficaciter secundo, & tertio argumento ex factis à principio: Præterea probatur: perfectio essentialis scientiæ Divinæ, non debet desumi ex objecto secundario, sed ex primario: certum est ipsius scientiæ desumitur ex objecto primario, at per consequens omnis perfectio essentialis debet desumi ex eodem objecto primario; sed certitudo & infallibilitas est perfectio essentialis scientiæ. Cognitio enim, quæ non est certa, non est scientifica: Ergò certitudo cognitionis Divinæ non debet desumi ex ipsis creaturis coexistentibus in æternitate. Creaturæ enim pertinent ad objectum secundarium cognitionis Divinæ.

III. Secunda pars conclusionis est expressa sententia S. Thomæ 1. p. q. 14. art. 8. ad primum, & probatur: Nam per effectum proprium potest demonstrari causa, sicut per creaturas demonstratur à posteriori Deum esse, & omnipotentem esse. Sed existentia, quam res habent, sive in æternitate, sive in tempore, est proprius effectus scientiæ Dei infallibilis, ut dictum disp. 16. & 17. patebit. Ergo;

IV. Præterea probatur; certitudo cognitionis, præsertim Divinæ optimè colligitur ex certitudine, & determinatione objecti, & veritate illius; Sed futura contingentia, ut sunt præsentia in æternitate jam considerantur ut determinata ad unum, ut S. Thom. docet 1. p. q. 14. art. 13. Ergò ex determinatione veritatis, quam habent in æternitate potest colligi per evidentem consequentiam à posteriori, quod Deus infallibiliter illa cognoscat, cum sit evidens, quod nulla Deum ipsum veritas latet.

Jam dixi, distinctionem istam de præsentia futurorum, vel ex parte rerum contingentium, vel ex parte æternitatis considerata, esse admodum confusam, Sed nihilo minus aliena est distinctionis istius accommodatio. Quæritur enim, an præsentia futurorum in æternitate sit ratio quare Deus certò cognoscat futura; non autem quæritur, utrum futura ipsa sint ratio ipsa cognoscendi futura; aut utrum æternitas sit ratio cognoscendi futura contingentia: Ipsa vero rerum præsentialitas in æternitate tam res ipsas respicit, quatenus subjectum hujus denominationis, sive relationis, quam æternitatem tanquam mensuram, secundum quam res præsentes esse dicuntur, dicimus præsentiam rerum in tempore rationem esse, quare certò cognoscantur ab Animali facultate videndi præditio; At quam absurdè faceret, qui sic distingueret, rationem scilicet esse, quare pro certo cognoscantur, non tamen ex parte rerum ipsarum, sed ex parte temporis; quandoquidem neque res ipsæ, neque tempus ipsum præstat, ut certo cognoscantur, sed duntaxat præsentia rerum in tempore. Imò dum instantiam istam in considerationem revoco; manifestum fit, ne præsentiam quidem rerum in tempore rationem esse quare pro certo cognoscantur. Sed tantum rationem esse, quare pro certo sint cognoscibiles: Refut.

hic exiguam veram pro certo cognoscantur, requiritur insuper potentia cognoscentis. Ad eundem modum præsentia rerum in æternitate non tam causa est, quare certò cognoscantur, quam quia certo sint cognoscibiles. Hinc conficitur, ut inde habeant, quod sint præsentes, unde habent, quod sint cognoscibiles. Sed non magis habent ex æternitate, quod sint cognoscibiles, quam ex rebus ipsis, & consequenter non magis habent ex æternitate, quod sint præsentes, quam ex rebus ipsis. Rursus, unde habent, quod sint in quocunque genere, inde habent, quod sint cognoscibiles. Nam unumquodque quatenus est ens, eatenus est & verum, & cognoscibile. At futura non magis habent ex æternitate quod sint futura, quam ex se ipsis, & proinde non magis habent ex æternitate, quod sint cognoscibilia in genere futurorum quam ex se ipsis. Et cum natura sua sint purè contingentia, indifferenterque sese habentia, tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem, & proinde fieri non queat, ut ex conditione rerum merè possibilium transierint in conditionem rerum futurarum sine causa; Transitionis illius causam, qui rejiceret in æternitatem Dei, neminem unquam post homines natos reperies. Etiam ipsius Alvarez, & Dominicanorum ad unum omnium sententiæ longè congruentius est, causam illam reperire in voluntatem Dei, quam in ejusdem æternitatem. Quid quod ex præsentia rerum in æternitate, non magis concluditur eas esse futuras, quam præteritas, cum in confesso sit tam res præteritas præsentes esse in æternitate, quam res futuras. Denique præsentia rerum, qua talis in quacunque mensura, constituit eas pro certo cognoscibiles in genere visionis; ut autem cognoscantur, requiritur facultas cognoscitiva, quam quidem facultatem homines nequaquam acceptam referunt suæ durationi temporariæ: ita nec Deus eam (qualiscunque sit illa) competentem pro naturæ suæ inscrutabilis proprietate, acceptam refert suæ durationi æternæ.

II. Certè non sumit Deus rationem cognoscendi à rebus; sed à se. Imò nec homines sumunt rationem cognoscendi à rebus, sed à DEO; per species quidem à rebus acceptas res ipsas cognoscunt homines, [illegible] non sic Deus; sed neque rationem cognoscendi accipit ab æternitate, sed sicut potentia sua immediatè fertur, pro arbitrio voluntatis, in omne, quod est possibile: Ita intellectus divinus immediatè fertur, non pro arbitrio voluntatis, sed necessitate naturæ, in omne quod est cognoscibile, licet ad placitum voluntatis divinæ fieri possit, ut res in aliquo genere sint cognoscibiles; quoties scilicet, ex conditione rerum possibilium migrant in conditionem rerum futurarum. Secundum argumentum in principio factum sic fuit; *Scientia Dei libera est causa rerum, seu existentiæ earum; ergo prius in signo rationis intelligitur certa, & infallibilis talis scientia, quam intelligantur res contingentes aliquo modo existere etiam in æternitate.* At (inquam) hinc pariter concluditur infallibilitatem scientiæ Divinæ non fundari, neque desumi, ex ipsa æternitate Dei atque ita concludis eam non fundari neque desumi ex rerum contingentium existentia in æternitate. Secundum Argumentum ex factis in principio tantum probat, Deum non accipere perfectionem suæ, ab existentia rerum in æternitate; Ergò inquam nec ab æternitate illam accipit. Sed potius ipse intellectus Divinus sufficienter dispositus est, ad cognoscendum quicquid cognoscibile est, in quocunque genere cognoscibile sit. Quod autem res contingentes, ex conditione merè possibilium transeant in conditionem rerum futurarum, consequenterque cognoscibiles fiant in genere futurorum; hoc in voluntatem divinam, ejusque determinationem liberam unicè referendum est. Ad eundem modum, Argumentum hic propositum, atque ex ipsius divinæ scientiæ perfectione desumptum, quatenus probat eam nequaquam pati, ex rerum præsentialitate in æternitate; Eatenus probat præsentialitatem illam tam ex parte æternitatis, quàm ex parte rerum contingentium, rationem non esse, quare Deus cognoscat futura contingentia.

III. Certè quatenus constare potest res existere in æternitate, eatenus etiam concludi potest, Deum eas intueri; veruntamen hinc non magis concluditur eas esse futuras, quam esse præteritas; quandoquidem extra controversiam est tam res præteritas suam habere præsentialitatem in æternitate, quam res futuras. Ex præsentialitate rerum in æternitate, vel juxta vestram sententiam hoc tantum conficitur; nempè propterea, vel in tempore præsentes esse, vel præteritas, vel futuras; hinc enim tantum concluditur, eas à Deo videri sua cognosci scientia visionis, quæ quidem scientia visionis non magis ad res futuras se extendit, quam ad præsentes, & præteritas. Ad Thomam quod attinet, nunquam probaverim infaustam illam distinctionem de præsentialitate rerum in æternitate, vel ex parte rerum ipsarum, vel ex parte æternitatis Divinæ, vel ab eo comprobatam fuisse, vel leviter indicatam. Quatenus *existentia, quam res habent, sive in æternitate, sive in tempore, est proprius effectus scientiæ Dei infallibilis;* Eatenus pari ratione analogiâ concludendum, hanc rerum existentiam, non magis ex parte æternitatis, quàm ex parte temporis rationem esse, quare Deus eas cognoscat.

IV. Certè ut præsentes existere in æternitate, considerantur tanquam determinata ad unum. Sed non magis ab æternitate, quam à rebus ipsis habent, quod sint determinata ad unum. Sed duntaxat à voluntate Divina, ejusque determinatione, per quam scilicet factum est, ut è conditione rerum merè possibilium migraverint in conditionem rerum futurarum; atque ita in esse volito futura omnia apud se contemplatur Deus.

Sed contra primam partem conclusionis est argumentum difficile. Præsentia rerum in æternitate, ex parte ipsarum rerum existentium est ratio, vel conditio propter quam scientia Dei sit intuitiva respectu futurorum contingentium. Ergo est ratio certitudinis cognitionis intuitivæ, & per consequens, per illam existentiam potest demonstrari à priori certitudo scientiæ intuitivæ, quæ est in Deo. Antecedens probatur. Nam scientia Dei respectu futurorum contingentium, est intuitiva, quia terminatur ad [illegible] existentiam earundem rerum, quam habent in æternitate. Et per hoc distinguitur à scientia simplicis intelligentiæ, quæ terminatur ad res possibiles. Ergo ex ipsa existentia rerum demonstratur à priori, quod scientia Dei sit intuitiva respectu earundem rerum. Arg.

II. Confirma-

II. Probationem illam antecedentis non probare, quæ fit per propriam rationem cur quod demonstratur, est à priori; sed solum probatio, quæ fit per connexionem necessariam reducitur ad argumentum à priori; sicut semper causæ reducuntur ad causam: sed præsentia actualis quam habent res in æternitate est causa, vel conditio, quod scientia Dei sit intuitiva & certa. Ergo probatio, quæ desumitur ab existentia rerum in æternitate ad conclusionem, quod scientia Dei sit intuitiva, est probatio à priori.

III. Respondetur, admittendo per existentiam rerum in æternitate ostendi à priori, quod scientia futurorum contingentium sit intuitiva in Deo: ex hoc tamen non infertur, quod certitudo, quam habet scientia illa intuitiva, probetur à priori per existentiam rerum in æternitate, ex parte ipsarum rerum. Hæc enim est differentia inter scientiam visionis, seu intuitivam nostram, & scientiam intuitivam Dei. Nam scientia nostra intuitiva super rationem communem cognitionis, & supra scientiam abstractivam addit aliquam perfectionem realem ex parte cognitionis; scilicet certitudinem majorem, & claritatem objecti cogniti. Addit etiam relationem realem ipsius cognitionis, ad objectum cognitum. Nam cognitio intuitiva creata dependet ab objecto viso & mensuratur ab illo, unde in cognitione intuitiva creata objectum præsens, quod est causa & ratio, propter quam cognitio sit intuitiva, est etiam ratio & conditio, quod talis cognitio sit magis certa, & magis clara: verùm in DEO scientia visionis non est certior, neque clarior scientia quæ abstractiva; Nulla scientia infinita dicit relationem realem, ad objectum præsens, seu visum, nec dependet ab illo, nec ab illo mensuratur; quia potius cum talis cognitio creaturarum in Deo sit practica causat ipsas res existentes, ut Disp. 16. 17. manifestum fiet. Respectum autem rationis, ad creaturas existentes, quem addit scientia Dei intuitiva supra scientiam simplicis intelligentiæ, dependet ab existentia actuali earundem rerum, tanquam à termino, quæ dependentia reducitur ad genus causæ formalis. Unde quamvis possit à priori probari per existentiam rerum, quod scientia Dei est intuitiva, non tamen potest probari à priori per eandem existentiam, quod sit certa, & infallibilis scientia Dei intuitiva.

Refutat. Admodum mihi placet ingenium Alvaris in illa ratione informanda; quemadmodum etiam in processu responsionis, ad rationis illius solutionem accommodata; nisi quod nimium conceptionibus suis indulget, in æternis rerum contingentium existentiam æternitate, præter omnem sobrietatem confisus; quod tamen illi condonandum est, quando quidem est hic error omnium fere Dominicanorum communis. Sed non advertit quam manca sit ipsius disputatio, dum in hoc totus est ut probet existentiam rerum in æternitate hoc ratio sit & causa, idq; ex parte rerum ipsarum, quare divina earum cognitio sit intuitiva, non tamen ex parte rerum ratio sit & causa quare Deus certo cognoscat futura. Interea tum ostendendum illi incumberet ex parte altera nempe ex parte æternitatis, quomodo existentia rerum in æternitate non modo ratio & causa sit quare divina earum cognitio sit intuitiva, sed & quare Deus eas certò cognoscat. Hoc probando, quasi se tanto negotio nimis imparem sensisset, prorsus supersedit. Neq; mirum, quippe cum rationem hujus certitudinis nec Aquinas nec quisquam Scholasticus sobrius unquam arcesserit ab æternitate Dei, sed vel à perfectione intellectus divini, quoad cognitionis formã, vel à divinæ voluntatis determinatione quoad cognitionis materiam. Nempe ad voluntatem divinã unicè spectat constituere res contingentes, in certo genere cognoscibiles, puta in genere futurorum; quo posito, necesse est ut ea intelligat Deus, nempe quicquid intelligibile est in quocunq; genere; quemadmodum potentia Dei facere potest, quicquid reperitur esse possibile. Deniq; si missam fecisset Alvarez existentiam rerum temporalium in æternitate, quæ nunquam rebus competit priusquam existant in tempore, & loco ejus substituisset existentiam rerum apud Deum in esse volito, quæ quidem actualis non est sed intentionalis tantum; Omnino nihil videtur quid impediret, quo minus ab illiusmodi rerũ existentia apud Deum arcessi potuisset ratio & causa non modo quare cognitio rerũ istarum divina dicatur intuitiva, sed & quare secerta & infallibilis. Nec tamen à rebus ipsis peteretur istiusmodi causa infallibilis cognitionis divinæ sed duntaxat ab essentia divina. Nam creatura in Deo secundum Anselmum, est ipsa creatrix essentia. Nec tamen ab essentia divina, quatenus est æterna, sed duntaxat quatenus volens & intelligens, & volens libere consequenterque constituens res cognoscibiles in genere futurorum; intelligens verò necessario quicquid intelligibile sit, & in quocunq; genere. Itaq; concedo præsentiam rerum apud Deum esse rationem vel conditionem propter quam scientia Dei sit intuitiva. Sed prorsus nego existentiam illam esse actualem in æternitate, sed intentionalem nimirum in esse volito, cujus generis existentia fateor non mensuratur tempore sed æternitate, quemadmodum & omnia quæ in Deo sunt non alia mensura mensurantur quam æternitate. Itaq; falsum est, quod ad probationem antecedentis inculcat Alvarez, nempe scientiam DEI respectu futurorum contingentium esse intuitivam, quia terminatur ad actualem existentiam earundem rerum quam habent in æternitate. Nullam enim actualem existentiam habent in æternitate priusquã actualem existentiam accipiant in tempore. Existunt fateor apud Deum in esse cogniti, & in esse voliti; at hujusmodi existentia duntaxat intentionalis est, actualis non est. Et per hujusmodi existentiam nempe in esse volito, distinguatur scientia visionis seu intuitiva à scientia simplicis intelligentiæ quæ terminatur ad res possibiles. Nec quicquam omnino impedit quo minus hujusmodi existentia nempe in esse volito sit etiam ratio & causa quare DEUS certo cognoscat quæ futura sunt; Nam qua ratione essentia divina producit intelligentiam sui, omniumq; possibilium in essentia divina contentorum & quasi latentium. Eadem ratione eadem essentia divina ut volens dici potest producere intelligentiam omnium non modo futurorum sed & in tempore præsentium, atq; præteritorum. Nam sicut sol est primum visibile reliquas res omnes faciens actu visibiles; ita etiam Deus sive essentia divina est primum intelligibile reliqua omnia faciens actu intelligibilia, adeoq; producens in seipso intellectionem earundem. Sic pater in divinis producit filium, eundem Deum, essentiamq; suam integram ipsi communicans, ut sit

Deus

Deus de Deo inscrutabiliter oriundus; eoq; nobis pusillioribus magis adorandum est hoc æternæ generationis mysterium.

II. Rursus nego præsentialitatem illam quam res contingentes ab æterno habuerunt in Deo esse actualem; dico tantum esse intentionalem in esse volito.

III. Certe cognitio intuitiva nostra, supra rationem communem cognitionis, & supra rationem abstractivam, addit aliquam perfectionem realem ex parte cognitionis, scilicet certitudinem majorem & claritatem objecti cogniti; Ratio est, quia intuitiva cognitio nostra est cognitio rerum ut extra nos existentium; At non sic intuitiva cognitio Dei; quippe quæ rerum in esse volito contingentia speculatur sive tempore præsentia fuerint sive præterita sive futura. Sed & alia est apud nos cognitio rerum abstractiva in causis, & intuitiva extra causas. At hujusmodi distinctio nequaquam obtinet apud DEUM. *Non aliter novit Deus facta quam fienda*; sed contingentia universa sive tempore præsentia, sive præterita, sive futura, speculatur domi nempe in esse volito; quod quidem licet judicio nostro videatur obscura quædam cognitio (neque mirum cum dicatur habitare velle in obscura nube) tamen revera omnis nostra cognitio nebulosa est & obscura, præ luce Dei, quam habitat inaccessam. Rursus, omnis nostra cognitio dependet ab objectis cognitis à quibus movemur; At Deus omnia habet apud se conspicua. Unde *creaturæ in Deo*, dicitur Anselmo *creatrix essentia*. Deus enim ut primum intelligibile continensq; omnia intelligibilia modo nobis incomprehensibili juxta præsentem intelligentiæ nostræ rationem, producit intellectionem sui omniumq; in seipso contentorum nihilo minus incomprehensibiliter.

Alvar. *Tertia conclusio; scientia quam* DEUS *habet futurorum contingentium fuit ab æterno intuitiva. Conclusio est contra aliquos modernos, asserentes scientiam futurorum contingentium non esse in Deo intuitivam, antequam res existant in propria mensura: quando enim non existunt in propria mensura, censent solum esse abstractivam. Et ratio potissimum illorum est, quia ad scientiam intuitivam requiritur necessaria, quod terminetur ad actualem rei existentiam: Sed res creatæ vel creandæ nullam habent actualem existentiam tamen in æternitate, antequam sint in propria mensura; ergo scientia Dei respectu creaturarum, tantum incipit esse intuitiva, quando res incipiunt esse in propria mensura.*

II. Sed nostra conclusio colligitur ex S. Thom. locis supra allegatis; probatur. Ut scientia sit simpliciter intuitiva, sufficit, quod terminetur ad subjectum actualiter existens, & prout existens est in illa mensura, quâ mensuratur ipsa cognitio, sed omnia futura ab æterno existunt in æternitate mensura, ut disputatione præcedenti ostensum est. Ergo.

III. Probatur præterea. Repugnat perfectioni scientiæ divinæ, quod in tempore incipiat esse intuitiva, quando incipit esse futurum contingens; mutaretur enim scientia divina de abstractiva in intuitivam, & quando postea desinit esse objectum in propria mensura, scientia Dei mutaretur de intuitiva in abstractivam: quod sic ostenditur; quia licet hæc differentia oriatur ex mutabilitate objecti, transit tamen in diversam rationem ipsius cognitionis Dei, & actualis repræsentationis quam habet essentia divina in esse speciei intelligibilis respectu futurorum contingentium: quod tamen in ejus imperfectionem cederet.

I. Nihil dubito quin scientia Dei tam futurorum quam præteritorum dici possit intuitiva, licet plurimum differt à scientia nostra quæ dicitur intuitiva. Neq; enim existentia rerū in propria mensura quicquam confert ad intuitionem earundem divinam, licet in tantum conferat ad intuitionem nostram, ut nisi existant, ea intueri nequeamus. Quare prorsus nego divinam cognitionem intuitivam necessario requirere actualem rerum existentiam; sufficit existentia earundem intentionalis apud Deum, nimirum in esse volito. Respons.

II. Quare minime placet ad asserendam intuitivam rerum cognitionem divinam cum Alvare recurrere ad existentiam rerum actualē in æternitate, quod meo judicio monstrum est opinionis, præter omnem rationem & sobrietatem excogitatum. Itaq; disputationem Alvaris præcedentem, in hoc apice probando versantem, jam pridem profligatam dedimus.

III. Libenter fateor, repugnare perfectioni scientiæ divinæ quod in tempore incipiat esse intuitiva; cùm non aliter noverit Deus facta quam fienda.

Ob. Scriptura & Patres non solum futurorum præscientiā docent esse in Deo; sed præscientia formaliter loquendo importat certam cognitionem rerum antequam actu sint; ergo præscientia quam Deus habet futurorum contingentiū est certa & infallibilis antequam intelligantur existere, etiam in æternitate; ac per consequens talis existentia nihil conducit ad cognitionem divinam certitudinem, comparatione futurorum contingentium. Alvar.

Resp. Ad hoc omne argumentum respondetur, in Deo esse præscientiam respectu futurorum; si considerentur secundum esse quod habent in propria mensura. Si autem considerentur secundum esse quod habent in æternitate, cognitio illarum respectu earundem non dicitur propriè præscientia, sed præsentiū scientia, ut docet Augustin. q. 2. ad Simplic. & S. Anselm. de casu Diaboli c. 21. & ratio est, quia respectu æternitatis, quâ mensuratur Dei cognitio, nihil est futurum sed omnia futura sunt præsentia, ut supra dictum est.

I. Nego prorsus actualem existentiam rerum in æternitate priusquam existant in mensura propria. Intentionalem earundem existentiam apud Deum agnosco, videlicet in esse volito. II. Fateris scientiam rerum divinam intuitivam infallibilem, priusquam existant etiam in æternitate; unde convincitur præsentiam rerum in æternitate non modo ex parte rerum ipsarum, sed ex parte æternitatis ipsius non posse esse rationem & causam quare Deus pro certo cognoscat aut omnino cognoscat futura contingentia; cujus tamen contrarium in te probandū recipis. Quod etiam hic ostendendū fuerat, ut sic rationem ex ipsis emergentem in adversum compesceres. Respons.

Ob. 2. Scientia Dei libera est causa rerum sive existentiæ rerum: ergo prius in signo rationis intelligitur certa & infallibilis talis scientia, quam intelligantur res contingentes actu existere etiam in æternitate. Ergo infallibilitas scientiæ divinæ non fundatur in ista existentia rerum contingentium existentia quam habent in æternitate ab æterno: prius enim non dependet à posteriori. 2. Deus nullo modo accipit suam perfectionem à rebus; sed certitudo & infallibilitas scientiæ divinæ qua cognoscit futura contingentia est magna perfectio ejusdem scientiæ; ergo non accipit illam ab existentia quam habent in æternitate nec eam præsupponit. Ergo non idcirco est certa in Deo Alvar.

cognitio

cognitio futurorum contingentium quia actualiter existunt in æternitate; ergo talis existentia nihil conducit ad certitudinem scientiæ divinæ.

Resp. Ad secundum & tertium argumentum respondetur, tantum probare secundam conclusionem.

Reject. At jam in adversum ostensum est, rationem istam adversis cominus impetere nihilo minus conclusionem primam quam secundam, neque. negas cognitionem Dei futurorum certam atq; infallibilem esse antequam existant etiam in æternitate; ergo existentia rerum in æternitate, ne quidem ex parte ipsius æternitatis ratio est aut causa quare Deus certo cognoscat aut omnino cognoscat. Quod & ratio manifesta convincit; nam ex eo quod sint apud Deum in esse volito constituuntur cognoscibilia in genere futurorum, unde necesse est ut à Deo cognoscantur; nec unquam auditum est æternitatem Dei quicquam conferre, vel ad rerum cognoscibilitatem, vel earundem cognitionem actualem; verum illam deputant voluntati divinæ, hanc intellectus divini summæ perfectioni.

Alvar. *Argcitur quarto: Deus infallibiliter cognoscit futura conditionata, quæ revera essent futura si ponerentur in effectu [illegible] conditio ut patet ex dicta disp. 7. Sed hujusmodi futura non habent aliquid esse existentiæ in æternitate, quia in propria mensura nunquam ponentur [illegible]. Ergo ad infallibilem cognitionem futurorum contingentium [illegible] si habet actualis existentia in æternitate. Ergo similiter erit impertinens ad infallibilem cognitionem futurorum contingentium quæ futura sunt absolute.*

Ad quartum respondetur, quod licet futura conditionata quæ Deus cognoscit futura [illegible], non habeant esse existentiæ in æternitate; tamen ab æterno præcessit in Deo actuale decretum illa producendi ex hypothesi, quod conditio fuisset impleta, ut disp. 7. ostensum est. Unde [illegible] decreti existentis in æternitate si conditio esset implenda.

Refut. Agnosco solutionem istam esse legitimam; nam cùm futura quæ conditionata vocant, revera futura non sint, sed ejusmodi tantum quæ futura essent, modò conditio certa poneretur, congruenter ad horum scientiam non omnino requiritur, ut habeant esse actualis existentiæ in æternitate, sed duntaxat haberent modò conditio fuisset implenda. Prudentior fuit Alvar. quam ut ejusmodi laqueos ipse sibi necteret è quibus sese extricare non potuisset. Videat tamen, quâ congruentia decreta Deo tribuat quæ sint conditionata, præsertim cùm conditio ejusmodi sit, quam nisi Deus ipse posuerit, ut omnino ponatur fieri non possit. De ejusmodi decretis jam dixi quæ sufficiunt in Vindiciis meis l. 3. Digr. 2 ubi etiam illiusmodi decretorum species unde octatur significavi. Obiter adverto, juxtà Alvarem adeò futura conditionata, *non habere aliquid esse existentiæ in æternitate, quia in propria mensura nunquam ponentur in esse*; unde sequitur, ni fallor, ideo futura habere aliquod esse existentiæ in æternitate, quia scil. aliquando ponentur in esse in mensura propria; unde conficitur futuritionem rerum in tempore potius censendam esse rationem & causam quare Deus eas certò cognoscat, quam actualem earundem existentiã in æternitate, quippe cùm futuritio rerum in tẽpore vicem obeat causæ quare actualiter existant in æternitate. Atqui minime placet Alvari, ut ideo certo cognoscantur à Deo, quia futura sint. Rursus, si ideo futura in tempore cognoscerentur à Deo quia futura sunt, pari ratione, quæ præsentia sunt in tempore ideo cognoscerentur à Deo præsentia esse quia præsentia sunt, etiam præterita esse quia præterita sunt. Verùm sicut à præsentibus in tempore nihil accipit Deus unde cognoscat ea præsentia esse, est e. hoc genus cognitionis humanum quidem minime vero divinum) ita nec à futuris quicquã accipit Deus unde pro certo cognoscat ea futura esse. Quanto magis à voluntate sua acciperet aliquid Deus unde cognosceret futura, præsertim cum non nisi à divinæ voluntatis determinatione accipiant contingẽtia quod futura sint. Nam esse à Deo volitum pro certo tempore, causaliter est esse futurum. Sed nec à voluntate Dei accipit aliquid intellectus divinus unde cognoscat aliquid; quippe cùm pro ea qua est perfectione summa, necesse est ut intellectus divinus cognoscat quicquid cognoscibile est, in quocunq; genere cognoscibile sit. Nonnulla fatentur sunt cognoscibilia in certo genere. à divinæ voluntatis determinatione; quoties videlicet res natura sua merè possibiles, transeunt in conditionem rerum futurarum, unde etiam necesse est immediatè ut percipiantur ab intellectu divino.

Alvar. *Arguitur quinto. Absque existentia futurorum contingentium in æternitate potest Deus certo & infallibiliter cognoscere illa esse futura; ergo talis existentia solum non erit necessaria ad certitudinem præscientiæ divinæ respectu futurorum contingentium. Antecedens probatum [illegible] ad [illegible], posito in Deo efficaci decreto, quo absolute vult futurum contingens tali tempore, illud est infallibiliter futurum, ut docet S. Thom. 1. p. q. 19. art. 8. ad [illegible] est necessarium si Deus vult aliquid [illegible] illud fiet: ergo ex efficacia sui decreti divini cognoscit Deus infallibiliter futurum esse tali tempore, quod decrevit facere, vel permittere ut fiat: non ergo est necessaria actualis existentia futurorum in æternitate ad certitudinem præscientiæ divinæ.*

Confirmatur. Ut Deus cognoscat infallibiliter futura contingentia, sufficit ipsa veritas objecti futuri: Deus enim cognoscit infallibiliter omnem veritatem. Ergo superflua ponitur actualis existentia futurorum in æternitate, ut Deus certò cognoscat illa antequam fiant.

Resp. Ad quintum patebit ex processu disputationis sequenti: Pro nunc dicimus, quod eo ipso quod Deus absoluto & efficaci voluntate statuit aliquid producere in tempore, fit actualiter præsens illi in mensura æternitatis secundum propriam existentiam: unde talis præsentia non est separabilis à prædicto decreto.

I I. Respondetur, quod quamvis ex alio capite possit cognitio futurorum esse infallibilis, tamen ex ipsa præsentia actuali rerum in æternitate ex parte ipsius æternitatis, est certa & infallibilis cognitio Dei respectu futurorũ contingentium; & ut supra diximus, talis præsentia ad minus est necessaria, ut scientia Dei sit futurorũ sit ab æterno intuitiva quia de ratione cognitionis intuitivæ est ut terminetur ad objectũ præsens, ut præsens est ipsi cognoscenti.

Ratione præmissam ejusque confirmationem comprobatam habeo, eoq; magis, quod ẽm nullo specie vel tolerabiliter solutam reperio ab ipso Alvare. Refuss.

I. Proinde negamus ex decreto Dei quod sit futurum, hoc ipso etiam actualiter præsens illi fieri in mẽsura æternitatis secundũ propriã existentiam; Alvarusq; disputationem præced. in hoc astruendo positã, jam refutavimus. Chimæra est ingeniorum præter omnem sobrietatem lascivientium, res futuras actualiter existere ab æterno in æternitate. Intentionaliter fateor existunt apud Deum, atq; non modo in esse cognito sed & in esse volito, non actualiter. Nec negare potest Alvarez quin hujusmodi existẽtia apud Deum in esse volito, abunde sufficiat ad constituendam res omnes contingentes cognoscibiles in genere futurorum; quo posito, necesse est ut cognoscantur ab intellectu divino, quippe cùm infinitus sit.

II. Prorsus negamus figmentum tam ab omni fulcris ratione alienum (qualis est actualis rerum contingentium existentia in æternitate idq; ab æterno) quicquam conducere vel ad denominationem cognitionem divinam, intuitivam. Potius ad hoc requiretur eandem existentia temporali, si modo divinam intuitionem ad humanam revocare, subtilitaté superet theologicam negandumq; Deum cognoscere res cognitione intuitiva priusquam actu existerent in mensura propria. Verum cum vel sic existentibus rebus, non tamen in eas feratur intuitus divinus nisi quatenus apud ipsum sunt in esse volito, quid opus est tam inanibus figmentis, fidem & religionē apud homines atheos ludibrio exponere? Præsertim cum sub notione illa, esse volitū, pro certo tempore, cæteræ notiones quales sunt esse præsens, esse præteritū, esse futurum, mirabiliter uniantur & amicissimé cōspirent; quippe cum esse volitum apud Deum pro certo tempore sit & esse futurū, donec illud tempus advenerit; & esse præsens simul atque advenerit & quamdiu duraverit; & deniq; esse præteritum, quam primum tempus illud esse desierit. Apage igitur necessitatem illam actualis rerū existentiæ in æternitate, idq; ab æterno, præter omnē rationem confictā; quasi citra figmentum tam crassum intuitiva rerum omnium cognitio divina consistere minimè potuisset.

Confirmationem minimè debilitat Alvarez, ad asserendam cognitionem divinam futurorum intuitivam; decretum ipsum divinum minimè præscindimus, sed commentum vestrum de existentia rerum actuali apud Deum ab æterno præscindimus. Vult quidem Alvarez decretum Dei & existentiam hanc rerum actualem esse inseparabilia, sed conatu prorsus irrito. Verumtamē nos hic nequaquā subsistemus, sed Navarretum etiā obscurum Scholasticum consulturi progrediemur, ut ad fictionem istam stabiliendam studiis suis operosioribus quid contulerit, si fieri potest, intelligamus; quod si tam feliciter nobis evenerit, ut senium ejus eruamus, nihil omnino dubito quin hinc ab eo collata omnia in cineres & vagam fuliginem abire faciamus.

DIGRESSIO TERTIA.

In qua Navarretus in hoc argumento ad partes vocatur.

SECTIO PRIMA.

SEd quia cæteris omnibus operosius in hoc argumento versatus est Navarretus, placet ejusdē etiam Autoris quantumvis obscuri lucubrationes examini subjicere. Is autem primò præmunitiones quasdā præmittit; dehinc ad conclusionē suam procedit.

Navarr. *I. Pro decisione hujus controversiæ notandum est,* inquit, *quòd æternitas est quædam mensura indivisibilis nullā partium compositionem admittens neq; successionem, sed sub quadā ratione permanente continet ea quæ in se habent aliquam successionem. Quod patet ex definitione Boetij, quod æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Et cum sit mensura superior ad tempus, continet sub indivisibili ratione ipsam mensuram temporis. Sicut enim ea quæ in inferioribus sunt dispersa, uniuntur in superiori: ita diversa mensura quæ in se habent successionem & divisibilitatē uniuntur in superiori sub indivisibili ratione. Et quemadmodū in aliis rebus creatis & corporeis ea quæ inferiora sunt continentur in superioribus & ab illis mensurantur, taliter quòd omne quod generatur in corpore inferiori, definitur & terminatur per superius corpus: ita in mensura æternitatis respectu cujuscunq; mensuræ inferioris dicendū est. Nihil enim est in mensura inferiori quod non contineatur & terminetur per mensuram æternitatis.*

II. Secundò notandum est, quòd ita est permanens mensura æternitatis & indivisibilis essentialiter, ut mensurando res successivas & divisibiles non se attemperet naturæ ipsarum sed potius trahat res mensuratas ad propriam sui naturam & efficiat quod tempus v. g. sit in illa sub indivisibili ratione. Sicut enim ea quæ extra intellectum sunt materialia atq; divisibilia, in intellectu sunt sub immaterialitate atq; indivisibiliter: ita tempus est in æternitate indivisibiliter. Quo fit ut tempus ex modo existendi in æternitate non habeat præteritum neq; futurum sed totū sit simul. Et sicut quando res materiales sunt in intellectu, dicitur, quod ex parte modo intelligendi illas, sunt immateriales, licet sint materiales secundum se, adeò, ubi intellectus terminatur ad ipsam immaterialitatem: ita mensura æternitatis est tota simul & ad ipsam mensurata sunt res mensuratæ & mensuræ inferiores in illa, nihilominus mensuratæ res successivæ, ut successivæ sunt ex parte rerum mensuratarum: & ita res ipsæ non amittunt successionem sibi connaturalem per hoc quod sunt in æternitate, sed solum ex modo essendi in illa non habent talem successionem.

III. Tertio notandum est, quod sicut partes integrales hominis non coexistunt inter se sub indivisibili ratione sed potius divisibiliter, & una est extra alterā, & habet distinctū situm & positionē ab altera; si tamen considerentur eædem partes secundū quod informantur anima rationali, habent eandē indivisibilem coexistentiā (etenim anima indivisibili modo informat omnes illas partes, & est tota in toto & tota in qualibet parte, & consequenter partes, ut subsunt informationi, habent eandē indivisibilem coexistentiam & omnes recipiunt esse à forma ac si essent una pars indivisibilis): ita partes successivæ quæ mensurantur æternitate tanquā mensura excellentiori coexistunt sub indivisibili ratione etsi in mensura licet inter se sint separatæ taliter ut una se habeat successive ad alteram. Quo fit ut sicut quando forma est divisibilis ad divisionē partium, sicut in lacertis partes non habent illā indivisibilem coexistentiā sed divisibiliter existunt & subsunt formæ: ita res quæ sibi invicem succedunt in mensura divisibili non habent coexistentiam inter se vel secundū se in illa mensura; quia sicut ipsa sunt divisibiles, ita existunt divisibiliter in mensura, & consequenter non habent coexistentiā in illa. Unde Adam, v. g. non coexistit Antichristo. Etenim coexistere importat indivisibilē rationē communē rebus coexistentibus, & ita res temporales dicuntur tempori coexistere, secundum quod correspondent illis ex parte temporis idē instans non quomodocunq; sed indivisibiliter. Quod dixerim, quia licet parti temporis præteritæ & parti tēporis futuræ correspondeat idē instans, illud tamē est continuatiuū utriusq; partis, & ita non est utraq; pars in eo indivisibiliter neq; coexistit in illa.

Agnosco libenter æternitatē esse durationē quandam indivisibilē nullā prorsus compositionē admittentem neq; successionem, cum sit duratio Dei, qui nullius successionis aut motus capax est: etiam rerū Respons.

omnium

omnium quæ successione constant durationẽ excedere probetur, non tam sub ratione quidem permanentiæ quàm sub ratione ejusmodi permanentiæ, quæ sit sine principio & sine fine; nempe quæ fuerit ab æterno & in æternum permansura sit. Verùm quâ ratione dicatur mensura, nondum intelligo. Neque enim est mensura Dei cùm sit immensurabilis, nec Deo opus sit aliqua mensura quâ sibi nota sit duratio sua. Sed nec idonea est aliqua duratio ut sit mensura simplius. Unde nec per æternitatem innotescit nobis duratio Dei. Sed nec idonea est æternitas ut sit mensura durationis rerum aliarum, cùm partes non habeat secundum quas innotescat nobis quantitas durationis rerum aliarum. Et quorsum, quæso, dicitur aliquid mensura rei alicujus, nisi quatenus quantitas ejusdem per mensuram significatam dignoscitur? Admitto etiam Boetii definitionem æternitatis, quod scilicet sit *interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.* Est tota vitæ possessio, idque simul; nihil enim est quod DEO accedit & decedit; quemadmodum per annorum spatia vita in nobis quasi maturatur & perficitur, deinceps per aliquot annorum spatia gradatim debilitatur atque intermoritur. Etiam in natura Angelica fiunt cogitationes novæ, volitiones novæ; non sic in natura divina. Agnosco etiam æternitatem continere mensuram temporis, quatenus non modo tempori coexistit, sed & excedit ipsum, idque utrinque, cùm nec principium habeat nec finem. Etiam ratio æternitatis est ratio indivisibilis. Verùm non tam sub ratione indivisibili quàm sub ratione divisibili coexistit omnibus temporis differentiis. Nam coexistentia rei indivisibilis cum rebus seriatim succedentibus est divisibilis. Nam quemadmodũ secundũ Durand. *in Angelis secundũ se non est fuisse & fore, sed solum secundum coexistentiam ad tempus,* in 2. dist. 2. q. 3. ad 2. *ita etiam secundum se non est fuisse & fore, sed solum secundum coexistentiam ad tempus.* Nam quemadmodum ævum est duratio indivisibilis secundum se, *nec habet successionem nec quamcunq; extensionem,* habet tamen permanentiam, Durand. 2. dist. 2. q. 3. num. 5. ita æternitas est duratio indivisibilis secundum se, nec habet successionem nec quamcunque extensionem; habet tamen permanentiam secundum quam coexistit rebus omnibus, successionem utcunque diuturnam continentibus. Idem Durandus ibidem q. 1. *In ævo, inquit, non est successio secundum se, potest tamen toti successioni temporis coexistere. Nec tamen est etiam sicut nunc temporis quod non potest hic fieri eo modo sicut est, sed quasi nunc stans quod habet multiplices significatus, & ob hoc pluribus coexistere, quemadmodum si quis figat palum in fluvio, durat palus & fluvius; in duratione fluvii est successio aquæ post aquam, in duratione verò pali, non: sic durat Angelus, durat motus, durat ævum, durat tempus; sed in duratione motus & temporis est successio, non sic in duratione Angeli & ævi, & tamen sibi invicem coexistunt, ratione cujus coexistentiæ dicitur Angelus fuisse, quia coexstitit præterito, & fore quia coexistet futuro; quamvis de esse Angeli nihil acquiratur in præterito, nihil acquiratur in futuro.* Idem per omnia dici potest de æternitate. Est enim & æternitas *nunc stans quod potest multipliciter significari* & ob hoc pluribus coexistere, quemadmodum si quis figat palum in fluvio, *durat palus & fluvius; in duratione fluvii est successio aquæ post aquam, in duratione verò pali, non.* Sic durat Deus, durat motus, durat æternitas, durat tempus: sed in duratione motus & temporis est successio, non sic in duratione Dei & æternitatis, & tamen sibi invicem coexistunt, ratione cujus coexistentiæ dicitur Deus fuisse quia coexstitit præterito, & fore quia coexistet futuro; quamvis de *esse* nihil amittatur in præterito, nihil acquiratur in futuro. Forte dicent aliqui, saltem Dei permanentiam esse divisibilem, quia fuit heri, est hodie, erit cras. Respondeo, esse divisibilem denominatione extrinseca, quatenus coexistit rebus durantibus duratione vere successivâ & divisibili, non autem est divisibilis intrinsece propter aliquem motum aut mutationem aut successionem in ipso DEO. Durandus ibi supra q. 6. *Successio indivisibilis quæ in se nullam habet successionem intrinsecam, potest coexistere alicui durationi successivæ, sicut æternitas coexistit toti tempori, & nunc temporis discreti potest coexistere tempori continuo.* Etiam Caietanus vellet in 1. q. 10. art. 2. *Æternitas est duratio omninò alterius rationis à tempore, & hoc secundum se loquendo, quamvis sumpta ut coexistens tempori comparetur etiam à viris illustribus.* Juxta verò istam coexistentiam, quod sub eâdem consideratione profitetur obtinere de Angelis, idem verificari poterit de ipso Deo. De Angelis autem sic disserit, ibid. art. 5. *Distinguimus esse Angeli dupliciter: uno modo absolute, & sic non habet præteritum & futurum; alio modo ut coexistens differentiis temporis realis vel imaginarii, & habet præteritum & futurum. Et sic dicimus quod fuit, & quod erit.* Ad eundem modum etiam de Deo dici potest. Distinguitur esse Dei dupliciter; uno modo absolute, & sic non habet præteritum & futurum; Alio modo ut coexistens differentiis temporis realis vel imaginarii, & habet præteritum & futurum, & sic dicimus quod fuit & quod erit. Quare, & rectè, meo judicio, philosophatur Vasquez, dum sic disserit in 1. q. 10. disp. 64. c. 4. *Licet æternitas in seipsa sit tota simul absq; ulla successione sui & complectatur res omnes in tempore existentes, tamen eas non comprehendit simul, sed successivè sicut ipsæ sunt; Nam eas aliter continere non potest quàm cum illis simul existendo, infusâ illi illa existentia perseverando, &c. Et rursus, cùm ipsæ invicem succedant sibi ipsis, etiam eas comprehendit, non quidem successione ex parte sui, sed ex parte rerum quæ continentur; Atq; idcirco si quæ in hoc in æternitate ponitur successio, ea est extrinseca solum denominatione, ex rebus contentis sibi succedentibus: sicut locus idem maximè sine successione ulla sui continet res plures successivè, eo quòd ipsæ res in loco sibi succedant.* Ad eundem modum & Suarez, l. 1. de absoluta scientia futurorum contingentium, c. 7. n. 17. *Res quæ prius existit prius etiã coexistit æternitati, quã altera quæ posterius fit: & hoc etiã modo Deus ipse prius coexistit uni rei quã alteri: & hoc modo admittimus successionẽ in hâc coexistentia. Sed quia hæc coexistentia non est æterna, incipit ergo in tempore, ergo eâdẽ ratione potest in eâ esse prius & posterius, & finiri etiã potest, si res quæ incipit desinat esse. Omnia verò hæc solùm ponunt in Deo denominationem extrinsecam ab aliã re quæ simul cum illa existit, & ideo non indicant successionẽ in æternitate Dei, sed in rebus quæ simul cum illa existunt.*

Exemplum simile est in arbore immobili permanente in flumine, quæ successive præsens est & propinqua secundum locum aquis fluentibus, non per successionem quæ fit in arbore sed in aquis: & exemplum de immensitate supra adductum id declarat. Nam Deus in tempore incipit esse in rebus, & desinit etiam esse in illis per earum tantum mutationem. Imo quoad hoc idem facile invenitur in ævo Angelorum. Nam idem manens successive coexistit temporalibus rebus quæ successivè sunt. Sed pergamus cum Navarretto: Similitudines quas adhibet nullius sunt pretii, Comparat enim ea quæ comparationis capacia non sunt, quippe quæ nec similitudinem nec proportionem aliquam habent inter se. Qualis enim hæc est ratiocinatio? Singularia uniuntur in suis speciebus & generibus; ergo quæ successionem habent uniuntur in mensura superiori quæ indivisibilis est sub indivisibili ratione, nisi quod quemadmodum unitas generica & specifica est unitas rationis, ita unitas rerum divisibilium in mensura indivisibili à Navarretto introducta est unitas fictionis. Nec tamen exponit quid sit rem divisibilem in mensura indivisibili contineri sub ratione indivisibili: Agnoscimus tamen ita contineri tempus in mensura æternitatis, quatenus nunc æternitatis cùm sit nunc stans non fluens, potens est coexistere omnibus differentiis temporis & rebus omnibus in tempore succedentibus, non tamen simul sed successivè, prout ipsæ deprehenduntur existere. Multo congruentius fuisset, comparationem instituere inter continentiam rerum temporalium ab æternitate, & continentiam rerum localium ab immensitate, quàm inter continentiam rerum temporalium ab æternitate, & continentiam corporum inferiorum à corpore aliquo superiùs ambiente. Sed quomodocumque fiat, eodem redibit; nimirum ad profligandam crudam tuam & chimæricam sententiam, potius quàm ad eandem ullâ ex parte stabiliendam. Neq; enim corpus superius continebit corpus inferius, nisi prius existat ut continentiæ capax sit: nec immensitas Dei coexistebat omnibus corporibus aut ea complexa est, antequam corpora illa quæ complectitur extra causas suas producta essent. Certè quicquid est in mensura inferiori, fieri non potest quod non etiam contineatur in superiori; nimirum quatenus est, eatenus continebitur. Si actu est, actu continebitur; si potentia tantum, tantum potentia continebitur.

II. Rursus se accommodat Navarretus ad instar Balaami dum captavit divinationes. *Æternitas*, inquit, *trahit res mensuratas ad proprietatem suæ naturæ, & efficit quod tempus sit in illa sub indivisibili ratione*; Admodum absurde & præter omnem sobrietatem; ut res scil. successiva existat in æternitate sine successione. Nec tamen dicimus æternitatem se temperare ad naturam rerum temporalium dum eas mensurat; quod tamen (mensurare res temporales,) nihil aliud est quàm eisdem coexistere; quod dum fit, non magis attemperatur æternitas ad naturam temporis, quàm tempus coexistendo (dum est) æternitati attemperatur ad naturam æternitatis. Sed & hic vice probationis proponit suas speculationes similitudinarias de rebus videlicet materialibus in intellectu existentibus sub immaterialitate & indivisibilitate; ita nimirum tempus esse vult indivisibiliter in æternitate. Et sanè in esse objectivo, hoc est, in scientia, tam successiva quàm permanentia sunt indivisibiliter. Nam cognitio rerum omnium in Deo est unicus actus indivisibilis, qui quidem actus est etiam ipse Deus qui indivisibilis est. Sed & quid hoc est, *res materiales esse in intellectu sub immaterialitate*? Neque enim res materialitatem suam exuunt, propterea quòd ab aliquo intellectu comprehendantur; sed ipse intellectus & operationes ejus immateriales sunt & indivisibiles. Quàm ludicra sunt ista omnia, & disputatore tam Philosopho quàm Theologo prorsus indigna! Et tamen quasi confecta res esset contra Manichæos hinc concludit. *Tempus ex modo existendi in æternitate, non habere præteritum neq; futurum, sed totum esse simul*; quia scilicet res intelliguntur ab intellectu indivisibiliter; ergò res existunt etiam indivisibiliter in æternitate; & consequenter sunt totæ simul; quasi esse in æternitate nihil aliud esset quàm esse à Deo intellectum; quo modo minimè dubitamus, quin omnia sint tota simul, nimirum in æternâ Dei cognitione. Quid aliud est, *res materiales ex parte modi intelligendi esse immateriales*, quàm ipsum modum intelligendi esse immaterialem, quatenus fit aut per speciem immaterialem aut per essentiam intelligentis quæ immaterialis est. At hoc non est rem materialem esse immaterialem. Et quis tibi concedet intellectionem rerum materialium terminari ad immaterialitatem earundem? Quid enim? annon terminabitur ad objectum quod intelligit, licet forte per speciem aliquam immaterialem dicatur intelligere? Neq; enim video speciem sed colorem licet per speciem sensibilem; neq; intelligo speciem sed rem ipsam quæ objicitur intellectui, licet per speciem intelligibilem fiat intellectio; atq; ita ad illam immaterialitatem (quam vocas) terminatur intellectus, tanquam ad objectum quo, non tanquam ad objectum quod. Atq; ut fieret propositio, ostendere debueras, quomodo æternitas dum mensurat tempus aliquod quod antequi existat, terminetur ad immaterialitatem ejus sive indivisibilitatem ejus tanquà ad objectũ quo, distinctũ à divisibili successione ejus tanquà ab objecto quod; præsertim cùm adeò indulgeas fictionibus tuis ut ex quolibet ligno Mercurium facere posse videaris.

Sed nondum delirare desiit Navarretus in similitudinibus suis præter omnem proportionem comminiscendis. Certè partes corporis non coexistunt inter se in puncto quantitatis permanentis, sed tamen coexistunt in puncto temporis. Hoc capit imaginatio mea; sed prorsus non capit quomodo coexistant secundum quod informantur anima rationali. Nam vel sine anima rationali simul coexistunt omnes in puncto temporis, uti videre est in cadavere; sed ne per animam quidem rationalem fit ut coexistant in puncto quantitatis permanentis. De alia autem coexistentia aliqua nihil unquam intelleximus. Habent, fateor, coexistentiam informationis ab anima rationali, quatenus informatio uniuscujusq; partis simul fit, nempe simul tempore, quod & verum est, sive modo indivisibili partes informet sive divisibili; ut vero simul coexistant

in genere quantitatis permanentis, ne indivisibilis quidem corporis informatio ab anima rationali, alio modo præstare potest. Anima quidem rationalis, licet indivisibilis sit, coexistit tamen omnibus partibus corporis; sicut & Deus per immensitatem coexistit omnibus partibus illius universi; partibus, inquam, nunc existentibus, non autem corporibus iis quæ nondum existunt, sed post aliquod tempus creatura sunt: ita etiam æternitas coexistit omni temporis differentiæ & rebus eo tempore existentibus, quam primum illa quæcumque fuerit temporis differentia existit & res in illa. Nec magis aut anima corpori, aut Dei immensitas mundo, aut æternitas tempori coexistit indivisibiliter ex parte sua, quàm corpus animæ, & mundus Deo, & tempus æternitati coexistit divisibiliter ex parte sua. Et quemadmodum nihil obstante indivisibili animæ coexistentia corpori suo, & Dei immensitatis coexistentia mundo huic, rectè dicitur anima & hic coexistere manui huic, & ibi manui alteri, & sic de cæteris; item Dei immensitas rectè dicitur & hic coexistere huic elemento & ibi alteri elemento aut sphæræ cœlesti, & sic de cæteris: ita per omnia nihil obstante indivisibili æternitatis coexistentia tempori, rectè dicitur & heri coexistisse tempori rebusque tunc existentibus, hodie coexistere tempori rebusque nunc existentibus, cras coexistura tempori rebusque tunc exituris. Hæ nostræ comparationes unicuique faciles sunt intellectu; at tuæ comparationes nec genium habent, nec redolent ingenium, sed imaginationem quandam emotæ mentis adeò impensè affectantem subtilitatem quandam singularem, ut desinat in meram absurditatem. Sed intueamur rationes tuas quæ mihi videntur totidem notæ quasi cerebri læsi, certæ affectæ mentis documenta. In proximo fiamus ut experiamur in conclusionibus tuis melius tibi causæque tuæ succedat, quam hactenus successerit illustrationibus exinani similitudinum absurdissimarum consectatione procedentibus.

Navarr. *Prima conclusio. Implicat, quod aliquid sit de novo contentum in mensura æternitatis, quod antea non continebatur. Probatur: Implicat æternitatem de novo mensurare aliquid quod antea non mensurabat; ergò & quod aliquid de novo contineatur in æternitate quod antea non continebatur. Consequentia est evidens: Omnia enim quæ continentur in æternitate continentur sicut mensuratum in mensura: ergo si aliquid de novo continetur in æternitate, etiam de novo mensuratur æternitate. Antecedens vero probatur: Si æternitas de novo mensuraret aliquid quod antea non mensurabat, sequeretur consequenter quod mensuraret unum post aliud, atque adeo quod esset mensura successiva: hoc autem est contra rationem æternitatis; ergo. Hoc argumentum est efficacissimum.*

Respon. *Efficacissimum*, inquis, est hoc argumentum. Credo equidem ita se habere judicio tuo, sicut & similia quælibet facta sua judicat esse pulcherrima. Sed respondeo. Non magis implicat, quod aliquid sit de novo contentum in mensura æternitatis quod antea non continebatur; quam quod aliquid sit de novo contentum in mensura immensitatis quod antea non continebatur in eadem. Cum fieret à Deo lumen in primo mundi, lumen illud sive corpus illud luminosum primo mundi die incepit contineri in immensitate Dei cum antea non contineretur. Deinceps cum fieret firmamentum die secundo; firmamentum illud incepit contineri in immensitate Dei, cum antea non contineretur; & sic deinceps dicendum est de reliquis Dei operibus singulis die suo à DEO creatis. Ad probationem respondeo. Non magis implicat, æternitatem de novo mensurare aliquid in genere suo quod antea non mensurabat, quam immensitatem de novo mensurare aliquid in genere suo quod antea non mensurabat, ut supra: est enim ista admodum familiaris probatio, cum sit identica, nec probatio subjecta quicquam lucis aut evidentiæ conferat probationi negatæ. Sed pergimus cum Navarretto, dicimusque æternitatem mensurare aliud post aliud. Etiam concedimus esse successivam in genere mensuræ, quod nihil aliud est quam mensurationem ejus esse successivam; quod quidē necesse est si modò mensuret unum prius altero. Quemadmodum & immensitas mensurat aliud prius altero in genere suo, quemadmodum in creatione factum est. Sed negamus hinc sequi quod intendit Navarretus (cui tamen congruis argumentis probando non est) nempe ipsam æternitatem esse durationem successivam. Neque enim successio rerum extra æternitatem, quas necesse est ut successive mensuret, præstare potest ut æternitas ipsa sit successiva, sed duntaxat motus aut mutatio aut variatio aliqua, in æternitate. At nullam omninò admittimus variationem in ipsa æternitate; & consequenter in ipsa æternitate nulla est successio, licet propter aliarum rerum successionem necesse sit, ut ea non nisi successivè mensuret, nempe alterum prius altero, propterea quod alterum existit prius altero, nec mensurari potest aliquid antequam existat. Sic & immensitas, licet successivè mensurabat corpora creata prout sigillatim creabantur, non tamen ullam ipsa in se admittebat successionem. Et quemadmodum ex eo quod immensitas non nisi in uno situ mensurat hoc corpus, non nisi in alio aliud, non sequitur immensitatem esse divisibilem secundum quantitatem permanentem corpora illa commensurantem: Ita dum æternitas in una parte temporis mensurat rem unam temporariam, in alia aliam, non hinc sequitur æternitatem divisibilem esse secundum quantitatem successivam, licet hunc in modum divisibiles sint illæ res temporariæ quas æternitas mensurat. Arbitrum hic liber constituere Cajetanum in 1. q. 10. art. 5. *Si successio*, (inquit,) *est in mensura, & etiam ergo in mensurato, quia variatio mensurati est causa successionis in mensura.* Loquitur autem de mensura respectu mensurati proprii & adæquati, qualis est æternitas respectu ipsius DEI. Unde concludit, quia nulla est in ipso Deo variatio, hoc sufficere ad concludendam æternitatem, quæ est mensura Dei propria, variationis omnis expertem. Quod si accommodetur ista mensura ad mensurandas res alias quo modo res illæ variationē admittēt, nihil mirū si & æternitas ad eas mensurandas accommodata variationē subeat, quatenus scilicet dum eas mensurat, successive eas mensurat, hoc est, alteram prius

prius altera. Et idem Cajetanus fatetur ibidem art. 2. æternitatem à viris illustribus concepi, etiam ut coexistentem tempori, & sicut res successivæ non nisi successivè coexistunt æternitati, hoc est, altera prius altera: ita etiam æternitas ipsis non nisi successivè coexistit, hoc est alteri prius altero. Unde fit ut invertamus, & meritò, argumentationem tuam, probemusque longè majori evidentiâ, impossibile esse quod æternitas non de novo mensuret res temporarias; impossibile esse quòd non mensuret eas successivè, hoc est alteram prius alterâ. Quod sic probamus: Æternitatem mensurare res temporarias nihil aliud est quam æternitatem coexistere rebus temporariis. At impossibile est ut æternitas non coexistat rerum temporalium alteri prius alterâ: ergo impossibile est ut æternitas non mensuret alteram prius alterâ. Probatur Major, ex proportione; Immensitatem mensurare res locatas in genere suo, non aliud est quam iisdem coexistere existentibus in mensura sua; ergo æternitatem mensurare res temporarias in genere suo, aliud non est quàm iisdem coexistere existentibus in mensura sua. Minor sic probatur; Impossibile est ut res temporales coexistant æternitati nisi ut altera prius alterâ: ergo impossibile est ut æternitas coexistat temporalibus nisi alteri prius alterâ. Non enim existunt nisi altera prius alterâ, & consequenter non aliter coexistunt æternitati, aut æternitas coexistit ipsis. Quæ dicimus ita esse quemadmodum adversarium suum responsurum prœviderat Navarretus ad evacuandum hoc ejus argumentum, nempe, *Æternitatem manentem indivisibilem & totam simul in seipsâ, posse de novo mensurare res successivas, non propter aliquam successionem tenentem se ex parte æternitatis, sed propter successionem rerum tenentem se ex parte rerum mensuratarum. Sicut anima rationalis licet in se sit tota simul, item quantum est ex parte sua possit informare simul omnes partes quas informat, tamen propter successionem corporis partium advenientium etiam ipsa anima successivè informat illas partes.* Videamus quid illis convellendis reponat Navarretus.

Navar. *Hæc evasio nullius est momenti. Nam ex illa sequeretur, quod æternitas non contineret actu sed in potentiâ ea quæ per ipsam mensuranda essent, & consequenter quod non haberet omnimodam perfectionem in ratione actualis mensuræ; quæ perfectio consistit non in potentia ad mensurandum, sed in actuali mensuratione, alias in mensurando res futuras reduceretur de potentia ad actum, quod tamen derogat infinitæ perfectioni in mensurando. Ita etiam fieret ut non solum ex parte rerum mensuratarum, sed etiam ex parte ipsius æternitatis daretur successio in mensurando, sicut in exemplo posito de anima rationali datur successio quoad informationem quæ de novo fit in partibus advenientibus per augmentationem, quæ successio non solum consideratur in partibus, sed etiam in informatione ex parte animæ. Verum est quod exemplum hoc non tenet in omnibus, &c. At verò id quod intendimus in præsenti, est, quod actualitas illa in continendo, modo indivisibili, sit perfectio propria æternitatis, & non solum continere ex parte sua vel continere in potentia, licet talis perfectio non sumatur ex rebus contentis; sicut actualis continentia qua DEUS in se continet creaturas, est perfectio ipsius Dei & non sumitur ex creaturis contentis. Et ita si æternitas non contineret aliquod mensuratum actu, esset in potentiâ ad mensurandum ipsum, & ita deesset illi aliqua perfectio in ratione mensuræ.*

Sequeretur, inquis, *quod æternitas non contineret actu, sed in potentia ea quæ per ipsa mensuranda essent.* At, inquam, jam antè professus est Vasquez æternitatem nequaquam continere actu res omnes temporarias. Sed nec tu nobis usquam explicas, quid sit, æternitatem actu continere ea quæ per ipsam sunt mensurabilia. Ego verò judico æternitatem non aliter continere quantitatem rerum successivam, quàm immensitas Dei continet quantitatem rerum permanentem. At verò immensitas non aliter dici potest continere quantitatem permanentem, nisi quatenus corporibus quantumvis spaciosis, aut coexistit, aut potest coexistere, easque excedere. Pari ratione æternitas non aliter dici potest continere quantitatem (sive durationem) rerum successivam, quam quatenus rebus omnibus quantumvis diuturnè durantibus aut coexistit, aut potest coexistere, earumque durationes transcendere; præsertim cum continere dicatur istas duntaxat in genere mensuræ. *Ergò*, (inquit ibidem Navarretus) *non haberet omnimodam perfectionem in ratione mensuræ.* Respondeo: primum esse mensuram actualem nihil commodat ad perfectionem æternitatis aut immensitatis. Neque enim minus perfecta fuisset Dei æternitas aut immensitas, si mundum non omnino condidisset. Secundò, nihil confert ad perfectionem mensuræ quod sit actualis, sufficit quod sit aptitudinalis. Neque enim mensura minus perfecta est in ratione mensuræ eo quod nihil in promptu sit quod per eam mensuretur. At (inquit Navarretus) nisi actualiter mensuraret (idque ab æterno) *in mensurando res futuras reduceretur de potentia ad actum, quod tamen* (inquit) *derogat infinitæ perfectioni in mensurando.* At, inquam, pari ratione urgere potuisses, mundum ab æterno creatum fuisse, alioquin dum in tempore res produceret DEUS, *reduceretur de potentia ad actum, quod derogat infinitæ perfectioni in creando.* Neque enim minor perfectio requiritur ad res creandas, quam ad easdem mensurandas. Et cum mensurare res nihil aliud sit quam iisdem coexistere, quâ ratione absurdum esset DEUM de novo res mensurare, eâdem ratione absurdum esset DEUM de novo rebus coexistere; etiam eâdem ratione absurdum esset, res ipsas de novo DEO aut æternitati coexistere, & consequenter etiam non minus absurdum esset res de novo existere; & cum non nisi per creationem existant res, sequeretur absurdum esse res de novo creari; quasi æquius fuisset ut crearentur ab æterno, ne scilicet illius infinitæ perfectioni deesset aliquid. Et licet urgeretis hæc omnia requiri ad asserendam perfectionem infinitam, nempe ut Deus coexistat omnibus, & omnia coexistant DEO in æternitate, itemque ab æterno creata sint à Deo in æternitate; tamen negari non potest DEUM tam per immensitatem quam per æternitatem suam coexistere rebus in mensuris propriis existentibus;

pora in tempore & in loco; & consequenter mensurare res in mensuris propriis existentes, quas antea hunc in modum nequaquam mensurabat. Unde sequitur Deum in mensurando reduci de potentiâ ad actum, perinde atque ipse vigebat, atque etiam infinitæ perfectioni derogari. Sed respondemus, quemadmodum Deus cùm mundum crearet, nequaquam ipse reducebatur de potentia in actum; nullus enim actus accessit Deo qui prius ipsi non inerat: Nam decretum creandi ab æterno Deo adfuit; sed rebus per creationem accessit actus, qui prius non erat, ex quo, denominatione non intrinseca sed extrinseca, Deus creator dictus est cùm anteà non esset; ita etiam denominatione extrinseca non intrinseca dicitur Deus rebus coexistere, quibus prius nequaquam coexistebat, propter scilicet novam non Dei sed rerum extrinsecarum existentiam; & consequenter etiam denominatione extrinseca dicitur easdem mensurare; nam coexistere rebus est ipsas mensurare. Nec, dum res hoc modo mensurat, magis transit à potentia ad actum quàm dum res creat. Et dum æternitas res per coexistentiam suam mensurat, datur quidem successio in mensuratione ista pro ratione successionis rerum quæ mensurantur: nam sicut coexistit Deus uni prius altera (quandoquidem una res Deo coexistit prius altera, quatenus una res existit prius altera) ita etiam mensurat rem unam prius altera. At hinc nequaquam sequitur aliqua successio in ipsa æternitate. Quod si minus exacte repræsentetur in partium informatione ab anima rationali, dum alteræ per novam generationem succedunt alteris, tamen in palo juxta aquas prætereuntes immobiliter erecto, ad liquidum demonstratur; neque enim aquarum successio præterfluentiū indicat ullam vel levissimam mutationē in palo, qui citra omnem intrinsecam mutationem per vices coexistit aquis aliis atque aliis seriatim defluentibus. Intereà non magis adverto, quomodo succedat animæ nova informatio aliqua activa ex partium novarum generatione, quàm accedat soli nova illuminatio activa ex eo quòd infans aliquis recens in lucem editus, à Sole inter alios illuminetur. Quod tamen si fuisset, nimis absurdum esset fingere novam successionem fieri in Deo, propter novam ejusdem cum rebus succedentibus coexistentiam, cùm manifestum sit novam rerum existentiam sufficere ad novam cum rebus ipsis noviter existentibus coexistentiam Deo tribuendam. Quare actualitas illa in continendo quam ad æternitatis perfectionem requiri fingit, est somnium hominis præter omnem sobrietatem in differendo lascivientis. Sed sicut ex immensitatis perfectione est, & omne spacium contineat, non tamen antequam sit, sed postquam actu sit, illud ut transcendere possit; ita ex æternitatis perfectione est, ut omni durationi coexistat, (non antequam sit, sed potius dum est) eamque durationem possit transcendere. Sed pergit Navarretus.

Navarr. *Confirmatur (inquit) & explicatur: Nam mensura est perfectior, quanto sub ratione universaliori continet actualiter plura: ergo perfectio infinita quæ est in mensura æternitatis attenditur ex actuali continentia infinitorum. Antecedens probatur ex similitudine ad ea quæ continent inferiora tanquam tota actualia vel tanquam tota potentialia. Nam tota actualia sub perfecta actualitate dicunt illam continentiam, & quo perfectiora sunt, eo perfectiori modo continent inferiora, quod non habent tota potentialia: ergo idem dicendum est in mensuris, quod illa quæ perfectior est continet inferiora sub actualitate mensurationis & non sub potentia ad mensurandum quantum est ex parte sua.*

Inprimis opus est ut rectè formetur ista argumentatio; aliàs enim incurret in ea quæ manifesta sunt in adversū. Nā spacium cæli longè plures pedes continet longitudinis, quàm radius mensuræ popularis, & tamen ad mensurandū rem aliquam quo quantitas ejus nobis innotescat, lōge accommodatior est radius quàm spacium cæli: Nam radius per replicationem extendi potest ad mensurandam longitudinem ipso cælo longiorem. Itaque intelligenda est propositio Navarreti de mensura non ejusmodi quæ per replicationē in mensurando procedat, sed quæ sine replicatione adæquet magnitudinem aliquā aut quantitatem aliquam mensurandam. Sic dicimus existimus cælum esse perfectissimam mensuram aliorum, quia quantitatem omnium aliorum actualiter continet & exuperat. At hoc tantum locum habet in mensuris unigeneis, qualis est mensura corporalis & divisibilis ad quantitatē corporalem, non autem qualis est mensura spiritualis & indivisibilis ad quantitatē corporalē. Neq; enim immensitas Dei omnino continet quantitatem aliquam corporalem; ad eundem modum nec æternitas Dei continet durationem successivam. Verùm sicut immensitas Dei spiritualiter & indivisibiliter coexistit omni corpori quantumvis spacioso etiam cælo extimo, quod & potest transcendere; (Nā si longè spaciosius esset, adhuc spacio illi coexisteret Deus per immensitatem suam; atque ita dici potest eminenter continere omne spacium;) Ita etiam æternitas Dei spiritualiter & indivisibiliter coexistit omni durationi quantumvis diuturnæ, quam etiam potest transcendere, cùm sit sine fine, at non necesse est ut rerum creatarum duratio fiat in æternum. Verumtamen sicut Deus per immensitatem suam non ubique coexistit omni parti hujus universi, non quia ipse non sit ubique sed quia omnis pars universi non est ubique ut cum eā ubique coexistere possit Deus; verùm in loco infimo coexistit elemento terræ, in loco superiori coexistit elemento aëris, in concavo lunæ coëxistit elemento ignis, in regione superiori coexistit planetis singulis in sphæris suis, in octava sphæra coexistit sideribus: Ita etiam per æternitatem suam Deus non semper coexistit rebus omnibus temporaneis, non quia ipse non semper sit, sed quia res temporariæ nō semper sunt, ut cum iis semper coexistere dici possit Deus, sed aliis coexistit in alia temporis differentia, heri coexistit iis quæ heri existebant, hodie coexistit iis quæ hodie existunt, cras coexistet iis quæ cras coexistent, & sic deinceps. Rursus agamus de totis formaliter continentibus mensuram partium: ex his alia sunt continentia mensuram quantitatis permanentis, ut sphæra ultima respectu sphærarum inferiorum; alia sunt continentia mensuram quantitatis successivæ, qualis est duratio temporaria. Hujus generis totum sit mundi duratio ab initio ad finem; hujus mundi partes sunt individua corruptioni ob- Respons.

noria, quorum omnium durationes continet mundi duratio, idque actualiter, quatenus omnium individuorum corporalium duratio non excedit durationem totius mundi. Ad eorum prioris generis quod attinet, dicimus sphæram ultimam continere actualiter quantitatem quæ longitudine & latitudine suâ adæquet longitudinem & latitudinem singularum sphærarum inferiorum, easque excederet, adeoque ambitu suo actualiter existente comprehendat actualiter & simul omnium inferiorum sphærarum longitudinem & latitudinem, sivè superficies ipsarum convexas. Ad ea generis posterioris quod attinet, dicimus durationem cœli ab initio ad finem continere omnium individuorum interitui obnoxiorū durationes quatenùs eorum omnium durationem adæquat; unde factum est, ut cœlum per durationem suam semper coexstiterit durationi rerum inferiorum; non autem semper coexstitit unicuique individuo, quia unumquodque individuum cum duratione suâ non semper coexstitit cœlo & durationi ejus, quod manifestū est; eadem ratione dicimus Deum per æternam durationem suam coexistere durationibus rerum omnium creatarum, easque excedere, semperq; ab initio mundi coexstitisse durationi ejus, non autē ab initio mundi semper coexstitisse omni parti durationis ejus, aut durationi omnis individui eidem parti durationis mundi coexistenti; non quia Deus non semper extitit, non modò ab initio mundi, sed & ante mundi initia, sed quia omnis pars durationis mundi non semper extitit, nec semper extitit uniuscujusque individui duratio certæ parti durationis mundi correspondens. Ita etiam coexistet durationi mundi futuræ, atque omni parti ejus, & omni durationi cujuslibet individui eidem parti durationis mundi respondenti, sed non semper coexistet illis; non quia DEUS non semper existet, sed quia quælibet pars durationis mundi (cùm sit successiva) non semper existet, & consequenter nec semper existet cujuslibet individui duratio certæ parti durationis mundi respondens. Quæ quidem omnia satis in aperto posita sunt, nisi quod ingenia hominum malè feriatorum, non tam ad veritatem illustrandam quàm obscurandam accedunt tanquam Davi aliqui qui perturbent omnia. Etenim prejudiciis occupati, & in verba Magistrorum suorum jurati, sicut Romanus ille Senator qui de Rep. cedere malebat quàm de sententia: ita isti commentis suis præter omnem sobrietatem exquisitis inquinabunt omnia, potiùs quàm veteres avias à pulmone suo revelli patientur. Sic fuit ratio prima conclusionis primæ. Sequitur ratio secunda.

Navarr. *Secundò probatur conclusio. Si aliquid de novo contineretur in æternitate, sequitur quòd ipsa æternitas de novo extendatur ad illud, & consequenter quòd novæ parti temporis correspondeat nova pars æternitatis. Consequens est &c. ergo. Probatur sequela. Æternitas quæ modò est, non continet aliquam partem temporis futuram, ergo illam continebit æternitas quæ futuro tempore erit.*

Respons. Absurda omnia; nimirum insulsis conceptionibus suis indulget Navarretus phraseologiis congruentibus. *Si aliquid de novo contineretur æternitate, sequitur quòd ipsa æternitas de novo extendatur ad illud.* At inquam, nihil opus est ut æternitas extendatur ad illud, verùm illud potiùs quod de novo existit, extenditur ad æternitatem. Neq; enim palus in fluvio fixus extenditur ad aquas, sed aquæ potiùs approximantes palo ad ipsū extenduntur. Sed neq; hic omnino locus est extensioni ex quâcunq; parte. Nam nec res quidē dum fit ut existat dicitur extendi; sed postquam existit per augmentationem extenditur, unde nec nova pars æternitatis incipit esse quæ prius non fuit, quemadmodum præter omnem consequentiæ formam legitimam philosophatur Navarretus; sed eadem manente æternitate, quippe cum nulla sit successio aut mutatio in Deo, nulla potest esse successio in duratione Dei; sed rebus de novo existentibus hinc fit ut sine successione omni de novo rebus istis coexistat Deus. Interea sicut duratio mundi à principio ad finem dici potest continere actu durationes omnium individuorum corruptibilium per vices succedentium, quatenus duratio mundi singulas ipsorum durationes adæquat & excedit: Ita etiam duratio Dei dici potest continere omnes durationes rerum temporalium atque tempus ipsum, quatenus ipsum adæquat & excedit. Verumtamen sicut duratio mundi non coexistit durationi alicujus individui aut ipsam mensurat priusquam individuum illud existit; ita nec duratio Dei coexistit durationi rei alicujus aut eam mensurat antequam illa existat. In hoc tamen discrimen est, quod duratio mundi cum sit successiva, ne ipsa quidem tota simul existit, quia motus secundum partes ejus simul existere non potest. At cum Deus sit sine omni motu & mutatione, duratio ejus non est nunc fluens, sed nunc stans in perpetuum; quæ tamen de novo coexistit rebus, quemadmodum res de novo coexistunt ipsi, ut scite Durandus, Deus non dicitur præsens rei, nisi quando res est præsens ei. Sed pergit Navarretus succurrere infirmitati nostræ, & deceptionem nostram, quam manifestam esse dicit, aperire.

Si dicas quòd indivisibilis æternitas, quæ modò est, continebit tempus futurum, licet modò non contineat, non ex defectu sui, sed ratione successionis temporis, sicut superficies manens eadem modò potest de novo continere corpus quod ipsam intrat, atque adeò tota mutatio se tenet ex parte corporis. Contra hoc arguitur & aperitur manifesta deceptio, quæ est in contraria sententia. Si enim daretur aliqua superficies continens infinita virtutis in continendo, cujus natura esset continere omnia, certissimum esset quòd etiam per accidens & ex mutatione aliorum, non posset de novo aliquid continere, vel si hoc posset, haberet infinitatem in potentia ad continendum. At vera æternitas habet infinitatem simpliciter & actualiter in continendo atque adeò impossibile est, quòd (etiam propter mutationem se tenentem ex parte temporis quod in eâ continetur) dicatur de novo aliquid continere. Itaque in exemplo posito, superficies illa non habet essentialiter continere illud corpus quod per accidens intrat talem superficiē, unde solùm est in eâ potentia ad continendum, & ita non mirum si &c. Cæterum æternitas habet essentialiter continere omnia, & consequenter quatenus utrū contineat illa sub divisibili ratione secundum quandam correspondentiam partis continentis ad partem rei contentæ, & tunc habetur intentū: & dicitur quod sicut tempus continet omnes istos motus rerum successivarum, taliter quod parti motûs correspondeat pars temporis, ita parti temporis correspondeat pars æternitatis: Item, quòd sicut tempus absolutè non continet actu omnes motus sed tantùm in potentia: ita æternitas con- Navarr.

tinet

tineret tempus in potentia quoad omnes suas partes, vel quecumque actum æternitas contineat illas partes sub universitate rationis, quod si hoc dicas, quamvis sola conjunctione inferetur, quod alta & speculabilis & videtur modo contineat æternitas omnes partes temporis.

240 Iam in procinctu est Navarretus, ut squamas omnes ab oculis nostris decidere faciat. Nam manifestam deceptionem esse in qua laboramus, ad quam aperiendam ut studeat accedit. Itaque ait, superficiem quidem concavam finitæ virtutis posse de novo continere alia ex sola mutatione aliorum; sed secus esse de superficie concava virtutis infinitæ; quippe quam certissimum sit, (uti ait *neque per accidens quidem & ex mutatione aliorum posse de novo aliquid continere. Æternitatem* verò, ut decenties inſinuatur comparatio conferendam esse judicat cum superficie concava continentiæ infinitæ potiùs quàm finitæ. Quia tamen videat Navarretus non necesse esse ex ista fictione ut detur actu corpus aliquod infinitum quod actu contineatur, ideò addit, si de novo posset continere tum haberet infinitatem in potentia tantummodo ad continendum. At, inquit, æternitas habet infinitatem simpliciter & actualiter in continendo, atque ideo impossibile est, quòd etiam propter mutationem in se tenente ex parte temporis quod in eâ continetur, dicatur de novo aliquid continere. Ego verò contrà judico, ferè per omnia. Nam & superficiem capacitatis finitæ res intra capacitatem suam per successionem admittentem, longe congruentiorem esse præsenti negocio puto, quàm sit superficies infinitæ capacitatis omnia continens, adeò ut in corporibus per vices recipiendis nullus omnino successioni locus sit. Ratio est, quia æternitas non coexistit rebus temporariis nisi successivè, quod extra omnem controversiam veram est respectu rerum temporalium non nisi in propria mensura existentium. Et proinde similitudo petita à re aliquâ nullam successionem admittente, manca sit & potiùs incongrua, necesse est. Ex altera verò parte, finitæ superficiei conditio nihil obstat similitudinis congruentiæ. Nam ævum Angelicum licet infinitæ durationis non sit, cùm tamen sit duratio tota simul & sine partibus, necesse est ut omni tempori coexistat indivisibiliter, quemadmodum & æternitas, modò ponatur Angelos & ab initio rerum creatos esse & in æternum mansuros. Sic enim de Angelis philosophatur Cajetanus in 1. q. 10. art. 5. *Distinguitur esse Angeli dupliciter: uno modo absolute, & sic non habet præteritum & futurum. Alio modo ut coexistens differentiis temporis realis & imaginarii, & habet præteritum & futurum & sic dicimus quod fuit & quod erit.* Rursus esto aliena hæc sit quam subjectam tum contemplatio, tamen obiter perstringere exstatum Navarretti operæ pretium fuerit; falsum, inquam, est, quòd superficies concava capacitatis infinitæ non possit continere de novo corpus aliud modò semel adimpleatur; quod variis modis probatum dedero. Primò, subruendo fundamentum dicti hujus, quod licet silentio transeat Navarretus, tamen proclive est cuilibet eò de re conjecturam facere. Quia scilicet infinitum omnia comprehendit. At hoc, inquam, admodum ruinosum fundamentum est. Nam infinitum infinito infinitius dari posse, non modo concedit Petrus Hurtado de Mendoza, sed & necessario sibi concedendum esse animadvertit, ex eo quòd infinitum actu existere possibile esse statuat. Hoc autem ex eo deducit, quod quæ futura sunt infinita sint & à Deo cognita, quæ quidem est etiam ipsius Navarretti sententia: At hinc manifesto sequitur necessariò concedendum esse, infinitum infinito infinitius assignari posse, idque à Deo cognitum. Nam non modo quæ futura sunt sed & quæ possibilia sunt Deo nota sunt; quæ sine dubio cum futuris conjuncta longe plura sunt quàm sunt ipsa futura. Et si dari posset infinitus numerus malogranatorum, quis dubitare poterit quin longe infinitior sit numerus granorum in malis omnibus illis infinitis contentorum? Quare minime sequitur illud quod infinitum est, omnia comprehendere. Imò hoc ex ipsa Navarretti fictione manifestum est; nempe corpus illud contentum non comprehendere omnem dimensionem licet supponatur esse infinitum; Neque enim comprehendit superficiem continentem quæ sine dubio quantitas esse supponitur. Sed transeat istud: Alia suppetunt quæ opponam. Esto, inquam, omnia comprehendat; hoc tamen nihil obest quo minus alia atque alia successivè contineat, idque in infinitum. Nam licet non potuisset addi corpus aliquod corpori infinito; tamen depereuntibus partibus ejus successivè, novæ partes successivè reparari possent & de novo contineri. Imò corpus illud universum fictione nihilo magis illiberali annihilari potuisset, atque aliud & aliud seriatim loco ejus substitui. Adhæc, falsum est æternitatem essentialiter continere omnem durationem temporariam. Neque enim æternitas quicquam amisisset de essentia sua, quamvis mundus iste aspectabilis nunquam creatus fuisset. Posita autem rerum temporalium duratione, necesse est æternitatem eidem coexistere (nec alio modo eam continere dicitur) coexistere, inquam, nempe quam primum illa rei temporalis duratio existit, non autem anteà. Nam licet motus cœli fuisset ab æterno, non tamen rerum corruptibilium durationi coexisteret, priusquam illæ existerent, nihil ad hoc proficiente motus cœlestis æternitate. Quod si confugias ad conditionem æternitatis indivisibilis, ergo, inquam, non tam ex æternitate quàm ex indivisibilitate præstandum tibi incumbit quod asseris. Sed nec æternitatis indivisibilitas tibi quicquam profutura est. Nam & duratio Angeli est indivisibilis, adeò ut, secundum Durandum & Cajetanum nihil sit in esse Angeli absolutè considerato aut præteritum aut futurum, sed duntaxat ut coexistit creaturis: pari ratione etiã in æternitate ut coexistit creaturis concedi potest præteritum & futurum, denominatione scilicet extrinseca tantum non intrinseca; quatenus scilicet coexistere dicitur rebus præteritis quamdiu erant, coexistere rebus præsentibus quamdiu sunt, coextitura rebus futuris quam primum fient. Nec tamen pars æternitatis correspondebit parti temporis, quemadmodum pars motus correspondet parti temporis, cùm æternitas non habeat partes: imò de ævo Angelico nullus saltem dicere(t), ex eo quòd successivè coexistat partibus durationis temporis, partem ejus correspondere parti durationis temporariæ; quippe cùm ævum Angelicum

cum sit indivisibile ; quanto minus tam infalsa consequentia obtinebit de æternitate Dei. Imò ne de palo quidem in fluvio fixo tam putida consequentia quadrabit, neq; enim dum successivè coexistit aquis præterfluentibus, dici potest partes pali parti fluminis coexistere. Et sicut palus est quidam stans, ita æternitas est nunc stans, coexistens tamen rebus aliis atq; aliis succedentibus, sicut palus aquis aliis atque aliis fluentibus, sine aliquâ successione in ipso palo, quanto magis sine successione in ipsa æternitate, non tamen sine successione aquarum extra palum, nec sine successione rerum temporalium extra Deum. Quæ æternitas cùm sit indivisibilis continet omnem durationem temporariam, (sic & ævum Angelicum, est enim nunc stans sicut palus stans) hoc est, omni durationi temporariæ coexistit, & omnis duratio temporaria coexistit ipsi, sicut aquæ fluminis coexistunt palo immobiliter fixo, sed successivè coexistunt palo ita & res temporariæ non nisi successivè coexistunt Deo, (nam non omninò existunt nisi successivè) & propter successionem in rebus extra Deum rectè dicitur Deus & æternitas ejus successivè coexistere ipsis, propter nullam tamen successionem in ipso Deo. Ut omnis Navarretti conatus hactenùs prorsus irritus sit, parturit, fateor, montes, sed nihil parit; passim videas hominem in hoc apice quasi tenasmo laborantem, semper enim nititur aliquid excludere, sed vires hominem deficiunt, & deficientes ludibrio prostituunt. Sequitur conatus hujus secundæ rationis extremus.

Ratio. *Confirmatur : Æternitas est infinita in mensurando, ergo actu includit infinita mensurabilia. Probatur consequens : Nam mensura quò perfectior & universalior est, eò se extendit ad plura non sub potentialitate, sicut totum universale & confusum, sed sub actuali continentia. Ergo mensura infinita continet actualiter infinita mensurabilia.*

Respons. At fuit hic ipsissimus conatus extremus rationis primæ, cui jam responsum est, Paucis dico mensuram non aliter continere mensuratum, quàm quatenùs mensuratum adæquat, quæ quidem adæquatio poni non potest priusquam ponatur mensuratum; existente autem mensurabili & contrà posito, mensura adæquabit ipsum. Ante positionē mensurabilis, mensuratio est duntaxat in potentia; fit autem actu non per positionem rei de novo in mensura, sed per positionem actualis existentiæ in mensurabili. Neque enim palus in flumine fixus acquirit aliquid aut situm aliquem de novo ex ejus coexistentia partibus fluminis prætereuntibus, sed ipsæ aquæ novum situm acquirunt ex ipsarum approximatione ad palum. Succedat ratio ultima.

Ratio. *Tertio probatur Conclusio : Nihil est præteritum aut futurum in ordine ad æternitatem, ergo omnia sunt simul in illâ. Antecedens probatur. Si enim aliquid esset futurum in ordine ad æternitatem, ipsa ratio futuritionis intelligeretur ex commensuratione rei cum æternitate, & consequenter non solùm res ipsa intelligeretur ut futura, verumetiam pars æternitatis cui commensuraretur talis res, intelligeretur ut futura. Itaque ratio futuritionis intelligitur per successionem rerum in ordine ad tempus, & ita non solùm consideratur res ut futura in tempore, verumetiam consideratur tempus ut futurum. At verò in ordine quem dicunt res ad æternitatem, non potest consi-derari aliqua ratio futuritionis, sed simultanea quadam existentia. Restat ergo, quòd neque ex parte æternitatis neque ex parte rerum quæ in illâ continentur detur vera continentia. Non enim solùm æternitas mensurat res modo indivisibili, verumetiam in rebus non intelligitur aliqua successio secundum quod correspondeat mensuræ æternitatis.*

Falsum est, nihil esse præteritum aut futurum in ordine ad æternitatem. Nam quicquid præteritum aut futurum est simpliciter, idem præteritum aut futurum est cujuscunque respectu. Vel aliter responderi potest distinctione facta. Ordo ad æternitatem duplex est, vel essentialis & intrinsecus, vel accidentalis & extrinsecus. Nihil habet ordinem essentialem & intrinsecum ad æternitatem præterquam ea quæ in ipso Deo sunt, cujus mensura dicitur esse æternitas, verbi gratia, esse Dei, cognitio Dei, volitio Dei; in his autem cùm nulla sit mutatio nec mutationis adumbratio, non datur prius & posterius; nihil est futurum, nihil præteritum, neque enim datur aliquod esse Dei quod sit præteritum nec aliquod esse Dei quod sit futurum ; Nullum datur decretum Dei quod sit præteritum, nullum datur decretum Dei quod sit futurum ; nulla datur cognitio Dei præterita, nulla futura ; & consequenter hæc omnia mensurantur uno nunc æternitatis quod est nunc stans. At alia sunt quæ habent ordinem ad æternitatem accidentalem & extrinsecum, quippe quotquot non mensurantur æternitate tanquam mensura propria, sed tempore ; hæc autem omnia, sicut futura sunt, aut præsentia, aut præterita in tempore ; ita etiam coexistentia ipsorum cum æternitate, vel futura est, vel præsens, vel præterita, quemadmodum ipsorum existentia sivè productio extra causas suas, vel futura est, vel præsens, vel præterita. Non nisi hoc modo res temporales dicuntur præsentes aut præteritæ aut futuræ ipsis Angelis. Nam in ipso ævo Angelico absolutè considerato non datur præteritum & futurum, neque enim ipsorum duratio aut præterita est aut futura. Verùm in esse Angelico considerato secundum ejus coexistentiam cum rebus temporalibus datur præteritum & futurum, adeò ut dicatur vel fuisse vel futurū esse, hoc est vel coexistisse rebus in tempore præteritis vel coexstiturum rebus in tempore futuris; quatenùs nimirum res temporales vel olim ipsi coexstitere, vel aliquando coexstituræ sunt; Et pari per omnia ratione res temporales aliæ coexistent æternitati, atq; hac ratione futuræ sunt etiam æternitati, hoc est, futurum est ut aliquando coexistant æternitati; aliæ coexstitere olim æternitati, hoc est, coexistentia ipsorum cum æternitate præterita est, & consequenter etiam Dei coexistentia cum rebus præteritis præterita est, cum rebus futuris futura est. Atque hoc modo etiam de Deo dici potest, cum & fuisse, hoc est, coexstitisse cum Diluvio Noachiano, & fore, h. e. coexstiturum esse cum adventu Christi ad judicium.

11 Rursùs, si nihil est futurum æternitati, tum vel hoc accipiendum est de futuritione in tempore, vel de futuritione in æternitate, (juxta distinctionem vestram de duplici rerum præsentia vel in tempore vel in æternitate.) At procedere non potest de futuritione rerum in tempore ; Nam si nihil temporale sit futurum Deo in tempore, sequitur, omne tempo-

tale

rem esse præsens Deo in tempore: Nam quâ ratione negatis aliquid esse futurum Deo aut æternitati in tempore, eadem per omnia ratione negatis aliquid esse præteritum Deo aut æternitati in tempore. At omne temporale quod nec futurum est in tempore nec præteritum in tempore, necesse est ut sit præsens in tempore. At hoc ne vos ipsi quidem audetis asserere, nempe omnia esse Deo seu æternitati præsentia in tempore. Superest ergo, ut, cùm dicitis nihil esse Deo futurum in tempore, hoc intelligatis de futuritione non in tempore sed in æternitate. Quod perinde est, ac si diceretis, omnia etiam temporalia sunt Deo præsentia saltem in æternitate: quod præter nudam principii petitionem nihil habet. Adeo ut, cùm speciem faciatis disserendum, reverâ tamen dictionem cantum pro æternitate nescio quas partes obtrudatis. Quid, quæso, est intelligendo facere ut nihil intelligatis, si hoc non est? Hæc tamen redit [illegible] in Scholasticis facultatibus, atque extremus, quod redactus est vis mera vertigine correptos in tam infirmam argumentandi rationem compulsam esse. Nos enim priùs negamus istam à vobis fictam rerum omnium in æternitate præsentiam; hoc itaque vobis probandum fuit, non autem pro principio supponendum. Sed Antecedentis istius productionem partium aggressi, ejusmodi futuritionis rationem, videamus. Si, (inquis,) *aliquid esset futurum in ordine ad æternitatem, ipsa ratio futuritionis intelligeretur ex commensuratione rei cum æternitate.* Respondeo. Si de futuritione rerum loquaris in tempore, cùm tu ipse negare non possis quin sint futura in tempore, æternitati, neque enim audes asserere omnia esse æternitati præsentia in tempore; tibi fatendum est perinde atque nobis, rationem futuritionis intelligi ex commensuratione rei cum æternitate, & consequenter partem ipsam æternitatis intelligi ut futuram.

II. Nos autem respondemus, rationem istam intelligi ex commensuratione quidem æternitatis, sed sub ratione coexistentiæ ejus cum rebus futuris, quæ quidem coexistentia tam est futura rebus, quàm coexistentia rerum est futura ipsi; sed cujus commensurationis sive coexistentiæ fundamentum ponitur duntaxat in divisibili successione rerum extrinsecarum, non autem in aliquâ successione aut divisibilitate æternitatis: sicut aquarum à longè venientium coexistentia futura est palo, ex commensuratione quidem earum cum coexistentia pali; cujus tamen fundamentum sit non in aliquâ divisibili successione pali, sed duntaxat in divisibili successione aquarum palo primùm appropinquantium, deinde coexistentium, deinceps præterlabentium.

III. Pari ratione probare potuisses nihil esse futurum Angelo, *quia si esset, ratio futuritionis* intelligeretur ex commensuratione rei cum ævo Angelico, & consequenter non solùm res ipsa intelligeretur ut futura, verumetiam pars ævi Angelici cui commensuratur talis res, intelligeretur ut futura. At omnes, quod sciam, profitentur durationem Angelicam secundum esse ejus omnes partes excludere, & esse nunc stans, non autem nunc fluens. In tempore quæ succedunt habent quidem partem temporis parti durationis suæ respondentem, quia tempus est nunc fluens: non sic æternitas, non sic ævum; utrumque potius est nunc stans; propterea quòd nulla datur mutatio in natura illa cujus mensura est ævum aut æternitas. Videmus itaque quàm nullius pretii sint omnia quæ promis; quippe ad offuscandam veritatem in hoc apice longè comparatiora, quàm ad eandem illustrandam; Quæ tamen radios suos tam efficaciter jaculatur, ut omnem quam ipsi offundere cupis caliginem discutiat, & splendore suo conspicuam omnium oculis se exhibeat.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO SECVNDA,

De existentia rerum in æternitate.

SEd pergimus ad Sectionem etiam secundam examini subjiciendam, in quâ recipit ostendendum, *Quomodo essentia divina contineat in se perfectionem realem futurorum,* Nam licet *in Deo sit idem prorsus essentia atque intellectus,* tamen advertit, *propter diversum modum quo illa cognoscuntur à nobis,* inquit, solere, *attribui rationem mensuræ æternitatis quâ Deus continet in se creaturas, sumatur ex essentia Divina, an verò ex intellectione.* At enim aliquis ex Auctoribus contrariæ Scholæ D. Thomæ, constituere mensuram *æternitatis in Deo se extendentem ad omnes creaturas, quatenus in ipso objectivè continentur eædem creaturæ in cognitione Divina.* Placet illis eorumque considerationi paulisper immorari. Quotquot præsentiam rerum coram Deo revocant ad esse ipsorum objectivum, eos ad unum omnes non alios esse volo, quàm Auctores contrarios Scholæ Thomæ: vide tamen quid hâc de re scribat Vasquez. *Antiqui,* inquit, *& nostri nominis graves Thomistæ alio modo intellexerant sententiam S. Thomæ: atque meo quidem judicio multò veriùs & magis secundum mentem illius. Nusquam autem S. Thomam præsentiam aliam realem futurorum in æternitate docuisse scripsit Archi-Episcopus Hispalensis Deza in 1. d. 38. q. 1. art. 2. Hervæus eadem dist. & Sylvester in defensorio doctrinæ S. Thomæ. Imò Ægidius & ipse quondam S. Thomæ discipulus & auditor in suo castigatorio adversus corruptorem Thomæ in observationibus in hunc art. 13. vindicare contendit Doctorem Sanctum ab hac sententia tanquam à calumnia, quam quidam Parisienses Doctores suo tempore S. Thomæ tribuebant, & ob eam errorem ipsi insimulabant. Docent verò Thomistæ citati S. Thomam ubique loqui de præsentia objectiva non de reali; & de præsentia rerum in ipso Deo non extra, ita ut nihil extra Deum ab æterno ei coexistat, &c.* Hoc ipsum agnoscit Ferrariensis egregius Thomæ Defensor etiam in hoc apice subtilissimo, nempe quosdam Thomistas interpretatos esse Thomam *de præsentia rerum objectiva,* l. 1. Con. Gen. Etiam alii prout refert Ponçetus l. 5 c. 16. num. 2. Ad eundem modum Suarez lib. 2, de absoluta scientia fut. contingent. cap. 8.

[illegible marginal note]

nec

nec capite precedente oppositum dicit, sed potius idipsum affirmat, num. 18. His verbis, *Tandem hanc eandem etiam existimo fuisse sententiam D. Thomae Petrob, quia nullibi talem coexistentiam realem explicuit, sed semper declarat per ordinem ad Divinam aeternitatem.* &c. Rursus non video quâ ratione hoc competat intellectui Divino ratione aeternitatis ipsius, quod cognoscat atque intueatur omnia etiam antequam sint. Ex ratione aeternitatis est, rebus omnibus coexistere, easque quatenus per se spectantur excedere, quia scilicet aeternitas est sine principio & sine fine; Nihil autem extra DEUM hujusmodi est, praesertim cùm nec Thomas ipse aliter ex aeternitate deducat cognitionem rerum, quàm ex eo quòd sit tota simul, hoc est, sine successione. Quare licet DEUS non fuisset aeternus: modò & rebus omnibus extra DEUM & prior sit & posterior, & cognitio ejus tota simul, adhuc omnia tanquam praesentia contueretur. Et sicut esse rei potest esse totum simul, quemadmodum esse Angelicum licet non fuerit aeternum: pari ratione & cognitio poterit esse tota simul, licet non fuerit aeterna. Et modò nulla detur in cognitione successio, necesse est ut sit tota simul. Nihilominùs placet examini subjicere Navarreti conclusionem.

Navarr. *Secunda conclusio: Esse Divinum sive essentia Divina quatenus antecedit intellectionem Divinam mensurat actualiter omnem perfectionem realem entium quae fuerunt ab aeternitate. Supponimus pro nunc, quòd sicut tempus est in motu regularissimo & convenit primo mobili quod mensurat res ipsas inferiores quoad suas durationes, ita aeternitas est in Deo ratione cujus mensurat Deus omnem illam perfectionem realem. Quo supposito, probatur conclusio. Aeternitas reperitur in DEO secundum suum esse, antequam cognoscantur creaturae vel habeant esse objectivè in intellectu Divino: ergo non reducuntur creaturae ad DEUM, tanquam ad primam mensuram, secundum quod habent esse objectivè in ejus intellectu: & sicut ex ipso quod in primo mobili ponitur motus regularissimus, etiam ponitur quod sit mensura temporalium: ita ex ipso quòd in DEO consideratur esse perfectissimum & omnino uniforme, tribuitur ei, quòd sit prima mensura aeternitatis, & ratione hujus uniformitatis sunt creaturae actualiter in illo tanquam in mensura, antequam intelligatur uniformitas in intellectione.*

Respons. Similitudinum mirus consectator est iste Navarretus, quae tamen ad rem illustrandam dantur, non probandam faciunt. Nec tamen diffiteor ipsam Navarreti phraseologiam illustratione indigere, quippe cùm sit supra modum obscura, adeò ut mihi in dubium veniat, an probè intellexerit ipse se. Certè Penottus prudens sibi consuluit, dum Navarreti dissertationes scholasticas in totum praetermisit, licet in suo libertatis humanae propugnaculo, contortis illis sese immiscuerit & sententiam Navarreti sententiae è regione oppositam defendendam in se receperit. Ego verò istam de quâ philosophantur Thomistae rerum in aeternitate existentiam figmentum esse judico hominum cum ratione insanientiû. Rursus de *essentia Divina mensurante actualiter omnem perfectionem realem entium sive creaturarum*, quae dicitur, si Navarretus intelligit, bene est; me meâ ignorantiâ contentum esse par est, dum mysterium istud exponat Oedipus aliquis. Quod sit, essentiam Divinam continere res omnes secundùm perfectionem ipsarum, aliquatenus intelligo, nimirû eminenter; quippe cùm possibilia omnia & intelligat Deus, & possit producere. Agnosco motum primi mobilis non modò regularem esse, quod & de sphaerarum omnium caelestium motu veritatem obtinet, sed & aptissime cujus duratio per intervalla diei & noctis distincta, sit aliorum motuum omnium mensura; quippe cùm ex ejus comparatione, reliquarum rerum motus atque durationes commodissimè nobis innotescant. At per essentiam Divinam ejusque cognitionem nequaquam devenire solemus in cognitionê perfectionû rerû aliarum. Agnosco aeternitatem à nobis concipi Deo competentem ante cognitionem rerum; etiam res in essentia Divina eminenter contineri juxta apprehensionem nostram, priusquam à Deo cognoscantur. Unde consequens est, esse rerum in essentia Dei prius esse cognitione ipsarum; sicut esse rerum in genere possibilis & scibilis, prius est *esse cognito* ipsorum. At de mensuratione rerum in essentia Dei existentium quae promis, sunt adeò [illegible], ut libenter profitear ea captum nostrum transcendere. Nec ad ista congruenter illustranda ulla ex parte conducit similitudo à te adhibita; Nam reliqui motus quos mensurari dicimus motu primi mobilis, motus sunt à motu primi mobilis realiter distincti; non sic perfectiones rerum in essentia Dei eminenter contentae. Nam hoc modo res creatae, ut in essentia Dei continentur, dici solent ipsa *creatrix essentia*; sed nec alia ratione concipio essentiam Divinam mensurari aeternitate, quàm quatenus dicitur esse aeterna; quod quidem ipsi competit non tam sub notione essentiae, quàm sub notione existentiae, licet essentia in Deo & existentia minime distinguantur realiter, perinde atque intellectus & voluntas, tamen aliae atque aliae sunt notiones illis vocibus significatae. Essentia Dei consideratur tanquam aliquid cui non repugnat esse, existentia verò notat actualem Divinae naturae existentiam.

Praeterea probatur. Deus continet perfectionem omnium rerum futurarum actualiter, ita quòd nulla prorsus possit dari perfectio de novo realis, quae non contineatur formaliter in ipso Deo seclusâ imperfectione, ut dictum est: ergo in hac consideratione dicuntur omnes creaturae esse in Deo tanquam in sua mensura actualiter & formaliter. Navarr.

At mihi videtur perfectiones rerum in Deo contineri, sive futurae sint, sive nihil omnino futurum est. Respons. De modo quo contineantur in Deo, scrupuli nonnulli mihi suboriuntur. Primum, quod ais in Deo formaliter contineri. Atqui perfectiones rerum creatarum sunt formaliter diversae & contradistinctae; mallem fateri in Deo eminenter contineri quàm formaliter. Rursus, omnis perfectio creata aut creabilis, si Deo non competat formaliter nisi seclusâ omni imperfectione, necesse est ut ipsa creabilitas perfectionibus istis auferatur; unde fiet, ut nulla res creabilis Deo insit formaliter, sed potius creaturae in Deo erunt ipsa *creatrix essentia*. Nec omninò quicquam est in creatura quod univocè tribui possit Deo;

quae,

quæ, ni fallor, solebat esse Thomistarum sententia, & adversus Scoti impugnationes defendi solita. De actuali comprehensione, nihil dubito: facilè pariter quicquid essentia Divina continet, id ipsum actualiter continere. In humanis aut rebus inferioribus quomodo aliter fiat, prima facie nondum occurrit. Rursus, ut sint in DEO tanquam in mensura, ejusmodi est, cujus significantiæ intelligendæ par non sum. Verùm, quo modo perfectiones Divinæ sunt in essentia Divina tanquam in mensura, ita, quicquid esse dicitur in essentia Divina, facile patior eodem modo in eadem esse tanquam in mensura.

Navarr. *Confirmatur. Res habent esse objectivè in intellectu Divino, post quam in esse reali sunt, in essentia Divina secundum suas perfectiones: ergo prius quàm sint eo modo objectivè, mensurantur aeternitate secundum suum esse reale. Antecedens probatur: Omne enim quod habet esse objectivè in intellectu, præcedit secundum aliquod esse reale, ut supra declaravimus: ergo ante quàm creatura habeant esse objectivè in intellectu Divino, debet assignari velut fundamentum ex quo desumatur tale esse objectivum, quod in DEO nihil aliud potest esse quàm essentia Divina continens omnes perfectiones etiam particulares omnium creaturarum in esse reali, & seclusis imperfectionibus.*

Respons. Ante confirmationem istam nihil accepimus de esse reali rerum secundum quod in essentia Divina continentur. At in essentia Divina nullum esse reale rerum creatarum agnosco formaliter, sed eminenter; falsum itaque est, quod ais te declarasse omne quod habet esse objectivè in intellectu, præcedere secundum aliquod esse reale ejus in essentia Divina. Si non ad ea respicis quæ in ista sectione præmittuntur in quibus hactenus nulla mentio existentiæ rerum in DEO secundum esse reale, sed ad ea quæ Sectione superiori disseruntur; jam ea profligavimus, saltem, ut profligarentur, operam dedimus; Et proinde æquum non est, ut ea pro principiis habeamus. Quod attinet ad fundamentum cognitionis rerum futurarum in DEO præ requisitum; dicimus sufficere quòd res sint in esse scibili, non autem in esse reali. At ut futura constituantur in esse scibili in genere futurorum, sufficit quod sint à DEO volita sive decreta, cùm ex natura sua sint tantùm possibilia. Non autem sufficit ad hoc essentia Divina, cùm essentia Divina tantùm contineat perfectiones rerum in genere possibilium, saltem ante determinationem voluntatis Divinæ. Post determinationem istam repræsentantur (fateor,) in genere futurorum.

Navarr. *Confirmatur. Nulla perfectio alicujus generis particularis potest esse futura respectu DEI: ergo omnis perfectio debet esse illi præsens præsentialitate reali, atque adeò antequam talis perfectio attingatur per intellectum Divinum, est realiter præsens essentiæ Divinæ secundum infinitam illam mensuram.*

Respons. Sub exitu confirmationis superioris primùm injecta est mentio perfectionum particularium, quas hic prosequitur; quas tamen ego nullas agnosco distinctas à perfectionibus specificis. Species quidem superaddunt generi perfectionem aliquam, at nullam perfectionem speciei superaddunt individua ejusdem speciei; nisi fortè sub notione individuorum includatur existentia, à qua abstrahit essentia tam generica quam specifica. Sed ad confirmationem istam respondemus prout jacet, dicimusque propositionem notabili ambiguitate laborare. Nam de perfectione intra DEVM vera est propositio, quia DEI perfectio est tota simul, nec quicquam illi aut accedere potest aut decedere; sed de perfectione rerum extra DEVM falsa est; Nam res extra DEVM futuras esse DEO, nihil aliud est, quàm res quæ nondum DEO coexistunt, tandem aliquando futurum esse ut DEO coexistant, quod quidem verissimum est, & Navarreti assertio in adversum falsissima. Nec requiritur præsentialitas eorum realis coram DEO, ut à DEO cognoscantur; sufficit præsentialitas intentionalis, quatenus sunt coram DEO in esse volito, unde fiunt scibilia in genere futurorum. In essentia verò Divina nulla creata res est formaliter sed duntaxat eminenter, & sic nihil aliud est quam ipsa creatrix essentia. At autem sit in illa tanquam in mensura, latinitatem esse judico Navarreti labiis aptissimam.

Navarr. *Confirmatur secundò. Si daretur corpus infinitum, non posset dari præsens aliquod corpus extra ipsum, vel aliqua linea vel superficies; quia contineret omnem dimensionem, & in omni genere dimensionis præsens esset infinitum: Sed DEVS est infinitus in omni genere perfectionis tam præsentis quàm futuræ; ergo nulla perfectio potest imaginari quæ sit extra ipsum, vel absens seu futura illi: sed omnis perfectio est præsens illi præsentialitate reali atque adeò ante quàm in DEO cognoscantur quæcunque alium quo attingantur creaturæ, dicitur quod ipsa creatura mensurantur illa infinita mensura aeternitatis.*

Respons. De fictione illa corporis infiniti jam satis diximus; sed sicut in corpore infinito non sunt nisi dimensiones congeneres & homogeneæ: ita in DEO cùm sit infinitus, non sunt in illo nisi perfectiones spirituales & increatæ formaliter; cætera autem omnia in Deo tantùm sunt eminenter, quatenus nihil est possibile quod non subjacet Divinæ potentiæ; nec in Deo sunt creaturæ secundum suum esse reale, sed duntaxat secundum esse reale Dei, & sic in Deo dici solent creatrix essentia. Omnis autem creata essentia est futura Deo, hoc est, futurum est ut coexistat Deo, modò nondum coexistat, aut coexstiterit. Procedamus ad conclusionem tertiam.

Navarr. *Tertia Conclusio. Futura contingentia sunt præsentia DEO in aeternitate secundum suas proprias & particulares existentias, & non solum præsentialitate in esse objectivo. Hæc Conclusio est mens D. Thomæ in præsenti articulo, ubi docet quòd DEVS cognoscit futura contingentia prout unumquodque est in actu in seipso: ergo præter præsentialitatem in esse objectivo quâ cognoscuntur quælibet res secundum essentiam, datur præsentialitas realis futurorum contingentium ratione cujus dicuntur cognosci in seipsis.*

Respons. I. Si fuit hæc Thomæ sententia, quamvis eam secuti fuissent Pontificii ad unum omnes,

tamen, quemadmodum olim dici solebat de arcendis quibusdam Parisiensibus, quod scilicet eorum autoritas nequaquam transcenderet Alpes, ita etiam nobis dicendum, horum omnium autoritatem nequaquam transcendere mare. Nos nec in verba Thomæ nec Pontificiorum, quantumvis ad unum omnium consentientium, jurati sumus.

II. Sed nec Pontificii, utique non pauci tam veteres quàm moderni, hanc Thomæ sententiam comprobaturi erunt: Imò de Scoto, Ariminensi, Gabriele, Occamo, Durando, Ludovico Molinâ, Francisco Suare, profitetur (a) Penottus eos omnes hanc Thomæ sententiam tanquam falsam atque impossibilem rejecere.

(a) [illegible]

III. Addo, ex ipsis Pontificiis non desunt qui negent hanc fuisse Thomæ sententiam, non modò recentiores Jesuitæ, Vasquez, Molina, Suarez, atque etiam Penottus Canonicus Regularis, sed & ex ipsis Thomistis aliqui, quemadmodum ex Vasquez, Suarez, Penotto videre est, addo etiam ex Ferrariensis ipsius confessione.

Placet tamen expendere quàm belle Navarretus astruat hanc sententiam Aquinati tribuendam esse. Ego verò nego istam Navarretti consequentiam, *DEUS secundum Thomam cognoscit futura contingentia prout unumquodque est actu in seipso*, ergo præter præsentialitatem in esse objectivo datur præsentialitas realis futurorum, ratione cujus dicuntur cognosci in seipsis. Quæro enim quo sensu procedat illud, *prout unumquodque est actu in seipso*, utrum scilicet procedat de existentia in tempore, an de existentia in æternitate. Si in tempore, tum non modò in æternitate sed in tempore res omnes sunt Deo præsentes ab æterno. At hoc ipsi rejicitis tanquam heterodoxon, & ab omni ratione prorsus alienum. Sin obtineat duntaxat de existentia in æternitate, tum sequitur DEUM non omnino cognoscere futura contingentia *prout unumquodque est actu in seipso in tempore*; quod si non cognoscit DEUS, sequitur existentiam futurorum in tempore, in esse quidem objectivo, hoc est, in esse cognito, præsentem non esse DEO; etiam sequitur, DEUM de novo cognoscere existentiam rerum in tempore, videlicet cùm primùm existunt & non antea. Rursus, fit hic manifesta principii petitio, si modò illud *prout unumquodque est actu in seipso* intelligendum sit de *esse actu in seipso in æternitate*. Et passim ita se gerit Navarretus, quasi clanculùm suffurari cuperet quod sibi probandum incumbit. Addo etiam Navarretum merâ amphibologiâ fretum audacius grassari in hujusmodi argumentationibus. Amphibologia autem ejusmodi est, quæ lectoribus incautis facilè imponat. Nam cùm dicit, *DEUM cognoscere futura contingentia prout unumquodque est actu in seipso*, hoc non pauci perinde intelligunt ac si dictum fuisset, *Deum cognoscere futura contingentia esse actu in seipsis*, unde primo, fateor, fertur consequentia, quasi reverâ hinc necesse sit ut futura illa realiter existant coram Deo; & non solùm in esse objectivo. At non ausus est Navarretus sic inferre, ne aut manifestò peteret principium, intelligendo propositionem de existentia in æternitate, aut manifesto errore teneretur intelligendo propositionem de existentia rerum in tempore. Verùm longè aliud est cognoscere rem actu esse in seipso, & cognoscere rem prout actu est in seipsa. Nam cognoscere rem prout actu est in seipsa, nihil aliud est, quàm cognoscere actualem rei in seipso (quandocunque futura est) existentiam, sive actualem rei in seipsa existentiam ab æterno Deo cognitam fuisse. Hoc autem nos promptè fatemur; imò nemo est quod sciam qui non fateatur, non modò essentiam sed & existentiam uniuscujusque rei futuræ ab æterno DEO cognitam fuisse. Adeoque nimis absurdè Navarretus, esse objectivum rerum appropriat ad res secundum essentiam consideratas; quasi verò non perindè in esse objectivo coram Deo præsentes essent existentiæ rerum atque ipsarum essentiæ. Videamus itaque quomodo super hâc ipsâ re disserat Durandus.

Quantum ad secundum, scilicet utrum Deus cognoscat futura contingentia, quantum ad eorũ actualem existentiam: Sciendum, quod potest habere duplicem intellectum; unum, utrum Deus cognoscat futura contingentia quantum ad suam actualem existentiam, id est, ea actu existere, & sic constat, quòd non, quia intellectus dicens esse quod non est, est falsus: sed futura contingentia nondũ sunt actu; alioquin non essent futura sed præsentia: ergo si Deus intelligeret ea actu existere, intellectus ejus esset falsus, quod est impossibile. Deus ergo non cognoscit futura contingentia, quantum ad eorum actualem existentiam, sic quod cognoscat ea actu existere. Alius potest esse intellectus, scilicet quòd Deus cognoscat futura contingentia quantum ad suam actualem existentiam, non quòd Deus cognoscat ea jam actu existere, sed quia Deus ab æterno novit illam propriam & distinctam & actualem existentiam quam habebunt processu temporis in seipsis: & hoc modo Deus cognoscit futura contingentia quantum ad eorum actualem existentiam. Cujus ratio est: Constat enim quòd Deus cognoscit contingens dum est præsens, puta Socratem currere: alioquin ego cognoscerem illud quod Deus ignoraret: si ergo non cognoscebat hoc prius quando fuit futurum, sequeretur quòd aliquid accrevisset suæ scientiæ; quod est impossibile.

Durand. [illegible]

Rursus advertendum, Aquinatem nusquam in tam infaustam distinctionem se præcipitem dedisse, ut distingueret de existentia rerum in tempore & in æternitate. Certè dicit Aquinas, *Omnia quæ sunt in tempore esse ab æterno Deo præsentia*: non solùm secundum essentiam, sed & secundum existentiam eorundem, hoc est, quatenus *ejus intuitus fertur ab æterno super omnia ut sunt in sua præsentialitate*: non dicit, quia sunt præsentia DEO, ideo intuitum ejus ferri super ea, sed è contrà, quia intuitus ejus fertur super ea, ideò omnia esse DEO ab æterno præsentia.

Rursus, *Contingentia futura subduntur Divino conspectui secundum suam præsentialitatem*: hoc est, præsentialitatem ipsorum in tempore à DEO videri ab æterno. Et cum negari non possit quin res cognita sit DEO quando existit, necesse est ut eodem modo ab æterno cognita fuerit DEO, quandoquidem cognitio DEI mensuratur æternitate, & æterna est & fuit ab æterno; quâ ratione dicit Thomas Aquinas libro primo contra Gentiles cap. sexagesimo sexto, numero 6, *omnia esse DEO temporum præsentia*. Centrum circuli præsens est omnibus lineis quæ ducuntur à circumferentia, ac antequam ducantur, nec centrum præsens est ipsis, nec illæ centro. Sic & omnibus rebus coexistit nunc æternitatis, prout scilicet omnes res existunt, hoc est, successivè non simul, non propter aliquam in DEO successionem, sed in solis rebus extra DEVM. Nam, ut rectè Durandus, *DEVS non est præsens rei, nisi quando res est præsens*, scilicet in esse reali. At de esse cognito, alia ratio est. Neque enim rerum cognitionem sumit DEVS ab existentia rerum, sed à cognitione sui ipsius. De coexistentia rerum æternitati in æternitate apud Aquinatem [illegible]. Falsum est quod ait Navarretus ad astruendam præsentialitatem objectivam non necesse fuisse recurrere ad æternitatem. Nam nisi fuisset DEI cognitio æterna, qui fieri potuisset ut res cognoscerentur à DEO ab æterno? Certè ad tempus cognoscere potest intellectus temporaneus & præterita & futura utique, sed nec omnia cognoscere potest, nec ab æterno, nec in æternum. At DEVS omnia cognoscit, idque ab æterno & in æternum, idque quia æternus est intellectus ejus.

Certè rerum tantùm possibilium essentiam tantum cognoscit DEVS, non existentiam aut præsentialitatem, quas nunquam habuere sine aliquam existentiam aut præsentialitatem. Ut hoc discrimen refellat Navarretus, redit ad superiorem suam explicationem de intellectu temporali, cognoscente futura & præterita, quam jam profligatam dedimus; falsum est Thomam colligere notitiam visionis in DEO ex præsentialitate rerum; sed potiùs præsentiam rerum coram DEO colligit ex eo quòd intuitus DEI fertur super præsentialitatem earum in tempore; licet non diffiteatur scientiam illam DEI dici visionem, comparatione habita cum visione nostra, quæ tantùm est rerum præsentium, hoc est in tempore præsentialiter existentium; licet longè alia atque alia sit ratio visionis Divinæ & nostræ. Nostra visio causata à rebus ipsis est, non sic visio DEI, sed potiùs res ex ipsa.

Pergit Navarretus ad quæstiones Thomæ, & ex secunda de Veritate, articulo duodecimo, ea producit, quæ, ut fatetur quod res est, præ cæteris omnibus sunt maximè illustria ad corroborandam istam sententiæ Aquinatis interpretationem quam ipse facit. Dicit itaque Thomas: *Tunc aliquid cognitum ut futurum est, quando inter cognitionem cognoscentis & rei eventum invenitur ordo præteriti ad futurum*, hinc concludit, DEVM non cognoscere futura ut futura; At, inquam, tam cognoscit futura ut futura, & præterita ut præterita, quàm cognoscit præsentia secundum tempus ut præsentia; nec facilè credo aliter sentire ipsum Navarretum, aut Aquinatem ipsum aliter sensisse judicio Navarreti. Neque enim ulla ratio apparet, quare præsentia temporalis quâ talis DEO cognita esset, magis quàm futuritio rei aut præteritio rei temporalis quâ talis; Extra controversiam tam novit DEVS quæ tempore certo futura sunt, futura esse, quàm quæ certo tempore præsentia sunt, eodem tempore præsentia esse. Sed & extra controversiam est, DEVM una atque eadem cognitione cognoscere tam rem aliquam præsentem esse quando præsens est (de præsentiâ temporali loquor) quam rem eandem futuram esse quando futura est, & præteritam esse quando præterita est. Nam diversæ unius & ejusdem rei cognitiones pro ratione futuritionis, præsentiæ, & præteritionis, locum habent tantummodò ratione cognitionis nostræ à rebus ipsis impressionem accipientis. Sed ut Aquinatem rectè intelligamus, quid causæ est, cur dicat futurũ tunc solùm cognosci ut futurum, quando inter cognitionem cognoscentis & rei eventum datur ordo præteriti ad futurum? Cur non dicit, hoc etiam locum habere, quando inter ista datur ordo qualis est præsentis ad futurum? Nam sine dubio vox *futuri* tam habet relationem ad *præsens* quàm ad præteritum. Fortè hujus rei explicatio viam faciet ad meliùs aperiendæ sententiæ Aquinatis. Itaque sic infinuo, Præsentia non modò rebus tempori subjectis competit, sed & ipsi DEO; præsentia rerum extra DEVM temporalis ejusmodi est, quæ & habuit initium & habitura est finem; & proculdubio ordo inter hujusmodi præsens & futurum tam idoneus est ad constituendam cognitionem futurorum ut futurorum, quàm ordo præteriti ad futurum. Sed cum DEI præsentia ejusmodi sit quæ nec principium habeat nec finem, ideò ad vitandam ambiguitatem, noluit memorare ordinem præsentis ad futurum; sed duntaxat præteriti ad futurum. Jam verò libenter fatemur, nec DEVM ipsum, nec aliquid in DEO dici posse præteritum respectu cujuscunque futuri. Imò licet DEVS dici possit de novo coexistere rebus, quatenus res de novo coexistunt DEO, atque ita etiam coexistentiam DEI cum interitu Antichristi & adventu Christi ad judicium esse futuram, ut & suis coexistentiam DEI cum Diluvio Noachiano esse præteritam; tamen nihil tale commodè procedere potest de scientia DEI quemadmodum de existentia ejusdem, quasi conferetur, quemadmodum res consociantur ab ipso. Ratio est, quia in tempore facit DEVS coexistere, sed in tempore non facit res sciri. Nam à DEO cognitæ sunt ab æterno etiam quæ hodie extant perinde atque hodie cognoscuntur ab eo. Rursus, sicut DEVS nec est futurus, nec præteritus, ita nec est præsens præsentiâ opposita futuritioni & præteritioni. Neque enim unquam incepit esse præsens, nec in æternum desinet esse præsens, qualis vel sola præsentia opposita est futuritioni rerum & præteritioni. Quare sicut inter cognitionem Divinam & rei eventum non est ordo, qualis est inter præteritum & futurum, ita nequit ordo Divinæ cognitionis ad rem quamcunque esse

ordo præsentiæ ad præsens; qualis præsentia opposita est futuritioni & præteritioni temporariæ. Talis enim præsentia ejusmodi est, quæ nec principium habeat, nec finem habitura sit. Dices igitur: Quænam est ista præsentia Divinæ cognitionis ad rem quæ à DEO cognoscitur? Respondeo; ante cognitionem intelligitur DEVS ut cognitivus, & res ut cognoscibilis; atque hoc modo DEVS est præsens rei, & res est præsens ei. Ad illustrationem verò quod attinet, non est illa ad rigorem exigenda. Nulla enim similitudo currit quatuor pedibus, ut dici vulgò solet. Similitudinis congruentia tolerabilis est, si modò aliqualiter illustrat. Ostendam igitur primùm quatenùs deficiat; secundò, quatenùs tolerari possit. Via integra per quam multi simul transeunt alii post alios secundum distantiam localem, nimium abludit à ratione temporis. Etenim via illa est spacium permanens; at tempus est spacium fluens; Spacii permanentis partes sunt simul tempore, non sic spacii successivi portiones. Sic & qui per viam illam transeunt alii post alios secundum distantiam localem simul tempore transeunt omnes, & ineunti coexistunt realiter in uno & eodem temporis momento. At qui tempore posteriores sunt aliis alii, fieri non potest ut simul existant inter se, aut DEO intuenti coexistant. Tolerabilis tamen est ista comparatio, quatenus tempus hujus Mundi, putà sex annorum millenariis absolutum, est universum coram DEO primùm in esse cognoscibili in genere possibilis, quod repræsentat DEI essentia: secundò ut per partes successivè futurum, quod repræsentat voluntas DEI. Nam dum per voluntatem DEI fit aliquid in esse volito, hoc ipso fit cognoscibile in genere futuri. Dum autem tempus universum est hunc in modum coram DEO & simul in esse cognito, concipitur à nobis habere se ad instar viæ; & res omnes in tempore producendæ ad instar transeuntium per viam illam aliorum post alios. Et velim æquus Lector consideret, annon ista congruentiùs procedant ad explicandam Aquinatis sententiam, quàm Navarreti aliorumque ex præconceptis opinionibus dictata pro imperio nullam explicationem molientia, nullam lucem ad Thomæ sententiam illustrandam idoneam præ se ferentia. Præsertim cùm nusquam liqueat Thomam distinguere de duplici rerum cum æternitate coexistentia, quarum altera sit in tempore, altera in æternitate. Attamen Navarretus simplici verborum Aquinatis recitatione contentus, addit: *Nihil clarius dici potuisse ad significandam præsentiam realem omnium rerum in æternitate secundum suas existentias reales*; quæ præter meram vociferationem nihil continent. Addit, eandem esse mentem expressam D. Augustini Sermone 11. de verbis Apostoli circa illud ad Ephesios 1. *Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi &c.* Vbi ait (Navarreto referente) *Non tunc elegit eos quos ab æterno habuit in sua præsentia, & in sua præscientia.* Vbi, inquit, denotavit D. Augustinus quod non solum habuit DEVS res futuras in sua præscientia, hoc est, in esse objectivo, sed in sua præsentia hoc est in essentiali. At, inquam, admodum dissoluta est ista consequentia; Nam duplicem alium sensum admittunt ista, idque satis commodè. Nam vel ideò potuit dicere DEVM habuisse eos in sua præsentia, quia scilicet habuit in sua præscientia. Nam & hac sola ratione Augustinum censuisse res futuras DEO præsentes esse jam suprà probavimus. Vel, si de præsentiâ procedat ab esse cognito distincta, intelligi potest de præsentiâ rei in esse cognoscibili non tantùm in genere possibilis, quemadmodum omnia repræsentat essentia DEI sed & in genere futuri; quemadmodum aliqua repræsentat voluntas DEI; Nam dum res est in esse volito apud DEVM hoc ipso transit à conditione possibilis in conditionem futuri, & consequenter etiam in conditionem cognoscibilis in genere futuri. Mitto hic sententiæ propositæ absurditatem aggravare, dum res statuuntur DEO præsentes in esse reali antequam habeat esse reale; quod ne Dominicani quidem temperare possunt nisi distinctione nihilominus à ratione aliena, videlicet de coexistentia rerum omnium futurarum æternitati, non in tempore, sed in æternitate. Quale opinionis portentum nec apud Aquinatem usquam occurrit, nec apud Augustinum. Locus alter à Navarreto citatus aperte docet præsentiam rerum futurarum apud DEVM ab Augustino censeri ratione Iudicii Divini: nimirum, lib. 11. de Civit. Dei, cap. 21. cùm dicit Augustinus, *Dei incorporeo contuitu simul adesse cuncta quæ novit.* Nec omnino dubitamus, quin uti DEVS omnia simul cognoscit, ita etiam omnia simul adsint DEO, non modò in esse cognito, sed ante esse cognitum (præ ta prioritatem rationis nostræ) in esse volito & in esse cognoscibili. Ad Dionysianum illud dictum de mensura æternitatis, *Totam impartibiliter secundum quod totum esse metitur*; respondemus, nos minimè dubitare quin æternitas impartibiliter coexistat rebus omnibus easque mensuret, *sed successivè non simul*, sicut res ipsæ successivè coexistunt æternitati non simul. Præparationem rerum creandarum quam Hilarius 12. de Trinitate profitetur esse DEO coæternam, dicimus commodissimè procedere posse respectu decreti Divini. Nam ab æterno res in tempore creatæ, fuerunt DEO præsentes in esse volito, & consequenter etiam in esse cognoscibili, idque in genere futurorum. Et, si idem docet Ambrosius Lib. 5. de fide ad Gratianum cap. 8. eandem interpretationem admittit. Item, Anselmus de concordantia Præscientiæ & Liberi arbitrii, & Boëtius Libro quinto de Consolatione Prosâ ultima. Illud Origenis homiliâ tertiâ in Psalmum trigesimum sextum, *Apud DEVM omnia quæ futura sunt jam pro factis habentur*; quæso, edisere quo sensu procedat. An tibi placet jam facta esse in in tempore? Nihil minus: sed *jam facta esse in æternitate.* At ubi, quæso, occurrit ista distinctio apud Origenem? Ego verò procedere puto *de factis in tempore*, non quòd Origenes censeret facta esse quæ nondum facta erant, sed quod perinde sit DEO sivè facta sint, sivè futura. Nam cùm sint coram DEO ab æterno in esse volito, perindè est DEO de iisdem loqui ac si facta fuissent; Neque enim factio rerum quicquam confert ad earundem cognitionem apud DEVM. Idem si doceat

D. Hiero-

D. Hieronymum, eadem responsio satisfaciat. Ad Platonem quod attinet in Timæo, ubi sic ait. *Erat & erit non rectè æternæ substantiæ assignamus*: Respondeo, secundum morem loquendi humanum istas differentias rebus adaptas assignamus, atque hoc sensu non rectè assignantur æternæ substantiæ. Nam secundùm usitatam ipsarum acceptionem, notant, aliquid accedere per vices & recedere substantiis illis quibus istas differentias attribuimus; atque sic rationem habent denominationis intrinsecæ. Sed & adhiberi possunt secundùm rationem denominationis extrinsecæ, ob successionem scilicet in rebus extra personam cui tribuuntur, quibus tamen rebus coexistit ille cui assignantur ista. Et non nisi sic tribui possunt Angelicæ essentiæ; & sic etiam tribui possunt Deo; Nam quia res per vices successivè, non simul, coexistunt Deo, Deus ipse eis potest successivè & non simul coexistere rebus. Atque hujusmodi differentiæ Deo tribuuntur in sacris literis, Apoc. 1. 11. & 14. *Qui est, qui erat, & qui venturus est.* Eadem responsio vigebit ad similia, si quæ occurrant apud Nazianzenum Orat. 45. Gregorium 16 Moral. cap. 21. & Eusebium Libr. 11. de Præparatione Evang. cap. 7. Pergit Navarretus ad eandem conclusionem rationibus ostendendam, atq; attendendo ad naturam æternitatis, *secundùm quod est mensura perfectissima & indivisibilis, non fert assignari prioris præsentiam realem & simultaneam omnium quæ in illa continentur*, & primum provocat ad ea quæ in prima conclusione dicta sunt. Nos verò postquam autoritatibus vestris quæ ut plurimum populariter enunciari solent, excussi fuerimus, de vestra in hoc apice arguendi impotentia benè confidimus. Licet enim vestram Dominicanorum Theologiam tanti faciam, ut Jesuitarum Scholasticam indignam esse judicem quæ eodem die cum vestra in comparationem veniat; tamen in illo apice prejudicio potiùs abrepti videmini, quàm judicio duci. Et Navarretus inter alios Dominicanorum familiæ Magistros licet ad profunditatem haud mediocrem aspirat, tamen scripta ejus perpetua obscuritate tanquam podagra laborare mihi videntur. Et sanè perbellè accidit, quòd in viribus hujus Theologi tentandis & cum obscuritate ejus confligendo operam ponerem in ejusmodi articulo, in quo eam tam felicitatem polliceri posse mihi videor. Quæ in prima conclusione à te dicta sunt, spero etiam à me satis strenuè profligata esse. In iis quæ supersunt an operam posuerim feliciorem jam expendimus.

Navarr. *Secundò probatur. Res futuræ non solùm sunt præsentes intellectui Divino sed etiam essentiæ Divinæ ad modum explicatum in præcedenti conclusione: Sed essentia Divina præsentando eas intellectui non sunt præsentes in esse reali: Ergo nulla alia præsentia assignatur ab Autoribus contrariæ sententiæ quæ ad præsens attinet.*

Resp. Quæ in præcedenti conclusione differuerim jam expendimus; obiter addo, tam possibilia quàm futura esse præsentia Divinæ essentiæ, quatenus omnium ab essentia Divina repræsentantur & in potentia Divina continentur. Futura verò, meo judicio, non tam ab essentia Divina repræsentantur, quàm à voluntate Divina, saltem ab essentia Divina sub ratione liberè volentis. Nam quòd res à conditione rerum possibilium transierint in conditionem rerum futurarum à voluntate Dei factum est. Ad consequentiam quod attinet; Nego sequelam istam, si præsentes sunt non tantùm in esse objectivo, ergo in esse reali. Ego enim ex iis non sum, qui nullam aliam præsentiam assignant; dico enim priùs esse res futuras in esse volito apud Deum, quàm sint in esse objectivo, ut cognoscantur à Deo tanquam futuræ. Ipsi Jesuitæ licet negent præsentiam istam in esse volito, non tamen negarent præsentiam rerum in esse cognoscibili priorem præsentiâ rerum in esse cognito, idque non modò in genere possibilium sed etiam in genere futurorum. Vides itaque quàm facilè hujus secundæ rationis tuæ nervos reciderimus. Nec rationis tuæ solùm, sed & confirmationis. Damus enim præsentiam rerum non modò in esse cognoscibili, sed & in esse volito, priorem esse præsentiâ rerum in esse cognito. Possibilia quia talia sunt, priùs sciuntur quàm decernuntur: Sed futura priùs à Deo decernuntur quàm sciuntur. Itaque fatemur, *Cognoscibile quodcunque ut cognoscibile antecedere cognitum.* Agnoscimus præsentiam rerum in DEO priorem præsentia earundem in esse cognito. Agnosco prioritatem istam non esse prioritatem temporis; sed cùm hinc infers, ergo est prioritas æternitatis & quatenus res continentur *in esse reali in mensura æternitatis*, nullam prorsus habet ista consequentia congruentiam; Imò prima pars consequentiæ nimis aliena est, licet speciem aliquam probabilitatis præferat; de quo ad eruditos omnes provoco. Nam ordo æternitatis & temporis in hoc conveniunt, quòd uterque sit ordo durationis; At cùm dicimus cognoscibile prius esse cognito, non ita distinguimus quasi prius esset æternitate, non autem tempore; imò utramque prioritatem excludimus, nempè prioritatem durationis universim, dicimusque prius esse duntaxat natura non duratione aliqua. Nam res futuræ tam ab æterno sunt DEO cognitæ quàm cognoscibiles, sed natura & ratione prius est rei cognoscibilitas quàm actualis ejusdem cognitio, quia à cognoscibilitate rei ad cognitionem ejus non reciprocatur existendi consecutio, quemadmodum prioritatem istam naturæ nobis descripsit Aristoteles. At licet tam res cognitæ quàm cognoscibiles dici possunt esse in mensura æternitatis, idque simul quatenus ab æterno sunt & cognitæ & cognoscibiles: hinc tamen non magis sequitur res esse in æternitate secundum suum esse reale quatenus cognoscibiles, quàm quatenus cognitæ, quod quidem esse cognitum ipse Navarretus & Dominicani ad unum omnes libenter distinguunt ab esse reali: dico res futuras ante cognitionem earundem esse coram DEO in esse volito; at hinc non sequitur esse præsentes DEO secundum esse reale, sed potius secundum esse intentionale. Nam esse volitum est potiùs esse intentionale quàm esse reale. Similitudo autem à te adhibita nullius pretii est: Neque enim sequitur, quia DEUS prius intelligitur

esse

esse realiter quàm à Deo cognitum; ergo etiam creaturæ volitæ prius existunt realiter coram Deo quàm ab eo cognoscuntur; cùm esse reale non consequantur creaturæ nisi per factionem Dei, non sic esse Dei; Esse intentionale, fateor, consequuntur per voluntatem Dei, non autem esse reale. Sed ne esse quidem intentionale consequitur esse Dei per voluntatem Dei: Neque enim voluntatis Divinæ creatricis objectum est ipse Deus, quemadmodum creaturæ. Esse reale creaturarum nisi in tempore, fuit in Deo ab æterno & ut cognitum, & ante cognitionem ut cognoscibile adeoque ut volitum. Sed creaturæ non fuerunt in Deo ab æterno secundum esse reale ipsarum nec in tempore, cujusmodi quidem realitas verè convenit ipsis, nec in æternitate, cujusmodi realis existentia merè chimerica est, & figmentum hominum præter omnem societatem philosophantium.

Navarr. *Probatur conclusio tertiò. Nam ratio hujus continentiæ non sumitur ex virtute ipsarum rerum secundum se, sed ex virtute mensuræ æternitatis quâ Deus attingit omnia: Sed hæc virtus non cognosceretur si res illæ dicerentur præsentes æternitati solùm quando sunt in seipsis, non verò antequam sint in tempore; ergo sunt præsentes æternitati antequam sint in tempore. Probatur Minor: Si enim æternitas expectaret existentiam rei in tempore, ad habendam illam præsentiam, non se magis extenderet quàm instans temporis quod solùm continet rem quando est sibi præsens: & sic diceremus quòd instans æternitatis neque se extendit ad præterita, neque ad futura, sed solùm ad præsentia sicut se extendit instans temporis, quamvis in alio consideremus differentiam istam instantium.*

Resp. Omninò videtur Navarretus momentosi aliquid putavisse in ista ipsius argumentatione; sed an aliquid contineat tanto hiatu dignum peritus Lector consideret. Nos libenter fatemur, non modò perfectiones rerum sed & earundem imperfectiones ab æterno coram Deo fuisse, non modò in esse cognito, sed & in esse cognoscibili, adeòque in esse volito, quod tamen est coram Deo præsens esse intentionaliter tantùm potius quàm realiter. Continere omnia, phrasi Navarreti, nihil aliud est quàm phrasi populari, omnibus coexistere. Hoc æternitati Dei convenire dicimus ex virtute æternitatis suæ: satisque illucescere virtutem illam ex coexistentia cum rebus omnibus quum primum existunt. Cum verò contrà arguit Navarretus, quia sic non magis se extenderet quàm instans temporis, quod solùm continet rem quando est sibi præsens, negamus illam consequentiam. Nam nunc temporis unicum, cùm sit nunc fluens, tantùm coexistit rebus illis quæ in unico nunc temporis existunt. At Dei æternitas, cùm sit nunc stans, non modò coexistit rebus illis quæ in unico nunc temporis existunt, sed & illis omnibus quæ in omnibus momentis temporis existunt etiam ante illa omnia, idque ab æterno, & post illa omnia, idque in æternum. Et dum coexistere dicitur præsentibus, non negatur alicui coexistere. Nam & præterita erant præsentia, & futura erunt præsentia. Nec omninò æquum est aut potiùs possibile ut coexistat rebus antequam res coexistant ipsi, nec ut res coexistant ipsi priusquam omninò existant. Et vos ipsi fatemini res in tempore Deo non posse coexistere antequàm simpliciter existant, & consequenter nec Deum posse coexistere ipsis in tempore existentibus priusquam simpliciter existant. Nec advertitis non minori absurditate dici potuisse, Deum ubique coexistere secundum spatium unicuique rei in immensitate sua, quàm semper coexistere unicuique rei secundum tempus, ratione æternitatis suæ.

Navarr. *Quartò probatur Conclusio: Res sunt in æternitate ad modum ipsius æternitatis: sed æternitas est mensura indivisibilis & tota simul: ergo res quæ mensurantur per illam debent habere simul suas existentias reales. Major probatur: Res existentes in æternitate distinguuntur à seipsis prout sunt in tempore: ergo ut sunt in æternitate, induunt rationem ipsius æternitatis & modum essendi illius: aliàs non intelligeretur dissimilitudo. Confirmatur. Res ut sunt in tempore invicem sibi succedunt: ergo hoc non potest illis convenire ut sunt in æternitate. Consequentia est evidens, Nam debet salvari diversa ratio existendi in tempore & in æternitate.*

Resp. I. Respondeo primùm negando existentiam rerum in æternitate esse ad modum æternitatis; Nam existentia æternitatis est æternitas simpliciter dicta; at existentia rerum in æternitate est duntaxat secundùm quid, vobis ipsis arbitris.

II. Si res esse in æternitate idem sit ac si dicatur, res esse in Deo æterno sive coram Deo: Respondeo concedi posse futura contingentia esse in æternitate ad modum æternitatis, hoc est indivisibiliter & tota simul. Sic enim sunt coram Deo, primùm in esse volito, secundò in esse cognoscibili idque in genere futurorum, denique in esse actualiter cognito. Et sic res existentes in æternitate distinguuntur à seipsis prout sunt in tempore.

III. Sin esse in æternitate idem sit quod æternitati coexistere secundum suum esse reale, nego res ita esse omninò æternas aut aliter coexistere æternitati quàm in tempore; nec ulla mica rationis occurrit quæ citatur in adversum.

Navarr. *Quintò: Ille mensuræ temporis & æternitatis sunt diversæ: ergo diversam rationem inferunt in rebus mensuratis: sed tempus infert successionem in rebus ipsis: ergo æternitas infert simultaneam existentiam.*

Resp. Respondeo, Navarretum abuti & aliorum otio & sua diligentia incompositis quibusdam phrasiologiis. Agnosco tempus & æternitatem mensuras esse diversarum rationum; Est enim tempus duratio fluens, æternitas verò duratio stans. Sed, quid est inferre diversam rationem in mensuratis? Fateor mensuratum proprium æternitatis esse naturam omnis mutationis incapacem; sicut mensuratum temporis est natura motui & mutationi obnoxia. Interea istæ durationes possunt coexistere; & æternitatem mensurare res temporarias, nihil aliud est quàm eisdem coexistere, easque excedere; quod quidem cadit in æternitatem, nihil obstante aut sua ipsius indivisibili permanentia, aut rerum quas ipsis coexistendo mensurat conditione motibus obnoxia; qualis est rerum omnium corruptibilium conditio in esse suo reali, non sic in esse volito coram Deo, aut in esse cognoscibili, aut in esse cognito.

Navarr. *Sextò: Res sunt præsentes Deo in æternitate, ad modum ipsius Dei non ad modum ipsarum rerum; ergo sunt præsentes Deo absque successione & futuritione: Consequentia est nota; Nam in Deo non invenitur illa successio. Antecedens probatur:*

late: *Quamvis enim res elevantur ad superiorem mensuram, non elevantur ad modum ejusdem, sed ad modum incomplexa. Et hæc ratio est præcipuum fundamentum veritatis quam probamus.*

Ista ratio minimum non facit, cùm fit mentis coecitatis rationis superioris. Negamus res præsentes esse Deo in æternitate secundum ipsarum esse reale, sed duntaxat secundum esse intentionale; sed secundum esse ipsarum reale in tempore coexistunt æternitati successivè. In esse volito, in esse cognoscibili, in esse cognito sunt præsentes Deo sine successione & fluxione, non in esse reali; sic coexistunt Deo non sine successione & fluxione: successione, inquam, ita ut dum aliquæ coexistunt Deo secundum esse reale, aliæ non nisi futuræ sunt ut coexistant ipsi. Et quæ Deo hodie coexistunt, anteà non coexistebant Deo, sed futurum erat duntaxat ut eidem coexisterent. Nec ad hunc ordinem in rebus constituendum opus est ulla successione in ipso Deo; sufficit ad hoc ipsa rerum inter se & in rebus successio. Quæ de elevatione rerum ad superiorem mensuram philosophatur Navarretus, prorsus ficticia sunt, in quibus ille tantum canit & Musis sibi; verè Musis & Apolline nullo. At tamen in illis exspatiatur Navarretus quasi in cœlum raptus esset, saltem in globum Lunarem, ut ab Homine illo Lunari revelationes acciperet quas ipsi sine fundamento subserat ac acciperet: eoque minus mirandum, si quasi hominis Lunatici videatur ista dissertatio. Sic paulisper ludere placet ad excitandum hominem profundis suis speculationibus ad placitum conceptis & dictatis sine ulla probatione procedentibus nimium indormientem. Nam videtur esse admodum melancholicus. Hinc est quòd dictando sibi admodum placeat multo magis quàm argumentando. Et in nullum respondens, pergit explicare quomodo non sint res in æternitate ad modum ipsius Dei, nimirum non quatenus sint in illa eminenter *secundum quod identificantur cum Deo*, sed neque secundum *continentiam formalem omnium perfectionum*; sed quod Deus omnes res *quæ sunt extra ipsum facit præsentes sibi quadam præsentialitate superiori & independenti à productione earundem rerum in tempore*; addit que majoris explicationis gratiâ, *res futuras non esse in æternitate quia ipsæ se faciant præsentes eidem æternitati vel Deo*, verendum enim fuit maximopere, ne prolixa ista Navarreti de re nihili exspatiatione confusi Lectores ut quasi sopiti tale aliquod somnium hominis somniarent; sed hoc à Deo fieri reperit, *Qui vocat ea quæ non sunt*, & facit ea sibi præsentia, quod quidem minimè negamus. Nam facit ea sibi præsentia in esse volito volendo ipsa, & consequenter in esse cognoscibili, idque in genere fluentium, & denique in esse cognito eadem actualiter cognoscendo. Sed illa præsentia rerum hactenùs procedit duntaxat secundùm esse quoddam intentionale, non autem secundùm esse reale; cujus circumstantiæ licet præ cæteris omnibus momentosæ minimè silentium apud Navarretum; ne scilicet ejus mentione facta, sententia Autoris quam dictat potiùs quàm confirmat, incredibus esset Lectoris stomacho quàm quæ facilè potuisset concoqui. Tamen hinc conclusionem suam probari ait, credo sub forma sequente: *res successivæ sunt in æternitate modo indivisibili & permanente, ergo ad existentiam in æternitate non datur dependentia à productione ipsa successiva quâ producuntur in se.* At non negamus priores res successivas secundum suum esse reale esse in æternitate modo indivisibili & permanente; cùm non sint in æternitate nisi quatenus coexistunt æternitati, nec fieri potest ut coexistant æternitati antequàm existant simpliciter. Nec ullam hactenus enixus est rationem masculam Navarretus, quâ confirmet existentiam illam rerum in æternitate quam voluit fundando, sed quemadmodum Sisyphus saxum volvebat nitendo, nec tamen vel hilum proficiebat. Sed jam tandem probaturus est existentiam rerum in æternitate non dependere à productione earundem sive ab existentia earum simpliciter quæ fit in tempore; ejusdem probationem illam videamus.

Confirmatur (inquit:) *Prius enim non dependet à posteriori; sed res omnes præteritæ & futuræ priùs sunt in æternitate quàm in tempore: ergo ut dicantur talis esse, non invenitur aliqua dependentia à tempore. Minor probatur: Sicut enim ipsum tempus derivatur ab æternitate tanquam ab aliquo superiori in quo continetur; ita res quæ sunt in tempore, priùs intelliguntur esse in æternitate. Et hoc advertit aliquis Theologus. Sicut enim tempus habet esse ex quadam participatione æternitatis, sicut qualibet mensura inferior est participata à superiori: ita res temporales priùs participant mensuram æternitatis, quàm mensuram temporis. Quod patet declarari exemplo de lege æterna, & lege naturali, atque lege humana.* Navar.

Jam sæpè diximus, res esse apud æternum Deum in esse volito, in esse cognoscibili, in esse cognito; sed negamus ullam rem esse apud DEUM secundum esse reale antequam existat simpliciter: Sine distinctione procedit Navarretus, quasi hoc ageret ut Lectorem suum caperet potiùs quàm instrueret. Probat autem res omnes esse in æternitate ejusmodi probatione quam inchoat à particula similitudinis, *Sicut*. Hoc enim probandi genus Navarreto jam adolevit quasi in Spiritum familiarem; licet nec locum Topicum, nec Demonstrativum redoleat; nisi fortè Topicum Rhetoricum. Vult tempus derivari ab æternitate tanquam ab aliquo superiore; Et tantùm dicit ita esse; Ego verò nil causæ video, cur spacium temporis magis derivetur ab æternitate Dei, quàm spacium loci ab ejusdem immensitate. Derivatio omnis mihi videtur esse vel in genere causæ materialis, & fit per divisionem; vel materialem, vel mentalem; materialem, quomodo lapis à monte excidatur; mentalem, quomodo hora dividitur à die: vel in genere causæ efficientis, idque vel univocè vel æquivocè. Haud credo tempus derivari ab æternitate derivatione materiali; neque enim tempus est pars æternitatis; sed neque in genere causæ efficientis: Neque enim æternitas producit tempus aut durationes rerum temporarias aut res ipsas durantes duratione temporaria; sed potius Deus, per scientiam, potentiam, & voluntatem, (non autem per æternitatem) producit omnia. Operatur enim omnia secundum consilium voluntatis suæ. Sed & pari per omnia ratione omne spacium corporis dicendum est priùs existere in immensitate DEI quàm in Respon.

loco proprio, quã omnis res accessit, dicitur prius existere in æternitate Dei quàm in tempore proprio. Interea non nego *res quæ sunt in tempore prius intelligi esse in æternitate.* Nam sine dubio sic intelligit Navarretus, alioquin hypocritam ageret; sed ingenue fateor intellectum meum nondum conformari ad genium & ingenium intellectus ejus. Sed fortasse non sumus acuti illis Theologis quos monet Navarretus ut hoc advertant. Rursus procedit ad superstruendum rationē aliam similitudinariam, de tempore scil. habente *esse ex quadam participatione æternitatis*; Pari ratione dicere potuisset pulicem habere spacium quantitatis suæ ex quãdam participatione immẽsitatis. Nec tamen diffiteor, quin animalia ἐφήμερα habeant quandam participationem æternitatis, nempe imaginariam in cerebro Navarretti; sed ab istiusmodi aut alia aliqua participatione æternitatis esse suum accipere sive durationem, prorsus nego. Sed potius à productione DEI sive per creationem sive per generationem, sive univocam sive æquivocam. Nec omnino video necesse esse ut mensura inferior sit participata à superiori. Hic nisi me fallit conjectura, sua Navarretum Grammatica fefellit. Neq; enim æquum videtur ut mensura superior participet inferiorem; hoc enim esset in silvam ligna ferre; potius inferior mensura participat superiorem. Sed fortasse participare aliquid, Navarretto, non tam est partem alicujus capere, quàm capere seu continere aliquid tanquam partem sui. Licet enim Scholasticis esse hactenus disertis, ut verborum significationem cudant in usus suos; Neq; enim Musas grammaticas colere solent illi supra modum severas. Sed ne hoc quidem sensu mensura inferior est participata à superiori. Sumantur enim duo scyphi aut aquarum situlæ, quarum altera sit altera capacior, & quæ contineat alteram; Neutra tamen participat alteram, licet minoris mensura adæquet tantum partem mensuræ majoris. Sed fortè hoc tantum vult Navarretus: Esto: attamen hinc non sequitur tempus hoc modo participare æternitatem, cùm æternitas non habeat partes; sed neq; hinc sequitur habere esse suum à participatione æternitatis; neq; enim mensura inferior habet esse suum à mensura superiori. Et licet ita esset ut inferior mensura modo supradicto participaret superiorem, non tamen hinc sequeretur rem aliquam prius esse in mensura superiori & inadæquata, quam sit in mensura inferiori propria & adæquata. Pergit Navarretus quà cœpit, omnia scilic. illustrationibus transigere. Sed comparationes quas facit extra omnis commodæ proportionis ideas miserè vagantur, sic enim disserit:

Navarr. *Sicut lex æterna est suprema, ita ab illa participative procedunt lex naturalis & humana; Et omne quod subditur legi humanæ prius subditur legi æternæ & naturali: similiter ergo res temporales quæ subduntur tempori prius subduntur æternitati, & sic prius durant ab æternitate secundum modum ipsius, quàm habeant esse secundum proprias suas rationes. Et consequenter prius intelliguntur res præsentes Deo in sua æternitate, tanquam in mensura universali & inadæquata, quam intelligantur in propria mensura.*

Respons. At, inquam, nulla omninò hic intercedit rationis proportio. Multo commodius ex immensitate Dei continente spacium omne quantitatis permanentis, processisses ad illustrationem æternitatis explicandæ scilicet quomodo contineat omne spacium quantitatis fluentis. Et sic instituisses: Sicut res qualibet secundum spacium quod habet quantitatis permanentis, prius existit realiter in immensitate Dei quàm in loco proprio: ita etiam qualibet res secundum spacium quod habet temporis sive durationis fluentis, prius existit realiter in æternitate Dei quàm in tempore proprio. Et quemadmodum Deus secundum immensitatem suam non modò coexistit omni loco seu spacio, sed & ubiq; omni loco seu spacio existit; saltem non in loco sed in immensitate: ita etiam secundum æternitatem suam non modo coexistit omni tẽpori sed & semper coexistit omni tempori, non quidem in tempore sed in æternitate. Hoc modo, inquam, si processisses, causam vicisses; Nam de consequentia ista nullam tibi litem intendissemus; tantum rogatemus ut operam poneres in confirmatione antecedentis. Quod etiã ex hac ipsissima comparatione proportionis inter legem æternam, legem naturalem, & legem humanam perinde, meo judicio præstare potuisses. Obiter quæro, quid sit, subdi legi humanæ, æternæ, & naturali? Legi humanæ subdi, meo judicio, est lege humana sanciri. An verò tibi videtur æquum, ut quicquid sancitur lege humana, sanciatur etiam lege æterna? Atqui leges humanæ subjiciuntur errori; an placet iisdem erroribus subjici legem æternam? Quid? annon contraria sanciuntur legibus humanis? Homicidiũ apud nos punitur pœna capitali: non sic apud Polonos, sed mulcta eaq; admodum despicabili. Adulterium fuit capitale apud Judæos, non sic furtum simplex: Apud nos furtum simplex capitis reum constituit, non sic adulterium. An verò tu parem utriusq; æquitatem statuis, eamq; ex æquo lege æterna sancitam? Esto verò, ponamus aliquid lege humana sancitum verè justum esse, dices ergo etiam lege æterna justum est; sed quæro an simpliciter justum esse velis secundum legem æternam, an tantummodo secundum quid? Nihil dubito, quin dicas justum esse simpliciter, saltem in pluribus. Ergo, inquam, juxta istam proportionem etiam existentia rerum in æternitate quam tueris, erit existentia simpliciter & non tantum secundum quid; quæ tamen vestra sententia non est, quemadmodum disertis verbis profitetur Alvarez: Rursus, nemo non videt justitiam sive æquitatem rei primo mensurari secundum judicium ejus qui justissimus est & æquissimus. At existentiam rei non pendere primo à productione sui temporaria, prima facie portentum opinionis esse videtur. Et tu vis res proportionatas facere tam ab omni proportione alienas? Præsertim cùm ipse fatearis, *nihil apparere difficile intellectu quod res sint in æternitate, antequam intelligantur esse in tempore?* Nulli autem difficile est intellectu, quomodo res aliqua justa censeatur potius & prius, comparatione habita ad judicium Dei quam ad judicium creaturæ. *Cæterum*, ais, *in rei veritate licet res incipiant esse in tempore, non tamen incipiunt esse in æternitate, sed ex modo essendi in illa, neq; incipiunt, neq; desinunt esse, sed semper sunt. Sic in rei veritate*, à te demonstratã tribus similitudinibus, quarũ efficacior, credo, fuit illa tertia,

propter

propter egregiam videlicet similitudinem (sicut non judicio nostro apparentem, sed in rei veritate ita se habentem) quanta vix intercedit inter cornicem & olorem. Obiter placet, animum enim tentare arguimento unico quod ex horum contemplatione mihi in buccam venit. Futura prius sunt (inquis) in æternitate quàm in tempore: ergo, inquam, vel ex decreto Dei, vel ex natura rerum. Credo te responsurum ex decreto Dei. Ergo vel formaliter & directè, vel indirectè tantum & consequenter, quatenus decreverit ea aliquando fore. Si indirectè & consequenter tantum, modo proposito, tum existentia rerum in æternitate dependet ab existentia ipsarum in tempore; & consequenter existentia in æternitate non est prior existentia in tempore; neq; enim quod prius est dependere potest ab eo quod posterius est. Sin formaliter & directè decreverit Deus existentiam rerum in æternitate, tum existentia rerum realis in æternitate tam antiqua est quam ipsum Dei decretum: nec facile capio sub qua loquendi formula hujusmodi decretum possit exprimi, cum res decreta respectu decreti Dei æterni semper subire soleat rationem futuri. Rursus, monstra, si potes, uspiam extare in sacris literis hujusmodi decretum. Nos facile monstramus decreta Dei de existentia rerum in tempore. Verbi gratia de reditu Israelitarum ex Ægypto post aliquot annorum centenarios; item post septuaginta annorum spatium reditum ex Babylonia à Deo decretum esse legimus. Tu verò doceas ubi constet reditus alterutrius existentiam in æternitate à DEO decretam esse. Sed ad sublevandum intellectum nostrum qui ad subtilitates tuas capiendas promptior sit & habilior, mones [*esse in tempore*] *notare conceptum rei ut quantum est successivæ & sub tempore esse*, (*esse verò in æternitate*) *notare conceptum ejus propriam ejusdem rei sub altero modo abstracto à successione, qui modus* (inquis) *antecedit illum infinitam moram sanctificantem.* *Et sic* (ais) *intelligitur optime, quomodo res prius sint in æternitate quam in seipsis.* Sed adverto, te dum speciem facis sublevandi intellectum nostrum novis oneribus impositis, eundem gravare magis & decerpitum reddere: vis enim successionem consideratam nobis abstractam à successione; Nam non modò res tempori subjectas existere vis ab æterno in æternitate, sed & tempus ipsum, hoc est durationem successivam. Sed utinam prius dares operam, ut ostenderes quomodo magnitudo corporalis intelligi possit ut existens prius in immensitate Dei quam in loco proprio. Hinc enim viam aperires compendiariam ad intelligendum quomodo hæc tua dissertatio quæ videtur esse quædam magnitudo spiritualis, sed successiva, existebat in æternitate prius quam aut in mente tua aut in scripto tuo; nisi quod ista quantitas magis accedere videatur ad magnitudinem quandam Chimæricam & imaginariam quàm realem. Et licet ausus profiteri *sic optime intelligi quod res prius sint in æternitate quàm in tempore*; ego tamen haud credo te hactenus probè satis intelligere temetipsum. Addis tamen hunc modum loquendi non modo Thomam servare, sed & antiquos Doctores secutos esse, ne scilicet vestra dialectus ex institutione vestra originem accepisse, & vestræ familiæ propria videatur. Et tamen Gregorius Neo-cæsariensis à te citatus nihil aliud habet quod huic inserviat, quàm quod præterita & futura dicat jam *secundum præscientiam extitisse*, quod quid aliud est quàm æterna fuisse secundum esse cognitum. Ad eundem modum Marii Victorini illud, *Deum scilicet dictum esse sedere quasi in centro omnium quæ sunt; unde universali oculo non versabili aspectu videt*, nihil aliud notat, quam visioni Dei subesse omnia. Eodem tendunt illa Petri Damiani, *Deus omnia simul sua subjecta conspectibus præsentialiter videt*. Cætera apud Damianum proposita absunt à causa Navarreti; *Omnia quæ apud nos variant in æternitate stant*, hoc est apud Deum æternum stant, nimirum & in esse volito & in esse cognito. Neque enim ille cognitionem rerum omnium accipit à rebus ipsis, sed à seipso; apud quem perinde sunt omnia antequam erant, & postquam esse desierint, atque cum in tempore præsentia sunt. Neque enim temporalis rerum præsentia quicquam confert ad cognitionem ipsarum expediendam apud Deum. In illo itaque & præterita sunt & futura tanquam præsentia in esse volito, in esse cognoscibili, in esse cognito, non autem in esse reali. Certè ostendunt ista nihil de novo existere in æternitate, hoc est in Deo æterno, per quod ipse deveniat de novo in cognitionem ejus; sed non negant posse aliquid de novo coexistere Deo & æternitati ejus secundum suum esse reale; prout videl. cum suum esse reale producitur in tempore.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO TERTIA.

Sub qua consideratione res futuræ prius sint in tempore quàm in æternitate, & contra.

Navarr. QUarta conclusio: *Res futuræ in tempore secundum perfectiones quas habere debent, prius intelliguntur esse in æternitate quàm in tempore. Pro intelligentia nostræ conclusionis, notandum quòd æternitas præhabet omnes res quæ sunt in illa non quomodocunq; sed tanquam omnes perfectiones earum, ad illum sensum, quod productio quâ Deus producit res in tempore, si comparetur ad ipsum Deum, prius intelligitur ut productio earundem in æternitate; quod tamen non habet locum in rebus secundum quod mensurantur tempore. Prius enim intelligitur productio rerum in se, quam subjiciantur in suis actionibus tempori tanquam mensuræ. Unde non omnis perfectio talium rerum temporalium præhabetur in tempore. Cæterum omnis perfectio rerum quæ producuntur in tempore, præhabetur in æternitate.*

Mirus notationum & illustrationum artifex est Navarretus, quibus instructus ad proselytos suos corroborandos & expediendos perinde accedit, ac si quis carbone fretus accederet ad res dealbandas. Respons.

Et ferè quoties in istis expatiatur, familiaris Autoris obscuritas, tanquam comitialis morbi paroxysmus dissertationem ejus corripit, & omnem illi sensum sanum & sobrium prorsus expectorat. Nam cùm dicit, quòd *productio quâ Deus producit res in tempore, si comparetur ad ipsum Deum, prius intelligitur ut productio earum in aeternitate*, hoc ipso innuit productionem quâ Deus producit res in tempore, si comparetur ad aliquid aliud quam ad Deum, non prius intelligi factam in aeternitate. At quid sit illud *aliud*, nusquam comparet apud Navarretum, nec conjecturâ assequor. Rursus ex comparationis istius indole dicendum erat, etiam productionem quâ Deus producit res in aeternitate, si comparetur ad aliquid aliud quam ad Deum, prius intelligi ut factam in tempore: hoc enim par ratio proportionis exigit; at quomodo membrũ istud juxta proportionis analogiam accommodandum sit, nusquam liquet. Sed & plus satis admirabile videtur, ut productio quâ DEUS producit res in tempore, quâcunq; comparatione, prius intelligatur ut facta in aeternitate. Et cùm corpora frequenter producantur à Deo, non modo in tempore, sed & in loco; & quam rationem habet tempus ad aeternitatem, eandem rationem habeat locus ad immensitatem; Miror quòd nihil omnino sollicitus sit Navarretus de productione rerum tanquam in immensitate prius factâ quam in loco, astruenda; sed totus versetur in astruenda aeternitate tanquam in quâ prius producantur res quam in tempore, saltem comparatione habita ad ipsum Deum; quaenam autem sit illa comparatio quae huic subtilitati [illegible] esset determinanda, nondum nobis communicavit Navarretus. Rursus, cùm moneret hoc quod modò dixerat *non habere locum de rebus secundum quod mensurantur tempore*; hoc ipso indicat priorem thesin procedere de rebus secundum quod mensurantur aeternitate; cum tamen nec talis cautio ulla ibidem memorata sit, nec ejusmodi cautioni ullus locus omnino in illa sententia superesse videatur. Sola cautio adhibita, fuit ex comparatione ad ipsum Deum; non autẽ ex distinctione mensurationis rerum prout vel in tempore factae vel in aeternitate. Rursus, cùm accedit ad notandam dissimilem conditionem rerum *secundum quod mensurantur tempore*, tam abludit praeter omnem cum superiori sententia proportionis congruentiam. Nam de rebus hoc modo consideratis, ait *Prius intelligi productionem earum in se, quam subjiciantur tempori*; juxta cujus thesin genium, prior thesis de rebus secundum quod mensurantur aeternitate, sic enunciatur, *Prius intelligitur productio earũ in aeternitate quam in seipsis*. Rursus phrasis illa de *subjectione rerum aeternitati*, comparatione debuit potius quâ analogiam ejus promoveret; dicendum potius fuisset: Sicut res *secundum quod mensurantur aeternitate prius producuntur in aeternitate quam in seipsis; ita secundum quod mensurantur tempore, prius producuntur in seipsis quam in tempore*. Sed singulae scholae cùm aperte & simpliciter proponere suam ipsae barbariem [illegible], hanc ejus hic phrasium alienarum [illegible] obstupefacere, ne corruptam thesium prodigiosarum indolem intueretur. Nam si res prius producantur in aeternitate quam in seipsis, tum producuntur in aeternitate extra seipsas prius, & in seipsis posterius; & consequenter prius eas videt Deus in aeternitate extra seipsas, & postea in seipsis. Rursus, prius non potest res aliqua temporalis produci in seipsa quam in tempore, cum tempus includatur in ipsa notione nominica productionis rei alicujus temporalis. Nam unitas temporis requiritur ad unitatem motus. Hoc incommodum cum praesensisse videatur Navarretus, ad ipsum vitandum injecit mentionem actionum rei, quippe quas, & non rem ipsam dum produceretur, tempori subjectas esse diceret; ut qui specimen habere cupiat hominis in vanis suis ratiocinationibus miserrime sese implicantis atq; irretientis, intueatur Navarretum & obstupescat. Et tamen, quasi bellissime provenissent omnia, hinc magisterialiter concludit, *non eandem perfectionem talium rerum prohaberi in tempore, sed eandem omnem perfectionem rerum quae producuntur in tempore prohaberi in aeternitate*. Et cur, quaeso, perfectiones rerũ non in immensitate perinde continentur atq; in aeternitate; atq; ita sua sit nihilo minus intemperanter & incohaerenter grassari declarando, quomodo res prius producantur in immensitate quam in loco: quam ut grassaris, nitendo ostendere, quomodo res prius producantur in aeternitate quam in tempore. Sed accepimus quid Navarretus sine probatione notet; jam videamus, quid demum sine notatione probet.

Probatur ergo Conclusio, primo. Mensura aeternitatis est prior absolute quâ mensura temporis ergo res mensuratae aeternitate, & tempore, prius mensurantur aeternitate & consequenter prius sunt in aeternitate. Antecedens constat; Aeternitas enim est mensura universalior quam tempus, & continet ipsum tempus: ergo est prior. Consequentia vero probatur: Mensura enim habet mensuratum sibi correspondens, ergo si mensura aeternitatis est prior, etiam res mensurata prius correspondet aeternitati. Negatur

Extra controversiam est, aeternitatem priorem esse tempore, quandoquidem aeternitas est sine principio, nõ sic tempus, uti apparet ex creatione rerum. Rursus, aeternitas ut mensura, est prior tempore in genere mensurae; Nam aeternitas, ut mensura Dei, longè prior est tempore ut est mensura rerum mutabilium. At rerum motui subjectarum mensura non fuit aeternitas (si omnino hujusmodi rerũ mensura dicenda est) prius quam tempus. Neq; enim res mutabiles aeternitate mensurari potuere priusquam durationem haberent. At quam primum existerent & durationem haberent, mensurabantur tempore. Itaq; negamus consequentiam: ad probationem respondemus, Negando mensuram (qualis est aeternitas) habere omne mensuratum sibi correspondens. Mensuratum adaequatum (quale est natura Dei) habet aeternitatem tanquam mensuram sibi correspondentem; non autem mensuratum inadaequatum, quales sunt res omnes mutabiles. Sed & probatio antecedentis falsa est; Neq; enim omnis mensura magis universalis, prior est mensura minus universali; nam annus est mensura universalior quam dies, nec tamen prior est annus quam dies. Neg[illegible]

II. Pari rationis analogia probari potuisset, quae mensurantur tempore prius mensurari aevo Angelico quam tempore, & consequenter prius in aevo Angelico existere quam in tempore.

III. Eodem

III. Eadem rationis munitate probari potuisset, quemadmodum res secundum spacium durationis prius mensuratur æternitate quàm tempore; ita etiam easdem ita secundum spacium magnitudinis prius mensurari immensitate quàm loco proprio, & consequenter prius existere in immensitate quàm in loco proprio.

IV. Sicut mensura æternitatis prior est mensura temporis, ita etiam est posterior; Nam sicut non habet principium, ita neque habitura est finem. Quod si quia prior est, ideò res mensuratæ utraque mensura prius mensurantur æternitate quàm tempore; pari ratione quia posterior etiam est, ideò res mensuratæ utraque mensura posteriùs mensurantur æternitate quàm tempore.

V. Quid si mundus fuisset æternus, quod fieri potuisse docent ex Scholasticis non pauci, an hac facta hypothesi tempus prius fuisset in æternitate quàm in seipso?

Navarr. Secundo: *Æternitas non mensurat res mediante tempore, sed immediatè per seipsam: ergo non dependet à tempore, atque adeò res mensurantur æternitate independenter à tempore.*

Resp. Æternitas non dependet à tempore simpliciter, sed in genere mensuræ rerum temporalium, idque duntaxat in genere causæ sine quâ non. Videlicet quemadmodum res temporaria non potest mensurari aliqua mensura secundum durationem, priusquam habeat durationem quæ mensuretur: ita etiam non potest mensurari aliqua mensura priusquam habeat tempus; Nam sicut rei temporalis duratio ne concipi quidem potest sine tempore, ita ne concipi quidem potest mensurari sine tempore.

II. Pari ratione nec immensitas dependet simpliciter à spacio loci; qua non obstante dependet à spacio magnitudinis in genere mensuræ; dependet inquam, ab eo in genere causæ sine quâ non; Neq; enim spacium magnitudinis, aut res aliqua secundũ spacium magnitudinis mensurari potest ab immensitate, priusquam adepta sit spacium magnitudinis quod mensuretur.

III. Sed & ævum Angelicum non dependet à tempore, sed immediatè per seipsam res mutabiles mensurare potest perinde atque æternitas; an verò hinc sequitur res prius mensurari ævo Angelico quàm tempore?

IV. Etiam immensitas mensurat in genere suo independenter à magnitudine corporea, quemadmodum & æternitas in genere suo independenter à tempore. An verò propterea dices corpoream magnitudinem prius mensurari immensitate quàm magnitudine aliqua corporea tanquam mensura indigentia?

Navarr. Tertio: *Res esse in tempore, neq; est ratio formalis ut mensuretur æternitate & sint in illa, neq; est conditio necessaria ad eandem mensurationem: ergo mensuratur æternitate absq; aliqua dependentia à tempore.*

Resp. Eiusdem rationis efficaciâ probari poterit res prius mensurari ævo Angelico quàm tempore: item, res corporeas prius mensurari immensitate quàm mensura aliqua corporea.

II. Diximus tempus esse conditionem necessariam ad hoc ut res temporaria mensuretur æternitate secundum durationem. Ratio est, quia, cum æternitatẽ mensurare res temporales nihil aliud sit quàm iisdem coexistere; nec fieri possit ut Deus prius coexistat rei quam res coexistit ei; nec etiam possibile sit ut res aliqua Deo coexistat priusquam existat simpliciter; quandoquidem tempus necessario requiritur ad existentiam rei temporalis; etiam non minus necessariò requiritur ad ejus coexistentiam æternitati, & consequenter ad æternitatis coexistentiam rei temporalis, & deniq; ad mensurationem rei temporalis per æternitatem. Hujus tamen contrarium probare molitur Navarretus in hunc modum:

Deus habet res præsentes in suâ æternitate, non præsupponendo aliquid ex parte rerum; alias aliud, quod præsupponeret divinæ perfectionem, adveniret ab extrinseco & non communicaretur à DEO. Ignis, verbi gratia, ad calefaciendum præsupponit applicationem tanquam conditionem, quæ tamen conditio provenit ab extrinseco; similiter præsupponit rem quæ est susceptiva caloris, quæ tamen non habet potentiam illam ex virtute ignis. Si ergo res præsupponerentur esse in tempore antequam in æternitate, saltem quâ parte esse in tempore essent conditio, sequeretur quòd Deus non haberet illas præsentes ab intrinseco, & quòd ratio præsentialitatis non procederet à Deo, sed potius quòd ab extrinseco tales res dicerentur advenire præsentiæ Divinæ: hoc autem non solum est Chimæricum & absq; apparentia, sed etiam omnino ridiculum: ergo dicendum est necessariò, quòd res sint præsentes Deo in æternitate, antequam aliud extrinsecum consideretur, & quòd præsentia quâ Deus vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, desumenda est per ordinem ad illam perfectissimam mensuram æternitatis omnino independentem à quacunq; mensura inferiori. Item etiam quòd rem creatam esse mensurabilem per tempus, provenit à perfectione quam participat secundum quod est præsens æternitati. Quod attentè considerandum est.

Resp. Julius Scaliger scripsit exercitationes adversus Cardanum quibus ad marginem passim ascribitur nota *subtilitatis*, interdum etiam *subtilissimæ subtilitatis*. Equidem nil causæ video, cur non etiam dissertationibus istis Navarreti ad marginem ascriberetur nota *mysterij & profunditatis* secundum omnes gradus comparationis, μυστικόν, μυστικώτερον, μυστικώτατον. Certè vel Delio urinatore opus esset ad mensurandas profunditates ejus, interea dum in feliciorem urinatorem incidere contigerit, nobis pro viribus nostra hoc opera, quicquid fuerit, attentandum erit.

Jam non semel diximus, Deum habere res omnes sibi præsentes, idq; ab æterno (quid opus est dicere in sua æternitate?) primum in esse cognoscibili in genere possibilis, deinde etiam in esse cognito in eodẽ genere; futura autem habet sibi præsentia specialiter. Primùm in esse volito atq; hoc ipso in esse cognoscibili in genere futurorum, deinceps in esse cognito in eodem genere. Hismodis omnia sunt Deo præsentia ab æterno, vel ut creatrix essentia, vel in suo genere sed intentionaliter duntaxat non realiter. Nam esse volitum rei, & esse cognoscibile, vel esse cognitum est esse intentionale duntaxat. Atq; hoc modo omnia sunt præsentia Deo, non modo essentia eorundem sed & existentia, non tamen realiter. Vult autem Navarretus futura omnia præsentia Deo esse

realiter

realiter existendo, scilicet in æternitate; atq; hoc est esse in æternitate, juxta ejus phrasiologiam. Cum autem dicit DEUM *habere res præsentes in sua æternitate non præsupponendo aliquid ex parte rerum*, hac phrasiologia insinuat adversarios suos affirmare res in æternitate præsentes esse, præsupponendo aliquid ex parte rerum. At qui sic insistunt, *per esse in æternitate nunquam intelligunt esse præsens Deo ab æterno, sed* duntaxat æternitati coexistere quod negant fuisse ab æterno, sed duntaxat in tempore, ex præsuppositione scilicet productionis rei in tempore. Illa phrasis ambiguitas admodum prona est ad imponendum Lectoribus. Nemo autem adeò delirat, ut dicat *existentiam* rerum in Deo ab æterno præsupponere aliquid ex parte rerum. Sed libenter dicimus coexistentiam rerum æternitati præsupponere aliquid ex parte rerum, nempe ipsarum productionem in tempore. Unde fit ut existant simpliciter, absq; quo si fuisset, æternitati nequaquam coexisterent. Sed negamus hinc sequi perfectionem aliquam adventuram ab extrinseco, à Deo minimè communicatam. Nam proculdubio existentia rerum à Deo producitur. Quare licet applicatio ignis ad rem combustibilem, & combustibilis rei natura adsit igni ab extrinseco & non à virtute ignis; tamen existentiam in tempore nequaquam tribuimus rebus illis à Deo minime communicatam. Sed neq; negamus res esse Deo præsentes ab intrinseco, quatenus præsentes esse possunt, nimirum in esse volito, in esse cognoscibili, in esse cognito, idq; ab æterno. Tantum dicimus res nequaquam coexistere æternitati secundū suum esse reale priusquā existant simpliciter, h. e. priusquam habeant præsentialitatem realem in tempore; quam tamen præsentialitatem habent sicut & existentiam à Deo procedentem. Deus autem est præsens rebus omnibus, sed non priusquam res omnes sint præsentes illi; ut jam olim

1. dist. 37. q. 1. num. 11. scripsit Durandus. *Deus dicitur præsens rei quando res est præsens ei.* Præsens, inquam, per coexistentiam cum Deo; non quasi istiusmodi præsentia quicquam conferret ad eorundem cognitionem divinam, quemadmodum confert plurimum ad earundē intuitionem humanam. Hoc autem dicit Navarretus esse *non solum chimericum, & absq; omni apparentia, sed etiam omnino ridiculum*. Nimirum nisi dicimus rem aliquam coexistere æternitati priusquam existat simpliciter, ridiculi, omnino ridiculi sumus Navarreto, & monstra hominum, sed laudo prudentiam hominis; hoc enim supplet defectum argumenti: atq; ex fiducia sua & strenua, sed sine ullo argumento reprobatione, quasi *confectum fecisset negotium contra Manichæos*, concludit, *dicendum esse necessario quod res sint præsentes Deo in æternitate antequam aliud extrinsecum consideretur*; hoc est phrasi populari & bene nota, res coexistunt æternitati antequam existant simpliciter. Nam Navarretus more suo indulget sibi phrasibus ambiguis, ut lectores suos ludificetur potius quam informet. Sed fateor, veniam illi dandam esse propterea quod non magis ludificatur lectores suos, quàm ipse se. Nos enim libenter fatemur res esse præsentes Deo, idque ab æterno variis modis, nihil obstante quod nondum existant simpliciter. Sed negamus fieri posse ut secundum esse suum reale coexistant Deo priusquam simpliciter existant & producantur in tempore. Illam autem Dei vocationem, quâ vocare dicitur ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, procedere dicimus non de esse eorum reali quasi æternitati coexistente in æternitate antequam existant simpliciter, sed de esse eorum intentionali in decreto & præscientia divina. Quod res creata existat in tempore & mensuretur in tempore, provenit saltem à decreto & voluntate Dei, ratione cujus ab æterno fuit præsens Deo in esse volito & intentionali, non autem in esse actualis existentiæ & esse reali. Nec ad hujus rei considerationem magna aliqua attentione opus est; licet contra moneat Navarretus ad amplificandam momentosam scilicet hujus considerationis conditionem, quasi subtilitatis esset admodum profundæ, & tam gravi admonitione dignissimæ. Sed patimur illum in Latmo cum Diana sua obdormire, donec hoc phantasmatis tanquam vini dulcis edormiverit, ut postmodum expergiscatur, & Democritus esse desinat. Nam supra adversarios suos excepit, tanquam admodum ridiculos, ita sic, quod dilapsis ipsius argumentis deerat, risu saltem proselytis suis abunde satisfaceret. Pergit addendo *mensurabilitatem esse perfectionem rebus competentem & antecedenter se habentem ad tempus, sed non antecedentem existentiam rerum in æternitate.* Nam pro autoritate facit ut strenuè supponat res prius existere in æternitate quam existant simpliciter; quasi oraculum esset Divinum & non in mera hominum imaginatione natum. Et cùm extra controversiam sit, creaturas totam suam perfectionem participare à Deo, dicit istam participationem fieri *attenta propria mensura sub quâ Deus operatur*, innuens, (uti conjicere est,) mensuram istam esse æternitatem; quod tamen non tam arguit, quam Lectoribus explicandum atq; sua sponte avide imbibendum, relinquit; cùm tamen hactenus existimarent omnia Dei opera ad extra à Deo produci non in æternitate sed potius in tempore; quemadmodum cœlum volvi dicitur, & ignis calefacere, & gravia deorsum moveri, levia sursum, in tempore potius quam in æternitate; licet motus illi omnes coexistant æternitati consideratæ tanquam nunc stanti sive permanenti. Hinc in illustrationes suas sese induit, in quibus fingendis videtur admodum ingeniosus. *Sicut, (inquit) in quocunq; agente inferiori attenditur propria mensura actionis ejusdem ad hoc quod communicet effectui suam perfectionem: ita in agente universalissimo attendenda est propria mensura ejusdem ad communicandam suam perfectionem. Et ita prima communicatio perfectionis hujus convenit Deo in mensura æternitatis, & creaturæ habent primam perfectionem à Deo secundū quod sunt in æternitate.* Ad quæ respondeo, mensuram actionis attendimus juxta rationem actionis; quatenus habet principium & finem; mensuram ei tribuimus congenerem quæ scilicet habeat principium & finem. Quatenus habet successionem, aut non habet, mensuram tribuimus ei congruentem: si successionem, mensuram temporis continui; si sine successione intrinseca, sed cum successione ad extra quatenus in Angelis aliæ cogitationes aliis succedunt licet singulæ cogitationes successionis expertes sint, hisce tribuunt Scholastici mensuram temporis discreti; ipsi

verò Angeli cum sit sine omni fine illum, quod tamen & principium habet, & proinde habet finem, mensuram tamen, nec æternitate, nec tempore, sed ævo tanquam mensura propria. Quare licet Deus mensuretur æternitate, uti vulgò in more positum est loqui, quandoquidem est sine principio & sine fine; tamen hoc non obstat quò communicationes ejus temporaneæ tam æternæ conformiter mensurentur aut tempore, eoq; aut continuo, aut discreto; aut denique ævo. Hic non obstantibus tibi sint pro rationum columnas, *Creaturæ scilicet habent primam perfectionem à DEO secundum quòd sunt in æternitate*, hoc est, antequam existant; habere tamen perfectionem, & primam perfectionem, dum sint non entia simpliciter neque [illegible] Chimæricum esse vis, & absque apparentia dictum, quanto minus omnino ridiculum. Pergis in hoc genere argumentandi similitudinario, ut est tibi admodum ferax inventio illustrationum nullo quod lucem usui inservientium: atque, *sicut in actionibus Divinis ad extra, datur quædam ratio universalis sub qua DEUS producit effectus quatenus est ens in quantum ens, & hæc ratio antecedit omnes rationes particulares quæ correspondent agentibus particularibus: ita ex mensura sub qua agentia particularia communicant suas perfectiones effectibus, atque in illa quâ agens universalissimum communicat etiam suam perfectionem. Nam hæc est mensura universalissima, scilicet æternitas, quæ antecedit omnem mensuram particularem sub quâ eadem agentia particularia communicant suas perfectiones. Igitur omnino indubitatum debet esse, quòd res ita sunt prius mensurata per æternitatem quàm per tempus, ut mensurabilitas ipsa per tempus sit perfectio participata ex vi præsentiæ in æternitate.* Confiteor nos jam tandem aliquando anhelando provectos esse ferè ad fastigia mysteriorum per loca anfractuosa & præcipitia, ut in Parnasso Navarreti cum Musis communionem colamus, aut potius illas unà cum monte suo confusionis tanquam turri Babelis funditus convellamus & solo adæquemus. Agnosco rationem entis quà ens antecedere omnes rationes particulares; sed cur non ista ratio, perinde atque aliæ quæcunque, correspondeat particularibus agentibus nil causæ video; quandoquidem non solum particularia agentia sunt sed & particularia entia, adeoque dum operantur, ut entia producunt entia, ut entia particularia producunt etiam entia particularia. Et DEUS ipse, ut jam olim docuit Durandus, ut est causa universalis omnium, ita est causa singularis uniuscujusque. Ita vis dari mensuram universalissimam scilicet æternitatem quæ antecedat omnem mensuram particularem sub quâ eadem agentia communicant suas perfectiones. Ista sententia meritò censeri potest tanquam quoddam [illegible], prout à Navarreto perplexissimè proponitur, cujus generis morbo quasi scabie prorsus laborant scripta ejus, hoc verò vel maximè & supra omnem moderationem. Equidem nihil dubito, quin æternitas antecedat ævum Angelicum & tempus nostrum, idque duratione; non autem sub ratione quadam universali, quatenus ratio entis quà ens antecedit alias rationes rerum. Sed & ratio entis quà ens ita antecedit reliquas entis rationes, ut de iisdem omnibus ratio entis prædicetur, quippe cum sit ratio universalis; At ratio æternitatis in genere mensuræ non est hoc modo universalis ut reliquis omnibus mensuris tribuatur. Neque enim aut ævum est æternitas, aut tempus æternitas; sed nec in concreto tribui potest ævo aut tempori æternitas: sed quia æternitas ejusmodi mensura est quæ alias omnes durationis mensuras excedat, quippe cum nec initium habuerit nec finem habitura sit; hinc sicut omnibus mensuris coexistit, non tamen antequam illæ extiterint existere deprehendantur; nec rebus temporalibus prius coexistunt quam existant ipsæ. Itaque nihil attulit Navarretus tanto labore dignum ut concluderet indubitatum esse, *res prius mensuratas per æternitatem quam per tempus, quasi mensurabilitas ipsa sit perfectio participata ex vi præsentiæ in æternitate*, quæ prius fuerit dictum, nulla autem ratione probavit existentiam scil. rerum realem in æternitate. Mensurabilitas autem rerum secundum durationem est ipsa duratio rerum; & à quo participant existentiam ab eodem etiam participant durationem. DEUS autem tribuit rebus omnibus existentiam non per æternitatem suam, sed per consilium voluntatis suæ, testante Apostolo *DEUM operari omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Agnoscimus existentiam rei temporalem secundum quam mensurabilis est tempore, perfectionem esse à DEO communicatam; sed absurdè hinc deducitur perfectionem illam participari ex vi præsentiæ rei in æternitate. Nam & præsentia rei in æternitate annon est perfectio ipsius rei? ergo & illa communicatur creaturæ secundum aliam præsentiam rei in æternitate. Rursus, [illegible] & superiorem illustrationem repetit Navarretus, ex comparatione rerum nihilo minus alienarum, quam inter se ista & ligna sibi invicem. Omnis res temporalis quatenus quod existit, est capax, & in potentia proxima ad recipiendam mensuram particularem; & tu dices non esse hoc modo capacem, nisi *ratione præsentialitatis quâ res subsistunt DEO in æternitate.* Quasi verò existentia rerum in æternitate intercederet inter existentiam rei in tempore, & ejus mensurationem temporariam. Ista *non sani esse hominis non sanus juret Orestes.* Quam solide Molinam refellat, alii viderint: Ego verò Molinæ rationes nullius pretii esse judico.

Ephes. 1.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO QUARTA.

Quid de existentia rerum imperfectarum in æternitate, & coexistentia rerum incompetibilium.

Navarr. *Videtur intelligibile quod aliquid mensuretur prius tempore quam æternitate: quia tempus mensurat res contentas sub ipso quatenus derivatur à superiori mensura, quæ est mensura æternitatis; ergo in ipsa ratione mensurandi præsupponit necessario ipsam mensuram æternitatis. Ergo nihil vicissim mensuratur tempore quod non prius mensuretur æternitate.*

Respons. Mihi verò ex adverso neutiquam intelligibile videtur, quod res aliqua mensuretur secundum durationem, priusquam durationem aliquam habeat aut omninò existat. Sed nec intelligibile videtur, quomodo res quantitativa mensuretur mensura neutiquam quantitativa. (Nam sicut mensurabile non est mensurabile nisi quatenus est quantum; ita mensura non est mensura rei quantæ nisi quatenus quanta;) aut ut res corporalis mensuretur mensura spirituali, qualis est Dei immensitas; præsertim cum in hunc finem tendat rei mensuratio, ut quantitas ejus innotescat: At qui fieri potest, ut quantitas cœli nobis innotescat per immensitatem Dei? Quod si quantitas corporis alicujus non possit innotescere per Dei immensitatem; pari ratione nec duratio alicujus rei innotescere potest per æternitatem. Veruntamen libenter damus quantitatem adeò spaciosam existere non posse, quin ei coexistat DEUS per immensitatem; ita nec duratio temporalis aut æviterna, tam in diuturnum produci potest ut ei non coexistat DEUS per suam æternitatem; quippe cum æternitas nec initium habeat nec finem. Esto: præsupponat tempus æternitatem; at hinc nequaquam sequitur rem aliquam prius mensurari æternitate quam tempore; si una res prius existeret in æternitate & postmodum existeret in tempore; prius, fateor, juxta vestram phrasiologiam, mensuraretur æternitate quam tempore. At nulla res temporalis prius existit in æternitate quam in tempore. Nam omnis existentia rei temporalis est in tempore; At fieri non potest ut existentia rei in tempore prius existat in æternitate quam in tempore; Nam si prius existeret in æternitate quam in tempore, dum prius coexisteret in æternitate nondum existeret in tempore. At fieri non potest ut existentia rei in tempore non sit in tempore.

Navarr. *Sexquinta Conclusio: Omnia futura quantumvis imperfecta coexistunt æternitati. Probatur argumento facto pro secunda parte dubii. Et præterea. Nam DEUS cognoscit omnia ista futura: sed cognitio Divina mensuratur æternitate: ergo & ipsa mala coexistunt æternitati. Ista futura existunt in tempore, ergo existunt in æternitate. Patet consequentia ab inferiori ad suum superius affirmative.*

Respons. Argumento facto pro secunda parte dubii jam refutationem opposuimus. Cognoscit, fatemur, DEUS omnia futura etiam cognitione æterna; sed negamus hinc sequi futura omnia coexistere æternitati. Coexistunt, fateor, æternæ Dei cognitioni in esse cognito: at hinc non sequitur coexistere ei simpliciter. Neque enim ab eo quod secundum quid est, ad id quod simpliciter est, valebit argumentum. Adde etiam in esse cognoscibili; etiam in esse volito. Nam vult Deus ut etiam mala sint ipso permittente; juxta illud Augustini, *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Quare sive fiant quæ fiunt Deo permittente, ut mala; sive Deo faciente ut bona, omnia juxta Augustinum fiunt Deo volente. At hoc modo coexistere sive voluntati Dei æternæ in esse volito; sive cognitioni Dei æternæ in esse cognito, tantum est coexistere intentionaliter, non autem realiter. Fatemur tamen futura, dum existunt, & quam primum existunt in tempore, hoc ipso etiam coexistere æternitati, sed non antequam existunt in tempore; Neque enim requiritur ut aliquid natura sua comparatum ut existat in mensura inferiore, prius existat in mensura superiori, quam existere deprehenditur in mensura inferiori.

Sexta Conclusio: Si loquamur de istis malis secundum mensuram correspondentem sibi cum præcisione, prius correspondent tempori quam æternitati. Pro intelligentia hujus, notandum, aliud esse loqui absolute de re quæ continetur sub aliquo genere, aliud vero reduplicando rationem particularem talis rei. Nam absolute loquendo prius convenit illi rei ratio generica quam ratio specifica: reduplicando non omne quod convenit eidem rei, prius convenit ex ratione generica quam ex ratione specifica. Igitur in præsenti dicimus, quod mala ista ut mala sunt & sub deformitate quam habent, prius correspondent tempori quam propriæ mensuræ. Probatur: Res sunt in æternitate sub quadam indivisibili perfectione, & sic coexistunt ipsi Deo, prius quam existant in se: sed imperfectio eorum debet prius convenire rei prout existit in se, quam prout coexistit Deo: ergo omnis imperfectio prius convenit mensuræ propriæ rei imperfectæ in se, quam respondeat eidem rei quatenus est in æternitate. Navarr.

Respons. In istis nihil, fateor, occurrit quod sit admodum perplexum, sed pura puta absurda & à ratione aliena sunt omnia, nullam speciem veritatis præ se ferentia, sed falsitatis notabilis evidentiam spirant per totum. Inprimis, nimis absurda est comparatio, quâ ratio æternitatis & ratio temporis proportionantur ad rationem genericam & specificam. Neque enim æternitas ad tempus se habet tanquam genus ad speciem, sed potius æternitas, ævum, & tempus sunt species ejusdem generis. Videlicet ejus generis quod dicitur mensura secundum durationem ejus. Rursus, quia æternitas consideratur à Navarretto tanquã proportione respondens mensuræ superiori, ad tempus tanquam ad mensuram inferiorem, hinc fit ut æternitas confide-

considerare tanquam totum integrale respectu temporis tanquam mensurae partialis. Sic enim se habet in mensuris integrantibus, ut inferior sit pars superioris: sic superficies corporis nostri ambiens est pars aëris ambientis in genere loci; sic dies praesens est pars anni currentis in genere temporis: At longe diversa ratio est integri respectu partis, quam sit totius potestativi ad speciem. Rursus, falsum est loquendo de re aliqua, puta de homine, prius convenire ei denominationem genericam quam specificam. Neque enim dici potest secundum substantiam hominem prius esse animal quam hominem. Embryo dicitur quidem, primum vivere vitam plantae, deinde vitam animalis, ad extremum vitam *hominis*. At homo sine dubio non est prius animal quam homo. Dicimus animal prius esse natura quam hominem, & genus prius esse natura sua specie, quatenus scilicet ab eo non reciprocatur existendi consequentia, uti docet Aristoteles. At nunquam docuit Aristoteles aut quispiam alius hominem prius esse animal quam hominem. Ad eundem modum dicimus, licet aeternitas sit prior tempore, res tamen temporalis fieri non posse ut prius existat in aeternitate quam in tempore; licet, ut saepe monui, comparationes istae nullam omnino admittant proportionem congruentem. Ad haec nihilominus falsum est quod subjicit: Neque enim mala *quae mala sunt, & sub deformitate quam habent, prius correspondent tempori quam aeternitati*; (sic enim legendum, non autem, quemadmodum textus habet, *quam propriae mensurae*. Nam prout ex eo nota tempus ipsum esse mensuram propriam imperfectionum.) Dico autem hoc falsum esse, modo plano proferamus, & novas phraseologias ad placitum introductas missas faciamus. Agimus enim de existentia rerum in tempore & coexistentia earundem cum aeternitate, quam hic, nescio quo proposito, vocat Navarretus *correspondentiam tempori & aeternitati*, quasi affectaret non modo disputator esse subtilis, sed & nomenclator parum vehemens. At, inquam, & actus mali & malitia simul existunt in tempore atque hoc ipso simul coexistunt aeternitati. Nec enim malitia Daemonum obliqua quo minus ipsi coexistat Deo in aeternitate quam Angelis lucis, aut ipsorum malitia, dum existit, minus coexistat Deo in aeternitate quam aliorum sanctitas. Et cum res aliqua existens in se simul etiam coexistat Deo; sequitur etiam imperfectionem rei adhaerentem simul convenire rei prout existit in se & prout coexistit Deo. Nulla enim vel tolerabili ratione hactenus probatum dedit Navarretus, rem aliquam temporalem prius coexistere ipsi Deo quam existat in se. Et quis non miretur hominis inverecundiam, dum rei tribuit coexistentiam ipsi Deo, cui tamen denegat existentiam, ut quasi prius possit aliquid coexistere alteri quam existat in se. Et quia invenit conclusionem illam jam ante probatam esse (in qua tamen nihil occurrit sani aut solidi) argumento & confirmatione, quae posita sunt pro prima parte dubitationis; agedum illa etiam quam pressissime expendamus. Sic autem procedit: *Videtur quod prius mensurantur tempore quam aeternitate* (mala scilicet qua mala) *quia deformitatem illam non habent quatenus sunt praesentia Deo, sed potius quatenus procedunt à causa deficiente.* At ista procedendi invita prorsus methodi Scholasticae Minerva; Nam perperam admodum instituitur comparatio. Videas enim, quaeso, qualia sint, inter quae comparationem instituit: nimirum membra comparationis haec sunt quatenus sunt praesentia Deo, & quatenus à causa deficiente procedunt. At, inquam, haec non sunt opposita quoniam alterum negandum sit, alterum affirmandum. Verum, si membrum unum oppositionis sit, quatenus sunt praesentia Deo, tum membrum alterum huic congruenter oppositum esse debet, quatenus praesentia sunt in seipsis, vel quatenus existunt in seipsis. At secundum neutrum horum procedens, propositio Navarretti veritatem obtinet. Nam sicut non habent deficientiam quatenus sunt praesentia Deo, seu quatenus coexistunt Deo, ita neque habent deficientiam quatenus praesentia sunt in seipsis, seu quatenus existunt simpliciter in seipsis. Neque enim existentia alicujus rei potest esse causa cur res aliqua sit talis. Hoc probe adverterat Navarrettus, & proinde, ut salva res esset, congruentem membrorum oppositionem misere pervertit, atque mala deficientiam suam habere, non qua praesentia sunt in seipsis seu quatenus existunt in seipsis, sed quatenus procedunt à causa deficiente; at istud membrum nullam oppositionis congruentiam habet cum membro superiori. Verum quidem est, mala habere suam deficientiam quatenus procedunt à causa deficiente; sed tum propositio congrue opposita quae neganda esset, procedere debuit in hunc modum; Mala non habent suam deficientiam quatenus procedunt à DEO causa indeficiente; & sic, fateor, congrue procederet opposita affirmatio in hunc modum; sed deficientiam suam habent quatenus procedunt à causa deficiente. Verum hujusmodi argumentatione, longe deerrat à legitima probatione ejus quod intenditur. Nam licet mala non repetant suam deficientiam à DEO, sed à causa deficiente, hoc tamen nihil impedit quo minus quum primum existant in seipsis etiam ipsi DEO coexistant. Nam tam monstra rerum dum existunt simul coexistunt DEO, quam perfectissima quaeque. Et quemadmodum fit in naturalibus, ita etiam in moralibus: Tam CHRISTI crucifixio qua talis quum primum existebat, etiam coexistebat Deo, quam Christi sui ipsius sanctificatio qua talis. Itaque ut speciem probantis faceret, membra oppositionis tam inscite composuit praeter omnem congruentiam, uti jam dictum est. Atque ista Navarretti gesta egregia documenta sunt, ipsum animo parum sincero ad istam controversiam Theologicam tractandam accessisse. Sed confirmationem etiam subjectam exploremus. *Confirmatur*, inquit, *quia successio non convenit rebus prius secundum mensuram aeternitatis quam secundum mensuram temporis, quia rerum aeternitate non sunt per modum successionis, & ita prius considerantur successive ut correspondens tempori quam ut correspondens aeternitati: ergo à fortiori dicendum est de illis imperfectionibus.* Res temporales esse in aeternitate nihil aliud est quam aeternitati coexistere. Et negari non potest res temporales dum existunt etiam secundum successionem suam coexistere aeternitati. Cum igitur negas res esse in

æternitate per modum successionis, cum ipsa successio, contrariatur æternitati, & consequenter etiam dicenda sit esse in æternitate ? Sed & absurde dicitur, successionem convenire rebus secundum mensuram temporis. Nam prius est successionem convenire rei quam mensurari à mensura aliqua : & quod prius est non potest dici convenire alicui secundum id quod posterius est. Hæc dicta sunt de mensura temporis, quatenus tempus consideratur ut mensura extrinseca successionis. Sin sumatur pro successione ipsa sive duratione rei successivæ, quemadmodum usitate tempus rei alicujus ponitur pro duratione rei successivæ ; nihilo minor erit hujus phraseos anomalia ; Neque enim successio dici potest convenire rei secundum successionem. Denique si successio non convenit rebus prius secundum mensuram æternitatis quam secundum mensuram temporis, tum successio rei non existit in æternitate prius quam in tempore ; ergo non omnia quæ existunt in tempore, prius existerunt in æternitate. Hinc sequitur etiam nec motum prius extitisse in æternitate quam in tempore : & consequenter nec nota sunt DEO ab æterno ; quia cognitio futurorum, juxta vestra dogmata, præsupponit existentiam eorundem in æternitate. Ad extremum, ab æterno cognovit Deus res omnes successivas quà successivæ, ergo & quà successivæ existebant prius in æternitate. Nam sicut non novit rem futuram nisi supposita ejus existentia in æternitate, ita non novit rem esse talem nisi supposito eam talem existere in æternitate, & consequenter etiam non novit rem talem futuram quà talis, nisi præsupposito eam existere talem quà talis in æternitate. Advertatur etiam in his nihil de novo probatum esse à Navarretto, sed fundat se in dissertatione superiori, quam jamdudum profligavimus.

Navar. *Septima Conclusio. Absolute loquendo, nullum est malum quod prius non extiterit in æternitate tanquam in mensura quam in tempore ; hoc est, quod prius non extiterit in æternitate, quàm extiterit simpliciter ; hoc est quod prius non coextiterit æternitati, quam coextiterit æternitati. Nam sine dubio quam primum extitisset in tempore, hoc ipso coextitisset æternitati. Sed probationem audiamus.*

Probatur inquit, Nullum est malum quod prius non fuerit cognitum à Deo quam sit : ergo prius est in æternitate tanquam in mensura.

Respons. At, inquam, nullum est malum quod prius non fuerit cognitum à Deo quam sit, idque quà malum : ergo etiam quà malum prius est in æternitate tanquam in mensura.

II. Forte nullum est malum quod prius non fuit cognitum ab Angelo quam sit, (saltem de malis plurimis illud negari non potest.) Unde sequitur mala ista prius esse in ævo Angelico tanquam in mensura.

III. Cur, quæso, cognitio rei temporalis futuræ magis requirit præexistentiam ejusdem in æternitate, quam cognitio rei localis futuræ requirit præexistentiam ejusdem in immensitate ? Sed probationem hujus consequentiæ nullam attexit, forte temeritatem eam ex superioribus excusandam. Totus est in probatione antecedentis, de quo hodie nemo dubitat ; in cujus tamen explicatione claudicare deprehenditur, ut, cum ait, *mala quidem prius esse in cognitione Divina quam sint, sed non in quantum mala*, hoc autem notabiliter falsum est ; hinc enim sequeretur, cognitionem mali quà malū est non esse in Deo ab æterno, sed eidem suboriri de novo. Rursus, si non modo actus malus sed & malitia ejus fuit ab æterno Deo cognita, tum ab æterno in cognitione Dei fuit non modo actus ipse malus sed & quà malus ; At omnis malitia futura fuit ab æterno DEO cognita. Ergo. Sed & mox profitetur DEUM *cognoscere mala in quantum mala, prius quam ipsa mala sint in se* ; tantum addit hoc fieri *ex parte rerum cognitarum*, quam cautionem judico procedere ex Cabalismis Navarretti, quamque nec ipse quidem satis intelligat ; quasi hoc ageret non ut Lectorem suum informaret, sed potius ut judicium ejus confunderet. Certè cognoscit Deus malum quà malum originem habere ex parte rerum. Omnis enim malitia non à Deo est, qui deficere non potest, sed à causis secundis deficientibus : at licet malitia sit à creatura, non tamen sequitur cognitionem hujus malitiæ Deo accrescere ex rebus ipsis, magis quam cujuslibet rei alterius à DEO cognitæ. Absurde arguit, dum sic disputat ; *Ipsa ratio cognoscendi mala non sumitur ex malitia ipsorum ; ergo ipsa mala sunt cognita prius quam sint in seipsis* ? Etenim primo, quid opus est ejusmodi conclusionis probatione operosa, quæ extra omnem controversiam ponitur ? Quis enim hodie dubitat, quin mala sicut & bona à Deo cognoscantur, antequam sint in seipsis ; Nec solum mala ipsa, sed & malitiam ipsorum constat à Deo cognitam esse antequam in seipsa existat. Secundo, sicut ratio cognoscendi mala non sumitur ex malitia ipsorum, ita ratio cognoscendi malitiam ipsorum non sumitur ex rebus ipsis quæ malæ sunt, unde via aperitur idem concludendo de malitia rerum atque de rebus ipsis, quorum tamen discriminationem haud mediocrem hic loci agitat Navarrettus. Postea pollicetur ostendendum, quomodo intelligatur quod Deus cognoscit mala quia sunt ; ubi advenerit executio, considerabimus ; interea nil omnino causæ video, cur Deus magis dicatur cognoscere mala quia sunt, quam & bona quia sunt. Sed jam proximo accepturi sumus conclusionis superioris probationem ; nam hactenus in rebus prorsus alienis versatus est, nescio quo consilio nisi forte ut Lectoris attentionem frangeret, atque hoc modo judicium ejus corrumperet. Sed qualis qualis fuerit, eandem excipere in procinctu sumus.

Præterea probatur Conclusio : Deus habet ideam in quâ repræsentantur mala secundum hanc suâ rationem : ergo mala saltem in esse cognito prius sunt in æternitate quam in tempore ; Et consequenter opinio Molinæ circa certitudinem quam habet scientia Dei de rebus postquam sunt & non antea, non habet locum etiam in certitudine quâ Deus certò cognoscit mala futura. Sed & ultra infertur, quod cognitio illa & idea divina se extendunt ad illam differentiam temporis in quo erunt producta mala, tanquam ad aliquid contentum sub mensura cognitionis ejusdem. Fit ergo consequens, ut & mala ipsa prius sint in æternitate, quam in aliqua differentia temporis. Navar.

At cùm probandum fuit, mala prius esse in aeternitate quàm in tempore; ea verò probas prius à DEO cognosci, quod nemo negat, & sufficere putas ad probationem, modò addas *saltem haberi esse in aeternitate, nimirum quatenus sunt in esse cognito*: quasi verò esse in aeternitate diversas species sub se contineret, quarum altera sit à Deo cognosci. Admodum ridiculè. Nam esse in aeternitate est habere existentiam realem in aeternitate; at esse in cognitione Dei nihil aliud est, quam esse in eâ intentionaliter non realiter. Nec aliquid rei mensuratur aeternitate dum tantum à Deo cognoscitur, sed sola Dei cognitio mensuratur aeternitate. An verò sobriè ageret, qui diceret futura dum ab Angelo cognoscuntur, hoc ipso esse in aevo Angeli? Et quamvis putem illam quam vos fingitis rerum existentiam in aeternitate prius quam sint in tempore, esse somnium hominis: tamen tantum absum à derogando aliquid certitudini praescientiae rerum futurarum Divinae, ut prorsus incredibile mihi videatur, vel Molinam unquam in tam absurdam sententiam praecipitem se dedisse, ut scientiae Divinae futurorum certitudini quicquam praejudicaret. Agnosco cognitionem Divinam non modò ad res ipsas sive bonas, sive malas futuras se extendere, sed & singulas temporis differentias in quibus res illae futurae erunt junctim comprehendere; atque hanc rerum futurarum cognitionem in DEO mensurari aeternitate: at prorsus nego hinc sequi aut has temporis differentias aut res ipsas in illis aliquando extituras, prius in aeternitate existere quàm in tempore. Et satis mirari non possum, Navarretum adeo accuratam methodum philosophandi prae se ferentem, & profundis speculationibus non vulgaribus se immiscentem, & admodum magnificè se gerere affectantem, tam turpiter se dare, cùm ad argumenta deventum est; nullâ enim vel tolerabili ratione eum hactenus contendisse deprehendimus; nihil vel vulgari Theologo dignum in hoc apice controversiae praestitisse comperimus.

Replic. Hinc pergit ad notandum nobis, quod *ex duplici capite res dicantur prius esse in aeternitate quàm in tempore: Primò scilicet ex illa derivatione quâ derivantur à DEO secundum perfectionem quam habent, & secundum rationem universalem sub quâ prius attinguntur à DEO sub mensurâ propriae operationis Divinae, quàm attingantur ab aliquâ causâ particulari etiam sub mensurâ particulari talis causae. Et sic*, inquit, *consequens est quod mala non sunt prius in aeternitate quàm in se vel in tempore, licet ratione materialis in quo fundatur deficientia eorum prius sint in aeternitate.*

Respon. Jam antea hujusmodi speculationes à Navarreta accepimus. Libenter agnoscimus omnes rerum perfectiones à Deo derivari, sed in genere causae efficientis, non in genere causae formalis aut materialis, sicut flumina derivantur à mari, aut aquarum ductus à flumine aliquo: addo etiam ex mea sententia, non modò secundum rationem universalem, sed & secundum omnem earundem rationem perfectiones illas à Deo derivari in genere causae efficientis: cujus tamen efficientiam promptè damus praeter esse quacunque causae secundae efficientia ad eandem rem producendam cum Deo concurrentis: Mala autem, cum non sint perfectiones sed defectiones, nequaquam derivantur à Deo, quà mala, sed potius à causis secundis deficientibus. Hoc tamen nihil obstat, quo minus sint prius in aeternitate, juxta vestram theologiam, quàm in tempore. Hoc enim nihil obstat, quo minus quando existunt in tempore etiam aeternitati coexistant, idque toti, cum aeternitas non habeat partes. Hinc autem vobis solenne est concludere etiam ab aeterno res extitisse in aeternitate, & consequenter prius extitisse in aeternitate quam in tempore; unde pari per omnia ratione etiam de malis concludi potuisset, idque quà mala sunt, quod scilicet prius existant in aeternitate quàm in tempore. Quod si & mala quà mala, sive ipsa rei malitia à Deo ab aeterno cognita esse potuerit, nihil obstante quod non prius existeret in aeternitate quam in tempore; pari ratione etiam caetera omnia DEO cognita esse potuerunt ab aeterno, licet nequaquam prius existerent in aeternitate quam in tempore. Quod verò obiter stringis *de mensura propria operationis Divinae*, quo tendat nescio, nisi forte innuere velis (ut imposturis tuis Lectorem capias) non nisi aeternitatem mensuram esse propriam operationum Divinarum: quod quidem verum est de operationibus naturae Divinae intrinsecis, quae dicuntur emanationes, quales sunt Filii generatio, Spiritus Sancti processio: At secus se habet de operationibus Dei ad extra, quae quidem fiunt aliae post alias atque omnes in tempore. Nam & operationes Angelorum non modò extrinsecae sed & intrinsecae & vitales, quales sunt actus volendi & cognoscendi, propter successionem quâ aliae succedunt aliis mensurari dicuntur tempore discreto, licet ipsum esse Angelorum, quia nullam admittit successionem, aevo mensuretur & non tempore. Ita tamen fatetur mensurari aeternitate, quatenus dum fit in tempore, hoc ipso necesse est ut coexistat aeternitati, quemadmodum res etiam temporales à DEO productae, quam primum producuntur coexistunt aeternitati; verum hoc nullius momenti est ad inferendum vel ipsam Dei operationem temporariam, vel rem ipsam temporalem à DEO productam prius in aeternitate existere quam in tempore. Quum autem ais, mala futura non esse prius absolutè in aeternitate quam in tempore, quia quicquid descendit & participatur ab aeternitate est bonum; hoc tantum agis ut cum ratione insanire videaris. Inprimis jam olim docuit Augustinus, quod etiam *mala esse bonum sit; & non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat* (recte quaeso cujus generis sint ista) *vel ipse faciendo*. Et ipse fateris, DEO decernente permittere peccatum, necesse esse ut malum fiat; unde manifestum sit idem esse, sive dicas Deum decrevisse malum permittere, sive Deum decrevisse ut malum fieret ipso permittente. Verum transeat illud: Propius urgeo, ex vestra sententia necesse esse, ut tam mala quam bona ab aeterno extiterint in aeternitate, & consequenter prius existant in aeternitate quàm in tempore. Nam ad hoc probandum urgetis, cum aeternitas indivisibilis sit, necesse esse ut quicquid aliquando coexistat aeternitati, coexistat eidem

toti, & consequenter semper eidem coextitisse; est hoc præcipuum argumentum inter alia; At, inquam, pari ratione etiam malum, quod malum, ab æterno coextitisset æternitati, quandoquidem aliquando coextitit ei ideoque ut toti, cum æternitas sit indivisibilis. Nec obstat quod non participetur ab æternitate; neque enim hoc impedit quo minus coexistat eidem; Apparet enim coexistere eidem in tempore; ergo hoc nequaquam impedit quo minus etiam coexistat æternitati postquam præterita sit aut priusquam sit, si modo res aliqua vel antequam sit vel postquam esse desierit possit coexistere æternitati, quæ vestra sententia est. Sed & quæ philosophiaris de descensu rerum & participatione ab æternitate, quasi eadem essent ista cum rerum existentia in æternitate, nullius pretii esse docimus. Admodum impropriæ sunt locutiones quæ rigorem non ferunt; Neq; enim res creatæ sunt quasi divinæ naturæ particulæ à DEO decisæ, sed à Deo tantum procedunt in genere causæ efficientis, non autem in genere causæ formalis aut materialis; à Deo, inquam, procedunt non secundum notionem æternitatis ejus, sed secundum notionem voluntatis & intellectus ejus. *Operatur enim omnia Deus, non secundum æternitatem suam, sed secundum consilium voluntatis suæ.* Et cur res dicantur descendere & participari ab æternitate Dei magis quã ab immensitate ejus, penitus nil causæ esse video. Itaq; licet postea dicas eas, quæ sunt in æternitate descendere, secundum quoddam genus causalitatis, ad proprias existentias, secundum proprias mensuras; prudens tamen dissimulasti, quodnam sit hoc genus causalitatis, ne sic forsitan fabas aliquas in caput tuum cuderes. Et cum fingis res prius existere in æternitate, atq; inde descendere ad proprias suas existentias, secundum proprias suas mensuras, mitam prodis inventionem & fictionum istiusmodi admodum feracem. Ut meo judicio dignissimus sis qui familiæ vestræ sis à fictionibus. Pari fictione præstare posses, ut postquam desierunt existere existentia propria & secundum mensuram propriam, sive per corruptionem sive per annihilationem, ascendant rursus ad veterem suam originem & existentiam in æternitate; Ego verò commodius esse judicarem, ut fictiones istæ ascenderent in crucem, & laqueo suffocatæ cruciandis hominum ingeniis in posterum supersederent, quamvis fœtum tuorum tantis laboribus partorum infelix & propudiosus exitus genitorem suum haud leviter excruciaret. Rursus, cum dicis res istas aliquo modo prius produci à Deo in æternitate quàm in tempore, videtur nondum tibi satisfactum esse tuis fictionibus illis; nam quis sit ille modus aliquis, nondum assecutus esse videris; sed gravidus mordens hunc etiam modum aliquando, sed nescio quando, fortè enitaris, & orbi Christiano hâc etiam ex parte gratificaberis.

Object. *Præterea dicuntur res prius esse in æternitate quam in tempore considerando æternitatem solum in ratione mensuræ excellentis & quæ absq; aliqua imperfectione mensurat mala quantumvis deficientia. Et sicut ipsa mala sunt in cognitione Divina ad modum ipsius cognitionis; ita eadem sunt in mensura æternitatis ad modum ipsius mensuræ. Sed sicut mala immediatè per seipsa non possunt esse in cognitione Divina: ita neq; possunt primò per se intrare mensuram æternitatis, sed ad modum ejusdem mensuræ.*

Hic nimirum est posterior modus secundum quẽ res prius dicuntur esse in æternitate quàm in tempore, quem tanquam ex cathedra dictas. Habeo tamen adversus eum pauca. Primum enim, licet æternitas sit longè excellentior tempore in genere entis, tamen minimè videtur excellentior in genere mensuræ presertim quoad nos. Nam per mensuram fit ut quantitas rei nobis innotescat; ad rerum temporalium durationis quantitas per æternitatem nobis notificari non potest; per tempus, potest. Secundò, licet æternitas sit excellentior quam tempus, tamen hoc nihil obstat quo minus res sint prius in tempore quàm in æternitate. Nam & ævum præstantius est tempore; nec tamen hinc quicquam obstat, quo minus res sint prius in tempore quàm in ævo; præsertim cum non aliter dici possint res temporales esse in ævo, nisi quatenus dum sunt in tempore coexistunt ævo; sed nec aliter dici possunt esse in æternitate, quàm quatenus dum sunt in tempore coexistunt æternitati. Et sicut mala sunt in cognitione divina ad modum cognitionis ejus; annon & perinde sunt in cognitione Angelica, ad modum scilicet cognitionis Angelicæ? Sed quisnam sit hic modus cognitionis, secundum quem existunt in cognitione, item quis sit modus mensuræ æternitatis secundũ quem existunt in mensura æternitatis, non exponis. Existimo tamen modum istum esse modum impartibilitatis & indivisibilitatis; quod quidẽ de cognitione verũ esse non diffiteor; quippe cùm esse in cognitione sit duntaxat esse intentionale; Neq; mirũ, si intentio rei divisibilis sit indivisibilis. Nã sicut indivisibiliter vult Deus ut sint res divisibiles; ita easdem res divisibiles indivisibiliter cognoscit. Quod tamen perinde admittere non possũ de modo existendi in æternitate; hujusmodi e. existentia rerum ponitur esse secundũ eorum esse reale: At prorsus nego esse reale rei divisibilis esse indivisibile. Nã & cum res existunt in tẽpore, etiam in æternitate existunt, (quatenus eidem coexistunt,) sed non indivisibiliter; sicut aquæ prçterlabentes palum in flumio fixum non indivisibiliter coexistunt palo, sed divisibiliter & successive, & consequenter etiam palus ipsis coexistit successive, sine tamen successione aliqua in palo, abunde ad hoc sufficiente successione aquarum fluentium extra palum. Sed & non solum mala sed & bona sunt & in cognitione Dei ad modum cognitionis ejus, & in mensura æternitatis ad modum ipsius mensuræ; quare quemadmodum iste modus existentiæ nihil efficit rerum bonarum existentiæ prius in æternitate quàm in tempore; ita etiam nihil incommodat rerum malarum existentiæ prius in æternitate quàm in tempore. Sed & nihilo minus impartibiliter existunt temporalia in ævo Angelico quàm in æternitate: an verò propterea etiam prius existunt in ævo Angelico, quàm in tempore? Certè malum cum sit privatio, nec existere potest nisi in alieno fundo, nec cognosci nisi per formam quam privat; per formam, inquam, non tanquam medium cognoscendi, sed potius tanquam formam cognoscendi. Verum hoc in præsenti non quæritur, utrum immediatè & per seipsa & primò possint in- Resp.

trare

[illegible] cognitionis sub aeternitatem: sed potius [illegible] possint existere in aeternitate quam in tempore.

Colliga conclusio: [illegible] incompossibilia & contraria [illegible] simul [illegible] fuisse in aeternitate.

Respons. Ad istam conclusionem quod attinet, jam diximus quae necessaria visa sunt in congressione cum Alvarez de rerum ab aeterno cum aeternitate coexistentia.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO QVINTA.

An existentia rerum in aeternitate sit ratio formalis vel conditio, ut cognoscantur à Deo.

Navarr. NUnc *Navarrettus: impossibile est quòd futura contingentia cognoscantur à Deo nisi sint illi praesentia in aeternitate. Probatur: unumquodque objectum cognoscibile debet applicari potentiae cognoscenti secundum mensuram ipsius potentiae & actum quidem; & impossibile est quòd potentia feratur in aliquod objectum, nisi sub tali mensura sit applicatum: sed mensura cognitionis Divinae est aeternitas: ergo impossibile est quòd aliquid cognoscatur à Deo nisi sit praesens ipsi Deo in aeternitate.*

Respons. Negamus unumquodque objectum cognoscibile debere applicari potentiae cognoscenti secundum mensuram ipsius potentiae; negamus impossibile esse quod potentia feratur in aliquod objectum nisi sub tali mensura sit applicatum. Cujus rei ratio in promptu est. Nam ut Angeli cognoscant aliquid, nequaquam requiritur, ut illud quod cognoscunt applicetur ipsis sub mensura aevi Angelici. Nam & quae praeterita sunt cognoscunt Angeli, an verò propterea dices etiam quae praeterita sunt existere in aevo Angelico? Sed & quicquid natura sua est cognoscibile, non necesse esse [illegible] ut hoc ipso cognoscatur à scientia infinita. Quid quòd sicut Dei cognitio est infinita, ita etiam & potentia Dei est infinita? an verò perinde negabis potentiam ferri posse in aliquid creando ipsum, nisi prius objectum illud sit sub tali mensura applicatum? Si reponis, ita esse, nempe prius esse à Deo volitum quàm creatum, [illegible] quae illam applicationem [illegible] esse demonstret. Inprimis enim non [illegible] Scholastici, è quibus etiam est Aquinas [illegible] mundum creatum esse potuisse ab aeterno; & consequenter non prius volitum fuisset quam creatum, sed utraque ratione ab aeterno. Secundò igitur [illegible] me ad potentiam volendi, nempe si non possit ferri in aliquod objectum nisi sub tali mensura fuerit applicatum, sequitur res omnes futuras prius Deo praesentes fuisse in aeternitate quàm essent volitae. Item cognoscit Deus non modò futura, sed & possibilia, ergo etiam possibilia Deo praesentia [illegible] in aeternitate antequam cognoscerentur à Deo. Sed secundò principaliter adversus [illegible] illud dogma [illegible]. *Si futura praesentia Deo fuerint in aeternitate antequam cognoscerentur*, tum vel natura sua vel aliunde [illegible] Deo in aeternitate praesentia; non verò [illegible] prius; si aliunde, ergo à voluntate Dei; Ergo, inquam, vel decernente ut aliquando fierent in tempore, vel decernente ut jam essent praesentia in aeternitate: si decernente ut aliquando fierent in tempore, quis non videt hoc ipsum abundè sufficere ut à Deo cognoscantur, quamvis nullam habeant de [illegible] praesentiam in aeternitate? Sin non nisi decernente ut jam praesentia sint in aeternitate, quis unquam auditum est hujusmodi decretum introducere? Secundò, vel hujusmodi decretum sufficit ad creationem rerum, vel non; si sufficit, tum omnia simul fierent; Nam in hujusmodi decreto nullum fundamentum apparet differentiae alicujus temporalis in rebus futuris. Sin non sufficiat, tum addendum est huic decreto decretum aliud de creatione rerum; [illegible] sequitur duplicem admittendam esse uniuscujusque existentiam in aeternitate, alteram ex decreto creationis ejusdem fluentem (Nam ex eo sequitur quod aliquando coexistet aeternitati, idque toti, & consequenter ut ab aeterno coexisterent eidem, secundum splendidam horumque Doctorum Philosophiam,) alteram à speciali decreto proficiscentem. Praeterea, si Deus decernat rem esse praesentem in aeternitate ab aeterno; sequitur objectum aliquod decreti Divini tam aeternum esse quàm decretum ipsum. Sed probationes Navarretti inspiciamus.

Navarr. *Sicut, inquit, potentia visiva non potest videre nisi objectum sibi applicatum secundum propriam [illegible]: ita qualibet alia potentia in attingendo suum objectum, servat modum & mensuram propriam. Et sicut potentia visiva non potest ferri nisi in rem corporaliter praesentem, propter limitatum modum & materialem attingendi objectum: ita Deus propter illimitatum modum attingendi quodlibet objectum non potest illud attingere nisi sit sibi praesens secundum illam mensuram supremam aeternitatis,*

Respons. Nempe solenne est Navarretto demonstrationes suas comparationibus quibusdam absolvere. Est enim fingendi artifex admirabilis, nihil dubito quin si ad Poëticen colendam animum appulisset, cum primis nobilis Poëta prodiisset, adeo ut vel Homerum ipsum, vel Virgilium, vel Chaucerum nostrum superasset. Nisi quod comparationes ejus ut plerunque nec ingenium oleant, nec sapiant subtilitatem. Dico igitur, ut visus apprehendat objectum, sufficit ut sit visibile & secundum debitam loci distantiam approximatum, similitas temporis in quo existant, conditio est admodum remota, ad rei intuitionem conducens, longe congruentior est distantia loci. Rursus, licet objectum visibile nulli sit mutationi obnoxium, & consequenter nullam admittens successionem, hoc tamen nihil obstabit visioni. Nam & Angeli vident ea quae geruntur in terris quantumvis mutabilia, nec tamen ad hoc requiritur ut transferantur in superiorem aliquam mensuram quae sit aevum Angelicum. Corporalis praesentia rei ad hoc

requi-

requisita ut à potentia visiva videantur, non est præsentia temporis, sed præsentia loci: unde juxta præsentem comparationis genium, sequeretur, ut ad cognitionem futurorum Divinam requiri longè potiùs ut res sint præsentes Deo in immensitate quàm in æternitate.

Navarr. *Præterea: Impossibile est quòd Deus cognoscat rem aliquam ut sibi futuram: ergo necessariò cognoscit omnem rem ut sibi præsentem. Probatur consequentia.*

Respons. Totus est Navarretus in probatione consequentiæ quæ probatione nulla indiget: Antecedens autem quod suo succo vitiatum vult, sola ambiguitate pascitur, unde fit, ut postquam tollatur ambiguitas, prorsus evanescat. Quæ futura sunt mihi, futura non sunt nisi aut naturæ meæ accrescant intrinsecùs, aut extrinsecùs conducant, verumtamen qualiacunque fuerint si modò futura sunt, certè futurū est ut mihi coexistant, modò permaneam quoad usque existant, atque hoc sensu etiam mihi futura sunt. Ad Deum accommodentur illa; nihil, fateor, futurum est Deo: neque enim fieri potest ut quicquam accedat Deo quod vel naturam Dei perficiat aut corrumpat intrinsecùs, vel extrinsecùs eidem vel commodet vel incommodet. Sin hoc sensu procedat, quo scilicet dicatur aliquid futurum ut Deo coexistat; sic quæcunque futura sunt etiam Deo perinde atque alicuicunque futura sunt; hoc est, futurum est ut Deo aliquando coexistant, quod de existentia rerum in tempore ne Navarretus quidem negaverit. Sed & vult insuper coexistere Deo ab æterno ut sic sint Deo præsentia quæ ab eodem cognoscantur: sed & dicimus etiam ab æterno Deo ad cognitionem præsentia fuisse, non secundum esse reale, quod obtinere cupit Navarretus, sed duntaxat in esse volito quod sufficit ad hoc ut cognoscantur; quæ tamen præsentia nec in tempore est nec in æternitate, quæ quidem sunt mensuræ rerum secundum durationem earundem quæ supponunt existentiam realem, sed potiùs est præsentia rerum in esse intentionali, nimirum in esse volito.

Navarr. *Præterea: Quando res ipsa cognita est præsens in tempore non cognoscitur novo modo à Deo: ergo si tunc cognoscitur ut præsens, anteà etiam cognoscebatur ut præsens. Antecedens constat: Sed tunc potest cognosci ex parte Dei ut præsens in tempore quia cognitio Divina ex se abstrahit à tempore, ergo debet cognosci ut præsens in æternitate.*

Respons. Concedimus Antecedens, sed cum distinctione: non cognoscitur novo modo ex parte cognoscentis, cognoscitur novo modo ex parte rei cognitæ, hoc est, cognoscit Deus rem esse præsentem in tempore quando in tempore præsens est, cùm anteà nec præsens esset in tempore, nec præsens esse in tempore à Deo cognoscebatur. Ratione esse rei in tempore, antequam est, cognoscit Deus futurum esse; cùm est, cognoscit præsens esse; postquam est, cognoscit præteritum esse; & secundum hunc sensum præsentiæ, falsum est Deum non cognoscere rem præsentem esse quando præsens est, aut rem futuram esse quando futura est, aut præteritam esse quando præterita est. Dices, si priùs cognovit futuram esse, nunc autem cognoscit præsentem esse, ergo alio atque alio modo cognoscit: Nego consequentiam. Hoc autem est tantùm cognoscere rem pro alio atque alio tempore alio atque alio modo se habere, nempe olim futuram fuisse, nunc præsentem esse, postmodum præteritam. Deus autem hæc omnia uno atque eodem modo cognoscit, nimirum ut in esse volito apud Deum; & proinde una atque eadem est formalis cognitio in Deo quâ cognoscit rem & futuram, & præsentem, & præteritam. Nam sicut rem aliquam determinatè futuram esse pro certo tempore est & determinatè futuram tantùm esse antequam tempus illud advenerit, & præteritam esse postquam præterierit; ita scire rem aliquam pro certo tempore præsentem esse, est, & scire ante illud tempus futuram tantùm esse, & præterito illo tempore fuisse præteritam. Sed neque Navarretus audet negare Deum cognoscere rem etiam tempore præsentē esse quando tempore præsens est; aut hinc inferre, ergo etiam cognovisse præsentem esse pura tempore; tantùm ait, si tunc cognoscitur ut præsens, anteà etiam cognoscebatur ut præsens; In quâ tamen phraseologia & alios indistinctè ambiguitate, & ipse se. Nam quando res præsens est tempore, & dicitur cognosci ut præsens, ut plurimùm nihil aliud valere putat ut illud, quàm sicut res præsens est, ita etiam cognosci præsentem esse. At secundum hunc sensum falsissima est consequentia Navarreti; neque enim sequitur, si Deus novit præsentem esse in tempore, quando tempore præsens est, etiam novisse anteà præsentem fuisse tempore, quando tempore præsens non erat; Sic enim non cognosceret, sed potiùs erraret. Item, juxta hunc sensum falsum est quod mox suggerit, non posse scilicet cognosci ex parte Dei ut præsens in tempore. Quid enim? annon Deus potest cognoscere rem tempore præsentem esse quando tempore præsens est? Si non possit cognoscere, certè non cognoscit, & consequenter ignorat rem præsentem esse tempore quando præsens est. Sed alio sensu minus vulgari procedere potest; ut scilicet particula illa [ut] notet modum seu rationem quâ cognoscit Deus. Et sic verum est, licet Deus cognoscat rem præsentem esse tempore, quando præsens est, tamen non cognoscit ut præsens est: hoc est, præsentia rei in tempore non est Deo ratio cognoscendi rem ipsam, aut radix & fundamentum ejus; sed ne præsentia quidem rei in æternitate, fatentibus ipsis Dominicanis, Deo ratio est quare cognoscat res. Dei potiùs voluntas ratio est cognoscendi omnia, sive futura, sive præsentia, sive præterita. Et sicut essentia Dei repræsentat Deo omnia possibilia, ita voluntas Dei repræsentat ipsi omnia futura, præsentia & præterita. Quare cùm cognitio Divina non resultet ex præsentia rei sicut resultat nostra; licet in nobis mutetur notitia rei per ejusdem absentiam quando ipsa res fit præsens, tamen in Deo talis mutatio dari non potest. Sed & ejusdem rei sive in futuritione sua, sive in præsentia, sive in præteritione permanentis notitia mutatur per dies, imò per horas, in nobis, non sic in Deo. Falsum est, rem quando est in tempore cognosci à Deo in seipsa, magis quàm priusquam esset in tempore. Neque enim præsentia rei in tempore seu in seipsa est Deo ratio cognoscendi ipsam; cognoscit quidē Deus rem esse quando est, cùm anteà tantum cognosceret eam futuram esse;

Nec

Nec tamen ista existentia ejus in tempore tantum fuit in intellectu Divino in esse objectivo, fuit etiam etiam apud Deum in esse volito. Sed & existentia rei in seipsa ex quo à Deo volita fuit, terminavit cognitionem divinam, quam tamen existentiam tantum novit futuram esse antequam esset, prout futuritio opponitur præsentiæ secundum esse reale; non autem prout futuritio opponitur præsentiæ secundum esse intentionale, nimirum in esse volito apud Deum. Certe vere & realiter cognoscitur à Deo secundum se, non propter aliquem respectum rationis qui consequatur cognitionem divinam (hoc enim esset assignare rationem admodum præposteram quasi posterius esset ratio prioris, quale commentum nisi me fallit memoria occurrit apud Vasquium Jesuitam;) sed neque quia Deus in sua æternitate cognorit &c. quia hoc est præferre rationis assignationem, quæ tamen redeat in rationis nullitatem; ac si diceres *cognovit quia cognovit*. Quod autem addis, *quasi in subsidium, in æternitate cognovit*. Si phrasis admitteretur, tamen quænam est hæc rationis assignatio. *Ideo cognovit quia in æternitate cognovit?* quid enim? cum dicis Deum cognovisse, annon vis Deum in æternitate cognovisse, & an decorum est vice rationis subjicere, *quia in æternitate cognovit?* Sed & nimis absurda est ista phrasiologia, cum pari ratione dicere potuisses, Deum in immensitate cognovisse atque in æternitate; atque etiam in æternitate voluisse, perinde ac in æternitate cognovisse; Veruntamen si rationem commodam assignare voluisses, eam à voluntate Dei accersivisses; quippe quæ repræsentat Dei cognitioni intuitivæ omnia futura, sicut essentia ejusdem repræsentat cognitioni divinæ quæ dicitur simplicis intelligentiæ, omnia possibilia. Quare licebit nobis non majoris facere conclusionem tuam, quam ex his colligis, quàm præmissas ipsas (sunt enim nugæ pluquam aniles omnia.

Futura semper sunt præsentia Deo in esse volito non tantum in esse cognito; Sed ista præsentia duntaxat procedit secundum esse rerum intentionale; præterea sunt præsentia Deo, (licet ista præsentia nihil conferat ad cognitionem earundem quæ Deo competit,) etiam secundum esse reale quatenus præsentia rerum dici æstimari solet secundum earum coexistentiam illi rei cui præsentia dicuntur; & sic nec coexistunt Deo nec præsentia sunt Deo, scilicet secundum esse ipsarum reale, nisi quando existunt simpliciter in tempore. Et Deus habet omne quod requiritur ad faciendas res præsentes sibi utroque modo, in esse intentionali per decretum & cognitionem, in esse reali per productionem earundem actualem. Facere autem rem aliquam sibi præsentem secundum rationem mensuræ, est phrasiologia Navarreto peculiaris, ad instar Paracelsi phrasiologiarum quibus canere solebat sibi & musis suis; sed Paracelsus sibi notos habebat terminos suos, ego vix existimo Navarretum satis compotem esse dialecti suæ. Et miror quod non tam rationem habeat mensuræ immensitatis quàm æternitatis, præsertim cum de ejusmodi mensura philosophatur à qua res descendant & participantur. In quo genere major ratio meo judicio haberi debebat immensitatis quam æternitatis. Nam immensitas cum virtualis sit activitatis rationem induit, non sic æternitas. Et proinde cum derivatio rerum à Deo sit duntaxat in genere causæ efficientis; virtualis Dei immensitas longe aptiosior in hoc genere videtur quàm æternitas, quæ nullam omnino rationem activitatis induit.

His nihil obstantibus meditationes suas nobis commendat Navarretus tanquam diligenter advertendas; progrediturque ni fallor in rejiciendo commentum Vasquii aut nescio cujus, quasi diceretur Deus cognoscere ex tempore res prout existentes in seipsis, quia scilicet ex rebus creatis, secundum suas existentias particulares, solum resultat in Deo respectus quidam rationis. Ego vero talem sententiam non majoris duco quam somnium hominis; Agnosco respectum rationis ortum ex cognitione rerum in Deo sequi, non ex vi mutationis creaturarum, secundum quam existunt in tempore, nec ex vi præsentiæ rerum qua Deus illas habet præsentes in mensura suæ cognitionis, nam ad hoc sufficeret esse rei cognitum quam qua mensura mensuratur Dei cognitio, eadem mensura mensurantur res ut cognitæ, nimirum secundum esse ipsorum in esse cognito; Sed ex vi præsentiæ ipsarum naturâ prioris ipsarum cognitione, nimirum in esse volito apud Deum; quod quidem esse volitum est etiam esse rerum intentionale, sed prius intentionali altero ratione cognitionis divinæ. Falsum est, Deum continere creaturas sub notione æternitatis; multo commodius diceretur continere eas sub notione immensitatis. Revera, in potentia sua continet creaturas omnes, quas etiam producit secundum consilium voluntatis suæ, quemadmodum *operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, ut testantur sacræ literæ. Sed quatenus sunt in esse volito, etiam mensurantur æternitate (quemadmodum & ipsa Dei volitio) sed duntaxat secundum esse rerum intentionale, non reale, nec facit sibi præsentes ut mensuratæ sunt, sicut nec volitionem suam facit sibi præsentem ut mensurata est; sed potius sicut prius est volitio Dei, & deinde mensuratur æternitate. Ita etiam prius res sunt à Deo volitæ, & deinde mensurantur, (in esse volito) ab æternitate. Quare formaliter continentur non tam in æternitate Dei quam in volitione ejus, & per volitionem suam facit eas præsentes sibi & cognoscibiles in genere rerum futurarum.

Quæ sequuntur Sectione proxima, probasunt qualia nondum occurrerunt per universam illam Dissertationem quinq; Sectionibus comprehensam; nempe dum notandum monet, quod, Quando datur actio divina ad extra terminata ad rem in se & prout de novo recipit esse, resultat respectus rationis in Deo ex vi illius novi esse quod recipit creatura: Cæterum respectus rationis (de quo in præsenti) non resultat ex re cognita secundum se, quia intellectio divina, non terminatur primario ad rem ut est in se, sicut terminatur creatio, sed ad rem prout est in intellectu divino. Et ita licet eo ipso, quo res habet esse à Deo per creationem dicatur Deus de novo illam creare, non tamen eo ipso quo habet esse eadem res secundum propriam mensuram dicitur Deus de novo illam cognoscere.

Decima

Navar. *Decima Conclusio: Deus non cognoscit res futuras quia existunt in sua æternitate, sicut nihil, quia dicat rationem formalem cognoscendi: probatur; Ratio formalis cognoscendi in Deo desumitur ex objecto motivo ipsius Dei. Sed objectum motivum est sua essentia secundum quod præscindit à quacunque mensura, Ergo. Probatur Minor. Etenim essentia divina secundum quod præhabet in se perfectionem omnium rerum est ratio cognoscendi easdem res; sed præhabere illam perfectionem abstrahit ab omni mensura. Ergo.*

Respons. Istam Conclusionem non abnuimus, sed in probatione dissidemus. Existimamus essentiam Dei sub ratione essentiæ repræsentare cognitioni divinæ res possibiles duntaxat, sed voluntatem Dei repræsentare cognitioni ejus res futuras. Rursus, nullam perfectionem creatam in Deo esse statuo formaliter, sed duntaxat eminenter. Eminenter autem in Deo esse statuimus non modò perfectiones rerum sed & imperfectiones, modò reales fuerint & positivæ. Mihi vero videtur non tam essentiam Dei quàm voluntatem ejus esse rationem cognoscendi res futuras; quatenus scilicet constituit res omnes in esse cognoscibili in genere futurorum.

Navar. *Undecima Conclusio: Ex præsentia rerum in æternitate sumitur cognoscibilitas earum secundum omnimodam uniformitatem. Explicatur & simul probatur hæc Conclusio. Sicut enim in quacunque cognitione datur ratio substantialis quæ sumitur ex ordine ad objectum primarium, & datur modus quidam tendendi in idem objectum: ita ex parte objecti datur ratio substantialis cognoscibilitatis, & ratio peculiaris modi quo est cognoscibile. In præsenti ergo si creatura consideretur quoad cognoscibilitatem substantialem qua sunt cognoscibiles à Deo, sunt in essentia divina tanquam in ratione formali motiva sicut dictum est in præcedenti conclusione, sicut etiam cognitio divina habet suam perfectionem substantialem quatenus respicit essentiam divinam. Cæterum sicut cognitio ipsa dicitur perfectissime uniformis, secundum quod mensuratur æternitate ad modum supra explicatum, ita creaturæ dicuntur cognoscibiles sub ista uniformitate quatenus sunt in eadem mensura æternitatis, & sic manet explicata, & probata Conclusio.*

Respons. Quo melius sibi prospiciat Navarrettus in sententia sua tuenda, de præsentia rerum in æternitate, philosophatur citra distinctionem. Quidquid in Deo est etiam in æternitate est, & pariter mensuratur æternitate atque Deus ipse. Res autem omnes futuræ sunt in Deo secundum esse intentionale ipsarum, quatenus sunt in esse volito apud Deum. Ut negamus res futuras esse in Deo aut in æternitate ejus secundum esse ipsarum reale. Fatemur dari rationem substantialem cognoscibilitatis rerum & rationem peculiarem modi quo sunt cognoscibiles. Nam essentia Dei repræsentat res in esse possibili atque ita constituuntur à Deo cognoscibiles in genere possibilium. Rursus, voluntas Dei repræsentat res ut futuras (repræsentat enim ut à Deo volitas) & hoc ipso constituit eas in esse cognoscibili in genere futurorum. Atque hoc modo sunt in æternitate Dei nimirum secundum esse intentionale, non reale. Obiter adverto fallū esse quod ait Navarrettus, Cognitionem Dei dici perfectissime uniformem secundum quod mensuratur æternitate. Neque enim quia æternitate mensuratur Dei cognitio ideo est uniformis, sed quia uniformis est, ideo mensuratur æternitate. Nam licet esse Angeli mensuretur ævo, tamen cum cognitio Angelica admittat successionem, ideo non mensuratur ævo sed tempore saltem discreto, uti loquuntur Scholæ. Iam diximus quo modo Creaturæ sunt & cognoscibiles, & mensurantur æternitate, nimirum quatenus ab æterno sunt apud Deum in esse volito.

Agnoscimus sufficere ad hoc ut à Deo cognoscatur aliquid quod sit cognoscibile. Hoc autem dicimus rebus omnibus futuris competere quatenus sunt apud Deum in esse volito, ex quo sequitur esse etiam in æternitate, etiam antequam cognoscantur prioritate naturæ sive rationis; sed solum secundum esse intentionale rerum, non autem secundum esse reale. Essentia divina præhabet in se res futuras, eminenter non formaliter, repræsentatq; cognitioni divinæ duntaxat secundum quidditatem & possibilitatem earundem, non autem secundum futuritionem earundem in tempore. Sola voluntas ex determinatione sui circa futuritionem rerum repræsentat eas tanquam futuras, quatenus repræsentat eas tanquam à Deo volitas ut existant aliquando in ævo aut in tempore. Nec quærimus in præsenti de cognitione rerum in quocunque genere, sed duntaxat in genere certo, nimirum in genere futuri; sic autem non cognoscit ea quæ nunquam futura sunt. Obiter advertatur Navarretti phrasiologia, cum dicit Deum cognoscere ita certò res quæ nunquam futuræ erunt in æternitate, atque eas quæ futuræ sunt. Distinguit ergo de rebus quarum aliæ nunquam erunt in æternitate alia autem futuræ sunt nempe in æternitate: Ergo inquam quæ futura sunt, non fuerunt ab æterno in æternitate sed aliquando existent in æternitate, nempe quum primum existent in tempore (non antea) quod & verissimum est.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO SEXTA.

Quid de Cognitione certa futurorum ex parte objecti cogniti.

Navar. *SUpposito quod, Certitudo divina quoad rationem substantialem, non sumitur ex præsentia rerum in æternitate, dubitatur an ex parte rerum cognitarum sumatur certitudo ex ista præsentia. Sit ergo duodecima Conclusio, secundario & ex parte objecti cogniti desumitur certitudo & infallibilitas cognitionis divinæ futurorum contingentium, ex præsentia ipsorum in æternitate. Itaque cognitio Dei ut terminatur ad futura, dicitur certa & ratio formalis illius firmiter adhæsiva, atque infallibilis, quia ex parte objecti dicitur Deus certò assentiri eidem, est præsentia*

ejusdem

ejusdem objecti in aeternitate: probatur. Certitudo cognitionis ipsam magis [illegible] habet modum [illegible] [illegible] cognitionis creaturarum. Sed quando Cognitio creaturarum terminatur ad rem in se ipsa secundum praesentiam realem, tunc cognoscitur [illegible] aliquid [illegible] certo [illegible]: Ergo.

Equidem intelligere Navarretum formalitates apud animum meum, tanquam melioris notae Scholasticum; & licet methodo obscuriore passim usum fuisse deprehenderim, adeo ut haud facile mihi fuerit ex transcurrente dissertationis ejus consideratione aut argumentorum ipsius efficaciam clare perspicere, aut adversariorum rationum solutiones ab ipso expositas quam feliciter successerint explorare; tamen hoc tribuebam partim doctoris profunditati partim meis legentis aut incapacitati, aut considerationi superficiariae. Itaque non admodum libens accessi ad provinciam illam in me suscipiendam. Sed quia videbam misere neglecta a Jesuitis (licet enim sententiam illam de aeterna rerum in aeternitate praesentia passim invadunt, tamen ad solvendas rationes ab hujus dogmatis assertoribus adlubitas nequaquam se accingunt justa aliqua disputatione. Praesertim vero mirabar Gabrielem Penottum ad humanam libertatem propugnandam magno hiatu prodeuntem sententiam illam quam probare non potest, tam superficialiter perstrinxisse. Ne Alvarus quidem hac de re disputationem justo Marte profligandam suscepisse; Navarretum vero licet aliquot annis ante Alvarem prodierit in lucem in totum missum fecisse, Autore ipso nec nomine tenus memorato.) Itaque operae pretium duxi ut quorum Autorum (ut in re Scholastica meo judicio gravissimorum) sententiam non probarem, etiam dissertationes eorundem in sententia illa propugnanda positas, examini Scholastico subjicerem & ad calculos revocarem. Et nequicquam obstante Navarretti obscuritate cum eodem mihi congrediendum duxi. Exploratis itaque non paucis video Autorem illum expectationem meam plurimum fefellisse, nec famae nominis sui ulla ex parte respondisse, sed methodum Scholasticam saltem in hoc apice misere corrupisse. Alvaris scripta uti haud difficulter intelligo, ita etiam plurimi facio, quippe qui expectationem meam superabat potius quam fefellit, licet in omnibus apicibus nequaquam illi assentiar, imo in ipsius Aquinatis interpretatione, in qua versatissimi videri volunt Dominicani, quandoque ab eo dissideam. At apud Navarretum in adversum apud me prope feruntur omnia. Nam secundum res gestas ejus in ista dissertatione serit animum meum suspicio, ne etiam ad veritatem propugnandam in aliis articulis dilatior accedat quam solidior, & sua sola obscuritate sibi ab adversariis suis consulat. Ex re nata sunt meditationes illae & ex dissolutissima quam hic instituit rerum propter omnem debitam oppositionem comparatione. Item probandum in se susceperat certitudinem cognitionis divinae, (sic enim malo dicere & non certitudinem divinam phraseologia Navarreti memorata incongrua) *neque quoad [illegible] ex praesentia rerum in aeternitate, saltem quod attinet ad rationem ejus substantialem*, hic juxta debitam & congruam oppositionem quam praefert, quisque expectaret ut hoc non obstante ostenderet, quomodo ex rerum praesentia in aeternitate certitudo divinae cognitionis haberi possit secundum aliam aliquam rationem non substantialem, ejusque explicationem propositum iri consideret. At non ita se gerit Navarr. sed ostendendum proponit quod ex parte objecti cogniti desumitur certitudo illa; Ac si sic inscripsisset, *Licet certitudo divinae cognitionis rerum futurarum habeatur quoad ex praesentia earundem in aeternitate, tamen potius habetur ex parte objecti cogniti.* Atqui Navarretus non negavit simpliciter certitudinem illam haberi posse ex praesentia rerum in aeternitate sed duntaxat secundum quid, nempe quoad ad rationem ejus substantialem. Rursus dum conclusionem proponit, sic occiditur: *Secundario & ex parte objecti cogniti desumitur certitudo &c.* quasi quaestio nequaquam procederet ex distinctione rationis substantialis & rationis alterius non substantialis, idque respectu praesentiae rerum in aeternitate; Sed ex distinctione certitudinis desumendae aut primario aut secundario, eaque conjuncta cum distinctione quadam prout habitae ex parte objecti cogniti, vel prout habitae ex parte alicujus alterius, quod quid sit nondum assequor. Et quod maxime perturbat omnia, etiam in hac conclusione profitetur certitudinem illam desumi ex praesentia rerum in aeternitate. (Cujus adversativam praeferre videbatur saltem quod attinet ad rationem substantialem certitudinis, nec tamen aliam rationem secundum quam procederet loco ejus ullam substituit.) Et sane sententia proxime subjecta conclusioni, facit ut suspicer comparationem adversativam hanc in modum instituendam esse. *Non ex praesentia rerum in aeternitate, sed ex parte objecti cogniti desumitur certitudo, &c.* tanquam ex ratione formali & proxima, licet forte existentia earundem in aeternitate sit ratio certitudinis illius fundamentalis & remota. Atque hinc est quod ait desumi certitudinem illam & ex parte objecti cogniti, & ex praesentia rerum in aeternitate pro ratione distinctionis jam memoratae. Sic enim subjicit: *Itaque Cognitio Dei ut terminatur ad futura, dicitur certa & ratio formalis illius firmae adhaesionis quae ex parte objecti datur Deus certo assentiens eidem, est praesentia* (mendum procul dubio typographicum universam sententiam alioqui non admodum illustrem aut perspicuam tenebris plusquam Cimmeriis prorsus obruens corrigendum meo judicio dicendumque *ex praesentia*) *ejusdem objecti in aeternitate.* Ergo terminatio cognitionis ad futura, est formalis causa quare cognitio denominetur certa, firma & infallibilis. Huic enim asserendo tendit ratio succedens. Vult enim cognitionem divinam habere modum certitudinis cognitionis illius quae reperitur in creaturis. Creaturae autem tunc dicimur certo aliquid cognoscere, quando cognitio ipsarum terminatur *ad rem in se ipsa secundum praesentiam realem.* Haec dicta sunt ad explicandum atque illustrandum illum Doctorem perplexum; Nam nil causae video quin Maimonides tandem aliquando de hoc suo elogio cedat ipsumque Navarretto (quippe qui meruerit) communicari idque haud aegre patiatur. Perplexitatem itaque autoris in proponenda Sententia sua feliciter enarrati sumus; jam videamus quam sit solida. Imprimis de-

fecit; præsertim certitudinem cognitionis divinæ congruentem esse certitudini cognitionis nostræ. Et certè apud nos cognitio abstractiva cedit certitudini cognitionis intuitivæ. Nam & nos utriusque capaces sumus, & in utramque rerum ab objectis patimur, etiam ita se res habet nobiscum in utraque cognitione. Et an æquum fuit certitudinem divinæ cognitionis in tantum prostituere ut congruere faciat cum certitudine cognitionis humanæ? Deum quidem habere modum certitudinis nostræ. Sed tantum dicis & procul dubio tam facile est nobis delere quam tibi pingere. An non hæc tendebat perplexa & admodum aliena conclusionis illius propositio, ut ad eam introducta nulla cohærentia composita; nempe ad obtundendum lectoris animum ne ad prodigiosam illius sententiæ tuæ constitutionem considerandam facile excitaretur, & obstupesceret? Absit ut nos Deo tribuamus cognitionem aliquam ad nostram formatam sive abstractivam sive intuitivam. Deus dicitur habitare in obscura nube. Nam licet etiam dicatur *habitare lucem*; additur tamen *lucem* istam *inaccessam* esse. Neque mirum, si propter inaccessam ejus conditionem videatur nobis adinstar tenebrarum. Nam & bubonibus commodior est nox quam lux solaris; Et jam olim professus est philosophus intellectum nostrum ad res sublimes caligare tanquam noctuas solet ad solem. Quod si cognitio divina non sit ad modum cognitionis nostræ, cur certitudo cognitionis divinæ fingeretur ad certitudinem cognitionis nostræ? Secundò, nemo est qui neget cognitionem divinam terminari ad res ipsas secundario; licet primario terminentur ad videndam essentiam suam & voluntatis suæ determinationem. Sed ut certior evadat, requiris objecti præsentiam in æternitate; & quid hoc aliud est, quam arcessere certitudinem ejus à præsentia rerum in æternitate? Quam tamen sententiam in ipso vestibulo amolitus es. Quid quod existentia rerum in tempore est existentia simpliciter dicta, existentia in æternitate est tantum secundum quid; priorem autem existentiam nequaquam requiris ad astruendam divinæ cognitionis certitudinem, sed duntaxat posteriorem. Et facile credo ad certitudinem divinæ cognitionis stabiliendam, tantum requiri præsentiam & existentiam in æternitate secundum quid, nempe secundum esse rerum intentionale non reale, nimirum dum sunt apud Deum in esse volito. Et quæ major fingi potest certitudo cognitionis rei futuræ quam quæ fundatur in decreto Dei, qui nec mutabilis est ab intrinseco nec ab extrinseco resistibilis.

Navarr. *Præterea futurum ipsum contingens non habet ex parte sua determinationem ad unum, quousque sit actualiter in se & extra suas causas: ergo ex se non est cognoscibile sub omnimoda certitudine & determinatione ad unum, quousque habeat dictam determinationem. Sed in rebus ipsis contingentibus reperitur dicta determinatio, quatenus sunt præsentes in æternitate, ergo ut sic sunt cognoscibiles certo à Deo secundum modum dictum.*

Respons. Hoc est, res sunt actualiter in se & extra suas causas, & consequenter determinatæ ad unum, quatenus sunt præsentes in æternitate; & quomodo quæso non sunt actualiter in se & extra suas causas nec consequenter determinatæ ad unum? cujus quatenus non sunt in tempore: portenta distinctionum quæ propè in capite nobis obtrudit Navarrettus, in quibus fundet certitudinem cognitionis divinæ, quam miseram esse necesse sit quæ talibus defensoribus egeat. Credo igitur postquam res existunt in tempore, certitudo divinæ cognitionis incrementum capere, quippe quæ terminabitur ad existentiam rerum non modo secundum quid ita dictam, sed & simpliciter; & consequenter ad res non secundum quid tantum determinatas sed & simpliciter; non secundum quid tantum extra suas causas sed & simpliciter; hoc est, non secundum quid tantum per creationem productas sed & simpliciter. Sunt enim isti distinctionum flosculi quos nobis communicat Navarrettus. Et quare quæso non sint res cognoscibiles omnimoda certitudine antequam existant? præsertim si bene perpendatur in quo genere dicantur cognoscibiles. Neque enim agimus de cognitione rerum quæ cognoscuntur præsentes seu existentes esse simpliciter. Hujusmodi autem cognitio sub hac forma impossibilis est, antequam existat simpliciter. Sed tantum de ejusmodi cognitione qua cognoscitur futurum esse ut existant simpliciter. Hæc autem futuritio jam determinata est, & extra suas causas non secundum quid sed simpliciter, ex determinatione scilicet voluntatis divinæ. Nam cùm natura sua tantùm essent possibiles; ex conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ transierunt ex voluntatis divinæ determinatione, eoque tam ad unum determinatæ sunt in genere futuri, quàm si actualiter existerent, determinatæ essent in genere existentis. Et ex consequenti tam sunt certo & infallibiliter cognoscibiles tanquam futuræ, quàm sunt cognoscibiles tanquam in tempore præsentes, quando actualiter existunt.

Falsum est quod ais, cognitionem divinam certiorem esse secundum quod terminatur ad futura in seipsis, quàm secundum quod terminatur ad ea ut sunt in suis causis ad unum determinatis. Nam extra controversiam futura sunt in seipsis quando actualiter existunt in tempore, perinde atque quando præsentia sunt in æternitate, imo magis. Nam illa existentia in æternitate est tantummodo secundum quid, at ista in tempore est simpliciter dicta. Nec tamen dum existunt in tempore certius à Deo cognoscuntur quàm antequam existerent cognoscebantur à Deo in causis suis. Certe antequam existunt in tempore non omnino cognoscuntur à Deo quod existant in tempore. Nam cognoscere aliquid existere quod nondum existit, non tam est cognoscere quàm errare. Sed nihilominus certo cognoscit futura quod existant antequam existunt, quàm cognoscit ea existere cum primum existunt. Imo una & eadem est apud Deum ista cognitio. Agnoscimus futurum contingens non posse certo cognosci in causa indifferenti ad utrumlibet. Potest in causa determinata ad unum; Atque hoc modo omnia futura contingentia certissime cognoscuntur à Deo in determinatione voluntatis suæ. Sed hujus considerationem ais te missam facere in præsenti: Sed de causæ determinatione ad unum agis seclusa determi-

terminatione Dei, quod nec ipse ignoras. Hujus autem considerationem non alio nomine quod sciam [illegible] facis, nisi quia [illegible] quæ hic prosequeris, non adeo opportunum esse prospicis. Addis admirandam sententiam & modo à te probatis plane repugnantem. Nam modo diceras cognitionem divinam terminatam ad futura in seipsis, certiorem esse quam terminatam ad ea ut sunt in suis causis determinatis. At hic profiteris Deum multo certius cognoscere futurum contingens determinatum quod est in sua præsentia, quia cognoscit causam illam determinatam quam si cognosceret idem futurum in seipso. Nisi forte causa determinata, cujus mentio fit utrobique, hoc loco alia atque alia sit; ut cognitio rei ex determinatione causæ primæ certior sit quam cognitio rei in seipsa; Cognitio autem rei in seipsa certior quam cognitio rei ex determinatione causæ secundæ. Hoc autem verum esse agnosco quatenus causa secunda, licet determinata ad aliquid agendum, tamen est impedibilis. Forte etiam secundum hunc sensum procedunt superiora, licet admodum perplexè proposita. Sed tum phrasiologia ista qua dicimur rem cognosci vel in seipsa vel in causa contingenti, liberanda est ab amphibologia. Nam cognoscere rem in causa, vel tantum significat & rem & causam rei à cognoscente cognitam esse, vel significat non modo & rem & causam rei à cognoscente cognitam esse, sed & causam rei esse causam etiam cognitionis; priori modo verum est, posteriori falsum, posito quod agamus de cognitione Dei; Neque enim Deus cognoscit rem ex causa contingenti quatenus est determinata tanquam ex causa cognitionis, sed sane cognoscit rem aliquam ex causa contingenti futuram, quod nihil omnino obest certitudini cognitionis divinæ. Neque enim fundatur Dei cognitio in causæ illius efficacia. Et sicut nihil obstat cognitionis divinæ certitudini ita commodat ad promovendam certam effectus à Deo decreti conditionem, nimirum ut eveniat contingenter. Nam quia quædam contingenter evenire vult Deus, ideo etiam contingentes causas ordinavit per quas contingenter evenirent. Ad eundem modum, cognoscere rem in seipsa ambiguè dicitur; Nam vel in seipsa notare potest causam cognitionis divinæ, & sic falsa est propositio; Neque enim res ulla sive existens in æternitate, (quomodo vos fingitis res futuras existere priusquam existant simpliciter) sive existens in tempore causa est cur Deus eam cognoscat; vel significat tantum Deum cognoscere rem in seipsa existentem; quæ quidem [illegible] duo complicat; alterum connotatum & præsuppositum, nempe rem in seipsa existere actualiter extra causas suas; alterum formaliter significatum, nempe hoc modo actualiter existentem à Deo cognosci. Ista æquivocatio multos promovet etiam Navarretum, atque ipsum autorem admodum fœlicem reddit in deceptione sui. Nos verò prorsus negamus, Deum hoc modo cognoscere rem aliquam futuram. Nam quamdiu futura est, nondum existit in se. Et apprehendere rem tanquam in seipsa existentem quæ nondum existit, non tam cognoscere est quam errare. Vultis futuros etiam res futuras quamdiu futuræ sunt, adhuc existere in æternitate. At inquam hoc figmentum vestrum probandum est vobis, non supponendum. Non placet quod ais, res perfectiori modo existere in causis suis quam in seipsis, si loquaris de causis secundis, uti præfers. Quis enim sobrius diceret, Regem Hezechiam perfectiori modo extitisse in patre suo Achazo quam in seipso? Rursusne in causa suprema, hoc est in Deo ipso existunt perfectiori modo quam in se, si de modo creaturis competenti philosophemur, & qui redundet in aliquod beneficium creaturæ. Modus enim ille est modus increatus, & Deo creatori tantum competens non creaturæ, quemadmodum *creatura in Deo* dicitur *creatrix essentia*. Terminatio cognitionis divinæ ad creaturam in seipso sicut nihil promovet cognitionem divinam, ita nihil promovet ejus infallibilitatem. Jam hujus phraseos amphibologiam [illegible] suscepi. Res in seipso existens procul dubio non est causa cognitionis divinæ. Nam si esset, procul dubio ut existens simpliciter, nimirum in tempore magis esset causa cognitionis divinæ quam ut existens secundum quid, prout vos fingitis futura jam ab æterno extitisse in æternitate. At certissimum est (neque vos negatis) rem in tempore existentem, minime causam esse cognitionis divinæ. At terminatio cognitionis divinæ ad rem futuram in seipsa tanquam actualiter existentem nihil aliud est præter figmentum vestrum. Etenim apparet non posse terminari ad rem futuram in seipsa tanquam actualiter existentem in tempore. Superest igitur ut intelligatur de terminatione ad rem futuram in seipsa tanquam actualiter existentem in æternitate. At hujusmodi existentiam nos explodimus, vos quidem fingitis. Sed æquum non est ut figmenta vestra in numerum principiorum, aut Fidei aut Philosophiæ recipiamus. Ad Ideas quod attinet, agnosco essentiam Dei repræsentare res omnes possibiles, voluntatem vero & determinationem ejus duntaxat repræsentare res futuras; Et tu ipse agnoscis Ideam practicam non repræsentare naturaliter Ideatum, sed in repræsentatione practica includi conformitatem ad liberam Dei voluntatem, qua Deus se determinat ad productionem talis rei ideatæ. Nec Scotus aliter negavit ideas sufficientem rationem esse cognoscendi res futuras qua quatenus proponebantur seclusa determinatione voluntatis divinæ.

Tertia decima Conclusio: Futura contingentia quæ essentialiter habent deficientiam, vel sunt peccata, cognoscit Deus tanquam in causa in sola causa creata. Hæc Conclusio est manifesta, quia deficientia cujusque effectus solum participatur à causa creata, non vero à prima causa; ergo si cognoscitur illa deficientia tanquam in causa debet cognosci in causa creata solum. Navar.

E quo sequitur quod non cognoscat Deus illam deficientiam in causa proxima per reductionem ad causam primam, quare ratio illa deficientiæ causa creata est velut causa prima, quæ ad nullam aliam reducitur.

Utinam conclusionem istam vel sola Aquinatis autoritate nobis confirmatam dedisset Navarretus, quippe quam rationibus ejus longe potiorem esse ducerem. Mihi vero incredibile videtur, ascendisse in animum Aquinatis, ut cognitionem rerum quarumcunque in Deo referret extra Deum tanquam cau- [illegible]

sa subjiceret. In primis itaque contra istam Navarretti Conclusionem sic disputo: Si in causa deficientiam cognoscit Deus, tum vel in causa considerata tanquam indifferenti ad utrumlibet, vel tanquam determinata ad deficiendum. Prius dici non potest; quia sic nequaquam infallibiliter deficientiam illam cognosceret Deus, quod & per se notum est & jam ex Aquinate hoc ipsum fassus est Navarretus hac ipsa sectione, his verbis; *Et quidem supponendum est ex Divo Thoma, in hoc articulo, quod quando futurum contingens cognoscitur in sua causa indifferenti ad utrumlibet, & prout indifferens est, non potest cognosci certo, quia non cognoscitur per videntiam ad causam determinatam & certam*; Sed neque posterius dici potest. Primò quia causæ determinatio ad deficientiam, vel idem est cum ipsa deficientia vel aliquid aliud. Si idem sit, tum non tam dicendus est Deus cognoscere deficientiam in causa quam in seipsa. Sed neq; dici potest Deum ab æterno cognoscere deficientiam futuram in seipsa. Nam cognoscere eam in seipsa, est cognoscere eam ut actualiter existentem. At Deus ab æterno non cognoscit deficientiam ut actualiter existentem. Nam si cognosceret, tum cognosceret vel ut actualiter existentem in tempore, vel ut actualiter existentem in æternitate. Non ut actualiter existentem in tempore; nam sic nulla futura cognoscit Deus, fatente hoc ipso Navarretto. Neq; enim illæ res futuræ ab æterno extiterunt in tempore: Sed nec cognoscit Deus deficientiam ut actualiter existentem in æternitate, nam licet alia omnia velit Navarretus extitisse ab æterno in æternitate; Non tamen mala quà mala, seu deficientias & peccata. Sin determinatio ad deficientiam sit quid distinctum à deficientia (quod tamen minimè videtur,) neq; enim fieri potest ut determinare se ad deficiendum non sit deficere; præterea sicut voluntatem determinare se ad volendum nihil aliud esse videtur quam voluntatem velle; ita determinare se ad deficiendum, nihil aliud esse videtur quam deficere) tum procedit argumentum de ipsa determinatione ad deficientiam; hanc enim præscit Deus ab æterno, idque infallibiliter, ergo vel in causa creata vel alio aliquo modo; quocunq; modo fiat eodē modo procuidubio præscit et deficientiam. Sin in causa, tum vel in causa ut indifferenti ad utrumlibet, vel determinata ad determinationem illam, atq; ita fiet processus in infinitū.

Secundò sic disputo, si in causa increata detur fundamentum cognitionis qua cognoscuntur peccata æquè atque bona opera, tum nulla ratio erit cur non sistamus in causa increata, dum reddimus rationem quare cognoscantur à Deo. At in causa increata perinde datur fundamentum istius cognitionis quà cognoscuntur, quod sic probo; Voluntas permittendi peccatum tam sufficiens causa est quare Deus cognoscat peccatū, quam voluntas concedendi gratiam est sufficiens ratio cognoscendi bonum aliquod opus. Ergo. Probatur Antecedens: si ex voluntate permittendi peccatum, necessario consequatur peccatū perinde atq; ex voluntate concedendi gratiam, necessario sequatur bonum aliquod opus, tum voluntas permittendi peccatū tam est sufficiens ratio cognoscendi peccatum quam voluntas concedendi gratiam est ratio sufficiens cognoscendi bonum aliquod opus. At ex voluntate permittendi peccatum necessario consequitur peccatum, ergo. Probo Minorem. Posita voluntate permittendi peccatum infallibiliter sequitur peccatum, ergo posita voluntate permittendi peccatū, satis Deo ratio infallibiliter ipsum cognoscendi. Probatur Antecedens: Posita permissione infallibiliter sequitur peccatum, ergo posita voluntate permittendi peccatum, sequitur infallibiliter sequi peccatum. Nam posita voluntate permittendi peccatum infallibiliter sequitur peccatū. Antecedens est ipsius Navarretti tomo secundo, controversia 26. pag. 558. in hæc verba. *Itaq; ex ea permissione divina non sequitur aliquod malum quamvis posita permissione infallibiliter sequatur tale malum.* Eodem loco disertè profitetur Deū ex dicta permissione tanquam ex ratione cognoscendi cognoscere ordinationem peccati in gloriam Dei. Et tum, *in eadem permissione cognoscit Deus peccatum ut futurum.* Vbi etiam obiter advertas eundem sine scrupulo profiteri Deum cognoscere peccatum ut futurum. In ista vero dissertatione ita se gerit, ac si vellet omnia futura à Deo cognosci non tanquam futura sed tanquam præsentia.

Tertiò, si Deus vult mala esse quemadmodum & bona; non in determinatione voluntatis suæ, tam promptum est Deo prævidere futura mala quam futura bona, Sed verum est Antecedens, ergo & consequens. Probatur autem Antecedens, Idem est, Deum velle ut mala fiant ipso permittente atq; Deum velle permittere mala; Sed Deus vult mala permittere, ergo vult ut mala fiant ipso permittente. Probatur Antecedens. Si ex permissione peccati infallibiliter sequatur peccatum, tum necesse est, ut qui vult permittere peccatum velit peccatum fieri ipso permittente, nisi forte ignoret quod ex permissione peccati infallibiliter sequatur peccatum, qualis quidem ignorantia Deo tribui nō potest. Etiam Bradwardinus demonstrat, *Quod si Deus vult aliquod antecedens, vult quodlibet ejus consequens* lib. 1. cap. 22. coroll. 2. Item: *Quod respectu cujuslibet, est Dei permissio est & ejus volitio actualis.* Ibid. cap. 33. Probatur etiam ratione: Omne bonum vult Deus esse. Sed mala esse bonum est, ergo & vult mala esse. Minor probatur authoritate Augustini, sed & Bellarminus fatetur his verbis; *Bonum est mala fieri permittente Deo.* Sed & disertissima est Augustini sententia asserentis mala etiam fieri volente Deo. *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit; vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Sed quia hactenus Jesuitis gratificatus esse videar, Itaq; proponam argumentum, quod tam Jesuitas obstruat perinde atque Navarrettum refellat. Enchir. cap. 95.

Quartò, Adami peccatum ab æterno futurum erat. At non ex natura sua; nam natura sua tantum fuit possibile; & Adamus natura sua indifferens ad utrumlibet. Ergo aliunde factum est ut ex conditione rei possibilis transiret in conditionem rei futuræ, idque ab æterno. At ab æterno nulla hujus rei causa dari potuit extra Deum. Ergo intra Deum quærenda est hujus rei causa, ergo vel à Dei scientia arcessenda est vel à Dei voluntate. Non à scientia Dei seclusa à voluntate. Neque enim scientia Dei seclusa voluntate ejus facit res futuras; ergo à DEI voluntate fuit quod ex possibili transiret in conditionem rei futuræ. Nempe quia voluerit Deus ut Adamus peccaret ipso

permit-

permittitur. Si hujus argumenti solutionem expediet ordo [illegible] ante adventum Christi, facile [illegible] expedire ante extremam [illegible] Antichristi. Sed Navarreti rationes in adversum examinemus. Vult conclusionem suam esse manifestam; ego verò jam probavi esse manifeste falsam. Ratio quam subjicit praeter nullius pretii est. *Deficientia (inquit)* nunquam effectus solum participatur à causa creata non à causa prima. At inquam non opus est ut participetur, tantum sufficit ut permittatur & permitti decernatur. Hinc enim scripto asserto infallibiliter [illegible] hunc tempore [illegible] futurae, (ut jam ostensum est) à Deo cognosci tanquam futurae. Addo etiam nihil opus esse ut deficientia participetur à quacunque causa; nam participari phrasi tua est per efficientiam communicari. At ne secunda quidem causa peccat sub ratione causae efficientis, sed duntaxat sub ratione deficientis, ut videas Lector quanta inscitia se gerat Navarretus in hujusmodi ratiocinatione. Etiam falsum est, causam secundam ratione deficientiae suae esse velut causam primam. Nam peccatum creaturae semper subordinatum permissioni divinae; & ut permissioni, ita etiam voluntati permittendi. Verumtamen opportet distinctio ferendum quam [illegible] hic propositio Navarreti, sine beneficio causae ipsius principalis [illegible] nostrae. Nam deficientia duplex est, vel naturalis, vel moralis; vel culpabilis vel inculpabilis vel in genere agentis ex officio, vel in genere agentis & non agentis ex mero beneplacito. Causa creata est non velut causa prima, sed simpliciter causa prima in genere deficientis moraliter & culpabiliter & in genere agentis ex officio. Sed Deus est causa prima simpliciter, ut in genere efficientis, ita & in genere deficientis naturaliter inculpabiliter & pro mero suo beneplacito. Quemadmodum & Bradwardinus jam olim demonstravit, *Quod in omni actione DEO & creaturae communi prius naturaliter est DEI [illegible] quam ipsam*; Item. *Quia DEUS certam actionem per creaturam non agit, ideo creatura illam non agit; & non e contra.* De causa Dei contra Pelagium lib. [illegible] cap. 32.

[illegible]

Navarr. *Quarta ejusdem Conclusio. Cognitio horum futurorum quando dependent ex causa libera deficiente non potest esse infallibilis etiam ex parte DEI, si cognoscantur in causa, & ex ejus determinatione, quâ dicta cognitio terminatur ad causam.*

Respons. Si non potest esse infallibilis si cognoscantur in causa, dic an decorum esse ascribere Deo hujusmodi cognitionem rerum, nempe in causa unde sequatur, cognitionem fallibilem Deo tribuendam esse. Sed sive causa sit determinata sive indeterminata ad producendum effectum, [illegible] est Deo tribuere cognitionem effectuum quae oriuntur ex causis secundis. Deus ex seipso novit & causas & effectus, & quod effectus proveniunt contingenter ex talibus causis; quod tamen infallibiliter novit quia non novit quod novit ex causis secundis, sed ex seipso. Sed neque effectus possunt cognosci infallibiliter à quocunque intellectu à causis secundis utcunque determinatis propterea quod licet causae non sint indifferentes ab intrinseco, tamen utcunque determinatae ab intrinseco sunt tamen impedibiles ab extrinseco, quemadmodum hâc ipsa sectione ipsum superius admonentem accepimus in his verbis: *Et quidem in causa quacunque determinata illo modo* (hoc erat secundum determinationem Dei) *potest impediri illud futurum, at vero in seipso non potest impediri*: itemque ut certius cognoscatur hoc futurum in se quàm in causa.

Falsum tamen est Deum non posse cognoscere defectus illos per reductionem ad causam. Licet enim non possit eos cognoscere, reducendo ad causam creatam, tamen potest cognoscere reducendo ad causam increatam; non qualem efficientem. (Neque enim defectus omnino habent causam ullam efficientem) sed deficientem; non moraliter aut culpabiliter, sed pro mero suo beneplacito, ut agentis in conferenda gratia qua peccatum impeditur, ita etiam deficientis in gratia qua vitatur peccatum deneganda, volendo scilicet peccatum permittere. Atque jam Navarretum ipsum accepimus profitentem, Deum in permissione sua (quod ego dictum interpretor de voluntate permittendi peccatum) cognoscere peccatum ut futurum; Deum autem velle peccatum permittere quid aliud est, quam velle peccatum fieri ipso permittente; juxta illud Augustini; *Non aliquid fit, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo*; & Bellarminus ipse profitetur *Bonum esse ut mala fiant DEO permittente.*

Itaque nulla subest ejusmodi necessitas quam fingit Navarretus, ad infallibilis Dei cognitionis incolumitatem, introducendi praesentiam rerum in seipsis in aeternitate. Nam in causa cognoscuntur infallibiliter, nempe in voluntate seu decreto Dei de futuris illis deficientibus permittendis Navarretto ipso alibi (extra praesentis disputationis aestum constituto) hoc ipsum agnoscente; nempe Deum in permissione sua, cognoscere peccatum ut futurum; Sed & fundamentum istius cognitionis ex parte voluntatis DEI dilucidum est, quippe quae sit ut ex rebus mere possibilibus fiant futura, & consequenter cognoscibilia in genere futurorum. Nam sicut potentia Dei omnipotentis nihil aliud praesupponit ad praestandum aliquod opus quàm ut opus illud sit possibile; ita intellectus Dei cum sit infinitus, nihil praesupponit ad cognoscendum aliquid quam ut illud quod cognoscendum est, sit cognoscibile in illo genere in quo cognoscendum est. Hoc autem peragitur, uti dictum est, à voluntate Dei determinante permissionem peccatorum. At de praesentia rerum in seipsis in aeternitate, cum sit conditio non possibilium sed futurorum, adhuc quaeri potest, qui fiat ut res natura sua duntaxat possibiles, praesentes fiant in seipsis in aeternitate, quae propria est conditio rerum futurarum. Hujus enim nulla causa fingi potest nisi recurratur ad divinae voluntatis hac de re determinationem. Rursus, praesentia rerum in seipsis in tempore, quae quidem est existentia simpliciter dicta, non omnino requiritur ad hoc ut à Deo cognoscantur; quanto minus praesentia rerum in seipsis in aeternitate ad hoc requiritur, quae quidem est existentia sic dicta duntaxat secundum quid. Nam honorificentius exigitur rei praesentia simpliciter dicta ad cognitionem Dei infallibilem

constituendam, quam ejusdem præsentia secundum quid, non quasi etiam illam sic dictam secundum quid interpretemur de præsentia apud Deum in esse volito; quæ etiam soli rei vult permittere peccata; quia sola sufficit ad res constituendas in esse cognoscibili in genere futurorum. Pollicetur explicandum, quomodo etiam infallibiliter cognosci possint in decreto divino, licet non tanquam in causa; At si in decreto divino possint infallibiliter cognosci, licet non tanquam in causa, non sequitur quia in nulla causa infallibiliter cognosci possint, ergo ut infallibiliter cognoscantur à Deo recurrendum est ad præsentiam eorundem in seipsis in æternitate, quæ una fuit notissima argumentatio. Ad quam etiam inconsequentem ratiocinationem, non redeo, sed injectâ fateor quasi hypothesi; putà modo agamus de cognitione rerum ut sunt extra Deum. At quid opus fuit ad tam infelicem hypothesim transitu, quasi vero omnino opus esset ut fingeremus in Deo cognitionem rerum ut sunt extra se. Hac enim via aperietur ad constituendam infallibilem Dei cognitionem rerum non modo ex præsentia earundem in seipsis in æternitate, sed ex præsentia earundem in seipsis in tempore. Nam procul dubio si considerentur ut sunt extra Deum, hoc modo se habere reperientur, non modo secundum quid, qualiter sunt in æternitate, sed & simpliciter qualiter sunt in tempore.

Navarr. *Quinta denique Conclusio: Deus non habet notitiam intuitivam horum futurorum definitorum vel aliorum contingentium nisi quatenus illa videt ut præsentia in æternitate secundum suam existentiam realem.*

Respons. Iam diu parturit Navarretus hujusmodi conclusionum solidam aliquam probationem sed, nullam hactenus enixus est. Iam autoritate contendit Boëtii & Augustini; quorum tamen uterque contendit futura Deo præsentia esse duntaxat ratione cognitionis earundem. Boëtii verba hæc sunt; *Quæ jam generantur in suæ simplici cognitionis considerat. Nam si præsentiam* (sic enim legendum, non autem *præsentiam* quomodo occurrit apud Navarretum repugnante loci sententia) *pensare velis qua cuncta cognoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiæ.* Procedunt illa comparatione habita ad cognitionem nostram; Nos enim aliter cognoscimus res futuras quam præsentes, & proinde merito præscientiam futurorum à præsentium visione distinguimus. At minimè sic se res habet in Deo, quippe cujus præscientia futurorum & præsentium contemplatio una atque eadem visio est. Nam sive in tempore futura, sive præsentia, sive præterita, pariter videt omnia apud se tanquam præsentia in esse volito. Ad eundem modum Augustinus, cujus hujusmodi verba sunt: *Quid autem futurum est DEO qui omnia supergreditur tempora. Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futuræ, sed præsentes, ac per hoc non jam præscientia sed tantum scientia dici potest.* Neque enim ita nos progredimur à præscientia futurorum ad visionem præsentium, ita progreditur DEUS. Sed quæ apud DEUM præsentia sunt in esse volito, videt DEUS eodem modo, sine mutatione quomodocunque mutentur res ipsæ ex statu futurorum in statum præsentium secundum existentiam actualem; ex statu præsentium secundum existentiam actualem in statum præteritorum. Ad eundem modum Gregorius, procedunque omnia ex genda conformitatem scientiæ divinæ ad conditionem cognitionis nostræ. *Omne* (inquit) *quod nobis fuit & erit in ejus præsentia præsens est.* Nimirum in esse volito, omnia futura sunt DEO præsentia; hoc est secundum esse eorum intentionale non reale; secundum quod sicut futurum est ut coexistant DEO, ita futurum est ut DEUS coexistat iis. Nec tamen propter illam rerum coexistentiam cum Deo prodeunt de novo in conspectum DEI, aut magis quam antea. Nam coram DEO esse secundum esse volitum à DEO, sufficit ad res omnes constituendas in esse cognoscibili idque in genere futurorum. Anselmus; *Quemadmodum præsens tempus continet omnem locum & quæ in qualibet loco sunt: ita æterno præsenti clauditur simul omne tempus; & quæ sunt in quolibet tempore.* Sic (inquit Navarretus) *loquitur de præsentia reali sicut locus est præsens tempori.* At inquam minimè necesse est, ut similitudo currat quatuor pedibus. Omnes partes spatii totius mundi simul tempore coexistunt, & proinde nihil mirum si tempus simul coexistat ipsis; at omnes partes temporis nequaquam existunt simul sed successivè. Sed quemadmodum si Deo liberet adhuc novum cœlum condere, eidem etiam coexisteret, sed non antequam cœlum illud ipsum existat; ita etiam & per æternitatem suam coexistet Deus tempori futuro quantumvis in longum producto, sed non prius quam tempus illud extiterit. Navarretus libens acquiescit autoritatibus istis.

Exinque infert DEUM semper habere notitiam intuitivam futurorum in tempore secundum quod illa habet præsentia in æternitate. At de curiosa illa distinctione de præsentia rerum secundum existentiam actualem in æternitate & in tempore, nihil omnino habent Doctores illi: Ego agnosco in DEO cognitionem omnium futurorum intuitivam ex præsentia eorundem apud DEUM in esse volito, hinc enim atque hinc tantùm fiant cognoscibilia in genere futurorum & consequenter etiam ex præsentia eorundem in æternitate sicut voluntas DEI mensuratur æternitate. Sed hoc modo apud DEUM res præsentes sunt duntaxat secundum esse eorundem intentionale; non autem secundum esse reale. Certe nihil cognoscitur à DEO prius ut absens, & postmodum præsens. Est hic modus cognitionis nostræ, sed divinæ cognitioni penitus incompetens. Sed semper sunt præsentia DEO in esse volito, atque ita ea intuetur DEUS. Cognitio intuitiva nequaquam tribuitur DEO ad modum cognitionis nostræ, sed potius ad distinctionem à cognitione quæ dicitur simplicis intelligentiæ. Nos enim patimur ab objecto præsenti, non sic Deus; sed posito quod res cognoscibiles sint in quocunque genere, hoc ipso cognoscuntur à Deo per infinitatem intellectus sui. Fiunt autem cognoscibiles in genere futurorum duntaxat per voluntatis divinæ determinationem.

DIGRES-

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO SEPTIMA.

Objiciuntur argumenta contra praecedentes Conclusiones & earum rationes.

Argum. *SEd contra Conclusiones istas & earum rationes arguitur primo: probabile est quod in intellectu possit dari notitia intuitiva rei singularis per solam extrinsecam denominationem, ipsiusmet rei singularis: ut si intellectus habeat conceptum rei universalis & singularis ejusdem universalis fiat praesens, consequenter intellectus idem singularis non quidem formando specialem conceptum ejusdem singularis, sed per extrinsecam terminationem singularis; ergo absque aliqua mutatione ex parte notitiae quam Deus habet de re futura, etiamsi talis notitia dicatur abstractiva, potest fieri intuitiva, per hoc solum quod res cognita fiat praesens & extrinsece terminet cognitionem divinam, vel saltem eadem probabilitate potest utrumque affirmari.*

Confirmatur: 2 Deus dicitur de novo aliquid velle, quod antea nolebat, & hoc ex mutatione rei volitae: Ergo similiter dicetur de novo cognoscere intuitive seu intelligere quod antea non cognoscebat, & hoc ex mutatione etiam rei cognitae, & consequenter per hoc quod res illa ponatur in rerum natura dicetur cognosci intuitive a Deo.

Respondeo, licet aliqualem probabilitatem habeat opinio, quam praesupponit (argumentum) quae est Cajetani, & sit quod absque mutatione substantiali conceptus quo concipitur ratio aliqua universalis & specifica, per hoc solum quod singularis illius natura fiat praesens intellectui, dicatur illa notitia intuitiva singularis illius: tamen nullo modo concedendum est, quod absque aliqua mutatione praedicti conceptus illa notitia fiat intuitiva. Imo necessario intervenit praesentia respectu intellectus quae non fit solum per denominationem extrinsecam: sed exposcit aliquam mutationem saltem accidentalem ex parte conceptus. Sicut enim probabile est quod idem conceptus in suo esse substantiali possit suscipere mutationem adveniente aliquo termino syncategorematico absque aliqua tamen speciali repraesentatione: sed solum per quandam positionem modum ejusdem conceptus. Ita in praesentiarum notitia intuitiva desumitur non ex mutatione conceptus per novam repraesentationem, sed ex novo modo ejusdem conceptus. In praesenti ergo est impossibile quod notitia quae in Deo est abstractiva, seu simplicis intelligentiae, fiat extrinsece intuitiva: Quia necessarium est ad eam quod intercedat aliqua mutatio ex parte conceptus, ita quod Deus de novo cognosceret illam praesentialitatem quam antea non cognoscebat.

2. Ad Confirmationem respondetur, quod cum res intelligatur secundum quod habet esse in intellectu, non dicitur intelligi de novo nisi de novo habeat esse in intellectu, quod non fit per solam denominationem extrinsecam. Secus autem cum voluntas Dei ordinetur ad perficiendam rem, quam Deus vult, ex sola perfectione talis rei dicitur Deus velle sua aeternitate illam de novo.

Respons. Deo cognitionem tribuimus quae dicitur simplicis intelligentiae, etiam cognitionem Deo tribuimus quae dicitur visionis. Cognitione simplicis intelligentiae cognoscit quidditates rerum omnium earumque complexiones necessarias; item complexiones rerum possibiles atque impossibiles. Cognitione visionis dicitur cognoscere ex possibilibus ea quae sunt futura, praesentia, & praeterita. Hujusmodi autem omnia sunt singularia. Nec tamen sicut in homine diversae facultates sunt quibus intelligit & videt: ita in Deo tale aliquid occurrere judicandum. Sed intellectu suo unico omnia contemplatur, omnia videt. At tamen pro ratione objectorum differentium concipimus eandem Dei cognitionem sub variis terminis; & aliam esse dicimus simplicem intelligentiam quae universalia & possibilia contemplatur; alteram visionis, qua singularia contuetur, eaque non ut possibilia sed ut futura vel praesentia vel praeterita, hoc est extra causas suas aut producenda aut producta. Prior cognitio Navarretto dici videtur etiam abstractiva, quatenus abstrahit ab existentia, posterior intuitiva, ut ab abstractiva distincta. Etiam extra controversiam est cognitionem illam abstractivam & simplicis intelligentiae natura priorem esse cognitione intuitiva. Illa enim naturalis est & necessaria; haec autem libera, & quae liberam divinae voluntatis determinationem praesupponat, aut saltem cum eadem conjunctissima sit. Hanc autem intuitivam cognitionem aeternam facimus & quae nunquam Deo accedat de novo. Licet enim res temporales quoad actualem ipsarum extra causas suas productionem succedant aliae aliis secundum temporum intervalla; tamen ex nova earum productione nequaquam accedit Deo intuitiva earundem cognitio de novo. Ne sic conditio cognitionis divinae, nimium indecore conformaretur ad conditionem imperfectae cognitionis humanae; quae nunquam intuetur res priusquam actualiter existant extra causas. Intuitus enim noster patitur ab objectis actualiter existentibus, & sensus noster tantum versatur circa singularia quae nulla sunt antequam producantur actualiter extra causas suas. Nec omnino scio quis sit, qui ista in controversiam vocet. Ex structura tamen primae istius rationis quid Navarretum occurrentem & Navarretti ad eandem responsionem, conjicere est, quosdam existimasse intuitivam illam cognitionem Deo tribui duntaxat per denominationem extrinsecam, ex nova rerum in actuali sua existentia praesentialitate. Nec sine dubio quin per anthropopathiam & conformitatem ejusdem ad similitudinem cognitionis humanae, sic Deo tribui possit, sicut etiam Deo oculos & aures, Scriptura docet, tribuere solemus: quasi Deus, licet noverit futura atque etiam praeterita, tamen non dicatur intueri res nisi tum sunt praesentes, & quam diu praesentes sunt. Et ut futurorum cognitio Deo tribuatur per modum

præsentiæ; tantumque eum cognosci per modum memoriæ (sic enim & ipse loquitur Augustinus atque etiam Scriptura sacra etiam præscientiam cognitio Deo tribuitur per modum visionis aut aspectus. Verumtamen comparatio cognitionis rerum futurarum, cum cognitione rerum præsentium, plurimum abludit à comparatione cognitionis rei universalis cum cognitione rei singularis. Nam in priore comparatione, membrum utrumque occupat cognitio rei singularis, quæ tamen in altero, tanquam futura; at vero tanquam præsens consideratur in altero. Sed nec omnino video, quomodo [illegible] rerum aliquem conceptum cognitio rei singularis superaddat cognitioni rei universalis. Multo probabilius conceptus rei singularis pueri Socratis ut præsentis, [illegible] nihil addere conceptui ejusdem ut futuri. Nam conceptus non modo est rei quoad essentiam universalem sed & quoad existentiam propriam, sed futuram, quæ tamen existentiæ futuræ non modo distat ab ejusdem præsentia, minus tamen quam universale à singulari.

Confirmatio [illegible] procedit & accommodatur. Certissimum est Deum non magis aliquid de novo velle, quam de novo intelligere; & si de novo vellet aliquid, etiam de novo illud aliquid intelligeret. Dicitur tamen de novo velle quia effectum producit de novo, quem tamen [illegible] ab æterno decreverat futurum, ita etiam ab æterno futurum præmoverat.

Ad responsionem Navarretti quod attinet, non video cui usui inserviat distinctio conceptus in substantialem & accidentalem; quæ quidem tantum procedit respectu rei conceptæ, non autem respectu conceptionis nostræ formaliter, quæ quidem unius non modo generis sed & speciei est, quamvis differant specie quæ à nobis concipiuntur.

Ratiocinatio [illegible] judicio licet interveniat nova rei præsentis respectu intellectûs in coexistentia posita cum intellectu, tamen nisi intellectus ab objecto præsentato in intellectione sua dependeat, nihil omnino faciet ad constituendam mutationem intellectûs subeuntem de novo, [illegible] sit in præsentia rerum in tempore nihil conferat ad intuitivam cognitionem Dei; nec etiam [illegible] possum quod præsentia rerum quam fingunt in æternitate quicquam conferat intuitivæ Dei cognitioni, cum sit præsentia non simpliciter dicta, sed tantummodo secundum quid; nec tamen quicquam conferat præsentia rerum simpliciter dicta. Honorificentius enim fuisset statuere intuitivam Dei cognitionem dependere ab eo quod nobilius est potius quam ab eo quod ignobilius. Dices fortean; atqui vos præsentiam rerum tantum secundum esse earundem intentionale admittitis, in quo fundatis intuitivam Dei cognitionem. Certe; at hoc tamen esse intentionale, revera non tam est esse rerum, quam esse ipsius Dei & creatrix essentiæ; ex quo tamen bene dicimus, ut res sint cognoscibiles in genere rerum futurarum, quippe cum sint à Deo decretæ, quo posito necesse est, ut intellectus pro infinita sua conditione easdem contempletur & comprehendat.

Navarr. *Secundò arguitur: Hæc valet, Nunc Antichristus non est ergo nunc non potest terminare intuitivam notitiam Dei. Consequentia probatur: Nam tenet à negatione superioris ad negationem inferioris. Planum majoris ad hujus argumenti propositionem in hunc modum: Antichristus nunc non est, ergo nunc non intelligitur esse, ergo non intuitiva Dei cognitione cognoscitur. Nam cognoscere intuitivè est cognoscere existere. Hoc enim locutio communis explicationi est allusionem, quam præsupponunt, & significat illam existentiam cognosci quasi cognitione quæ propterea dicitur intuitiva.*

Admodum prolixa & in longum deducta responsione ad hoc argumentum utitur Navarretus; distinguit enim de propositione illa (*Nunc Antichristus non est*) sensu duplici, & secundum utrumque responsionem suam accommodat in hujus argumenti solutionem. Primus (*inquit*) est quod Antichristus quantum est ex parte sua, & secundum proprium modum existendi & secundum propriam mensuram non est. Et sic (*inquit*) Consequentia [illegible] recte infertur ex hoc antecedenti debet sumi illum sensum: ergo Antichristus, quantum est ex parte sua, & in ordine ad propriam mensuram non est aptus terminare notitiam intuitivam Dei; & respondet concedendo, inquiens, *& hoc verum est; quia ratio dictæ terminationis quæ res non existentes in tempore terminant notitiam intuitivam Dei non sumitur ex aptitudine ipsarum rerum secundum se, sed ex eo quod trahuntur ex virtute superiori ad quendam modum essendi excellentiorem.* Pari ratione, ante quam Navarretus edidit libros adversus Jesuitas, si quis diceret, Navarreti libri adversus Jesuitas non sunt editi, is probe scilicet se verum dicere, nisi illis tam multis provisionibus illi opus esset, nimirum Navarretus quantum est ex parte sua nondum edidit, & secundum proprium modum existendi, & secundum propriam mensuram; quod tamen nihil impedit quo minus etiam tum libros istos ediderit *ex parte æternitatis & secundum ejus modum existendi & secundum ejus mensuram*; & sic libri ejus apti erant terminare notitiam intuitivam Dei, non in ordine ad propriam mensuram; sed tamen in ordine ad mensuram æternitatis. Porro, quando Antichristus est, non nisi juxta easdem cautiones affirmari poterit Antichristum esse, nempe ex parte sua, & secundum proprium modum existendi, & secundum mensuram propriam. Sed ne tum quidem erit aptus terminare notitiam Dei intuitivam quatenus scil. est ex parte sua, & secundum modum proprium existendi, & propriam mensuram. Nam sicut res non existentes non terminant notitiam Dei intuitivam, nisi ex eo quod trahuntur ex virtute superiori ad quendam modum essendi excellentiorem; Videtur etiam nec res existentes quidem secundum modum proprium & mensuram propriam satis aptas esse ad terminandum notitiam intuitivam Dei, nisi ex eo quod traherentur ex virtute superiori ad quendam modum essendi excellentiorem. Modus enim iste essendi excellentior, videtur dici in comparatione cum modo existendi proprio. Nam ex vi vocis grammatica planum est comparativè procedere. Nihil autem occurrit cum quo comparetur nisi aut cum modo existendi proprio rebus, aut cum modo non existendi earundem. At incredibile est, ut tam projectè comparatio institueretur, ut modus existendi in æternitate diceretur modus existendi excellentior modo non existendi. Quod si modus existendi rebus proprius non sit adeo excellens ut aptus sit terminare notitiam Dei intuitivam, sed ad hoc requiri ut modus existendi excellen- Respon.

excellen-

[illegible] certe quamvis Antichristus nunc existeret tali ex secundum modum proprium existendi & secundum mensuram propriam & quantum est ex parte sua, tamen nequaquam aptus esset ad terminandum notitiam Dei intuitivā. Atque hinc sequitur, licet Antichristus sit in tempore, tamen Deum non novisse Antichristum esse in tempore notitia intuitiva. Nam si novisset, certe notitiam eius intuitivam terminasset Antichristus. Tantum ex hoc parte nihil sibi metuisse videtur Navarretus. Sed quia verebatur intellectu [illegible] [illegible] futurum quod dixerat de Antichristo nondū existente, nempe quod hoc non obstante potest terminare notitiam intuitivam; [illegible] illam ad captum nostrum accommodare propter illustratione admodum familiari, ut est admodum ingeniosus in fingendis nimis comparationibus, *Sicut* (inquit) *quando in aliqua propositione ponitur verbum significans tempus, appellat proprium tempus, sicut quando dico, cognosco hominem, [illegible] ratio ipsius secundum quod est à parte [illegible]: nam sensus est cognosco hominem [illegible] communi hominis quæ tamen ratio [illegible] non [illegible] à parte rei; ita res futura in tempore, & quæ in illo instanti non sunt secundum seipsas neq; quantum est ex parte sua, possunt terminare notitiam intuitivam Dei; terminant illam desub ratione mensuræ ipsius notitiæ intuitivæ. sed quatenus sunt in mensura talis notitiæ.* Heu quantum caligat acies mentis nostræ ad istas Navarreti illustrationes! ô hebetes nos & obtusos, & animi nostri sensus quā [illegible] obstipatos, & parum [illegible] ut tam illustris Doctoris radios ad tenebras oculorum nostrorum illuminandas ab ipso emanantes imbibamus. Age [illegible] hoc agimus, ut ne doctori etiam tam benevolo occasionem præbeamus exclamandi; *Heu nostra frustra susceptilationi.* Quando dico, cognosco hominem, significo quidem subire mihi in mentem rationem hominis in communi non hominis singularis: Ita res futuræ non præsentes in tempore nec ex parte sua possunt terminare notitiam Dei intuitivam, tamen terminant eam ex parte mensuræ æternitatis, hoc est, licet Deus non cognoscit eas præsentes in tempore, tamen cognoscit eas præsentes in æternitate, perinde per omnia, atq; quando quis cognoscit hominem considerat naturam rationalem in communi, non autem naturam Socratis individuam. Nam sicut homo est natura communis respectu Socratis, ita æternitas est mensura communis respectu temporis. Et sicut ratio hominis communis non invenitur ex parte rei, ita quando res existit in mensura æternitatis, non necesse est ut existat & terminet notitiam divinam intuitivam quantum est ex parte sua & secundum mensuram propriam quæ est temporalis. Vidi ego [illegible] aliquando nonnullam [illegible] gratiam promeritarum, non mediocre studium præstitisse in intimis philosophiæ [illegible] perscrutandis vero et illustrationibus tam [illegible] proferendis; maxime rebus bene convenientibus, quod tamen ut ingenue fatear quod res est, pene in desperationem abiit, nisi forte me recrearent nova aliqua illustratione quæ præsens illustrat omnes tenebras discutiat, aut novam [illegible] acumen ingenii mei nimium hebescenti contribuat. Sed quia mentio facta est elevationis rei nondū existentis simpliciter ad quendam modum essendi superiorem, huic objectionem aliquam tanquam tempestatem orituram præsagit Navarretus & componit:

Sed contra hoc arguitur, Elevatio ad aliquid superius supponit rem quæ elevatur habere propriam entitatem. Sed Antichristus in isto instanti non habet propriam entitatem, neq; est aliquid, ergo non potest elevari ad esse in æternitate. Gravis sane videtur objectio & ad tumultum illi Navarreti dissertationi excitandum admodum opportuna, quam tamen compescit Autor hunc in modum. *Respondetur; quod iste modus existendi in æternitate non dicitur convenire rei per elevationem passivam & intrinsecam receptam in eadem re si propriè loquamur; sed per quandam continentiam, quæ continetur ab æternitate, se extendente ad omnia futura in tempore, & sub hac continentia dicitur elevari res futura, sicut res materialis dicitur elevari sub modo existendi in intellectu, licet ex hoc modo non proveniat aliud rei nisi denominatio extrinseca. Et notandum est, quod sicut est rem esse in æternitate atq; esse in seipsa. Implicat enim quod mensuretur æternitate nisi habeat in seipsa entitatem mensurabilem. Et hoc probant fere omnia argumenta quæ contra scholam D. Thomæ solent adduci. Nihilominus prius intelligitur mensura æternitatis quam existentia illius rei in seipsa; quia ab æternitate provenit existentia rerum in eadem.* [Navar.]

Novas distinctiones pro ea qua est subtilitate, nobis cudit Navarretus; sed ut fere in more illi positum est unica tantum ala volat, licet illa sit variegata. [illegible] Nam excellentiorem illum modum essendi, videlicet in æternitate, rebus tribuit antequam existant simpliciter idq; per elevationem antequam ullam propriam entitatem habeant; quod perinde est ac si quis elevaretur ad dignitatem aliquam politicam puta regiam, aut ecclesiasticam puta papalem antequam natus aut vel in utero conceptus sit quod plusquam mirabile videtur; ideo dicit non convenire rei per elevationem passivam; nec tamen sibi liberum esse vult ut potes convenire illi per elevationem activam. Neq; enim credibile est ut Antichristus se elevet ad existendum in æternitate antequam conceptus fuerit. Nam licet Lucifer dixerit aliquando in corde suo *In cœlum ascendam super stellas Dei exaltabo solium meum*, tamen nequaquā legitur hoc dixisse antequam natus esset. Rursus negat hoc fieri per elevationem extrinsecam, nec tamen vult suspiceris hoc fieri per elevationem intrinsecam. Sed ait hoc fieri per quandam continentiam quæ continetur ab æternitate se extendente ad omnia futura in tempore. Sic fuit distinctionis subtilitas, quæ paucis expediri potuit in hunc modum: Elevatio ad excellentiorem modum essendi dupliciter intelligitur; vel per elevationem passivam & intrinsecus receptam, vel per quandam continentiam; At si quis diceret, hominem elevari ad solium regium non per elevationem aliquam passivam & intrinsecus receptam, sed per quandam continentiam; ac si diceretur (ut familiarius rem totam expediam) non tam hominem hunc factum esse ascendere in solium regium, quam solium regium quasi descendisse ad hominem ad eumque sese extendisse, eumque comprehendisse; Hunc in modum elevata est ipsissima

istud dilemma Navarretti, jam olim ante mundi ipsius incunabula, non quidem per elevationem passivam & intrinsecam reiipsam (quod admodum apposite additur. nam quid concipi potuit illo intrinsecum, quod fatetur Navarretus nullam hactenus entitatem propriam habuisse; sed & de altera entitate aliqua quam habuerit prorsus silet) sed per quandam continentiam. Veruntamen ut fatear quid res est, tandem aliquando illustratione nonnihil familiari, sed & perquam opposita rem totam confecit, inquiens, *sicut res materiales dicitur elevari sub modo existendi in intellectu. Nam per hunc modum elevationem dicitur esse immateriam.* Et sane prompte fateor res futuras hunc in modum elevari & fieri Deo præsentes intellectualiter, nec solum in esse cognito, sed & in esse volito; unde etiam fiunt cognoscibiles in genere futurorum. Et sicut per extrinsecam tantum denominationem dicuntur res immateriales prout sunt in intellectu, ita per extrinsecam tantum denominationem dicuntur res nondum existentes existere in æternitate. Quatenus nimirum & in æterna Dei voluntate sunt ut ab eo volitæ, & in æterno ejusdem intellectu ut ab eo cognitæ. Et hoc modo si vul sunt in æternitate & in tempore, non quidem secundum esse earum reale, sed duntaxat secundum esse intentionale. Nam ut entitatem propriam habere aut mensurabilem, est prorsus absurdum; cum jam fassus sis in argumento superiore Antichristum in illo instanti non habere propriam entitatem, nec esse aliquid. Forte tamen illud restringere dicturus ad illud instans temporis cui tamen propriam entitatem tribuis in æternitate. Esto itaque; æternitas se extendit ad ea quæ nondum sunt. At quid hoc aliud est, quam quod coexistit iis quæ nondum existunt; ergo & quæ nondum sunt coexistunt æternitati. At hoc impossibile est, ut quæ nondum existunt existenti alteri coexistant. Nam coexistere rei existenti, est & existere utrumque & simul existere. Sed meo judicio, non adeo accurate dicitur existentiam rerum in æternitate provenire ab æternitate. Nam à quo non provenit existentia rerum in tempore, ab eo non provenit existentia rerum in æternitate. Etenim hoc ipso dicis res futuras existere in æternitate, non quatenus elevantur passiva aliqua elevatione, ad illam existentiam in æternitate, sed per quandam continentiam; hoc est, quatenus æternitas se extendit ad res futuras. Quod quid aliud est quam quatenus se extendit ad earum existentiam in tempore. At ab æternitate Dei non provenit existentia rerum in tempore, sed potius à potentia Dei operante omnia secundum consilium voluntatis suæ. Et sane libenter fateor prius intelligendam esse æternitatem, nempe quid sit, & cujus naturæ sit mensura æternitatis, quam intelligamus præsentiam rerum in æternitate. Et nisi fallor, valde enormiter intelligenda est ista mensura, priusquam vobiscum in tam enormes speculationes devenimus, ut de existentia rerum in æternitate philosophemur tanquam prior existentia rerum in tempore. Nec omnino video, quare non ex natura immensitatis debeamus colligere existentiam rerum in illa secundum quantitatem magnitudinis, perinde atque ex natura æternitatis colligere debeamus existentiam rerum in illa secundum quantitatem durationis.

Hæc dicta sunt ad declarandum illum primum sensum antecedentis, scilicet Nunc Antichristus non est, & ita si antecedens illud faciat hunc sensum, Nunc Antichristus non est ex parte sua, & secundum propriam mensuram, & consequens faciat istum sensum, ergo absolute non potest terminare notitiam intuitivam Dei, consequentia non valet, neque enim illa arguitur à superiore ad suum inferius negative; quia potius arguitur à restricto ad non restrictum negative.

Si vero sensus illius antecedentis sit, Antichristus in illo instanti nullo modo est, *illa propositio est falsa, quia Antichristus in ipso instanti est in æternitate. Et in ista ipsa instanti terminat notitiam intuitivam Dei in æternitate. Nam si dicere quod illa propositio nunc est vera, & quod res significata per eam ita se habet nunc, sicut per talem propositionem significatur. Quod dicimus, quia Ferrariensis 1. cont. gent. cap. 66. distinguit cum Caietano duplicem sensum istius propositionis;* In hoc instanti res futuræ nobis sunt præsentes in æternitate.

Videat unusquisque an obscuris hujusmodi propositionibus instructam accedat Navarretus ad rem aliquam temporalem jam esse autumat esse permanentem. Nobis interea liceat hunc in modum argumentari. Nunc Antichristus non est, ergo novit Deus nunc Antichristum non esse, & non novit nunc Antichristum esse; hæc enim omnia simpliciter vera sunt & non secundum quid. Rursus, nunc Antichristus est, ergo novit Deus Antichristum esse idque in tempore, ergo existentia temporalis Antichristi potest terminare notitiam intuitivam Dei. Neque hujusmodi consequentia, *Antichristus non est, ergo non terminat notitiam intuitivam Dei*, est à restricto ad non restrictum. Fateor ut à te proponitur, ita se rem habere, sed corrupte proponitur cum sic proponitur; *Antichristus non est, ergo non potest terminare notitiam intuitivam Dei.* Nam licet nondum Antichristus est, tamen quatenus potest esse, potest etiam terminare notitiam intuitivam Dei. Sed quamdiu non est, non potest terminare notitiam intuitivam Dei: Nam terminare notitiam intuitivam Dei est cognosci à Deo quod sit; At quod non est, impossibile est ut quamdiu non est cognosci possit quod sit. Sed neque antecedens est restrictum; *Antichristus non est*; nam veritatem obtinet hujusmodi propositio simpliciter; At quod simpliciter dicitur, non dicitur restricte. Rursus non alio sensu infertur consequens quam quod propterea neque censenda est terminare notitiam intuitivam Dei simpliciter. Neque enim fieri potest, ut quod simpliciter non est, quamdiu non est cognoscatur à DEO quod simpliciter sit. Sed non negamus, quin hoc non obstante cognosci possit à Deo tanquam quod existat secundum quid, sive in esse volito apud Deum, sive in esse cognito: at hoc non est terminare notitiam intuitivam Dei ex vestra sententia; quia vero sola præsentia objicerentur notitiæ divinæ intuitivæ, non autem futura aut præterita. Quod vero distinguitis de modo existendi alio atque alio rebus temporalibus competenti, videlicet in æternitate & in tempore: hæc futura sunt dictata vestra, sed quæ nunquam probata dederitis hactenus, aut in æternum daturi eritis.

Ut tamen in omni temporis instanti res futuras existere in æternitate, nihil obstante Capreoli & Cajetani in adversum distinctionis subtilitate; quod scilicet propositio de rerum futurarum existentia in æternitate pro omni instanti temporis vera sit, licet pro omni instanti temporis res futura nequaquam existat in æternitate. Contra, sic disputo: Hinc sequitur res futuras non modo in æternitate præsentes esse, sed & in tempore. Nam esse in instanti temporis perinde significat rei existentiam in tempore, atque esse in æternitate significat rei existentiam in æternitate. Nam si quis diceret Angelum in omni instanti temporis esse in ævo, an quis dubitat quin hoc significaret existentiam Angelicam tam per omne instans temporis durare quam per ævum. Item, si quis diceret Deum per omne instans temporis esse in æternitate, annon hoc ipso significaret Deum tam per omne instans temporis durare quam per æternitatem ipsam? Agnosco non valere si terminus additus sit, terminus diminuens existentiam rei in tempore. Exempli gratia, si quis diceret in omni instanti temporis res futura est à DEO volita; aut in omni instanti temporis res futura est à DEO cognita; hinc enim nequaquam sequitur proinde rem futuram in omni instanti temporis existere. Sed & hæc adversatur sententiæ Navarreti superiùs propositæ, cum diceret res futuras esse in æternitate per quandam eminentiam, quatenus æternitas extendat se ad res futuras, quod autem perinde est ac si dixisset æternitatem extendere se ad illa instantia in quibus res futuræ singulæ existunt respectivè; ut non pro omni instanti temporis dicendæ sint res futuræ existere in æternitate, sed duntaxat pro illo tempore in quo existunt; Alioquin dum se ad hoc instans extendit æternitas, res futuræ in ipsa existunt, si modo pro omni instanti temporis existant in æternitate. Probatur tamen mihi videtur Navarreti disputatio adversus Cajetanum & Ferrariensem, sed nihilo videtur sanior illa sententia quam summota priore statuimus.

Navar. *Tertiò; Notitia quam Deus habet de Antichristo est simpliciter intuitiva, & habet esse simpliciter absque aliquo addito terminus qui exigitur ad talem notitiam habet esse simpliciter: Consequens autem est falsum; non enim est affirmandum quod Antichristus habet esse nunc simpliciter: Ergo. Prima vero consequentia probatur. Notitia enim intuitiva terminatur ad rem secundum propriam existentiam. Ergo secundum quod habet esse simpliciter.*

Ad hoc argumentum Navarreti responsio hæc est. *Non est concedendum quod Antichristus nunc habeat esse simpliciter, quia quælibet res dicitur simpliciter esse quando est per ordinem ad propriam mensuram. Nihilominus Antichristus est simpliciter in æternitate, & hoc sufficit ut illa notitia intuitiva nunc sit simpliciter, & quod simpliciter terminetur ad Antichristum.*

Resp. At nihil terminat notitiam nostram intuitivam nisi quod existit simpliciter; unde licet certitudo cognitionis divinæ habeat modum certitudinis cognitionum creatarum, uti ipse diximus Sect. 6. concl. 12 tamen ipsa cognitio intuitiva Dei non conformatur ad similitudinem cognitionis humanæ. Secundo nihil terminat notitiam intuitivam Angelorum nisi quod existit simpliciter, unde fit ut cognitio intuitiva Dei nequaquam conformis sit cognitioni intuitivæ Angelicæ. Sed & Deus habet cognitionem intuitivam sui ipsius, idque ut existentis in æternitate, an proinde sequetur Deum nequaquam esse simpliciter? certe cognitio intuitiva rerum nequaquam conformis erit cognitioni intuitivæ Dei qua Deus intelligit seipsum; At dici solebat Deum cognoscendo se cognoscere etiam omnia. Rursus hinc sequitur, aut Deum habere notitiam intuitivam rerum de novo quando existunt simpliciter; aut cognitionem intuitivam rerum in Deo terminari duntaxat ad existentiam rerum in æternitate; & consequenter nunquam à DEO cognosci res tanquam existentes simpliciter, licet semper cognoscat quod existant simpliciter in æternitate, hoc est simpliciter non simpliciter, ut obiter stringam plerasque subtiles hujus Doctoris subtilitates. Nam existere in æternitate est existere non simpliciter, ergo cum dicit res futuras simpliciter existere in æternitate, perinde est ac si diceret eas existere simpliciter non simpliciter, hoc est simpliciter secundum quid; idque accuratissime dictum esse judico. Nam aut esse in æternitate est esse apud Deum in esse volito & esse cognito, aut prorsus merum figmentum est. Rursus hinc sequitur, Deum quidem notitia intuitiva cognoscere quidem res ut præsentes in æternitate hoc est non simpliciter sed simpliciter non simpliciter, id est secundum quid; sed neque simpliciter neque simpliciter non simpliciter cognoscere aut res futuras aut præteritas magis quam res in tempore præsentes.

Quartò, Deus non producit res ex sua æternitate. Ergo non intuetur eas præsentes in eadem æternitate; probatur consequentia. Notitia seu cognitio practica Dei est productiva rei quam cognoscitur; & Deum producere rem, est eam cognoscere practice per determinationem suæ voluntatis. & hoc loquendo de productione secundum se tenet ex parte Dei. Navar.

Confirmatur. Notitia illa intuitiva vel præsupponit rem præsentem in æternitate, vel producit illam: neutrum horum. Ergo non terminatur ad rem præsentem. Probatur minor quoad primam partem. Non enim cognitio divina sumit aliquam perfectionem ex rebus cognitis sicut nostra quæ præsupponit rem cognitam quæ ab ea deducit rationem notitiæ intuitivæ. Quoad secundam vero partem, illa minor est tenenda secundum fidem. Atque etiam videtur vera: Nam si Deus habet rem præsentem secundum suum esse reale, vel illud esse præsupponitur, vel producitur ex ea notitia.

Malo nodo malus quærendus est cuneus. Itaque respondet Navarretus; *productio rerum à DEO si consideretur secundum quod se tenet ex parte Dei (& quo fieri potest ut aliter consideretur productio Angelorum aut creatio hujus universi ab initio rerum) mensuratur æternitate. Non tamen absolute concedendum est quod producit res in æternitate, quia absolute productio rerum non ponit nisi quandam mutationem ex parte rerum, & , cum hæc mutatio sit in tempore, etiam res ipsæ producuntur in tempore. Ex parte vero æternitatis non datur aliqua mutatio, quæ petitur res in æternitate habent esse permanens & uniforme. Igitur ad hoc quod Deus in-*

tuetur

tuatur in æternitate res praticè, sufficit quod illas producat in tempore, quia notitia illa ex parte rerum quæ attinentur, denotat mutationem & productionem in tempore, & intuetur res Deus secundum quod ex parte rei futuræ sunt in tempore, & consequenter illa notitia est practica & productiva rerum in tempore.

Ad confirmationem respondetur non esse de ratione notitiæ intuitivæ quod præsupponat rem ad quam terminatur. Sed sufficit quod sit simul cum ipsa, & hoc non quidem considerando rem ut productam sed ut terminum notitiæ. Et ita licet res non producatur in æternitate, tamen terminat notitiam intuitivam in æternitate, & terminat quidem pro illo tempore in quo producenda est.

Respons. *Productio rerum secundum quod se tenet ex parte Dei mensuratur* (inquit) *æternitate.* At (inquam) productio rerum non modo ut à Deo sed ut à secundis causis ex vestra sententia mensuratur æternitate. Itaque non assequor quodnam sit distinctionis illius membrum alterum. Nam solenne est Navarretto hunc in modum distinctiones suas absolvere. Rursus, non vult absolute concedi Deum producere res in æternitate; innuens, hoc etiam concedi posse licet non absolute. Vtrum tamen respective aut conditionate hoc concedi possit, dissimulat. Ego verò libenter sciscitarer qui fiat ut res existant in æternitate, si Deus eas in æternitate non producat. Neque enim fit ex natura rerum ut existant in æternitate. Nam tantummodo rebus futuris & præsentibus & præteritis hoc contingit. At res omnes extra Deum, natura sua sunt tantum possibiles. Rursus, hæc rerum existentia in æternitate vel aliquid est vel nihil. Si nihil; quomodo confert aliquid ad notitiam intuitivam Dei, cum vestra sententia præsentiam rerum exigat ad hoc ut terminet notitiam Dei intuitivam? Si aliquid sit, tum vel creatum vel increatum. Si creatum aliquid, necesse est ut à Deo producatur. Dices forsitan à Deo produci quatenus resultat à productione earundem rerum in tempore, quæ quidem productio futura est. At inquam res ex productione rei resultans, nunquam audita est antegredi productionem rei ex qua resultat nedum ab æterno. Certè secundum rationem dicendum esset, existentiam rerum in æternitate nihil aliud esse quam coexistentiam eidem propterea quod producta sunt in tempore. Vel potius existentiam rerum in æternitate non esse aliquid reale sed intentionale, quatenus scilicet sunt apud Deum in esse volito & per volitionem Dei producta: Neque enim quicquam obstat quo minus producantur res ab æterno secundū esse ipsorum intentionale, vel per volitionem Dei in esse volito, vel per cognitionem Dei in esse cognito. Rursus, ad hoc quod DEUS in æternitate intueatur res practicè, sufficit, quod illas producat in tempore; Ergo productio rerum in tempore ponitur tanquā fundamentum Divinæ intuitionis earundem rerum in æternitate. At admodum mira philosophantur qui ædificium aliquod extare volunt idq; ab æterno priusquam jaciatur fundamentum. Veruntamen etiam hic radius ipsissimæ veritatis emicat, ad quam tamen oculos aperire nolunt illi, ne scilicet veteres suas avias à pulmone suo revelli patiantur. Nihil enim aliquando producitur in tempore, quod non à Deo jam olim decretum sit, idque ab æterno; atque hoc quidem abunde sufficit ad practicam illam rerum intuitionem quam DEO tribuit Navarrettus. Verùm, cum dicit Deum intueri res secundum quod à parte rei futuræ sunt in tempore, à suæ ipsius sententiæ constitutione nimium recedere videtur Navarrettus: quippe cujus hoc dogma est Deum intueri res non tam ut futuræ sunt in tempore, quàm ut præsentes sunt in æternitate. Ex hoc dicto non magis intuetur res ut sunt futuræ quàm ut sunt præsentes aut præteritæ. Nam scientiâ visionis tam præsentia & præterita comprehendit DEVS quàm futura. Forte momentum sententiæ ejusdem ponitur in illa cautione *ex parte rei.* Atq; hoc forte est membrum illud alterum distinctionis illius quam superius adhibuerat, cum diceret productionem rerum ex parte Dei, mensurari æternitate, innuens quod membro distinctionis altero *ex parte rerum ipsarum* quomodo negandum judicat productionem rerum mensurari æternitate. Ergo sententia ipsius completa videtur hæc esse; Productio rei ex parte Dei mensuratur æternitate, non autem ex parte rei. Et ad eundem modum distingueret de notitia rerū apud Deum intuitiva; dicendo, rem videri à Deo secundum notitiam intuitivam ut ex parte Dei tanquam præsentem in æternitate; ut verò ex parte rei tanquam futuram in tempore. Itaq; hoc unum expediendum superest Navarretto, ut harum minutiarum explicationem nobis exponat. Nam ex parte Dei & ex parte rei minimè videntur in tantum distingui posse ut in eadem visione Dei separentur. Nam ubicunq; Deus partes suas habet in ratione videntis rem aliquam, ibi necesse esse ut etiam res partes suas habeat, ut à Deo visa. Exempli gratia. Si productio rerum ex parte Dei producentis mensuratur æternitate, æquum est ut etiam ex parte rei productæ mensuretur æternitate. Et si Deus intuetur rem à parte rei visæ ut futuram in tempore, æquum est ut intueatur rem ex parte Dei videntis, ut est futura in tempore. Ad hæc; cum dicit, non esse de ratione notitiæ intuitivæ ut supponat rem ad quam terminatur, sufficere quod sit simul cum ipsa; si de ordine durationis procedant, ista vera sunt; sin de ordine rationis, falsa. Nam sine dubio prius esse intelligitur res ut cognoscibilis quàm ut actu cognita. Distinctio autem de re à Deo visa tanquam simul existente cum visione Dei, non considerata ut producta sed ut termino notitiæ præter omnem subtilitatem concipitur. Neq; enim fieri potest res aliqua terminus notitiæ Dei intuitivæ, nisi transeundo ex conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ; vel ex conditione rei non præsentis in æternitate, in conditionem rei præsentis in æternitate. Et consequenter fieri non potest, ut non sic à Deo consideretur. Hunc autem transitum rei dicimus esse ejusdem productionem, non ex natura rei ipsius; Neq; enim res aliqua possibilis & non præsens in æternitate potest seipsam facere futuram aut præsentem in æternitate. Ergo necesse est ut à Deo fiat hic transitus quem dicimus productionem rei à non esse ad esse, non quidem ad esse reale quale vos fingitis in æternitate idq; ab æterno; sed ad esse intentionale idque dupliciter, primum, quo fit præsens apud Deum

Deum in esse volito; secundò quo sit præsens apud Deum in esse cognito. Et cum tu dicis intuitivam Dei notitiam non præsupponere rei cognitæ existentiam, sed rem simul existentem requirere; hæc protinus fient ad inculcandā præsentiam illam rerum quam fugitis in æternitate, nihil omnino abludere ab esse rerum intentionali quo sunt apud Deum in esse cognito. Alias enim procul dubio prius intelligitur res esse ut cognoscibilis quàm ut cognita; sed existentia rei quæ simul est cum cognitione quidem plane nulla esse videtur quàm secundum quam dicitur esse cognita. Et lubens fateor cognitionem rei alicujus eodem naturæ atque temporis momento denominare tam rem cognitam quàm personam cognoscentem. Cum vero ad æternitatem addis, rem terminare notitiam intuitivam in æternitate pro illo tēpore in quo producenda est; vel significant illa rem non prius esse in æternitate quàm in tempore; vel tantum significant in æternitate cognosci à Deo non tanquam in æternitate præsentem, sed tanquam in tempore producendam, hoc est tanquam futuram; quod perinde est ac si diceres, Deum cognoscere rem aliquam tanquam futuram, antequam tempus productionis ejus advenerit, tanquam præsentem cum advenerit, postquam præterierit tanquam præteritam: quod ego verissimum esse judico; atque horum omnium cognitionem unam atq; eandem simplicissimam esse cognitionem apud Deum atq; immutabilem, licet res cognitæ pro variis temporum differentiis variationem admittant haud mediocrem.

Ratio. *Quomodo Deus cognoscit modò Antichristum sicuti est: Sed Antichristus est futurus, ergo cognoscit Antichristum ut futurum: ergo non cognoscit per intuitionem æternitatem.*

Respons: Deus cognoscit Antichristum intuitive pro tempore quo debet esse à parte rei cognitæ; cæterum Antichristum ut præsentem pro tota æternitate.

Refut. Ista responsio nequaquam accommodata est. Nam argumentum concludit Deum cognoscere Antichristum ut futurum, quia supponitur Antichristum revera futurum esse. Et sine dubio cognoscit Deus res sicuti sunt, alias erraret potius, quàm cognosceret. Videris etiam concedere Deum cognoscere Antichristum ut futurum, & tamen non lubens huc accedis, ut hoc palam profitearis. Neq; enim expressè dicis Deum cognoscere Antichristum intuitivè ut futurum pro tempore, sicut dicis Deum cognoscere Antichristum, ut præsentem in æternitate. Cum tamen dicis Deum cognoscere Antichristum intuitivè pro tēpore quo debet esse, & tempus illud quo debet esse sit futurum; perinde est ac si totidem verbis dixisses Deum cognoscere Antichristum intuitive pro tempore futuro, hoc est cognoscere Antichristum ut futurum: hoc enim est cognoscere Antichristum sicuti est. Veruntamen ne hinc tēpestas aliqua sententiæ tuæ nimium damnosa suboriretur, quasi subverita aliquid mali, ad acumen lectoris obtundendum addis hoc fieri ex parte rei cognitæ. Quasi vero Antichristus possit à Deo cognosci duplici modo, vel ex parte rei cognitæ vel alio aliquo modo quē hic subticendum esse judicas. Neq; enim cum addis, Deum cognoscere *Antichristum ut præsentem pro tota æternitate* membrum distinctionis alterum priori congruenter oppositum aliud memoras, puta ex parte rei non cognitæ, vel ex parte alterius cujuscunque. Veruntamen ex iis quæ à te dictata sunt in responsione ad argumentum proximè præcedens, conjicere est membrum distinctionis alterum esse *ex parte Dei*. Ibi enim dicebas productionem rerum à Deo, si consideretur secundum quod se tenet ex parte Dei mensurari æternitate. In cujus responsionis tuæ consideratione miserè cruciatus sum, dum circumspiciebam quodnam demum fingi posset membrum distinctionis alterum, cui membrum illud *ex parte Dei* congruenter opponerem; quod forte hic occurrit. Etenim pro ea quâ es prudentia lacera distinctionum tuarum membra sigillatim spargis, quemadmodum Medea olim tractavit filium suum. Et nisi fallor, hoc consilio, ut lectoris animum suspensum distineas & attonitum. Agedum nos compingamus ista in unam distinctionem integralem, ut quam bellè cohæreat exploremus. Sic itaque procedit sententia tua plena; Deus cognoscit Antichristum intuitivè ut futurum pro tempore ex parte rei cognitæ: Cæterum cognoscit Antichristum ut præsentem pro tota æternitate, ex parte Dei cognoscentis. At illa ex parte rei cognitæ, & ex parte Dei cognoscentis admodum infeliciter separantur. Nam sive cognoscat Deus Antichristum pro tempore futurum; Necesse est, ut in hac cognitione, tam DEUS cognoscens partes suas agat, quàm res cognita partes suas: sive cognoscat Antichristum præsentem pro æternitate, etiam hic & Deus cognoscentem agat necesse est, & Antichristus partes suas præstet ut res cognita. Nec in alterutra cognitione magis habetur ratio Dei ut cognoscentis quàm Antichristi tanquam rei cognitæ. Sed & in universum absurda est illa distinctio, quia cum Deus dicitur aliquid cognoscere, dicitur hoc facere ex parte cognoscentis, aut ex parte rei cognitæ. Nec facile credo unquam apud aliquem scriptorem cuipiam inolevisse tam projectam differenti rationem antequam à Navarretto introducta est, non ad illustrandam veritatem sed potius ad judicium Lectoris, ne veritatē adverteret, obtundendum. Forte limitationes istæ, *Ut ex parte Dei cognoscentis, & ex parte rei cognitæ*, referendæ sunt non ad cognitionem rei à Deo habitam, sed ad rei existentiam prout dicitur esse vel futura in tempore vel præsens in æternitate; vel ut res dicatur à Deo cognosci ut futura in tempore ex parte rei; Deus dicatur ex parte Dei cognoscere eandem rem ut præsentem in æternitate. Verum neutrum horum satis feliciter procedit, sed perinde absurda sunt omnia. Nam rei existentia sive dicatur futura in tempore non magis sic futura est ex parte rei quam ex parte Dei; ex parte rei producendæ, ex parte Dei producturi. Sive sit præsens in æternitate, non magis sic præsens est ex parte Dei quàm ex parte rei, & limitationes istæ universim absurdæ sunt, & præter omnem rationem & exemplum introductæ. Sed neque res cognoscitur à Deo magis ex parte Dei quam ex parte rei ut præsens in æternitate. Neque rei existentia magis ex parte rei quam ex parte Dei est futura in tempore. Et limitationes istæ nullam sobrietatem sapiunt universim consideratæ, nec ali-

cujus boni scriptoris autoritate defendi posset. Quod si res cognosci possit à DEO intuitivè ut futura, quid omnino opus est recurrere ad præsentiam seu existentiam realem rerum in æternitate, ad intuitivam DEI notitiam rerum asserendam.

Sed ad hujus argumenti solutionem ulteriorem Sectionem sequentem destinatam esse profiteor; illam itaque nunc videamus.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO OCTAVA.

Quid de notitia simplicis intelligentiæ quâ Deus cognosceret futurum & determinationem ejusdem futuri in causa sua & in Idea Divina.

Navarr. *DEcima sexta Conclusio. Etiamsi DEUS non cognosceret futurum contingens notitia intuitiva sed abstractiva, vel notitia simplicis intelligentiæ, non posset illud cognoscere ut futurum. Hæc Conclusio est contra illos autores qui ex una parte dicunt notitiam qua Deus cognoscit Antichristum non terminari ad ipsum in se, sed ad ipsum futurum, & ex altera parte quod terminatur ad Antichristum velut in abstractione. Et quidem quoad contradictionem istarum partium jam supra diximus; nunc vero intendimus, posito quod terminaretur notitia Dei ad ipsum Antichristum, secundum illud genus abstractionis, esse impossibile quod Antichristus cognosceretur ut futurus. Et probatur. Nam quomodocunque Antichristus cognoscatur ut futurus, non potest cognosci cognitione certa & infallibili. Ergo antecedens constat ex Thom. q. 2. de Veritate, ubi dicit,* Deus infallibiliter videt omnia contingentia quia sibi non sunt futura, *& antea dixerat quod contingens ut futurum est, per nullam cognitionem sciri, cui falsitas subesse non possit. Idem docet hoc articulo & probatur ratione ejusdem Thomæ. Contingens impediri potest antequam productum sit in esse, quia tunc non est nisi in causis suis, quibus accidere potest impedimentum ne perveniant ad effectum. Ergo non potest haberi cognitio infallibilis de futuro contingenti ut futurum est.*

Respons. Certè si Deus non cognosceret futurum contingens notitia intuitiva non cognosceret ut futurum, nam soli cognitioni intuitivæ deferimus cognitionem rerum in tempore futurarum, præsentium & præteritarum. Alia enim atque alia est ratio cognitionis intuitivæ in Deo atque in hominibus. Etiam cognitio præsentium non semper est cognitio intuitiva in hominibus. Verbi gratia, quoties Mathematicus, ex causis jam novit eclipsim esse quam tamen fortasse nequaquam intuetur. Rursus, cognitio simplicis intelligentiæ est duntaxat cognitio quidditatis rerum & complexionum necessariarum aut etiam accidentalium, sed duntaxat tanquam possibilium. Quod si non alia cognitione cognosceret DEUS, minime mirandum si non omnino cognosceret futura. Sed quia abstractiva rerum cognitio dicitur etiam illa qua res cognoscuntur in causis suis, videamus an illa obsistet cognitioni intuitivæ divinæ. Mihi videtur obesse non posse, præsertim cum aliter res intueri non possit Deus quàm in essentia sua, sive sub ratione essentiæ, sicut intuetur omnia quæ sunt possibilia, sive sub ratione voluntatis divinæ, in qua intuetur omnia futura, præsentia & præterita. Lubens profiteor me ex eorum numero esse qui negant notitiam qua Deus cognoscit rem futuram terminari ad eam tanquam præsentem realiter, sed duntaxat tanquam futuram, licet ad existentiam ejus realem terminari dicamus non tamen tanquam præsentem DEO realiter quamdiu futura est, sed duntaxat tanquam futuram. Nec tamen terminari dicimus ad rem futuram velut in abstractione, quasi vero aliter cognosceret Deus res in tempore præsentes quam futuras, idque ex parte cognoscentis. Quæ à te jam dicta sunt examini subjecimus, nunc in eo sumus ut ea quæ à te dicenda sunt examini subjiciamus. Negamus sequi, Antichristum non posse certa & infallibili cognitione cognosci, si cognoscatur ut futurus. Iam ipse non semel professus es, res à Deo cognosci ut futuras in tempore. An vero æquum est ejusmodi cognitionem Deo tribuere, quæ sit incerta & fallibilis? Cognoscit quidem res contingentes ratione quarundam causarum fallibiliter agentium, fallibiliter evenire. Verum, nequaquam hoc fallibiliter cognoscit DEUS, sed infallibiliter. Sed probationes tuas attendamus. Prima nititur authoritate Thomæ quæst. 2. de veritate asserentis, *DEUM infallibiliter videre omnia contingentia quia sibi non sunt futura.* At inquam decorum non est in hoc apice niti autoritate Thomæ; cujus sententia ea est, quæ à plurimis etiam Pontificiis & jam olim fuerit & hodie vocata sit in controversiam & quam ipsi Thomistæ profitentur explicatu difficillimam esse. Sed & salva autoritate Thomæ respondeo. Ideo, contingentia negari futura esse DEO, quia præsentia contingentium in tempore nihil conducit ad visionem eorundem apud DEUM, quemadmodum conducit ad intuitionem nostram. Nimirum in seipso Deus intuetur omnia sive futura sive præsentia sive præterita; secundum varias temporis differentias; ut sunt possibilia in essentia sua cognoscit omnia, ut sunt futura, præsentia vel præterita in voluntate sua, sive in esse volito; nec aliter cognoscit quando sunt præsentia; & hoc modo cognoscit tam futura quam præterita, idque perinde intuitivè, atque præsentia. Quod non dico quasi esse volitum constitueretur causa cognitionis divinæ, sed quia volitio sive decretum constituit res sua natura tantum possibiles, etiam cognoscibiles in genere futurorum, præsentium & præteritorum. Quod vero dicit Thomas te referente, *Contingens ut futurum est per nullam cognitionem sciri, cui falsitas subesse non possit*; procedit duntaxat ratione causarum secundarum, non ratione primæ, quippe cum ratione causæ primæ, ejusque cognitionis, perinde ut sive

res præsentes sint æternitate, sive tantum futuræ aut præteritæ: cum præsentia rerum realis non magis contradicat ad cognitionem Dei quam futuritio eorundem aut præteritio. Intuetur enim omnia in esse volito, quo præsentia sunt apud Deum cum sint futura, nec tamen præsentia sunt apud cognitionem divinam, cum sunt realiter præsentia in tempore. Rursus, considerat Thomas futurum contingens secundum rationem contingentis nondum determinati ad unum; ergo tantum considerat ipsum ratione causarum secundarum. Nam ratione causæ primæ tam contingentia futura sunt determinata ad unum, quam futura necessaria, nempe per decretum Dei quod æternum est. Etiam ratio ex Thoma petita qua niteris, hoc ipsum confirmat. Nam sine dubio effectus contingens impediri potest dum est tantum in causis suis, duntaxat respectu causarum secundarum. Nam ad causam primam quod attinet, est illa irresistibilis, & proinde *Consilium Domini stabit*, & quicquid decreverit futurum esse fiet infallibiliter.

Ipse Navarretus membro primo sub finem agnoscit ita procedere apud Aquinatem duntaxat ratione causarum secundarum, cum sic ait: *Et ita si cognoscitur res à Deo ut futura, illud est quatenus talis res relucet in causa*; quia ex immediata comparatione rerum ad ipsum Deum, impossibile est ut interveniat illa ratio futuritionis, ubi manifestè distinguit cognitionem rerum ut futuræ sunt in causis, & ut in comparatione ad Deum.

Ea qua ratione necessaria futura possint infallibiliter cognosci (non à quocunque tamen, nec in quacunque causa sed à Deo tantum & in voluntate ejus) eadem ratione per eandem voluntatem Dei cognosci à Deo possunt etiam futura contingentia idque infallibiliter. Imo ergo eclipsin futuram infallibiliter cognosci posse à quocunque Astronomo; quia scilicet Deus & sistere potest cursum naturæ, & ad placitum suum motum rectum cœli & stellarum convertere in motum non astronomicè tantum sed & physicè retrogradum. Nec omnino valet distinctio quam ponit inter quemcumque determinationem causæ necessariæ ad producendum effectum suum, & causæ liberæ ad producendum suum. Nam hæc distinctio tantum locum habet ratione causarum secundarum quæ omnes tam necessariæ quam liberæ pendent à voluntate Dei ejusque determinatione. Sin dicas, non modo voluntatem creatam sed & increatam ut libera est, habere indifferentiam ad istum vel illum effectum. Ego etiam reponam hanc indifferentiam se extendere tam ad effectus causarum necessariò agentium, quam ad effectus causarum contingenter agentium, adeo ut ratione hujus indifferentiæ tam indifferens sit cœlum ad quiescendum, & mota circumagendum; etiam ignis ad urendum & non urendum, quam sit humana voluntas ad volendum aliquid & nolendum, & posita voluntate Dei de Judæis per Cyrum restituendis ea infallibiliter futurá esse cognoscetur à Deo, quod scilicet Judæi restituentur quam cognoscitur ecclypsis aliqua futura. Et sine dubio fœdus Dei cum populo suo, quod est firmum & cui resisti non potest, quam est fœdus Dei cum die & nocte licet ratione causarú secundarum, alia proveniant necessario simpliciter, alia contingenter, tamen ratione primæ causæ & ex ejusdem suppositione, perinde necessario aut contingenter eveniunt omnia; h.e. necessario secundum quid, simpliciter vero contingenter. Necessario secundum quid, quia scilicet duntaxat ex suppositione, contingenter vero simpliciter, quia voluntas Dei cum sit libera, quicquid à voluntate Dei proficiscitur & quatenus à voluntate Dei proficiscitur simpliciter contingenter evenit, uti jam olim observavit Durandus. Quare, licet Deus nequaquam cognoscat infallibiliter futura contingentia in causa secunda contingenter agente, sed neque futura necessaria cognoscere potest infallibiliter in causa secunda quantumvis necessario agente, cum & illa possint impediri forte etiam per potentiam creatam, sine dubio per potentiá divinam, tamen hoc nihil impedit quo minus infallibiliter cognoscat futura contingentia in causa prima, nempe in voluntatis suæ determinatione. Veruntamen esse rerum apud Deum in esse volito, habetur ab Aquinate tanquam determinatum ad unú; & merito, cum hoc ipsa sint extra suas causas in genere futuri; & hoc ipsorú esse intentionale in voluntate Dei ejusmodi sit, ad quod impossibile est ut non sequatur esse ipsorum reale suo tempore. Idea rei supponens non modo cognitionem rei ut possibilis, sed & determinationem voluntatis divinæ ad eam producendam, repræsentat rem præsentem in esse volito, hoc est secundum esse rerum intentionale, & consequenter in esse futuro, secundum esse reale, nec tamen magis in esse futuro quamdiu futura est quam in esse præsenti, secundum tempus quando præsens est, aut quam in esse præterito, quando præterita est. Itaque falsum est quod ait, nihil posse esse futurum respectu Ideæ divinæ. Certo nihil est futurú in esse volito apud Deum respectu Ideæ divinæ, hoc est secundum esse rerum intentionale. Nam Idea præsupponit secundum Navarretum determinationem voluntatis divinæ; at omnia futura, quamdiu futura sunt, sunt futura simpliciter secundum esse eorum reale; Nec ullus respectus præstare potest ut aliter se res habeat. Quando dicitur res cognosci à Deo ut futura, conjunctio illa *ut* non accipitur formaliter quasi denotaret rationem aliquam cognitionis divinæ, à rerum futuritione petitam sed materialiter, nec plus valet quam si diceretur Deum cognoscere res futuras esse futuras; & ita dicimus cognosci à Deo relucere in sua causa, nempe in voluntate. Nam rem aliquam volitam esse à Deo, ut existat pro certo tempore, est, & rem illam futuram esse donec tépus illud advenerit, & præsentem esse quam primum advenerit, & præteritam esse, postquam tempus illud præterierit. Unde fit ut ex comparatione ad Deum non magis resurgat rerum futuritio quam earundem præsentia aut præteritio, sed neque magis rerum præsentia secúdum esse reale, quam earundem futuritio aut præteritio. Sed in esse volito apud Deum relucent hæc omnia, non tamen tanquam diversa, sed potius tanquam unum à Deo cognitum. Nam esse à Deo volitum ut pro certo tempore existat, est, & esse futurú dum tépus illud præsto sit, & præsens esse quá primú præsto est, & præteritum esse, postquá tépus illud esse desierit. Nec dicta Navarretei ulli' valoris sunt, ut nos in transversú rapiát, sola autoris fiducia nescio qua imperiose non scholastice procedentis. Agnoscimus infallibiliter cogno-

 sci,

sci, ut ad unum determinatam hoc repræsentante, non modo quid fieri possit a Deo, sed & quid Deus fieri velit. Verum, hoc non est cognosci cognitione simplicis intelligentiæ, sed notitia visionis. Addo, hoc modo cognosci ut determinata ad unum, est tantum cognosci ut determinata ad unum apud Deum ex esse volito; & secundum esse rerum intentionale, sed ut determinanda ad unum certo tempore secundum esse eorundem reale, h. e. antequam advenerit tempus illud cognosci ut futura, cum advenerit ut præsentia, postquam præterierit ut præterita. Quæ tamen cognitio rerum aliter atque aliter se habentium pro variis temporis differentiis, est una atque eadem cognitio eodem modo se habens apud Deum: quandoquidem est à Deo volitum pro certo tempore (uti non semel dictum est) esse & futurum esse ante illud tempus & præsens esse adveniente tempore illo & præteritum esse postquam tempus illud præterierit.

Navarr. *Denique septima Conclusio. Improbabile omnino est ut Deus cognoscat futura contingentia ut futura sunt ex parte cognoscentis. Hæc conclusio probatur primo quia auctores contrariæ scholæ D. Thomæ concedunt absolute quod Deus cognoscit ab æterno futura ut futura sunt. Et cum ex altera parte sermo absolutus debeat esse formalis, videtur quod ex sensu formali concedat quod Deus cognoscat futura ut futura sunt, & consequenter quod ex modo cognoscendi qui se tenet ex parte Dei sumatur illa ratio futuritionis sicut ex parte objecti in quod primario tendit Deus, hoc autem esset Chimericum. Nam cognitio divina ex parte Dei semper manet eodem modo & absque aliqua mutatione ex parte objecti primarii. Ergo impossibile est quod Deus ex se modo cognoscat futurum contingens ut futurum, & postea existente ipso futuro in rerum natura cognoscat ut præsens. Ex hoc sequitur, quod si ex modo cognoscendi res futuras in tempore est præsens Deo, talis præsentia debeat esse realis ut distinguatur contra futurum realiter. Si enim non potest cognoscere res ut futura realiter, & debet necessario cognoscere ut præsens ex parte cognoscentis, consequenter debet cognoscere ut præsens realiter. Et nullo modo concedendum est, quod Deus ex parte sua aliquando habeat res præsentes sibi realiter, aliquando vero non habeat res sibi præsentes.*

Resp. *Concedunt* (inquit) *absolute quod Deus cognoscit futura ut futura:* hoc ipso innuens, sic concederent hoc alio modo, non tamen absolute, non habituros se quod iis errori verteret. Quis autem ille alius modus sit, ego nondum assequor. Et passim abundat Navarretus ejusmodi propositionibus, quæ quorsum tendant, & cui demum oppositæ sint, haud facile intelligas; hinc etiam solenniter & per ambages minime necessarias infert, eos intelligere, quod Deus cognoscat futura ut futura sunt; quod tantundem prorsus est cum priore, nullo apice discrepans. Unde videtur Navarretus operam dare ut sensum aliquem alienum quem postea Chimericum esse dicat ex verbis adversariorum extundat. Quod quidem hactenus nimis infeliciter successit, & proinde addit quasi consequenter, quod ratio illa futuritionis ex modo cognoscendi qui se tenet ex parte Dei seu ex parte objecti in quod primario tendit Deus, illa pro una atque eadem habere videtur, licet auctores considerationes istas ut *ex parte Dei & ex parte rei* nullibi confundant, sed tanquam admodum discrepantes; & in unam considerationem nequaquam coalescentes. Sed discrimen adverto; hic enim loquitur de objecto primario quod est ipse Deus, non autem de objecto secundario quod constituunt res creatæ. Et nisi me fallant mea logicalia, nonnihil errat Navarretus in loquendi his suis. Eorum ista. *Deum cognoscere futura ut futura,* si ad sensum formalem revocentur quoad partem extremam, potius significare videmur, ex futuritione rerum petitam rationem cognitionis divinæ quam quod *ex modo cognoscendi qui se tenet ex parte Dei sumatur ratio futuritionis.* Verum haud arbitror vel hoc in mentem venisse adversariis vestris; ut nec formalis sensus ἀκριβείας in sententia sua enuncianda accommodarent. Negant illi ullam præsentiam rerum realem requiri apud Deum, ut futura ab eo cognoscantur intuitive, sed summota ratione vestra, non illi aliam rationem ex futuritione rerum petitam substituunt sub qua futura cognoscat Deus. Et ratio hujus manifesta est; quia scilicet una atque eadem cognitione apud Deum intuitive cognosci ponimus non modo futura, sed & præsentia atque præterita. Datur tamen aliquid, quod videtur Navarretto Chimericum, (nihil interim Chimerici illi subolente figmento suo de realitate rerum in æternitate existentia idque ab æterno) quod melius nobis innotescit ex sequentibus quam ex præcedentibus. Agnoscimus cognitionem divinam ex parte Dei semper manere eodem modo & absque aliqua mutatione ex parte objecti primarii; sed quid tum postea? Nimirum ergo inquit, *Impossibile est quod Deus ex se modo cognoscat futurum contingens ut futurum & postea existente ipso futuro in rerum natura cognoscat ut præsens.* At inquam negamus istam consequentiam. Neque enim hoc dato sequeretur cognitionem divinam ex parte Dei ullam mutationem suscipere. Imo teipsum appello; An tu negabis, Deum cognoscere res futuras dum futuræ sunt, etiam easdem res postea cognosci à Deo præsentes esse quando præsentes sunt, addo etiam præteritas esse quando præteritæ sunt? Imo jam ipse hoc fassus es in responsione ad arg. 5. sed non adeo rotunde fateris, quasi veritatis fusilis veritatem integram amplecti sincere & candide. Etiam tandem video, quo consilio hoc à te factum sit, nempe si palam asseveres quod in directa & clara ad illud argumentum responsione tibi asserendum fuit, istius objectionis tuæ nervos jam ante ipse tibi præcideres. Nam distinctio tua ibi loci posita hoc redit, clare & sine involucris enuntiata. Licet Deus cognoscat Antichristum ut futurum pro tempore in quo debeat esse, tamen cognoscit Antichristum ut præsentem pro tota æternitate. Sed ni fallor video quo tendas Sophistica sed admodum crassa. Vis enim ut Lectores tui absurdum ducant, Deum incipere aliquid cognoscere tanquam præsens. At hic te tegis scuto notabilis amphibologiæ. Nam licet velis res ab æterno præsentes esse Deo in æternitate, atque ita ab æterno à Deo cognitas esse, idque, ut præsentes, nempe in æternitate, tamen negare non potes res incipere de novo præsentes esse in tempore, atque hoc à Deo etiam cognosci, sicut antequam in tempore præsentes erant, probe norat Deus, eas nondum præsentes esse in tempore. Quod quidem necesse est, alias aut ignoraret Deus aliquid aut erraret. Neque hoc tu aut ignoras aut negare audes, licet in causæ tuæ commodum eam splendide dissimules. Etiam ut melius artificium tuum

in obscuranda veritate promotem, ex ambigua conjunctionis illius (ut) conditione, aucupium facis. Nobis non opus est illa conjunctione. Dicimus Deum cognovisse res futuras esse antequam existerent; & cum primum existant cognoscere eas præsentes; hoc tu nega si audes; nec tamen hoc ipso potes convincere aliquam mutationem tribui cognitioni divinæ. Hoc nos non semel explicatum dedimus; tu vero nunquam explicasti; sed ejus rei absurditate tanquam principio utere ad figmenta tua meliori cum successu promovenda. Nam per turbinis aquis tibi libebat piscationem facere causæ tuæ serviendæ multo commodiorem. Quare licet existente ipso futuro in rerum natura Deus non cognoscat ipsum ut præsens in æternitate, tamen non negabis Deum cognoscere ipsum ut præsens in tempore; quod tamen à Deo cognitum non antequam existeret. Nam cognoscere rem in tempore præsentē esse quando præsens non est, non tam est cognoscere quam errare. Dices forte, at jam antea cognoscebatur à Deo tanquam præsens in æternitate: Esto, quid tum postea? An audebis affirmare etiam à Deo cognitum fuisse ut præsens in tempore, quod tamen postea à Deo etiam sic cognitum fuisse negari non potest; nec tamen opus est ut cognitionem divinam mutationi subjiciamus, quod tamen quomodo fiat, hactenus à te expositum nondum accepimus. Et quid quæso conducit rerum præsentia in æternitate ad cognitionem futuritionis earundem in tempore; quandoquidem non magis sunt futura dum existunt in æternitate quàm præsentia aut præterita; Quod si negari non potest quæ realiter futura sunt à Deo cognosci realiter futura esse, qua fronte negas tu rem posse cognosci à Deo tanquam futuram realiter? Nam licet cognoscatur ut præsens in æternitate; tamen, cum etiam in tempore futura sit realiter, ne hoc quidem à Deo ignorari potest, licet ex suppositione fictionis vestræ necesse sit cognosci etiam ut præsens realiter, scilicet in æternitate; Quas tamen realis existentiæ differentias passim tu confundis, ne veritas emicaret; & sub hac confusione velut sub Ajacis clypeo totum te latere posse confidis, sed frustra. Nam vel invita ista nullius pretii dissertatione tua universa omnino concedendū erit, res aliquando præsentes esse omnibus in tēpore quæ prius præsentes non erant, quantumvis secundum fictionem vestram concederetur easdē res semper esse præsentes Deo in æternitate, idq; realiter. Quam tamen rerum existentiam in æternitate realem hactenus probare quidem tentas, sed in ea probanda operam admodum infaustam posuisse deprehendens. Nulla rerum futurarum præsentia apud Deum requiritur ad cognitionem earundem Deo tribuendam quàm quæ sit in esse volito; atq; hoc quidem sufficit ad rerum omnium cognitionem, sive futurarum, sive præsentium, sive præteritarum, idq; citra omnem in cognitione divina mutationem.

Ratum. *Decima octava Conclusio. Idem est dicere Deum cognoscere futura in causa infallibili cujusmodi est essentia divina secundum quod est Idea, atq; dicere quod cognoscit eadem futura in seipsis. Hæc conclusio ponitur ad conciliandas binas sententias quæ circa hoc versantur inter expositores D. Thomæ. Etenim ex eo cognitio divina attingit res in seipsis, quia sunt præsentes in æternitate. Cum ergo cognitio divina mensuretur æternitate ea ratione qua habet pro objecto motivo essentiam divinam sit consequens ut ea ratione attingat res in seipsis quia attingit illas in rationibus idealibus.*

Sic itaq; institui potest hujusmodi argumentatio tua & brevius & planius. Cognitio divina habet pro objecto essentiam divinam in qua insunt Ideæ rerum, ergo attingit res in seipsis. At nos negamus istam consequentiam. Quia sc. Ideæ rerum ut includunt determinationem voluntatis divinæ non ultra progrediuntur quam ut repræsentent res in esse volito apud Deum. At repræsentare res tantum in esse volito est repræsentare res duntaxat secundum esse ipsarum intentionale, non autē reale: ergo non est repræsentare res in seipsis. Unde fit, ut quæcunq; cognitio cognosceret essentiam divinam, nequaquam ultra pergeret in cognitione rerum. Interea, nec in esse volito cognosceret res cognoscendo essentiam divinam, nisi etiam cognosceret voluntatem divinā; quod tamen quo modo fiat nisi per revelationem, equidem non intelligo. Sicut nec animo meo complector, quomodo fieri posset ut cognitio cujuscunque creaturæ mensuretur æternitate. Facile concessit certitudinem scientiæ rerum futurarum nequaquam peti à præsentia rerum in æternitate tanquam à priori, sed dumtaxat tanquam à posteriori.

Progredior ad repræsentandam insufficientiam præsentiæ objectivæ rerum à Suare excogitatam, ex eo sc. quod esse rei suo tempore habendum sit sufficiens fundamentum ex parte objecti terminativi ut videri possit à Deo & sufficiens ratio ex parte ejusdē objecti ut possit esse præsens actui notitiæ intuitivæ. Hujus 2. insufficientiam ex eo arguit quod non ponat majorem præsentialitatem in iis objectis terminativis respectu Dei quàm ponatur in objectis terminativis speciei Angelicæ per quam Angelus cognoscit singularia quando actu sunt in rerum natura. Atq; adeo absq; aliqua mutatione sui postea intelligitur ejusmodi res futura à Deo sicut res præsens absq; aliqua sui mutatione intelligitur ab Angelo. Esto verò; & quid tum postea? At hoc inquit dici non potest, & quid ita? Nempe quia tunc sequeretur quod sicut quando objectū ex se est intelligibile à potentia creata, si postea actualiter intelligatur intervenit mutatio solum ex parte potentiæ, & non ex parte objecti, ita ut res futuræ dicerentur actualiter præsentes objective intellectui divino, non esset mutatio ex parte ipsarum rerum. Certè ita esset, & quid tum postea? Nempe ex consequuti (inquit) interveniret mutatio ex parte intellectionis divinæ. Imo inquam nulla est hujusmodi consequentiæ probabilitas. Nam licet intellectus Angelicus de novo intelligat quod antea non intelligebat, non tamen sic intellectus divinus, nihil e. intelligit quod non intellexerat ab æterno. At (inquit) quando res futura actualiter terminat cognitionem divinam consequitur denominatio rationis, cujus tamen sufficiens fundamentum non datur cum ex illa rerū præsentialitate apud Deum nulla perfectio particularis exurgat de novo vel ex parte Dei vel ex parte rerū. At omnis denominatio rationis de novo consequuta in Deo exigit mutationē realem in altero extremo, vel saltē in aliquo extrinseco ipsi

ipsi Deo. Sed respondeo, denominationem illam rationis non subortam Deo de novo. Nam res illæ ponuntur esse Deo cognitæ ab æterno. Nam licet prius intelliguntur ut cognoscibiles quam ut cognitæ; tamen illa prioritas duntaxat rationis est non autem durationis. Sic & res in genere possibilium prius intelliguntur ut cognoscibiles quam ut cognitæ, nec tamen ex hoc denominatione rationis opus est ut præmittatur perfectio aliqua particularis accedens vel Deo vel rebus ipsis. Mihi tamen minime placet sententia Suariana, licet nihili faciam Navarretti rationem in adversum; quam is in longum deducit idque oratione admodum obscura, cum & longe paucioribus & planioribus exponi potuisset. Verum hoc nomine rejiciendam censeo sententiam Suarianam, quod scilicet res futuras nisi videntur quasi objectum faciat cognitioni divinæ nulla omnino ratione repræsentata, unde fiat ut ex conditione rerum possibilium quales tantum sunt natura sua transferantur in conditionem rerum futurarum. Nos autem dicimus illud fieri ex determinatione voluntatis divinæ, unde constituuntur præsentia Deo in esse volito, ut existant pro certo tempore, & consequenter cognoscibiles in genere futurorum. Nec aliter dicimus res à Deo fieri præsentes ipsi antequam cognoscantur. Nec supposita quam vos fingitis rerum existentia in æternitate præsentialitate; novam superinduxit Suarez, sed respecta vestra sufficere putabat ad asserendam intuitivam rerum futurarum cognitionem in Deo, quod res illæ futuræ essent cognoscibiles in genere rerum futurarum: sed cum res illæ natura sua sint tantum possibiles, in hoc diminuta est Suarii sententia, quod futuritionem rebus possibilibus advenientem finxerit citra omnem causam.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO NONA.

Solvuntur argumenta posita à principio.

ARgumentum primum fuit ex autoritate Augustini 12. de Civit. Dei cap. 20. ubi ait de Deo. Et si potentiam suam fabricatoriam (ut ita dicam) rebus subtrahat ita non erunt, sicut antea quam fierent non fuerunt, sed antea dico, æternitate non tempore. Sensit ergo Augustinus antequam fuissent in suo tempore, non solum non fuisse in priore tempore sed neque in æternitate.

Navarr. *Respon.: D. Augustinus intendebat explicare, quid ipse intelligeret per illud adverbium temporis, scilicet antea. Cum enim ex se denotet quandam successionem temporis, videbatur D. Augustinus intimare quod illæ res quæ antea non fuerant, non fuissent in transacto tempore; ut ergo hanc significationem tolleret adjunxit, quod non præcessit tempus sed quod antea fuit æternitas.*

Præterea, Clarissima intelligentia verborum Augustini constat ex eo quod non loquebatur de æternitate secundum quod ambit omne tempus, sed quatenus secundum nostram considerationem antecessit tempus in quo res coeperunt esse. Cum enim (ut dictum est) æternitas, una cum sit & indivisibilis formaliter, sit multiplex virtualiter, potest considerari secundum quod correspondet uni parti temporis & distinguitur ab ea quæ correspondet alteri parti, dicit ergo D. Augustinus quod res ante tempus in quo conditæ sunt non fuerunt in æternitate, quæ intelligebatur ante idem tempus.

Respons. At prima interpretatio nimium coacta est; palam dicit Augustinus non modo æternitatem antecessisse sed & res illas in æternitate non fuisse, quod procul dubio non dixisset modo agnovisset realem aliquam rerum earundem existentiam in æternitate idque ab æterno.

Nec sine mirum cuiquam videri debet quod non locutus sit de æternitate prout ambit omne tempus. Neque credibile est Augustinum agnovisse ejusmodi temporis ambitum qualem vos tribuitis æternitati; Nec omnino loquitur de æternitate ut correspondet parti temporis; tum quia nihil opus fuisset hujusmodi distinctione. Nam subtracta potentia Dei qua res producit, mox non erunt, sicut antea non fuerunt, nempe tempore non fuerunt. Nam plurimarum rerum productionem tempus præcessit, ut accurate procedat phrasiologia secundum præcessionem temporis propriè dicti, tum quia loquitur de creatione mundi universi, atque ex potentiæ divinæ subtractione, docet reversura esse in eundem statum in quo fuerunt ante omne tempus, non ante partem temporis. Sine dubio supponit nullam rerum existentiam realem ante omne tempus.

Secundò arguitur ratione Scoti. Immensitas Dei non est ab æterno præsens omnibus locis in tempore futuris, neque loca replentur ab æterno Dei immensitate; ergo neque res futuræ ab æterno continentur in ipsa æternitate.

Ad secundum respondent aliqui, statuendo differentiam inter æternitatem per comparationem ad tempus, & immensitatem per comparationem ad locum; quod æternitas est mensura inadæquata temporis atque adeo æquivalet infinito tempori si daretur, & continet ipsum. Cæterum immensitas non habet rationem mensuræ locorum, & ideo non continet Deus loca non existentia. Navarr. Hunc respondendi modum non probat imo refellit Navarretus. *Hæc solutio,* inquit, *non omnino satisfacit. Nam immensitas Dei & potest sumi negative, ita ut sit illud quod non habens mensuram; & potest sumi positive prout replet, & continet omnia:* at vero (inquit) in præsenti non sumitur primo modo sed secundo. *Et ita videtur quod sicut tempus quod continet res successivas, & mensurat illas, continetur in æternitate tanquam in mensura inadæquata, ita locus, qui continet locatum & mensurat ipsum continetur in immensitate Dei tanquam in mensura inadæquata.* Itaque summota responsione ista aliam substituit Navarretus in hunc modum.

Nihilominus respondetur ad argumentum ex differentia inter repletionem qua immensitas Dei replet omnem locum, & mensuram qua æternitas mensurat omne tempus, quod in illa denotatur aliqua mutatio ex parte loci qui repletur Dei immensitate. Et ita non conceditur absolute quod Deus ab æterno repleat omnem locum, sicut quia ex creatione, denotatur mutatio conveniens ex tempore creaturæ, non conceditur quod Deus ab æterno creat, licet actus creandi, sit unde quod si tenet ex parte Dei, sit æternus. At vero æternitas ut mensurat actualiter omne tempus & res successivas in tempore existentes, non ponit neque denotat in illis aliquam mutationem; Quo fit ut in hac propositione res successivè existunt simul

quod in aeternitate, non dicuntur intrinsecè aliquid permanens ad tempus tanquam mensura; tamen non dicuntur mutatio quae subjectum temporis. Caeterum in alia propositione immensitas Dei replet omnem locum futurum in tempore. Denotatur intrinsece illa mutatio loci quo repletur atque adeo secundum talem mutationem intervenit mensura temporis, & significatur, quod in ordine ad illum replet Deus illum; & sic prima propositio conceditur & secunda negatur.

At ista differentia quam reprehendit Navarretus, est mere commentitia. Neque enim mutatio aliqua fit ex parte loci quando repletur Dei immensitate; sicut neque quando Angelus spatium aliquod occupat, spatium illud per occupationem Angeli aliqua ex parte mutatur. Sed & simplex immensitatis Dei coexistentia cum omni quantitate permanente quantumvis spatiosa, nulla aliunde sufficit in rem praesentem. Nam & immensitas Dei perinde per omnia dici potest ambire omnem quantitatem permanentem, sicut & aeternitas omnem quantitatem successivam, nec tamen coexistit ulli spatio magnitudinis priusquam spatium illud magnitudinis existit simpliciter; nec aequum est ut aeternitas coexistat ulli spatio temporis, priusquam spatium illud temporis existit simpliciter. Imo repletio ista loci per immensitatem, si Durandi dissertatione commovemur, est mere fictitia. Deus omnia replet suis effectibus, non autem immensitate sua. Sed agamus de spatio magnitudinis existente; Deus per immensitatem indivisibiliter coexistit omni spatio, sed non ubique, verum unicuique in loco suo. Ita etiam omni rei in tempore existenti coexistit DEUS, non tamen semper, sed unicuique in tempore suo. Quod si semper coexistat unicuique rei in aeternitate; pari ratione etiam corpori alicui dicetur coexistere ubique, nimirum in immensitate sua.

Tertio si res sunt realiter in aeternitate, sequitur non posse in tempore, & propria mensura produci: idem enim bis produceretur manens in suo esse.

Licet aliqui Auctores concedant quod Antichristus est creatus in aeternitate, mihi tamen non videtur illud esse concedendum, quia creatio importat aliquam mutationem: & quando res successivae & mutabiles transferuntur ad existentiam in aeternitate formaliter, non transferuntur sub ratione successiva vel temporali; sed (ut declaratum est) sub ratione indivisibili & permanente. Ex quo sequitur, quod quamvis materialiter loquendo res mutentur & fluant in aeternitate, & sic etiam possit concedi quod Antichristus creatur in aeternitate, tamen formaliter omnes illae sunt in aeternitate secundum quandam permanentiam & ita semel producitur res in tempore.

At si res ipsae sunt ab aeterno & actio creandi sit ab aeterno uti diximus in responsione ad argumentum praecedens, quid obstat quominus dicantur creatae esse ab aeterno, praesertim cum existentia realis ab aeterno produci non possit per creationem in tempore. Neque enim reale quid dici potest existere, in infinitum posterius sua causa. Neque enim res aliqua ex natura sua existit ab aeterno, ergo per actionem aliquam agentis extrinseci suam existit; ergo vel per productionem in tempore, quae posterior est, vel per creationem etiam aeternam. Nec hinc sequeretur ulla mutatio; nam licet creatio temporalis procedat à non esse ad esse, non tamen ita esset de creatione aeterna: fieret potius per emanationem quam per transmutationem, sicut radii proveniunt à Sole. Transferuntur (inquis) ad existentiam in aeternitate; at quo transferentur transferuntur, vel Deo operante vel nullo, quandoquidem haec translatio supponitur esse aeterna; ergo per operationem aliquam Dei, ergo vel intra manentem vel transeuntem. Transiens operatio nulla fingi potest praeter creationem. At illa in infinitum est posterior translatione ista, ergo translatio ista in creationem rejici non potest tanquam in causam. Quanto satius fuisset, ingenue fateri fieri hoc per operationem intra manentem, nempe per voluntatem Dei, unde possibilia transferuntur ad esse volitum coram Deo, & consequenter cognoscibilia sunt in genere futurorum, hoc autem esse quod res habent apud Deum in volitione ejus non esse ens reale sed solum intentionale. Et sine dubio habent hujusmodi esse sub ratione indivisibili & permanente, ut sic infensae illae distinctiones velitae, (de rebus materialiter loquendo mutatis & fluentibus in aeternitate; & tempore ipso secundum suum esse successivum existente in aeternitate; etiam Antichristo hoc modo creato in aeternitate, formaliter tamen omnibus illis existentibus in aeternitate secundum quandam permanentiam & ita semel rem produci in tempore) in nihilum evanescant omnes. Nos facile comprehendimus quomodo & tempus & res in tempore sint in aeternitate quando revera sunt, nempe per eandem coexistentiam aeternitati successivam; at ut ab aeterno ante mundum conditum extiterint realiter in aeternitate, monstrum opinionis est, nec temperari potest tam infelici remedio, dicendo scilicet esse ea in aeternitate secundum quandam permanentiam, idque ab aeterno, quemadmodum antehac diversas res antequam existant elevari ad aeternitatem per quandam connexionem non per elevationem aliquam passivam; Poterunt ista forsitan aliquibus satisfacere quotquot vanitatibus pasci volunt & inanis.

Quartum Argumentum. Quoties aliqua plura existunt simul aut coexistunt cum aliquo tertio simul, etiam inter se existere aut coexistere necesse est. Sed non omnia futura secum coexistunt, ergo neque coexistunt realiter aeternitati.

Navarr. *Quartum argumentum quod difficillimum & insolubile reputat [illegible], dicens quod non videt quod Cajetanus & Thomistae respondeant, habet facillimam solutionem, & quae à Summulistis solet adhiberi similibus argumentis, quae habent eandem fallaciam vel similem. Explicat etiam illam maximam Quaecunque sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se; & dicitur debere intelligi in illa ratione in qua sunt eadem; & ita Theologi respondent ad argumentum propositum, quod ea quae coexistunt uni tertio, scilicet aeternitati, coexistunt inter se ut mensurata per aeternitatem. Licet enim Adam & Antichristus non coexistant inter se absolute, nihilominus ut subduntur mensurae aeternitatis habent indivisibilem coexistentiam. Itaque si praeterita & futura secundum esse propria, & secundum ordinem ad propriam mensuram coexisterent aeternitati, etiam coexisterent inter se: Caeterum, quia coexistunt aeternitati sub particulari ratione, non sequitur quod absolute coexistant inter se.*

Sicut

Sicut licet plures partes hominis sint vel etiam unius animae rationalis sub eadem indivisibili informatione, non sequitur quod sint simul inter se.

Respons. Etiam & nos dicimus omnia coexistere aeternitati, sed successive alia post alia, non simul; Neque mirum cum aeternitas neque initium habuerit neque finem unquam habitura sit. At hinc nequaquam sequitur etiam omnia coexistere inter se. At tua Navarrette sententia est, in omni instanti temporis rem quamlibet coexistere aeternitati. Vultis enim rem unamquamque semper coexistere aeternitati. Unde quemadmodum si omne corpus ubique coexisteret immensitati, sequeretur inde etiam omnia corpora ubique coexistere inter se; ita etiam si omnia semper coexistant aeternitati, pari per omnia ratione sequitur omnia semper coexistere inter se.

Quinto. Quod in se nihil adhuc est, nihilque habet proprii esse & propriae durationis, quae a suo esse non distinguitur, non potest mensurae & durationi alienae coexistere. Nam coexistere alteri supponere videtur propriam rei coexistentis existentiam ut primum & necessarium fundamentum: futura autem ab aeterno in se nihil fuerunt, ergo neque ipsi aeternitati potuerunt coexistere.

Navarr. *Esse in ordine ad mensuram aeternitatis non praesupponit esse in ordine ad mensuram propriam, cum potius e contra esse in ordine ad propriam mensuram, derivetur ab illa superiori mensura aeternitatis; Et prius est quod res omnes correspondeant mensurae superiori quam propriae & immediatae: non enim ex vi propriae mensurae ascendunt ad mensuram aeternitatis; sed potius prius natura debet intelligi quod sit aeternitas, & quo modo contineat ipsa sua, quam intelligatur existentia rerum in ipsa.*

Concedimus quidem quod in genere causae materialis praesupponatur esse rerum quod mensuratur aeternitate; & ita simul debet esse cum dicta mensura. Caeterum ratio existendi in aeternitate, non attenditur secundum tale esse, sed potius secundum eminentiam mensurae, & hoc est praecipuum fundamentum maxime attendendum in hac parte, & declaratum supra.

Per quod respondetur ad confirmationem, quod licet aeternitas sit mensura extrinseca rerum creatarum, tamen est mensura infinita, & ambit omnes res creatas & creandas, & ex altera parte continet illas ad modum suum: scilicet per indivisibilem mensurationem & totam simul, & ita non debet concedi quod mensuret id quod non est in se, sed mensurat id quod est sibi praesens praesentialitate desumpta ex illo ambitu aeternitatis.

Respons. Hujus argumenti lucem ferre non potest Navarrettus, & proinde terminos mutat, quod a candido dissertore fieri non debuit. Quod si mutaret terminos in melius tolerandum foret; sed in deterius mutat; & submotis planioribus & notioribus, obscuriores & ignotiores loco eorum substituit. Argumentum sic fuit. Quod in se non existit dico non potest alteri coexistere. Respondet Navarrettus, Esse in ordine ad mensuram aeternitatis, non praesupponit Esse in ordine ad mensuram propriam. Quibus significat licet obscure, posse aliquid coexistere alteri licet non existat. At hoc falsissimum esse, liquet ex terminorum explicatione; Nam coexistere alteri, [illegible] est notionis complexae. Nam significat utramque rem propositam existere; significat etiam utriusque existentiam simul esse. Jam olim eodem argumento usus est Durandus. Navarrettus videtur hoc velle, posse aliquid coexistere aeternitati nempe in aeternitate, licet nondum existat in tempore. At argumentum ita formari potest, ut huic subterfugio nullus locus supersit, in hunc modum: *Quicquid coexistit aeternitati, id ipsum existit; At res futura ex vestra sententia coexistunt aeternitati ergo existunt.* Non dico ergo existunt in tempore; sed simpliciter dico, existunt. At istam consequentiam vestri non ferunt; quia conclusio procedit de existentia simpliciter dicta. At non agnoscetis res futuras simpliciter existere. Ergo etiam pari ratione vobis negandum est, res futuras coexistere aeternitati nisi procedat cum hujusmodi restrictione nimirum in aeternitate. Atque haec sola via est solvendi argumentum propositum. Sed placet singulatim expendere quae a te dicuntur.

Esse in propria mensura derivatur inquis *ab illa superiori mensura aeternitatis*; adverto hic nequaquam a te dici, Esse in propria mensura derivari ab esse in mensura aeternitatis, quod tamen a te dici debuerat. Nam recipis ostendendum contrarium ejus quod proferebatur verum esse, ergo minime conveniebat terminos comparationis principales mutare. Sed neque hoc dici potuerat sine contradictione sententiae vestrae. Nam ex vestra sententia potius ideo res sunt in aeternitate quia producuntur in tempore, quam ideo sunt in tempore quia producuntur in aeternitate. Sed quia res producuntur quidem a Deo in tempore, ideo plausibile quidem videtur affirmare res dum in tempore producuntur derivari ab aeternitate. Veruntamen & illud nimis absurde dicitur. Neque enim a Deo fiunt res operante secundum aeternitatem ejus, sed potius a Deo producuntur operante secundum consilium voluntatis ejus. Et cur in productione rerum tu rationem haberes aeternitatis Dei potius quam immensitatis ejus, praesertim cum immensitas Dei aestimetur non secundum quantitatem molis, sed potius secundum quantitatem perfectionis. Et quantitas perfectionis congruentiores partes habere videtur in productione rerum quam aeternitas. Addis dicendo secundum doctrinam a te supra traditam, quam jam expendimus, & quam levissimam esse instar paleae deprehendimus, Prius esse quod res correspondeant mensurae superiori quam propriae & immediatae; haec est tua phraseologia, aut dialecto familiari magis diceres, prius esse quod res existant in aeternitate quam ut existant in tempore; hoc est prius esse quod res existant secundum quid & non simpliciter, quam ut existant simpliciter, quod & verum esse non diffiteor, modo decenter exponatur. Nam prius existunt res apud Deum in esse cognito quam existunt simpliciter; adhuc, prius existunt res apud Deum in esse volito quam in esse cognito. Sed hoc modo res existentes non tam sunt creaturae, quam creatoris essentia. Sed ne sine ratione insanire videatur, rationem subjicio in haec verba: Non enim ex vi propriae mensurae ascendunt ad mensuram aeternitatis. Certe non ascendunt, nam tota ascensio ista mere chimaerica est, & in quorundam hominum cerebro nata praeter omnem expectationem delirantium. E qui-

bus

bus est Navarretum qui supra docuit res elevari ad mensuram æternitatis, non tamen per elevationem aliquam passivam & intrinsecè receptam, sed per quandam continentiam; admodum conditualiter. Sed unde facta est illa continentia; cum res ipsæ natura sua tantum possibiles fuerint aliunde adveniat necesse est. Et cum ab æterno fuerit, non nisi à Deo. An vero ab æterno erant? Non audes hoc affirmare, sed potius in tempore productas; ergo congruentiùs valebat, ut esse in æternitate derivetur ab esse in tempore, quam ut esse in tempore derivetur ab esse in æternitate. Quamvis enim fuisset præfinitio existentiæ rerum in æternitate, atque à conditione rerum possibilium ad conditionem rerum futurarum transeuntium facta esse à decreto & voluntate Dei, unde fiunt futuræ, atque ita sint ab æterno apud Deum, sed duntaxat in esse volito, & in esse cognito, hoc est secundum esse ipsorum intentionale non autem secundum esse reale. Certè prius opus est intelligatur quid sit æternitas quam verba faciamus de existentia in æternitate; sed quid hoc ad rem? De modo autem continentiæ ejusdem, non opus est ut solliciti simus. Nam existere in æternitate secundum esse reale, nihil aliud est quam eidem coexistere; quod sufficienter intelligi potest, quamvis nihil ultra sciamus de natura æternitatis quam quod ejusmodi sit, quod neque initium habeat neque finem; unde sequitur necesse esse ut quicquid existit, eidem etiam coexistat.

Patens tamen in genere causæ materialis præsupponi esse rerum quod mensuretur æternitate, sed non patet rationem existendi in æternitate attendi secundum tale esse, sed potius attendi vis secundum continentiam mensuræ; & hanc ais esse præcipuum fundamentum maximè attendendum in hac parte. Ac declaravimus supra, quarta sectione septima in responsione ad secundum, mirificentissimè. Neque enim credo vel Diabolum ipsum, cum prælectiones suas haberet, ut fertur, coram auditoribus quibusdam per ætatem in Academia Toletana, unquam usum fuisse sublimiori philosophia; nec quid causæ video cur non ipse Navarretus in reconditis earundem sensibus eruendis talem Doctorem aliquem consulere dignaretur. Nam sine dubio, admodum momentosa esse oportet, quæ vix unus è millibus probe intelligat.

Agnoscimus æternitatem esse mensuram infinitam & ambire omnes res creatas, quatenus & fuit ante eas & erit post eas, sed non aliter continere omnem quantitatem temporis & durationis quam immensitas Dei continet omnem quantitatem magnitudinis. Utraque est indivisibilis, nec magis sequitur propter infinitam & indivisibilem conditionem æternitatis, ut res temporariæ existant semper in æternitate, quam ut propter infinitam & indivisibilem conditionem immensitatis, quævis omnis magnitudinis ubique sit in immensitate.

Sextò. Sequeretur futura contingentia etiam ab Angelo certo sciri. Duratio enim substantiæ illius quæ dicitur ævum est tota simul; ergo complectitur simul omnia deinceps futura, & omnia ipsi simul existunt.

[illegible] *Sextum argumentum exponit, ut examinemus, quomodo futura contineant substantia Angeli & ejus operationem atque cognitionem. Circa quod dissentit D. Thomas cum Cajetano respondendum, quod quamvis substantia Angeli mensuretur ævo, & contineat totum tempus per modum unius, atque adeo omnia quæ sunt futura in tempore sint præsentia eidem substantiæ, tamen operationes Angelicæ mensurantur tempore discreto, & consequenter intellectio non attingit ea quæ futura sunt in tempore, neque sunt illa præsentia objective tali intellectioni. Quæ solutio est vera & bona. Sed contra eam arguit Vasquez cap. 3. citato.*

I. *Primo*, quia ex præsentia reali quam res habent respectu Dei in æternitate, sequitur eas præsentes esse intellectui ejus præsentia objectiva, ergo si res sint præsentes Angelo præsentia reali, etiam erunt præsentes objectivè. Antecedens probatur. Non enim dicimus res cognosci à Deo tanquam præsentes, quia sunt intellectui ejus præsentes objectivè, quia hoc esset probare idem per idem; scilicet res videri cognosci certo tanquam præsentes quia certo cognoscuntur.

II. *Secundo* arguit specialiter contra Cajetanum in cujus doctrina intellectio qua Angelus cognoscit seipsum mensuratur ævo sicut substantia Angeli ergo huic intellectioni sunt præsentes etiam res futuræ in tempore in esse objectivo.

III. *Tertio augetur difficultas quia si loquamur de illa intellectione quæ mensuratur unico instanti quod durat per unam horam, & coexistit omnibus partibus illius horæ, sequitur quod per illam cognoscat Angelus simul omnia quæ futura sunt in illa hora.*

His occurrere pergit Navarretus in hunc modum. *Pro intelligentia autem prædictæ solutionis notandum est quod cùm in Deo sit idem prorsus substantia & operatio, sit, ut si substantia mensuratur æternitate, eadem mensura mensuretur quælibet operatio, atque adeo quod eadem existentia reali qua existunt res præsentes Deo, sint etiam præsentes objectivè ejus intellectioni, dummodo servetur ratio præsentialitatis secundum modum debitum utrique, scilicet essentiæ divinæ secundum modum præsentialitatis realis; intellectioni verò secundum modum præsentialitatis objectivæ. Et licet radicaliter desumatur præsentialitas in esse objectivo ex præsentialitate reali: tamen formaliter loquendo, mensura æternitatis in illo intellectu divino cognoscit immediatam præsentialitatem in esse objectivo.*

Secundo notandum est, quod cum tota perfectio intellectionis divinæ desumatur ex essentia divina, & nulla perfectio desumatur ex rebus cognitis, sicut tota ratio mensuræ quæ est in eadem intellectione desumatur ex rebus secundum quod sunt præsentes in eadem essentia. Cæterum perfectio intellectionis Angelicæ etiam desumitur per ordinem ad res intellectas, secundum quod sunt extra intellectum & essentiam Angeli; quo fit ut perfectio mensuræ, quæ est in essentia Angeli, secundum quod coexistit rebus temporalibus futuris non communicetur intellectioni ejusdem; & quod ex parte objecti quod Angelus intuetur extra suam essentiam, recipiat intellectio successionem.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod licet radicaliter sumatur ratio mensuræ æternitatis quæ est in cognitione divina ex essentia divina, & ex præsentia reali qua sunt præsentia res futuræ eidem essentiæ, tamen formaliter sumitur ex quadam coexistentia indivisibili respectu earundem intelligibilium ad eandem ipsius intellectionem; & cum intellectui nihil dicatur præsens nisi quod est præsens objectivè, sicut dicta

mensura exposcat immediatè illam præsentiam objectivam. Neque hoc est probare idem per idem, sed declarare quam præsentiam exposcat immediatè mensura æternitatis in intellectione.

Respons. Antea dixeras mensuram æternitatis in actu intellectus divini exposcere formaliter immediatam præsentialitatem in esse objectivo; hic dicis mensuram æternitatis in cognitione divina formaliter sumi ex quadam coexistentia indivisibili respectu omnium intelligibilium ad modum ipsius intellectus; quæ quidem explicatio posterior, utrum conducat magis ad illustranda priora, quam ad eadem obscuranda quivis advertat. Agnosco formalem rationem existentiæ rei alicujus in esse objectivo, differre à ratione existentiæ ejusdem realiter. Nam in esse objectivo non est nisi sub ratione cognoscibilis. At hoc ipso quod existit quocumque modo ponitur cognoscibile tanquam res existens: saltem ab intellectu divino; Idem etiam dicendum est respectu intellectus Angelici; Nam quemadmodum hoc ipso quod existit res aliqua in tempore est cognoscibilis ab Angelo cognitione intuitiva; pari per omnia ratione hoc ipso quod existit aliquid in ævo Angelico, ponendum est tanquam cognoscibile ab Angelo cognitione intuitiva.

Navarr. *Ad secundum respondetur quod intellectio qua Angelus cognoscit seipsum mensuratur ævo, secundum quod respicit illud speciale objectum scilicet essentiam & naturam ejusdem Angeli, non tamen mensuratur ævo ex seipsa. Itaque essentia Angeli absque aliqua limitatione mensuratur ævo atque adeo coexistit omnibus rebus quæ sunt futuræ in tempore: at vero intellectio qua cognoscit Angelus seipsum prout quidem limitatur ex tali objecto, & propterea sub illa limitatione advenit ei mensura ævi, & ita non coexistit omnibus rebus quæ futuræ sunt in tempore, sed solum illa indivisibili & simultanea cognitione cognoscit Angelus quicquid cognoscitur penes se de sua substantia.*

Respons. Esto, cognitio Angelica mensuretur tempore discreto quæ, tamen ratione hoc nihil impeditur, quo minus cognoscant omnia quæ existunt in tempore licet hoc fiat cognoscendo alia post alia, pari ratione nihil impedit quo minus cognoscant quæ futura sunt, licet ea non possint cognoscere simul sed alia post alia. Et plusquam admirabile videtur Angelos non posse videre ea, quæ ponuntur esse ante pedes ipsorum nempe in ipsa Angelica duratione existentia.

Navarr. *Ad tertium argumentum respondetur, quod cognitio instantanea Angeli quæ coexistit parti temporis nostri, est determinata ad speciale objectum ex seipsa & intrinsece, & ita, si Angelus debet cognoscere aliud objectum mutatur cognitio illa: quando vero asseritur quod per cognitionem possunt attingi omnia illa quæ eidem cognitioni secundum propriam mensuram coexistunt; intelligendum est dummodo intellectus ex se non dicat limitationem ad unum objectum, quia si illam dicat proprie loquendo illud solum objectum coexistit eidem, & non alia objecta. Verum cum limitatio ista cognitionis Angelicæ ad unum aliquod objectum sit ad placitum Angeli licet dum illud considerat non possit aliquid aliud contemplari, tamen cum penes Angelum sit earum quæ ipsi realiter præsentia sunt, & consequenter cognoscibilia quod sint, quandolibet contemplari, nihil hoc oberit, quin missa contemplatione unius, det se in contemplationem alterius, & tunc res futuræ intuebitur cum ipsi realiter præsentes sint in duratione Angelica, quàm præsentes in duratione propria temporali. Rursus si ut novisti res futuras esse Angelo præsentes realiter in ævo; ergo sine dubio verentur illud ipsi Angeli, seu quales sint, & qualiter se habeant ignorent, perinde est Angelis atque hominibus cæcis qui quidem norunt multa sibi esse præsentia, qualia tamen fuerint, & qualiter sese habeant cum visu capti sint ignorare coguntur.*

Respons. Obiter adverto distinctionem primam quam pro intelligentia prædictæ solutionis argumenti præmittendam esse censuit Navarretus, de identitate scilicet substantiæ & operationis in Deo in nullum prorsus rei usum à Navarreto propositam esse.

Ad argumenta Vasquii.

Deus cognoscit omnia secundum quod sunt in sua essentia absque eo quod accipiat perfectionem ab ipsis rebus: ergo impertinens est coexistentia rerum in æternitate ad infallibilem cognitionem ipsarum, sed solum est necessarium quod res ipsæ sint in essentia divina tanquam in objecto proprio cognitionis divinæ.

Navarr. *Ad hoc* (inquit) *Patet ex dictis. Probat enim quod certitudo cognitionis divinæ ex seipsa & intrinsece non sumatur ex præsentia illa rerum, non tamen quod ea parte qua in rebus cognitis una dicitur ratio alterius etiam præsentia illa non sit ratio certitudinis.*

Respons. Nova prorsus est illa explicatio secundum quam certitudinem cognitionis divinæ petendam dicis à rerum præsentia reali in æternitate; nam fol. 329. pagina 2. colum. prima in fine, tantum dixeras certitudinem istam à reali rerum existentia in æternitate peti non à priori, sed à posteriori; hic autem certitudinem illam peti dicis à rebus cognitis quatenus *una est ratio alterius*. Et ne extra oleas vagari videatur, dum missa rerum in æternitate præsentia, tanquam ratione certitudinis cognitionis divinæ considerat res hactenus tantum quatenus una est ratio alterius; ideo addit præsentiam illam esse rationem certitudinis, saltem nihil in adversum, hac Vasquii ratione, probatum esse: At inquam considerare res, prout alia est ratio alterius, nihil commune habet cum consideratione realis earum præsentiæ, sufficit ad hoc præsentia earundem non in Esse reali, sed in Esse tantum cognoscibili. Quid quod & existere in æternitate & cognosci à Deo tribuitur non modo rebus illis quarum una est ratio alterius, sed & aliis omnibus.

Arguit contra id quod aliqui Thomistæ asserunt esse necessariam illam præsentiam ut futura cognoscantur à Deo notitia intuitiva. Antichristus verbi gratia, modò non habet aliquid amplius quam alia res possibilis quæ nunquam erit: Sed hæc non cognoscitur à Deo notitia intuitiva, ergo neque Antichristus.

Antichr-

[illegible] modo, hoc est interdum ad hoc instans non habet aliquid amplius quam res possibiles non futuræ. Cæterum [illegible] ad æternitatem quæ per modum indivisibilem [illegible] futura, eo modo habet aliquid amplius.

Istæ distinctiones de ordine rerum ad hoc instans & ad æternitatem [illegible] consulto introducuntur à Navarretto ad [illegible] Lectoris perstringendum, ne liberè sentiat in [illegible] veritatis & ab ea deviare [illegible]. Si in hoc [illegible] tempore nihil habet Antichristus quo differat à rebus pure possibilibus, tum [illegible] quod ab æterno existebat realiter in æternitate. Sed tandem non veretur Navarrettus affirmare Antichristum modò habere aliquid amplius quam habet res possibilis, nempe quatenus existit in æternitate; hoc enim non competit rebus possibilibus. Agedum examini subjiciamus illud quicquid fuerit. Si modo aliquid amplius habet res futura quam res mere possibilis, hoc aliquid amplius vel est substantiale vel accidentale vel utrumque; dicetur utrumque quia tam substantiæ quam accidentia existunt in æternitate. Nec substantiæ sunt sine accidentibus. Ergo inquam ab æterno existebant in æternitate; & cum futura sint infinita, idque categorematicè ex tua sententia. Sequitur non solum alia multa præter Deum extitisse ab æterno, sed & infinitum numerum rerum actu extitisse ab æterno secundum suum esse reale in æternitate. At infinitus numerus rerum actu dari non potest secundum Aquinatem. Rursus, si esse reale habeant ab æterno in æternitate; aut vel à natura sua hoc habent, vel à Deo, vel ab aliquo tertio. Non à natura sua; nam ex natura sua sunt tantum possibilia; & consequenter ex natura sua non magis existunt in æternitate quam res mere possibiles. Sed neque ex Deo hoc habent; Nam si ex Deo, tum vel ex Deo creante, vel ex Deo sciente, vel ex Deo volente: Non ex Deo creante, nam si hoc esset ex Deo creante tum, vel ex Deo creante in æternitate, vel ex Deo creante in tempore. Non ex Deo creante ab æternitate; Neque enim creatio fuit ab æterno; [illegible] à Deo creante in tempore. Neque enim effectus potest esse prior, idque in infinitum prior sua causa efficiente. Sed neque ex Deo sciente, tum quia scientia Dei constituit res tantum in esse cognito, hoc est in esse intentionali, non autem in esse reali, tum quia concedit Navarrettus existentiam rerum in æternitate præcedaneam esse notitiæ Dei intuitivæ. Denique non fit ex Deo volente; nam voluntas Dei tantum constituit res in esse volito, quod quidem est esse intentionale potius quam esse reale. Secundo, si à Deo volente, tum vel à Deo volente ut sint in æternitate, vel à Deo volente ut sint in tempore, vel utroque modo. Si non nisi utroque modo, tum Deo tantum volente ut sint in tempore non sequitur quod existant in æternitate. At vos urgetis ex natura æternitatis necesse esse, ut quicquid existit, aut extiturum est in tempore, illud jam ab æterno extiterit in æternitate. Forte dices hoc fieri utroque modo quatenus alterum necessario sequitur ex altero. Ergo inquam vel ex eo quod Deus velit aliquid in tempore, ideo necesse est velit etiam quod sit in æternitate ab æterno; vel ex eo quod velit aliquid esse ab æterno in æternitate, necessario sequitur quod velit eas fieri aliquando in tempore. At neutrum horum dici potest. Nam si ex eo quod velit Deus aliquid in tempore fieri, sequitur Deum velle idipsum ab æterno existere in æternitate, hinc sequeretur, quia velit Deus rem esse temporalem propterea Deum velle eandem rem esse æternam. Secundo, quam rationem habet voluntas producendi rem in tempore ad voluntatem producendi rem in æternitate, eandem rationem habet productio rei in tempore ad productionem ejusdem rei in æternitate. Et proinde si ex voluntate producendi rem in tempore sequitur voluntas producendi rem in æternitate, etiam ex productione rei in tempore sequitur productio ejusdem rei in æternitate. At hoc impossibile est, nimirum ut quod posterius est, sit causa ejus quod prius est, idque ab æterno prius. Rursus neque ex eo quod velit Deus aliquid fieri in æternitate, sequitur quod velit Deus eandem rem fieri in tempore. Nam quicquid Deus vult fieri in tempore vult fieri secundum aliquam certam temporis differentiam. At velle aliquid fieri in æternitate non magis infert rem illam futuram esse secundum unam differentiam temporis quàm secundum aliam; quoniam æternitas cum sit indivisibilis nullas habet differentias quæ correspondeant differentiis temporis. Secundo nulla videtur consequentia, si dicatur, vult Deus aliquid esse ipsi præsens in æternitate, ergo vult idipsum præsens esse aliquando in tempore. Adde his quod ante hos Doctores nunquam auditum est, Deum decrevisse res aliquas præsentes esse in æternitate. Quare minimè dicendum videtur, à Deo volente aliquid esse in æternitate, factum esse quod res ab æterno extiterint in æternitate. Dicendum itaque potius hoc fieri ex Deo volente, ut sint aliquando in tempore. At hoc etiam minimè probabile videtur. Nam aliquid esse volitum ut existat in tempore, est idipsum esse futurum; at ex eo quod velit Deus aliquid futurum in tempore non sequitur quod sit præsens in æternitate idque ab æterno.

Sequuntur argumenta Valentiæ quæ expendit Navarrettus.

Deus in sacra Scriptura dicitur esse ante res temporales, ergo res secundum esse reale non coexistunt æternitati, quam præsupponunt. Confirmatur primo. Quoniam alias infinita longitudo durationis à parte ante, non competeret de facto soli Deo, sed esset communis creaturis secundum illam mensuram quæ Deo competit.

Confirmatur secundo. Nam si quis diceret tempus ipsum fuisse propriè ab æterno, non immerito videretur asserere aliquid contra Scripturæ testimonia citata: ergo idem dicendum est de rebus temporalibus.

Navar-

Obiect. Navarretus: I. Ex illis locis Scripturae colligimus nostram sententiam. Si enim aeternitas in sacra Scriptura dicitur ante res temporales, vel est secundum se totam vel secundum partem sui. Primum dici non potest. Nam tunc non affirmaretur de aeternitate quod est semper. Secundum etiam implicat. Nam aeternitas est indivisibilis & vel tota est simul, vel nulla aeternitas datur in se. Restat ergo ut in sacra Scriptura dicatur aeternitas ante tempus esse secundum illam particularem coexistentiam quam habet cum tempore, non vero in se.

II. Ad primam confirmationem respondetur quod aeternitas inadaequatè convenit creaturis, Deo vero adaequatè.

III. Ad secundam confirmationem respondetur, quod neque tempus neque res temporales, dicuntur esse ab aeterno sed coexistere aeternitati. Est autem maxima differentia inter istas propositiones. Nam prima denotat existentiam rei aeternam secundum propriam mensuram: at vero secunda denotat existentiam mensurae aeternitatis quae sub indivisibili mensura trahit ad se res maxime distantes & facit aeternaliter sibi praesentes res temporales & futuras in tempore.

Respons. Ex eo tamen quod Scriptura dicit Deum esse ante res temporales, probare vult Deum non esse ante res temporales; sed res temporales tam esse sine principio & sine durationis suae, quam est Deus ipse, idque secundum esse reale. Argumentum autem quo nititur nequaquam fundatur in Scriptura illa, cujus tamen speciem, sed nimis inverecunde praetexit; sed tantum eo tendit, ut probet Scripturam illam non posse aliter exponi quam respectu particularis illius coexistentiae quam habet aeternitas cum tempore. Praeter quam fingit Navarretus illam particularem coexistentiam quam habet aeternitas non modo cum temporalibus, sed & cum tempore ipso in aeternitate. At hujus nullum vestigium reperit in his Scripturae locis quod tamen fieri debuit si ex his ipsis locis contendit probare sententiam suam. Obiter adverte insulsam distinguendi rationem apud Navarretum dum de aeternitate philosophatur tanquam ante tempus existente, secundum illam particularem coexistentiam quam habet cum tempore, non autem in se; & Scripturam ad insulsam istam subtilitatem conformat, dum ait secundum Scripturam non esse ante tempus in se, sed ante tempus esse secundum illam particularem coexistentiam qua habet cum tempore. Certe Scriptura tam insulsae & praeter omnem sobrietatem excogitatae distinctionis non meminit secundum quam aeternitatem nobis exponeret. Et Navarretus ipse vult aeternitatem nec ante tempus esse secundum illam particularem coexistentiam quam habet in tempore, nimirum in aeternitate. Quod tamen etiam alia ratione secundum ipsam Navarretti sententiam asserendum est, nempe aeternitatem esse priorem tempore secundum illam coexistentiam quam habet cum tempore in aeternitate. Nam quatenus prior est tempore secundum coexistentiam cum tempore in tempore, est etiam prior tempore secundum coexistentiam cum tempore in aeternitate: Nam esse in tempore est esse in aeternitate: nam esse in tempore est coexistere aeternitati; coexistere autem aeternitati est mensurari aeternitate; mensurari autem aeternitate est esse in aeternitate. Sed argumentum ipsum expendamus. Dicimus aeternitatem esse ante res temporales secundum se totam; sed negamus hinc consequi, non esse semper. Nam si secundum se totam semper permanentem est ante res temporales, nihil obstabit quin semper sit; ut est sine principio, est ante res temporales; ut est sine fine, est etiam post res temporales. An vero tu negabis aeternitatem esse ante res temporales futuras in tempore, idque secundum se totam? An vero propterea sequetur affirmari non posse de aeternitate quod sit semper, ut infausta hac tua subtilitate temet ipsum constringam. Veruntamen hic homo Doctorum crassus errorem amicat, quod scilicet aeternitatem, cum sit duratio rei, non advertunt propterea dici totam simul esse quatenus in re quam mensurat non datur successio, non datur prius & posterius. Ipsum esse Dei nullam admittit mutationem. Ipsa volitio Dei nullam capit successionem, non modo quia nulla volitio subjicitur motui, sed quia nulla volitio in Deo succedit volitioni alteri, item nulla cognitio aut successionem habet in se aut succedit cognitioni alteri. Sed & Deus, & quicquid in Deo est, est totum simul sine omni successione, idque ab aeterno in aeternum permanens; quae quidem aeterna Dei permanentia coexistit rebus omnibus per quascumque rerum vices succedentibus, ubi ex verum sit, Deum & quicquid in Deo est durasse per spatium universi mundi praeteriti, & ab aeterno antea; item duraturum per spatium universi mundi futuri & in aeternum postea. Illi autem fingunt contra secundum intervalla temporum succedentia propter indivisibilem aeternitatis conditionem ad unicum instans reduci, in quo existant idque ab aeterno, videlicet in aeternitate.

II. Imo aeternitas tam adaequatè competit creaturis quam ipsi Deo, idque secundum esse ipsorum reale nimirum in aeternitate ex sententia vestra; Nam sicut Deus nec principium habuit nec finem habiturus est; ita etiam esse reale rerum in aeternitate, juxta vestram sententiam nec principium habuit durationis nec finem habebit.

III. Nimis absurda est ista distinctio: nam vultis res temporales non modo coexistere aeternitati quod etiam fit, dum singulae suis temporibus existunt, sed & ab aeterno eidem coexistere. Quod si ab aeterno coexistunt aeternitati, ergo ab aeterno existunt saltem in aeternitate; & quod tu discrimen comminisceris inter esse ab aeterno & existere ab aeterno? Et cum laboras in explicanda horum differentia, eo redis ut profitearis aeternitatem facere res temporales sibi aeternaliter praesentes; addere debueras, idque secundum esse ipsarum reale. Ergo sunt ab aeterno, secundum esse suum reale praesentes aeternitati; quod objicitur tanquam satis superque absurdum, & cujus absurditatem amoliri desiderabis, licet ab aeternitate sit quod sunt aeternaliter ipsi praesentes, de quo apice nullam movebimus controversiam; licet etiam jure moveri potuisset. Neque enim quicquam fit à Deo sub notione aeternitatis. Operatur omnia secundum consilium voluntatis suae: nusquam dicitur operari omnia secundum aeternitatem suam. Imo immensitas Dei cum sit notionis absolutae, nempe secundum quantitatem virtutis, longe accommodatior est ad notandam causationem rerum quam aeternitas cujus

tamen

tamen vos nullam [illegible] rationem hac ex parte [illegible] ad fabulam vestram de existentia rerum in æternitate [illegible] nihil conducit, sed potius debita facta comparatione ad eandem prorsus convellendam, & funditus subruendam.

Valentia.

Illud quod incipit existere in æternitate non existit ab æterno in æternitate. Sed omnes res creatæ incipiunt existere in æternitate: ergo nulla res creata existit ab æterno in æternitate.

[illegible] *Res secundum proprias mensuras considerentur æternitati, etiam debere existere in æternitate. Cæterum [illegible] infinito modo mensurandi explicata.*

[illegible] An ergo tamen illæ res secundum proprias mensuras coexistent æternitati? At hoc negari non potest, nam rebus secundum proprias suas mensuras existentibus, simulq; etiam existente æternitate ipsa, necesse est [illegible] æternitas coexistat rebus secundum proprias suas mensuras existentibus, & res secundum proprias suas mensuras coexistant æternitati. Rationem autem, unde istam vestram coexistentiam [illegible] jam sæpe docui merè commentitiam esse. Certissimum est, modum mensurandi æternitati competentem non magis infinitum esse in genere suo, quàm modus mensurandi immensitati competens est infinitus in genere suo. Nec tamen vultis res omnes aut ubiq; existere aut omnino existere in immensitate Dei; quas tamen & existere, & semper existere vultis in æternitate Dei.

Valentia.

Quod non verificatur de rebus pro mensura durationis propria, non verificatur de ipsis pro ipso nunc æternitatis. Sed quod res ab æterno existerint Deo præsentes non verificatur de rebus pro illa mensura durationis illarum propria. Ergo neq; pro ipso nunc æternitatis. Major probatur. Nam mensura communis non attingit res, nisi secundum conditiones objectivas quæ ipsis rebus secundum se competunt, alioquin æternitas attingens res mutaret conditiones illarum.

[illegible] *Major est omnino falsa ut patebit ex [illegible] addidisti. Ad probationem respondetur, aliud esse quod res temporales etiam secundum proprias mensuras attingantur ab æternitate, aliud vero quod sub propriis mensuris sint in æternitate. Primum quidem est verum, quia [illegible] mensurata illo propria quando ab æternitate dicuntur attingi. Secundum verò est falsum, quia res in æternitate sequuntur solam naturam illius indivisibilis mensuræ, & ut mensura illa [illegible] sunt simul & [illegible] eandem [illegible], & nulla earum est prior altera. [illegible] tempus præteritum & futurum per modum nunc, pars temporis præterita non est prior parte temporis futura ex modo existendi in [illegible].*

[illegible] Instantias tuas quas addidisti, jam suo considerationi dignas sunt; [illegible] nihil aliud est res temporales esse in æternitate quam eandem attingi ab æternitate. Nam [illegible], quomodo dicantur esse in æternitate, nimirum per elevationem quandam non passivam, & intrinsecè receptam, sed per quandam continentiam, quatenus scilicet æternitas se extendit ad omnia facta in tempore. Ergo etiam res sub propriis mensuris attingi ab æternitate, nihil aliud est quam res sub propriis mensuris esse in æternitate. Quod si [illegible], & res æternitate mensuratæ sint simul, & nulla prior altera, cur non adæquate conveniat rebus æternitas, perinde atq; ipsi Deo? Quod tamen [illegible] judicasti, in responsione ad 1. argument. Valent. & ad confirmationem primam. Etiam res temporales in tempore existentes, existant etiam in æternitate. Nam eidem [illegible] mensurantur; an vero etiam [illegible] in tempore existunt, [illegible] naturam æternitatis est mensura indivisibilis, atque ita etiam simul esse, [illegible] esse priorem altera? Nihil dubito quin omnia tam præterita quam præsentia & futura ab intellectu divino simul intelligantur, atq; ita simul sint apud Deum in esse cognito. Nec omnino dubito quin simul sint apud Deum etiam in esse volito; hoc autem est existere in æternitate duntaxat secundum esse intentionale, non autem secundum esse reale. Illæ autem illustrationes eo tendunt, ac si velletis etiam existentiam rerum in æternitate nequaquam procedere, nisi secundum esse intentionale, [illegible] esse etiam in æternitate secundum esse reale, admodum alienæ sunt illustrationes hujusmodi, quæ tantum docent quomodo res omnes successivæ simul esse possint secundum esse intentionale.

[illegible] *Ex dictis facile solvuntur aliqua argumenta quæ addidit Suarez l. 2. de [illegible] cap. 7. ad probandum quod res [illegible] non existant in æternitate. Et [illegible] probare, quod [illegible] modo significandi [illegible] temporis per [illegible] intellectus quàm in re subsistat; unde concludit ille, quod res existant Deo successivè. Sed ille autor destruit propriam rationem æternitatis, quæ est esse indivisibilem mensuram [illegible], ut constat ex definitione Dionysii, & potius debet dici, quod, si datur successio in æternitate, illa provenit ex apprehensione nostra imperfecte modo attingente æternitatem ad modum rerum successivarum.* [illegible]

Agnosco hanc Suarii rationem nullum momentum habere probationis, sed & rursus ego destrui propriam rationem æternitatis, dum res statuuntur eidem coexistere successivè. Neq; enim indivisibilitas ejus ullo modo violatur, modo nec Deum ipsum, nec volitiones, nec cognitiones divinas ulli mutationi aut successioni subjiciamus; quâ sola ratione durationem horum omnium æterna dicitur esse indivisibilis, & pro- [illegible]

& pro nunc stante computatent sed & pro nunc permanente idq; ab æterno & in æternum. Neq; enim aquarum palum in flumine fixum successive prætereuntium coexistentia successiva cum palo, ullam omnino divisibilitatem aut successionem introducunt in ipsum palum; cujusmodi similitudine familiari jam olim coexistentiam successivam rerum cum Deo illustravit Durandus; quam tamen in considerationem suam nulquam revocat Navarretus, ut ejus defectum aliqua ex parte lectionibus suis patefaceret.

Vide si placet, Vidcatur Anselmus lib. de Casu Diab. cap. ult. & lib. cur Deus homo cap. 18. Et Beda lib. 1. variar. quæst. 27. Et Hugo de Sanct. Victore in summa. Sent. trac. 1. cap. 12. Caterum quæ sciendi præscientia Abulens. in Iosue 11. quæst. 68. & 76.

Respons. Etiam ubi opportunum fuerit videbimus.

Navar. *Objicit tamen Suarez. Thom. quæst. 17. artic. 7. dicentem, quod si nullus intellectus esset æternus nulla veritas creata esset æterna. Veritates ergo creatæ, (ait) sunt æternæ, quia sunt objective in intellectu divino. Respondetur quod quantumcunq; veritates creatæ sint realiter præsentes in æternitate, dicuntur præsentes, secundum esse objectivum in intellectu divino, quia veritas etiam præsens habet rationem veritatis formaliter, secundum quod est objective in intellectu. Solum ergo denotat Thomas modum existendi veritatum ipsarum formaliter. Itaq; conveniunt itaque veritates cum aliis rebus in modo existendi in æternitate realiter; differunt vero in modo proprio, scilicet essendi objectivè. Vnde concedimus, quod si per impossibile daretur mensura æternitatis in esse divino, & non daretur intellectus mensuratus æternitate, non dicerentur veritates realiter existere in æternitate secundum proprias formalitates. Sicut dicimus alias res quæ formaliter non dicuntur tales quia habent esse objectivum in intellectu, tamen essent realiter in æternitate quæ mensuraret divinam esse. Et verum certe est quod Suarius adducat pro se D. Thom. quæst. 37. art. 4. ubi ait;* In seipsis quidem futura cognosci non possunt nisi à Deo cui etiam sunt præsentia dum in cursu rerum sunt futura, in quantum ejus æternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum. *Et quid clarius dici potuit pro nostra sententia? Quid enim est Deum cognoscere futura in seipsis, quam quod actualiter terminetur ejus cognitio ad talia futura in se, & non solum in verbo, vel in intellectu divino. Quando vero subdit, dicens in quantum ejus æternus intuitus simul fertur supra totum tēporis cursum, illud in quantum non dicit conditionem diminuentem, sed declarat rationem notitiæ intuitivæ. Itaq; non denotat rationem formaliter existendi in æternitate, neq; sumitur reduplicative in ordine ad æternitatem, sed specificative, etiamsi denotet formalitatem cognitionis intuitivæ.*

Respons. Ratio Suaresiana mihi minime probatur: veruntamen nisi me fallit animus etiam hac ex parte restaurari potest argumentum istiusmodi, idque ex Aquinate. Nam si res ab æterno fuerunt in æternitate secundum esse reale, tum certe fatendum est creatam aliquam veritatem fuisse ab æterno idque secundum esse reale ipsius existentem, non autem secundum esse objectivum duntaxat. Atqui nulla creata veritas est æterna secundum Aquinatem. Rursus ab universalium quidem æternitatem aliam agnoscit Aquinas, nisi quæ sit in intellectu, in 1. q. 16. art. 7. ad 2. denique q. 14. art. 8. profitetur Aquinas, Non fuisse in scientia Dei quod res essent ab æterno, at secundum vestram Aquinatis interpretationem concedendum est fuisse in scientia Dei, quod res essent ab æterno saltem in æternitate. Cum vero quæris, Quid aliud sit Deum cognoscere futura in seipsis, quam quod actualiter terminetur ejus cognitio ad talia futura in se; agnosco nihil aliud esse, verum dicimus cognitionem Dei terminari ad futura in se, non tanquam existentia in æternitate, sed tanquam existentia in tempore, prout sequentia sed eant, cum ait, in quantum ejus æternus intuitus simul fertur super totum temporis cursum. Non enim dicit, in quantum ejus æternus intuitus fertur super totam æternitatem. Sed sicut æternus ejus intuitus simul fertur super totum temporis cursum, ita etiam simul fertur super res omnes per universum temporis cursum existentes. Si autem quæratur quomodo & totus temporis cursus, & res omnes, secundum varias temporum differentias distributæ, Deo præsentes fiant ab æterno; Nihil aliud cum veritate responderi potest, quam quod DEO præsentes fuerint in esse volito, hoc est secundum esse ipsorum intentionale duntaxat non reale. Sed neq; dicimus, illud in quantum notare conditionem diminuentem, sed potius rationem, (ut recte ais modo formalem intelligas) notitiæ intuitivæ, sed rationem partialem non integralem; Nam objectum formale cognitionis intuitivæ apud Deum, non sunt præsentia tantum, sed tam futura & præterita quàm præsentia. quod & ex eo liquet, quod dicatur Deus intueri futura intuendo totum temporis cursum. Hinc enim fit, intuitum intuendo totum temporis cursum, ut videat Deus & pro certa temporis parte futura esse, & pro alia temporis parte præsentia esse, & deniq; pro tertia temporis parte esse præterita. Itaq; procedant ista de ratione formali: sin agatur de ratione non formali sed radicali cognitionis ejusmodi, (quæ dicitur fateor intuitiva ratione conditionis objecti) palam profitetur Aquinas Deum videre ista omnia non in se ipsis sed in seipso. Sic enim habet 1. q. 14. art. 5. in cor. *Deus seipsum videt in seipso quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso*, adde disjunctivam ex ipso Aquinate ibid. art. 11. in corp. *vel ut principium aliorum earum.* Jam redeamus ad Penottum.

GULIEL-

GVLIELMVS TWISSVS

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XVII.

Coexistentia creaturarum ab æterno ex ipso D. Thomâ, & ejus expositoribus adhuc refutatur.

Penot. *SEcunda pars secundæ propositionis quam capite præcedente constituimus, erat, sententiam quæ docet omnes creaturas secundum reales illarum existentias coexistere Deo ab æterno in æternitate, nullo modo fuisse unquam sententiam D. Thomæ, id quod in hoc capite probandum est. Et inprimis rejicienda ex D. Thoma distinctio illa de coexistentia rerum in mensura propria, & in mensura aliena & inadæquata, quæ de medio ablata præcluditur illis, qui hanc opinionem D. Thomæ imponunt, omne refugium. Ea vero rejicitur ex eo, quia cum Thomas dicit creaturas secundum suas existentias esse præsentes Deo ab æterno, loquitur de esse actualis existentiæ, quod habet res in seipsa, quando posita est extra suas causas, quod contradistinguitur ab esse futuro: quia qui attingit solum esse futurum rei in suis causis, non potest illius habere certam notitiam: qui autem attingit esse præsens rei contingentis, quod illa habet in tempore, quando est extra suas causas in rerũ natura, habet illius certam notitiam.*

Modo Deus ab æterno habet præsens non solum esse futurum quod contingentia habent in suis causis, sed etiam esse actualis existentiæ, quod illa habent in qualibet temporis differentia extra suas causas, & hoc modo potest de futuris contingentibus certam notitiam habere. Ista igitur existentia, secundum quam res dicuntur præsentes Deo ab æterno, est existentia rerum in propria differentia temporis præsentis contradistincta à differentia futuri temporis qua mensurantur dum adhuc sunt in suis causis. Est actualis existentia rerum quando actu subsistunt in rerum natura, & sic Thomas. De existentia vero earundem rerum, sive coexistentia ab æterno extra propriam mensuram, ne verbum quidem reperitur apud Thomam.

Refutat. Mnino assentior Penotto, dum distinctionem illam de rerum omnium existentia idque ab æterno non in tempore, sed in æternitate, non modo rejicit tanquam à veritate falsa, sed & tanquam à doctrina Aquinatis alienam. Sed non adeo placet ratio qua nititur; Neque enim Dominicani dubitant, quin cum dicit Thomas creaturas secundum suas existentias esse præsentes DEO ab æterno (licet ista minime sit Thomæ phraseologia) non dubitant inquam quin loquatur Thomas de esse actualis existentiæ quod habet res in seipsa, quando posita est extra suas causas, quodque contradistinguitur ab esse futuro; licet non solum distinguatur ab esse futuro, sed tam ab esse præsenti in tempore atque ab esse præterito, quam ab esse futuro. Volunt illi quidẽ rem unamquamque ab æterno præsentem esse Deo, idque secundum esse suum reale, quod habebit quidem in tempore, non tamen præsentem esse DEO in tempore, ab æterno; (neque enim tempus æternum est) sed in æternitate. Etiam tempus ipsum secundum esse reale DEO præsens esse volunt, idque ab æterno, non tamen in tempore, sed in æternitate; quia cum æternitas & cor illas omnes partes temporis & in tota simul, hinc necesse esse putant ut quicquid aliquando, puta in tempore, coexistit æternitati, ab æterno eidem coexistat; quippe quæ tota sit tota simul. Rursus quod eandem certitudinis accessit ex eo, quod quis attingit esse præsens rei, non autem ex eo quod attingat esse futurum solummodo, prorsus displicet. Quid enim? an astronomus minus certo cognoscit eclipsin ex causis futuram pro certo tempore, quam qui Solem aut Lunam pro eodem tempore laborantem intuetur? Dices fortassis, facilius est Astronomum errare in causis Eclipsis futuræ discernendis quam sensum errare videndo eclipsim ipsam; vel etiam licet non erret in causis, tamen causæ illæ fortasse sunt impedibiles; At inquam nec suprema causa est ullo modo impedibilis, nec fieri potest, ut Deus vel tantillum erret in causis rerum dignoscendis. Nec omnino conformandus est intuitus divinus ad intuitum humanum, quasi ab objecto extrinseco pateretur intuitus Dei, quemadmodum & visus noster.

Quid quod qua certitudine videt quis aliquid futurum pro certo tempore, eadem prorsus certitudine necesse est ut cognoscat præsens esse simulatque præsens est. Sed & valde vereor ne phraseologias suas, & sibi, & aliis imponat Penottus; verbi gratia, cum dicit; *Qui attingit solum esse futurum rei in suis causis, non potest illius habere certam notitiam*, quasi vero cognoscere esse rei futurum, non tam esset rem ipsam intueri apud DEVM; quam cognoscere esse rei præsens. At vulgo dici solet, Deum scientia simplicis intelligentiæ cognoscere possibilia,

scientia vero visionis cognoscere futura, præsentia, & præterita. Et quis eruditus unquam statuit, res aliter à Deo intelligi cum præsentes sunt, quàm intelligebat cum essent hactenus futuræ tantum; aliter inquam, ex parte cognoscentis nemo unquam dixit Deum intelligere res antequam præsentes essent, & cum præsentes essent; licet aliter intelligat ex parte rerum cognitarum. Nam antequam sunt, intelligit ea esse futura, cum sunt intelligit esse præsentia, (ea)que præteriisse, & eadem intellectione quæ & dicitur mentio sive visio. Nam scientia visionis tam futura & præterita comprehendit, quàm præsentia. Sed neque aliter videt res sive futuras sive præsentes sive præteritas, quàm in seipso, idque juxta Aquinatis sententiam disertissimam, *Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso* 1. q. 14. art. 5. in corp. adde ex art. 1? *vel ut est principium alterutrum* Arm. *eorundem.* Et quis sobriè Christianus audeat dicere, quod hic profitetur Penottus; *quod non attingit solum esse futurum rei in suis causis, eum non posse habere certam illius rei notitiam?* Ab æterno cognovit Deus creationem futuram, idque ex causis; An vero propterea non habebat Deus certam notitiam creationis ab æterno? dices forsitan Deum, ex tua sententia, non tantum cognovisse creationem secundum esse futurum, sed & secundum esse ejus præsens. Hæ nimirum sunt tuæ phraseologiæ. Sed quæro secundum quam cognitionem ista quam tribuis Deo ab æterno cognoverit Deus creationem præsentem esse ab æterno, an tantummodo futuram. Si præsentem esse ab æterno, tum vel secundum esse reale, vel tantum secundum esse intentionale. Si secundum esse intentionale tantum, tum vel in esse cognito tantum, vel in esse volito, quorum utrumque tibi dis[pl]icet. Sin secundum esse reale, tum vel secundum esse reale in tempore, vel secundum esse reale in æternitate. Si secundum esse reale in tempore, audebis dicere quod ne Dominicani quidem audent dicere, quos tamen tanquam in hoc argumento omnium prodigiosa dicentes exagitas: sin secundum esse reale in æternitate, hæc ipsissima est Dominicanorum sententia quam impugnas. Quare quisquis attingit esse præsens rei contingentis, quod illa aut habebit aut habuit in tempore quando erit aut fuit; tam certam habet ejus rei notitiam, quàm qui attingit ipsum esse præsens rei, quod illa habet in tempore, quando primum est extra suas causas. Et de conditione rei præteritæ verum esse constat, quod dicitur, extra omnem controversiam; nempe qui novit rem præteritam esse, tam certam habere ejusdem notitiam, quàm qui novit præsentem esse. Certe qui cognoscit rem futuram esse non cognoscit præsentem esse, aut præteritam; & qui cognoscit rem præteritam esse non cognoscit eandem præsentem esse, & futuram; sed & qui cognoscit rem præsentem esse non novit eandem futuram esse, aut præteritam, sed ad rationis accommodationem venimus.

II. *Modo, (inquit) Deus ab æterno habet præsens non solum esse futurum, quod contingentia habent in suis causis, sed etiam esse actualis existentiæ, quod illa habent in qualibet temporis differentia extra suas causas, & hoc modo potest de futuris contingentibus certam notitiam habere.* Advertas quæso lector, amoris hoc agat Penottus, ut phrasibus omnia transigat, non autem rationibus. Sententia proximè præcedente, distinctio processit his verbis, *Esse rei vel futurum esse vel præsens*, hic autem distinctionem istam innovat, & procedere vult inter esse rei futurum, & esse actualis existentiæ, quasi vero esse rei futurum non esset ipsum esse actualis existentiæ licet consideretur priori membro ut futurum. Viderat Penottus quam male cessurum esset hoc ipsius artificium verbale, itaque ad temperandam ejus incongruitatem descriptionem attexit bene longam hujus *Esse actualis existentiæ in hunc modum, quod illa habent in qualibet temporis differentia extra suas causas*, ubi vis distinctionis membri posterioris à priore tota residet in verbo habent; adeo ut congruentius ad hanc formam revocata distinctio institui potuisset in hunc modum: *Deus ab æterno habet præsens non solum esse actualis existentiæ, quod illa habebunt in qualibet temporis differentia extra suas causas, sed etiam esse actualis existentiæ, quod habent in qualibet temporis differentia extra suas causas.* Sed miserandus est hujus sententiæ exitus; Nam cum idem per omnia sit esse actualis existentiæ rei alicujus quod habitura est de futuro & quod habet de præsenti; nec ulla subsit differentia nisi ex parte durationis; sequetur ex ista sententia, contingentium actualem existentiam non modo Deo ab æterno futuram fuisse sed & ab æterno præsentem esse extra suas causas, hoc est ab æterno productam esse; hoc est contingentia omnia non modo Deo cognita fuisse ab æterno, sed & actualiter coextitisse eidem ab æterno. Brevius expediri potuisset ista sententia dicendo, Deum ab æterno habere præsens non solum esse futurum rerum contingentium, sed & esse præsens earum: Sed quia viderat miseram verborum animadversionem dicendo *Deum habere præsens, esse rerum præsens*, & miseriorem rerum confusionem, ideo distinctionis terminos variavit, & posterius distinctionis membrum supplevit *per esse actualis existentiæ quod illa habent in qualibet temporis differentia extra suas causas.* Sunt ista Penotti in re Scholastica [illegible], quibus hoc agit ut lectori si non doctrinæ veritate, at saltem phrasium varietate aut satisfaciat, aut si saltem quis hujusmodi satisfactionem abnuat, tacitum dimittat. Pergit eodem genio Novariensis. *Ista (inquit) existentia secundum quam res dicuntur Deo præsentes ab æterno, est existentia rerum in propria differentia temporis præsentis, contradistincta à differentia temporis futuri.* Poterat dixisse, Ista præsentia secundum quam res dicuntur Deo præsentes ab æterno, est præsentia rerum in propria differentia temporis præsentis, contradistincta à differentia temporis futuri. Sed ab ista forma abhorruit (licet res eadem sit) quemadmodum à baculo suo olim in serpentem converso fugiebat Moses. Equidem non dubito quin existentia rerum singularum in tempore suo sit Deo præsens, etiam Deo præsens fuerit ab æterno, sed cur existentiam illam appellaret, existentiam in tempore præsenti, nil causæ video nisi hoc ageret, ut tanquam Davus aliquis perturbaret omnia. Neque enim contingentia omnia existunt in tempore præsenti, sed singula habent certum tempus ipsorum existentiæ designatum in quo aut præsentia sunt, aut fuerunt, aut erunt. Agedum vero ista rerum omnium

cum

[illegible] temporibus conjuncta, [illegible] Deo [illegible] Deo præsens est [illegible] [illegible] quomodo ab æterno fue[illegible] præsens Deo. Neque [illegible] Dominicani [illegible] aliud negat esse præsentem Deo, Quare [illegible] [illegible] quasi [illegible] [illegible] controversia [illegible] [illegible] etiam [illegible] [illegible] omnium [illegible] temporis differentias existentia sit præsens Deo; hoc enim [illegible] omnes, sed [illegible] [illegible] Deo præsens ab æterno fuerit [illegible] rerum omnium existentia. Rursus ut commodi[illegible] quæstionis [illegible] [illegible] procedat, [illegible] nemo negat quod Deus cognoscat, idque ab æternitate rerum singularum pro varia temporum differentia existentiam. Verum quæritur, an Deus cognoverit ab æterno ea omnia actualiter existisse, an potius cognoverit ab æterno ea omnia actualiter existere, [illegible] alia citius, alia serius. Dominicani di[illegible] Deum ab æterno cognovisse ea omnia actualiter existisse [illegible] in æternitate; Nempe omnia [illegible] Deo ab æterno [illegible] [illegible] cognita esse, sed & extitura fuisse ordine suo in tempore, atque hoc etiam Deo cognitum fuisse ab æterno. Non negamus contingentia ab æterno extitisse in æternitate, & proinde [illegible] aliquid Deo cognitum fuisse [illegible], omnia contingentia fuisse ab æterno extitura in tempore, & hoc Deo cognitum fuisse ab æterno. Atque fuisse omnia Deo præsentia, nempe in esse cognito, nec solum in esse cognito, sed & in esse cognoscibili, [illegible] apud Deum in esse volito [illegible] existere apud Deum secundum esse ipsorum intentionale, non autem secundum esse reale. In illa licet ad[illegible] aliquis desideraverit veritatem, attamen desiderare non potest [illegible], & [illegible] [illegible] explicationem. At Pereirus dum non acquiescit in præsentia rerum apud Deum secundum esse ipsorum intentionale, sed etiam secundum esse reale Deo præsentes esse vult omnes [illegible], nec tamen co[illegible] rerum cum Deo in æternitate quam Dominicani [illegible] approbat; novum autem commentum aliquando prodigiosum de rerum omnium existentia in tempore idque ab æterno dum invehere non [illegible], [illegible] quicquid hac de re disserit, [illegible] [illegible]. Nempe pro resolutione quæstionis illud ponit, quod nemo unquam in controversiam vocavit. Obiter advertas fallaciam ejus quod [illegible] supponit, nempe futura, quia futura nondum omnino esse extra suas causas. Nondum fateor facta sunt, quando futura sunt. Verumtamen quia [illegible] [illegible] cum [illegible] sint [illegible] possibilia, [illegible] rerum possibilium in [illegible] rerum futurarum transire potuissent [illegible] causa. Quod si causa transitus illius concedenda sit (nempe voluntas Dei ejusque determinatio determinandi certo tempore producenda, [illegible] [illegible] hactenus sint extra causas [illegible] ex mere possibilibus transiverunt in conditionem re-

rum futurarum, idque per divinæ voluntatis determinationem, unde fit ut jam ab æterno fuerint apud Deum in esse volito, & consequenter adeptæ sint esse cognoscibile in genere futurorum.

Secundo in opinione D. Thomæ æternitas est mensura rerum, quæ tempori subjiciuntur, quia [illegible] tempus [illegible] proprie mensura rerum quæ tempore mensurantur, quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in illa [illegible] [illegible] D. Thom. [illegible] de existentia rerum in æternitate, ut mensura [illegible] [illegible], & aliena, & in tempore ut mensura propria. [illegible]

Procul dubio omnia quæcunque existunt in tempore, etiam coexistunt æternitati, [illegible] possunt existere in æternitate, sed negamus contingentia in æternitate extitisse ab æterno, aut hoc usquam Aquinatem docuisse. Nec tamen adeo affirmamus hanc Thomæ sententiam adeo perspicuam esse, *ut pater potuit [illegible] [illegible]*, cum non modo Dominicani sic interpretati sint Aquinatem, quasi autem sententiæ de rerum omnium ab æterno existentia in æternitate, sed & Scotus, & Durandus & Nominales non alio sensu Aquinatis mentem intelligunt. Nec quicquam profecit [illegible] Novariensis illum non advertit verba Thomæ in hanc sententiam admodum propendere, sed & Novariensis sed in singendis res ab æterno præsentes esse Deo non secundum esse intentionale, sed secundum esse reale [illegible] tamen in æternitate, præter omnem soliditatem excogitata videtur. Nam aut æternitatem tantum simpliciter dictam introducat necesse est, non in æternitate solum, sed & in tempore subsistentium, aut nullam omnino fictionis tam prodigiosæ fundamentum adeptus est. Verumtamen duobus nominibus vitiosa est ratio, qua hoc in loco nititur Novariensis. Nam si secundum Thomæ æternitas æternum tantum est mensura rerum, quæ tempori subjiciuntur, quia continet tempus, quomodo ipsius erit mensura temporis ipsius? Nam & tempus ipsum non modo res temporales ponitur Deo ab æterno coexistere in æternitate, idque ratione probabili, quia sine dubio tempus dum existit coexistit æternitati, & proinde cum æternitas sit indivisibilis necesse est ut coexistat cum æternitati, & consequenter etiam ab æterno: cum instans illud cui coexistunt cætera, indivisibile est, ita etiam ab æterno fuerit. Secundo; certe si æternitas esset mensura communis per omnia similia mensuris aliis communibus, nihil prius existeret in ista mensura communi, quæ dicitur æternitas, quam existat in mensura propria; quemadmodum in aliis mensuris communibus nihil prius existit, quam existat in mensura propria. Verum alia, & longe alia est ratio æternitatis, quam mensurarum communium aliarum: Aliæ enim mensuræ rerum communes sunt ingeniæ cum mensuris rerum propriis, non sic æternitas. Nam sicut mensura rerum propria est divisibilis, ita & mensuræ communes. At æternitas non est divisibilis, sed unicum instans ab æterno in æternum permanens, adeo ut quicquid ei coexistit, necesse sit ut coexistat aeterno.

Tertio quando Thomas ex præsentialitate rerum concludit [illegible] divinam præscientiam contingentium, sint per divinitatem in ipsa præsentia Deo, quia divinus intuitus ab æterno fertur super omnes temporum differentias, & attingit [illegible]

 [illegible]

[illegible] simul in quolibet instanti temporis, & hoc quia scientia Dei mensuratur aeternitate, quae tota simul existens totum praesentialiter attingit [illegible] quicquid fit successive in tempore. Semper ergo asserendum dicunt, quod Deus ab aeterno videt esse [illegible] existentiam rerum, quia quicquid fit in tempore [illegible] Deo ab aeterno, vel quia res sunt ab aeterno in aeternitate, ut in mensura [illegible]. Discrimen autem [illegible] ex superioribus [illegible] duo: Deus ab aeterno videt esse praesentem actualem existentiam rerum contingentium, quia intuitus divinus vel scientia divina mensuratur aeternitate. Et praeveniendo tempora videt res antequam fiant; & Deus videt ab aeterno esse praesentem actualem existentiam rerum, quia illa secundum suam existentiam coexistunt Deo ab aeterno, & quia actualis rerum existentia mensuratur aeternitate, quamvis multi haec confundant & perinde accipiant, ex qua confusione [illegible] error nascitur. Quia ex primo sequeretur [illegible] rerum contingentium sumitur ex Deo, ex secundo [illegible] sumitur ex ipsis creaturis.

[illegible] Dicit Thomas futurum esse praesens Deo *[illegible] esse in seipso* 1. Cont. gent. c. 66. Rursus dicit praescientiam Dei ferri in ea *secundum quod sunt praesentia*, & jam *determinata ad unum* 1. p. q. 14. artic. 13. & ad 3. [illegible] simili illustrat [illegible] modum: *Sicut ille qui vadit per viam non videt illos qui post eum veniunt; sed ille qui ab [illegible] videt, simul videt omnes transeuntes per viam* [illegible] agnoscere actualem rerum omnium existentiam coram Deo, quae adjungitur visioni Dei, non quidem in tempore, quia in eo res omnes [illegible] simpliciter aeternae, idque antequam omnino essent, Ergo in aeternitate. Hoc autem [illegible] exponit de Verit. q. 2. articulo 12. in corp: *[illegible] divina cognitio ad rem quamcumque est sicut visio praesentis ad praesentem; quod quidem hoc modo intelligitur. Si aliquis videret multos transeuntes per unam viam successive & hoc per aliquod tempus, in singulis partibus temporis videret aliquos praesentialiter transeuntes, ita quod in tota tempore suae visionis videret omnes transeuntes praesentialiter, non tamen simul omnes praesentialiter, quia tempus suae visionis non est totum simul; si autem sua visio tota simul posset existere, simul praesentialiter omnes videret, quamvis non omnes simul praesentialiter transirent. Unde cum visio divina scientiae aeternitate mensuretur, quae est tota simul & tamen totum tempus includit, nec alicui parti temporis deest, sequitur ut quicquid in tempore geritur non ut futurum, sed ut praesens videat. Hoc enim quod a Deo visum est, futurum est rei alteri, cui succedit in tempore, sed ipsi divinae visioni quae non in tempore sed extra tempus est, non est futurum, sed praesens.* Nos vero libenter acciperemus a quocunque Theologo probam aliquam illarum apud Aquinatem interpretationem ne hinc abripiantur homines propter Doctoris auctoritatem in sententiam admodum offensam, qualem [illegible] Dominicanorum esse judicamus, de rerum omnium existentia in aeternitate secundum esse ipsarum reale, idque ab aeterno. Hoc autem aggreditur Petavius, sed quam belle se expediat partim vidimus, partim superest ut exploremus. *Semper (inquit) dicit creaturas ab aeterno esse praesentes Deo, quia divinus intuitus fertur super omnes temporis differentias & attingit omnia quae fiunt in tempore.* At inquam, hic quaero inter nos judicet an hoc [illegible] agnoscere aliam creaturarum praesentiam apud Deum, quam secundum esse objectivum, sive esse cognitum omnia sunt praesentia Deo quia Deus intuetur (sive cognoscit) omnia. Nihil praeterea olim [illegible] ter praesentiam objectivam rerum apud Deum in esse cognito. Certe de existentia rerum ab aeterno in aeternitate nihil habet Thomas, Verum agnoscit rerum praesentiam apud Deum idque prout actu sunt in seipsis, idque ab aeterno, hoc autem Thomae interpretatur de esse rerum reali. Cum autem [illegible] rei non habere esse reale apud Deum [illegible] terno in tempore, hinc inferunt Dominicani [illegible] fatendam esse coexistentiam realem rerum apud Deum ab aeterno, idem in aeternitate. Mihi autem videtur, Thomam interpretandum esse de praesentia rerum apud Deum in seipsis quidem, sed in esse volito, quomodo [illegible] Deus, quando sunt vel futura, vel praeterita, nec aliter ea intuetur Deus, quando sunt [illegible] tempus praesentia. Omnia enim extra Deum videt Deus in seipso, & in essentia sua, seu simpliciter considerata, sive ut volente fieri quicquid fit, idque pro tempore quo fit. Nam ut volens est principium actionum omnium. Certe difficilem ea quae proponis, sed utra sententia sit absurdior, tuane an illa quam impugnas, difficile fuerit judicare. Dicis *Deum ab aeterno videre esse praesentem actualem existentiam rerum contingentium, quia intuitus divinus vel scientia mensuratur aeternitate, & praeveniendo tempora videt res antequam fiant.* At primum in his desidero soliditatem; tam perinde est, ac si dixisses, DEUS videt esse praesens actualis existentiae rerum contingentium antequam fiant, quia videt esse praesens actualis existentiae earundem antequam fuerint. sic; Deus videt res antequam fiant, quia videt res antequam fiant. Reponas fortasse rationem a me male reddi, cum haec potius fuerit, quia scientia Dei mensuratur aeternitate, at quam, illam rationem copulasti cum visione divina rerum antequam fiant, quasi aequi pollentem. Sed cum sententia plane proposita [illegible] suam propudiosam ipsa prostituisset, hinc injecta est a te mensuratio scientiae divinae per aeternitatem, non ad sententiam tuam [illegible] reddendam, sed potius ad lectoris judicium concutiendum, ne ad sententiae tam incondite compositionem statim obstupesceret. Nec tamen illa injectione sententiae tuae absurditatem quicquam temperas, sed potius absurditatem unam alteram cumulas. Absurdum enim est, & illud, *Deum videre esse praesens actualis existentiae rerum, quia mensuratur aeternitate visio ejus.* Nam prius est rem aliquam esse quam mensurari praeter eam secundam Durationem, quia prius est esse, quam durare; sicut prius est rem aliquam esse, quam conservari; rursus prius est aliquid durare, quam durationem ejus mensurari. Quare haec tua sententia procedit secundum [illegible]. Nam accuratius sic instituitur, quia haec visio ab aeterno est, ergo mensuratur aeternitate, quam quia mensuratur aeternitate, ergo ab aeterno est. Neque enim existentia rei praesupponit mensurationem ejus, sed mensuratio rei potius supponit existentiam ejus. Ex aeternitate DEI potius colligitur, quicquid in DEO est, ab aeterno fuisse, & consequenter nullam rei alicujus contingentis [illegible], sive scientiam DEO [illegible] de novo. Sed ut rationis [illegible] missam facio, propositionem ipsam [illegible], sive intuitus [illegible]-

liter

fine Deus ex quibus est, quia tempore mensurantur. Sed [illegible] illo tempore [illegible] quia est. Itaque [illegible], illa [illegible] philosophia nihil [illegible]. [illegible] simplicissime [illegible] de esse rerum præsentibus autem [illegible] de esse præsenti actuali existentiæ rerum, quod [illegible], rerum in tempore existentium, [illegible], demumetsi [illegible] apertius [illegible], ut nihil aliud supersit, quam ut [illegible] pondere tibi nobisque satisfacias. Ad [illegible] visionis quod attinet, illa dum [illegible] à [illegible] distinguitur, non sic dum tribuitur Deo; ipsa enim intuitiva divinum & scientiam divinam pro eodem accipit. Itaque nisi Pennotte, sive vel in, utrum [illegible] cognoscit Deus *Esse præsens actualem existentiam rerum*, cognosci, at [illegible] illam existentiam præsentem esse, idque ab æterno. Nam ab æterno cognoscit Deus, quicquid cognoscit. Noli facile credo [illegible] hac ex parte molestiam tibi facere, sed tua verborum copia contentum potius acquiescere. Video tamen operæ pretium esse, ut in hoc apice nobis satisfacias. Si novit ab æterno præsentem esse, tum vel secundum esse intentionale tantum, puta in esse cognito, aut in esse volito, quæ nostra non tua sententia est, vel secundum esse reale. Sic eandem esse reale, tum vel in æternitate, quæ sententia Dominicanorum est, à te majore conatu quam judicio impugnata, tanquam prodigiosa nimis, vel in tempore, unde fiet ut è [illegible] in primas te compones; hinc enim sequetur omnia simpliciter existisse ab æterno. Nam res contingentes ab æterno secundum esse reale existere in æternitate, est tantum existere ab æterno secundum quid. At ab æterno existere secundum esse reale in tempore, est omnium judicio existere simpliciter. Rursus placet stringere hanc tuam sententiam quo contrior evadat. *Videt ab æterno Deus* (inquis) *esse præsens actualem existentiam rerum contingentium.* Quæro utrum videat esse præsens rerum quod ab æterno habuerant, an quod ab æterno habituræ essent. Si quod habuerant ab æterno, sequitur ex sententia tua actualem rerum existentiam habuisse esse præsens apud Deum ab æterno; Ergo vel secundum esse reale, vel intentionale tantum, ut supra. Sin quod habituræ erant, tum videndo esse præsens rerum, videbat tantum esse futurum earundem. Nam esse quod habituræ erant est esse futurum non præsens. Ad hæc *videt*, inquis, *ab æterno esse præsens rerum*; Atqui ab æterno etiam videbat esse futurum earundem rerum, imò atque ab æterno videbat esse præteritum earundem rerum cujus tamen ut nullam rationem habuisse videris. Ista tamen negari non possunt; Omnis enim Dei visio cum sit æterna, & etiam non agitur de novo laboratur necesse est. Vide igitur quomodo quo in hoc apice insistendum esse censeam. Ab æterno videt Deus & esse futurum rerum omnium contingentium, simul etiam videt esse præsens earundem atque esse præteritum. Sed ab æterno videbat esse futurum rerum præsens esse; contra videbat esse præsens atque esse præteritum earundem futurum esse. Nec tamen alia, atque alia visione, sed una prorsus atque eadem hæc omnia videri dicimus. Nam quemadmodum decernere rem aliquam certo tempore productam iri, est decernere rem illam, & futuram esse donec tempus illud advenerit, & præsentem esse simul atque advenerit, & præteritam esse postquam tempus illud esse desierit; ita etiam cognoscere rem aliquam pro certo tempore productam iri, est & cognoscere rem illam futuram priusquam tempus illud advenerit, & præsentem cum primum advenerit, & præteritam esse postquam tempus illud esse desierit. Vt eadem prorsus cognitio sit ex parte cognoscentis, licet alia, atque alia sit ex parte rerum cognitarum. Et si verum audire vis; non tam illi quos notas confundunt quæ distinguenda sunt, quam tu potius distinguis quæ minimè sunt distinguenda. Nam dum præter distinctionem inter notitiam Dei, & rationem notitiæ ejus, eandem relaberis, & dum idem repetis distinguendo facis ut nihil distinguas, itaque intelligendo facis, ut nihil intelligas. At Dominicani quos invadis, volunt omnia cognosci à Deo tanquam præsentia in seipsis, & proinde rerum existentiam realem in seipsis divinæ scientiæ permittunt, idque ab æterno. Et cum fieri non possit, ut res creatæ ab æterno extiterint in tempore, hac necessitate consecutionis adiguntur, ut existentiam earundem aliquam in æternitate.

Quarto, Esse fixa rerum coexistentia possibilis esset, tamen institutio Thomæ omnino deservire non potest. Ille enim intendit reddere rationem, quare cum res fiant successive, & aliquando non habeant esse certum & determinatum, nihilominus Deus illas videat sine successione, & videat illas certo, & determinatè. Hujus autem quæsiti ratio reddi non potest ex hoc quod rerum existentia mensuratur æternitate, sed solum reddi potest ex hoc quod scientia Dei mensuratur æternitate, quæ cum sit tota simul repræsentat divino intellectui omnia simul, & immobiliter, quæ successive, & cum motu diversa fiunt. Quod adhuc magis explicatur, quia sicut æternitas non tollit successionem, & variabilitatem ab illis rebus quæ per illam mensurantur, ut per mensuram extrinsecam & inadæquatam, sed solum tollit illam à rebus quæ per eam mensurantur ut per mensuram propriam, & intrinsecam; ita per hoc quod æternitas est mensura rerum variabilium, & successivarum non potest esse ratio, quod res sine successione & variatione intelligantur à Deo, sed solum per hoc quod est mensura divini esse & divini intellectus, & divinæ scientiæ in quibus nulla potest esse successio.

Agnosco institutum Thomæ hoc esse, ut ostendat res futuras contingentes à Deo videri certo, atque determinate, idque (addere debuisses) salva tota conservata earundem contingentia. Et quia necessitas consequens existentiam rei communiter putatur nihil prorsus officere contingentiæ earundem: video vult res contingentes à Deo videri prout actu sunt in seipsis idque ab æterno. Hujus autem quæsiti rationem reddi posse putant Dominicani ex eo, quod rerum existentia mensuretur æternitate, atque coexistat idque toti, quia partes non habet æternitas, unde infertur ab æterno coextitisse æternitati, quia alias coexisterent non æternitati toti; sed parti duntaxat æternitatis, quod dici non potest, quia partes non habet æternitas. Hanc autem sententiæ Aquinatis explicationem à Dominicanis factam, nondum comperi ulla probabili refutatione à te producta concussam hactenus, aut debilitata

h[illegible] tantum esse: sed tuam explicationem examinemus. *Illam itaque rationem potius reddiret, quod scientia Dei mensuratur æternitate, quæ cum sit tota simul repræsentat divino intellectui omnia simul, & immobiliter.* Hic autem melius an scientiæ amphibolia manifesta ludificeris lectores tuos, fortassis etiam ipse te. Nam incertum est, scientiane Dei tribuas an potius æternitati ejusdem, quod cum sit tota simul, repræsentet divino intellectui omnia simul, & immobiliter. Et facile vides quam sis ad incitas redactus, ut minime mirum fuerit quod æquivocationem aliquam tibi in subsidium advocares. Etenim distincte prolata fortasse sententia tua, minus satisfaceret & sua se ipsa aliunde jugularet. Quid enim? an scientia Dei cum sit tota simul, repræsentat divino intellectui omnia simul, & immobiliter? Et hanc rationem nobis expedies, quare scilicet sciat Deus omnia certo, & determinate? At quid hoc aliud est, quam idem per idem explicare? Quod si quis dubitet, quomodo fieri possit, ut Deus sciat omnia certo, & determinate, an non pari per omnia incertitudine dubitabit, quomodo fieri possit ut scientia Dei divino intellectui repræsentet omnia simul? Certe quia scientia Dei est æterna, sequitur nullam scientiam Deo suboriri posse de novo, unde si nunc sciat aliquid certo & determinate, sequitur etiam ab æterno scivisse illud certo atque determinate. Sic enim jam olim disseruit Durandus, ut probaret Deum cognoscere futura contingentia quantum ad eorum actualem existentiam. *Constat* (inquit) *quod Deus cognoscit contingens quando est præsens, puta Socratem currere: alioquin ego cognoscerem illud quod Deus ignoraret. Si ergo non cognoscebat hoc prius quam fuit futurum, sequitur, quod aliquid acceperit de novo, quod est impossibile.* At quis non videt hujusmodi probationem esse dumtaxat a posteriori, non autem a priori, ostendendo videlicet rationem unde hoc fiat. Sed & ista argumentatio facile potest dilui: Neque enim Socratem currere antequam curreret, erat aliquid cognoscibile, & proinde nec a Deo cognosci poterat. At dices ex Durando, ergo currente Socrate cum Deus cognosceret Socratem currere, cognosceret aliquid quod prius non cognoscebat. Sed respondeo, Imo Deus non cognoscebat aliquid, quod prius non cognoscebat, sed unum & idem cognoscebat, aliter atque aliter. Nam ut jam sæpe monui, unum & idem est rem & præsentem esse ubi advenerit tempus productionis atque existentiæ ipsius, atque futuram esse donec advenerit, atque præteritam esse simul atque tempus illud esse desierit; licet aliter atque aliter enuntietur, atque ita a Deo cognoscitur. Adhuc repones, Atqui Deus non aliter novit facta, quam facienda. Respondeo, verum quidem & hoc, non aliter ex parte cognoscentis, aliter tamen ex parte rerum cognitarum. Illæ etenim mutationi subjiciuntur ipsæ res, non autem cognitio Dei, quippe qua contemplatur omnia sive futura, sive præsentia, sive præterita, omnia inquam contemplatur in esse volito apud se. Sin non ad scientiam, sed ad æternitatem referenda sint ista, quasi illa, cum sit tota simul divino intellectui repræsentet omnia simul, & immobiliter. At utquam hæc est ipsissima Dominicanorum sententia, quam tu totis viribus tan-

quam metam dum evitare studes, nimis infeliciter in eam impingis, & spectatoribus tuis ludibrium debes. Neque enim æternitas repræsentat nisi quæ in ea sunt, eique coexistunt, idque toti; quia autem contingentia coexistunt æternitati, idque toti, hinc inferunt Dominicani, ea etiam ab æterno coexstitisse æternitati, non quidem in tempore, sed in æternitate: quam quidem distinctionem te tentare non semel vidimus, concutere vero & labefactare nondum experti sumus. Sed & nimis absurde dicitur æternitas repræsentare aliquid Deo præter seipsam; & cur æternitas Dei repræsentaret res magis quam immensitas? Essentia Dei quæ æterna est, recte dicitur repræsentare simul omnia Deo, atque immobiliter, vel in quantum est similitudo rerum, vel ut est principium activum earum: sic Aquinas 1. q. 14. art. 11. in corp. Nimirum essentia simpliciter considerata repræsentat omnia possibilia, considerata ut volens (uti loquitur Durandus) & ut principium activum rerum repræsentat omnia futura, idque simul, & immobiliter. Quod attinet ad illustrationem subjectam respondeo, licet æternitas non tollat successionem, & variabilitatem a rebus (neque enim opus est ut tollantur ista, quo expeditius & sine successione cognoscat ea Deus) tamen & ratio quare sine successione intelligantur a Deo, ratio inquam [illegible] Syllogistica. Nam cum omnis in Deo scientia sit æterna, impossibile est ut altera succedat alteri. Nec tamen verum est, (ut hoc etiam obiter moneam) æternitatem tollere variationem a rebus quæ per illam mensurantur tanquam per mensuram propriam; Neque enim quia essentia Dei, aut volitio Dei, aut scientia Dei mensurantur æternitate, proinde sunt sine successione; sed quia sunt sine successione in Deo, proinde mensurantur æternitate.

Quando in sententia Thomæ eo modo quo omnia sunt in Deo præsentia in quolibet nunc æternitatis, ita eodem modo sunt Deo præsentia in quolibet nunc temporis; Ergo distinctio illa de præsentia in nunc temporis & in nunc æternitatis est contra mentem Thomæ. Probo antecedens. Nam Thomas ait, quod ideo omnia quæ sunt in tempore, sunt Deo præsentia ab æternitate, quia ab æterno divinus intuitus fertur super omnia prout sunt in sua præsentialitate. Modo sicut ista propositio est vera: Intuitus Dei ab æterno fertur super omnia prout sunt in sua præsentialitate; ita est vera, in quolibet nunc temporis intuitus divinus fertur super omnia prout sunt in sua præsentialitate, & heri intuitus divinus ferebatur super omnia prout sunt in sua præsentialitate, & cras feretur super omnia; Ergo eodem modo res contingentes sunt Deo præsentes in quolibet nunc æternitatis.

Ad ejusmodi argumentum, sed aliquando feralius intentatum, responsum est ab Alvarez disput. 8. num. 6. Admittit enim non modo in hoc instanti temporis, & ita in quocunque instanti temporis intuitum Dei ferri super omnia prout sunt in sua præsentialitate, sed & in hoc instanti temporis futura esse præsentia in æternitate; atque ita in quocunque instanti; sed distinguit istiusmodi propositionis sensum duplicem. Primus est (inquit) *quod illa determinatio (in hoc instanti) sive in hoc tempore mensuræ, importet mensuram veritatis illius enuntiationis, & in hoc sensu illa propositio vera est; nunc enim verum est dicere, quod Anti-*

christus

[illegible] DEO [illegible] æternitatis, & [illegible] [illegible] illa [illegible], & per quodlibet instans futura [illegible]; [illegible] est, ut illa determinatio (in hoc tempore) [illegible] propositione, sed [illegible] existentiæ Antichristi, aut alterius rei futuræ, & [illegible] est falsa; sensus enim [illegible] est, quod in hoc [illegible] futura sunt in [illegible], & à [illegible] in ipsa æternitate, tanquam coexistentes sibi, & habentes esse [illegible]. Huic autem responsioni [illegible] nullam omnino refutationem opponere molitur Navarrensis; sed & Navarretus ulterius [illegible], [illegible] determinationes hujusmodi (heri, hodie, cras,) sive importent mensuram veritatis propositionum quibus adhibentur, sive importent [illegible] actualis existentiæ, utcunque sint, propositiones tamen veras esse; nempe sicut ab [illegible], ita & in quolibet instanti temporis nostri res contingentes existunt actualiter, non tamen in tempore, sed in æternitate. Sed nec huic responsioni refutationem [illegible] opponit Navarrensis, sed [illegible] in oppositione [illegible] acquiescit.

[illegible] *[illegible] Thomas [illegible] suam sententiam declarat, dum in 1. p. q. 16. art. 7. docet, veritatem non esse æternam nisi in intellectu divino; neq; per hoc aliquid aliud à Deo esse æternum, quia veritas intellectus divini est ipsemet Deus. & q. 10. art. 3. ad secundum, ubi docet nihil esse ab æterno nisi in ipso Deo.*

[illegible] Sed & hoc argumentum Suaretianum solvendum sibi proposuit Navarretus controv. 32. Sect. 9. §. ult. respondet eo loqui Aquinatem solummodo de veritate formaliter accepta, quæ non reperitur nisi in intellectu; & cum nullus intellectus sit æternus præter intellectum divinum, hinc infert Aquinas; si nullus esset intellectus, nullam veritatem creatam esse æternam. Quod vero attinet ad partem secundam argumentationis à Penotto propositæ, facile concedunt omnes nihil æternum esse præter Deum. At ex existentia rerum actuali in æternitate minime sequitur res esse æternas, imo minime sequitur eas æternas esse simpliciter, sed duntaxat secundum quid.

[illegible] *[illegible] itaq; [illegible]. [illegible] qui admittunt hanc rerum existentiam in [illegible] æternitate, graviter [illegible] Scotum in quod [illegible] habere in DEO ab æterno [illegible] esse cognitum, quod tamen secundum illum est [illegible], & prope nihil & [illegible] inter quos Dominicus Bannes 1. p. 14. art. 8. & q. 14. art. 1. & [illegible] in 1. d. 35. q. 5. art. 1. [illegible] exagitant, ut [illegible] ejus sententiam [illegible], & [illegible]. Si autem [illegible] est, [illegible] creatura habere [illegible] esse cognitum ab æterno in Deo, multo magis [illegible] videtur dicere quod omnes creaturæ sint Deo coæternæ, secundum veras & reales, & proprias illarum existentias. Dicit enim Scotus quod creaturæ [illegible] ab æterno in ipso Deo, non in nunc temporis, sed in æternitate. & [illegible] sunt illi.*

[illegible] Alvarez profitetur existentiam rerum in æternitate non alia actione divina fieri, quàm qua producuntur in tempore, unde minime metuendum est, ut æternitatem aliquam extra Deum constituant [illegible]. Existentia autem illa rerum in æternitate desumitur à peculiari conditione æternitatis, quippe cum sit indivisibilis necesse est, ut sit tota simul, & consequenter quicquid coexistit aliquando æternitati, necesse sit ut coexistat ipsi toti: ergo inquiunt ab æterno, non quidem in tempore, sed in æternitate. Etiam Navarretus hic explicare solet, non quasi res temporales se extendant ad æternitatem, sed quod æternitas cum sit tota simul, se extendat ad omne tempus, & omnia temporalia; eaq; omnia suo nunc indivisibili comprehendat.

II. Æquum fuit ut Penottus rationem haberet eorum quæ hac de re habet Navarretus, cujus controversiæ prodierant in lucem, 20. fere annis antequam editû sit propugnaculum ejus humanæ libertatis. Ille autem sic concludit dissertationem suam contra Scotum. *Igitur [illegible] de qua in præsenti, melius explicatur. Scotus per coexistentiam rerum in æternitate simul cum cognitione divina, quam explicavit per illam productionem rerum ab æterno in esse cognito. Quicquid enim fuerat cogitatum ut creatura esset Deo præsens tali præsentia quæ sufficeret terminare [illegible] visionem seu cognitionem creaturarum in se ipsis, multo facilius & verius intelligitur in ista coexistentia creaturarum in æternitate. Quapropter nos sequimur medium viam inter opinionem Scoti ponentis creaturas terminare cognitionem Dei secundum suum esse productum in esse cognito, & opinionem aliorum qui tenent sufficere ad cognitionem [illegible], quod creaturæ sint in essentia divina tanquam in perfectissimo exemplari, & dicimus quod nec hoc secundum sufficit, nec illud primum requiritur, sed sufficit & requiritur, quod creatura secundum suum esse proprium, & distinctum ab essentia divina coexistat æternitati, ut attingatur in se, & secundum suum esse.*

Quicquid fuerit de reliquis autoritatibus à Penotto productis, attamen pro comperto habeo Cajetanum ab eodem non nisi obtorto collo per vim tragi in hanc sententiam, quam illi obtrudere conatur Navarrensis. Nimium bene perfricuit frontem, cum dicere ausus sit *Cajetanum expresse fateri, Res non coexistere in æternitate nisi quando existunt in propria mensura, quia scilicet coexistere supponit existere.* Verba Cajetani hæc sunt, quæ superiori capite tanquam huc vel maxime facientia recensuit Penottus, *Coexistentia rei ad æternitatem æquatur in duratione mensuræ ejusdem existentiæ cum non coexistat nisi secundum suam actualem existentiam. Sed existentia instantis in quo [illegible] sol oritur, non mensuratur instanti aliquo præcedente, aut sequenti ergo nec quolibet.* Quæ quidem omnia hoc tantum tendunt, quod non in quolibet nunc temporis res temporales sint præsentes æternitati, ita quod coexistentia cujuslibet rei ad æternitatem mensuretur quolibet instanti temporis. Quare quod affirmaverit Cajetanus de coexistentia rei ad æternitatem in tempore tanquam in mensura propria, nempe non in quolibet instante temporis, sed in certo duntaxat, nempe in quo deprehenditur existere, coexistere res temporales æternitati, hinc trahit Penottus quasi universim affirmasset res temporales non coexistere æternitati. Rursus cum tribuit Cajetano, quasi non aliam agnosceret rerum temporalium coexistentiam cum æternitate, quam in mensura rerum propria, illud Cajetano tribuit cujus contrarium eodem in loco asserit disertissimé. Nempe distinctionem proponit Cajetanus de coexistentia rerum temporalium

cum æternitate vel in qualibet nunc temporis, vel in quolibet nunc æternitatis. Hujus autem distinctionis explicatio apud Cajetanum est bene longa. Confessum autem ducit Penottus in primi membri explicatione substitisse, quæ tamen continet sententiam illam quam non approbat Cajetanus, in cujus rei confirmationem subjicimus illa quibus adhæret Penottus, quæ tamen pessima fide repetit. *Adverte* (inquit Cajetanus) *quod res temporales esse præsentes æternitati, potest intelligi dupliciter. Uno modo sic, quod in quolibet nunc temporis sint præsentes æternitati, ita quod coexistentia cujuslibet rei ad æternitatem mensuratur quolibet instanti temporis. Et hunc sensum acceperunt adversarii quantum mihi videtur ex verbis Thomæ; sed erraverunt; hoc enim nunquam senserunt S. Thomas: sicut manifeste implicat contradictionem. Quoniam coexistentia rei ad æternitatem* (hæc sunt illa quibus nititur Penottus sed nec fideliter recitavit, nec recte intellexit) *sequatur in duratione mensura ejusdem existentiæ, cum non coexistat nisi secundum suam actualem existentiam.* Hæc ita accipit Novariensis, quasi simpliciter dicta essent, cum tamen procedant respectu ad certam mensuram videlicet temporis, & ad quæstionem instituans in hunc modum, *Utrum scilicet, si quæratur de mensura temporis, res temporales coexistant æternitati in quolibet instanti temporis, an in certo duntaxat: puta in illo, in quo sit actualis earundem existentia.* Cajetani verò sententia est disserta, non in quolibet nunc temporis, sed duntaxat in illo in quo existunt temporalia, coexistere æternitati. Quod & probat insuper hujusmodi argumento: *Si instans semper, idest pro quolibet instanti temporis coexisteret æternitati: ergo coexisteret aliis instantibus temporis, tam præteritis quàm futuris. Et sic illud instans non esset labens, & omnia instantia essent unum instans in veritate, & plura instantia temporis quodam essent simul, & præteritum, & futurum essent præsens, &c. quæ omnia sunt manifeste impossibilia.* Hactenus Cajetanus versatus est in pervertenda Aquinatis sententiæ interpretatione, huc tantum tendens, ut probet veritatem obtinere non posse de mensura temporis, quod res temporales semper coexistant æternitati. Sin de mensura æternitatis verba fiant, agnoscit res temporales semper coexistere æternitati, nempe in æternitate licet non in tempore. Audiatur ipse Cajetanus. *Alio modo potest intelligi, quod in quolibet nunc æternitatis res temporales sint præsentes æternitati, ita quod coexistentia cujuslibet rei ad æternitatem sumatur in quolibet nunc æternitatis; & hic sensus est verus, & intentus à Thoma.* Et paulo post; *Unde* (inquit) *ut clarius evadas loquens, à rebus ad propositiones & à propositionibus ad res procedendo; istæ propositiones, omnia quæ fiunt in tempore sunt præsentia æternitati, vel sunt præsentia DEO ab æterno, vel sunt semper præsentia DEO, & similes, distinguendæ sunt. Quia vocis sunt aut consignificant nunc temporis, aut nunc æternitatis; & primo modo sunt falsæ, secundo veræ.* Ex his videas qua fronte, & quam inverecundè professus sit Penottus, Cajetanum expresse fateri, *res non coexistere æternitati nisi quando existunt in propria mensura.* Nec tamen dum ista ex primi sensus explicatione hausit Penottus apud Cajetanum, autorem suum intellexit. Nam Cajetanus eo loci hoc tantum vult, si de coexistentia rerum cum æternitate philosophemur secundum mensuram rerum propriam, tum dici non posse quod res temporis res coexistant æternitati in quolibet instanti temporis, sed duntaxat in illo instanti temporis in quo existunt. Verumtamen non nisi posteriori sensus explicatione, sententiam Aquinatis quam veram esse indicat, nobis repræsentat; hanc autem in solidum prætermisit Penottus. Eadem fide versatur in recitanda sententia Ferrariensis, quippe cui tribuit, quod incredibile est; quasi velit sentire Ferrariensis, *Res non esse præsentes Deo in æternitate, nisi pro tempore in quo sunt.* Quid enim hoc sibi vult aliud quam, Res non esse præsentes Deo in æternitate, priusquam advenerit tempus illud in quo sunt: at, nunquam, prorsus incredibile est, ut tale aliquid sentiret Ferrariensis, hoc enim esset spoliare Deum omni rerum futurarum præscientia. Sin hoc velit phrasis illa, res quidem ab æterno præsentes esse Deo in æternitate non tamen ita ut pro quolibet instanti temporis existant, sed duntaxat pro illo in quo erunt, hæc est ipsissima Dominicanorum sententia, quam confirmat potius, quàm debilitat recitatione loci præsentis apud Ferrariensem, quasi in adversum, quum revera nequaquam nitatur in adversum. Quæ ex Ripa promit, opportuna ita sunt instituto suo; quæ tamen Ripa proponit non intendo in adversam sententiæ Dominicanorum, quia eam rapit Penottus, sed duntaxat in commodum sensum explicando. Sed ad manum non est autor iste, ut ex ipso quid hac de re senserit certis indiciis possim statuere.

Assertoris coexistentiæ rerum in æternitate, cum illis objicitur, quod si omnia coexisterent Deo ab æterno in æternitate, sequeretur duo contradictoria verificari de eodem, respectu quidem nunc æternitatis. Huic difficultati ut satisfaciant, coguntur dicere, quod quamvis æternitas sit unum nunc indivisibile formaliter, continet tamen virtualiter plura instantia, & continet etiam virtualiter successionem, unde & potest respondere pluribus & diversis instantibus temporis successive, saltem extrinsece: & ob hanc causam contradictoria non verificantur de eodem respectu ejusdem, & sub eadem ratione, quia ista duo contradictoria, Antichristus in æternitate est, Antichristus in æternitate non est, *non verificantur respectu æternitatis, quatenus intrinsece est unum tantum nunc indivisibile, sed quatenus extrinsece, aut virtualiter continet successionem, & plura instantia temporis, & correspondere potest pluribus instantibus successivis ipsius temporis.*

Certe ita fere sentimus, si non per omnia, saltem ex parte; sed nondum docuit Penottus istam explicationem continere ullam sententiæ ipsorum contradictionem. Licet, ingenuè fateor quod res est, huc proxime accedunt, quæ subjicit Penottus. *Modo quo non continentur in æternitate, nisi quatenus illa virtualiter continet successionem, & plura instantia, non coexistunt æternitati ab æterno.* Illa inquam præ cæteris omnibus hactenus exhibitis proximè accedunt ad claram sententiæ adversariæ refutationem. Tantum obest æternitatis indivisibilitas, cujus ratione, quæcunque ei coexistunt, & quacunque serie, necesse est ut coexistant toti.

Doctores Catholici rejiciunt sententiam Wicleffi, qui referente Waldensi lib. 1. doctr. fid. c. 1. & 8. dicebat creaturas habere quoddam esse reale & ideale ab æterno, distinctum ab esse quod habet in Deo.

illa

[illegible] Hanc [illegible] quam Wiclefo tribuit Waldensis, videtur eadem esse cum sententia quae putatur esse Scoti; a qua tamen quatenus differat illa Dominicanorum, jam [illegible] propositum est Novatoribus, ad [illegible] [illegible].

[illegible] *Et certe, ipse, [illegible] modo tamen [illegible] [illegible]. Nam propositio ab [illegible] [illegible]. [illegible] : Creaturae sunt ab aeterno in aeternitate. [illegible] fuisse [illegible] aeternitate [illegible]. Atque Augustinum neque Thomam, neque aliquem antiquum Doctorem hoc loquendi modo usum esse existimo.*

[illegible] Illa [illegible], [illegible] in aeternitate significaret esse [illegible] [illegible] [illegible] ph[illegible]ologiam [illegible] [illegible].

[illegible] *[illegible] pro [illegible] difficultatem, & [illegible] [illegible] tertia propositio : Creatura sunt DEO ab aeterno praesentes [illegible] esse objectivam, non quatenus esse objectivum significat illud esse cognitum à Deo excogitatum, sed quatenus esse objectivum significat creaturas secundum suas veras & reales existentias quas habent in tempore, esse ab aeterno objectum divinae cognitionis, ad quod ipsa aeterna cognitio vere & proprie terminatur, ut ad objectum secundarium. Juxta [illegible] hujus conclusionis intelligi debent illi, qui [illegible] creaturas esse ab aeterno Deo praesentes [illegible] secundum esse objectivum : juxta quem sensum, conclusio est ex [illegible] sententia D. Thom. est enim in forma eadem cum prima, c. 16 firmata, & probari posse [illegible] rationibus quibus illa eadem probatur, & quibus supra c. 4. firmata est secunda propositio.*

[illegible] Haec propositio non modo in re, sed & [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] est cum eorum sententia, qui nullam aliam rerum futurarum agnoscunt coram Deo, quam praesentiam objectivam. At hoc modo praesens esse apud Deum, nihil aliud est quam à Deo cognosci quod aliquando futurum sit. Quod, & ipsa [illegible] propositio, modo candide [illegible] manifestum facit : [illegible] enim aliquando [illegible] [illegible] ipse Penottus. Nam licet hoc in loco, [illegible] & reales rerum existentias, quas objectum ponit visionis divinae ab aeterno ejusmodi esse dicantur : quas creaturae habent in tempore ; tamen cap. 16. num. 3. illae eaedem reales existentiae creaturarum ejusmodi esse dicuntur, *quas habebant quando actu fuerint producta in rerum natura.* Nec quisquam est qui [illegible] quin Deus ab aeterno probe scivent, reales illas existentias quas creaturae in tempore habiturae erant. At hoc non est cognoscere aliquid sub notione praesentis, sed potius sub notione futuri. Sub [illegible] [illegible] [illegible], licet etiam sub nomine praesentis [illegible]. At hoc modo videre [illegible], non est videre [illegible] determinatas ad unum, sed potius determinando, quod attinet ad existentiam earundem extra Deum, licet non diffitear, posse Deum videre eas determinatas ad unum intra Deum, nimirum quatenus eas intuetur, prout sunt apud Deum in esse volito [illegible] determinatio facile videri, quam [illegible] ad [illegible] Novatorum nostri. Dicit [illegible] hanc propositionem quam eandem facit cum prima (unde fit ut non [illegible] [illegible] propositionem proponat, licet eam tertiam propositionem vocet quam crambem bis coctam te-

ponat) probari posse iisdem rationibus, quibus illa eadem probatur. Quarum examen ut in praesenti instituamus minime necesse est, ne [illegible] repetamus quod jam absolutum est in superioribus. Addit etiam iisdem rationibus firmari posse quibus supra cap. 4. firmatam esse dixit propositionem secundam.

Aggrediamur vero quae capite quarto disserit Penottus ad propositionem illam secundam examini subjiciamus. Imprimis itaque Penottum ipsum audiamus. Secunda propositio : *Deus ita cognoscit creaturas secundum quod sunt in singulis, tanquam objectum secundarium, & inadaequatum divini intellectus, ut divina cognitio, & divinus intuitus terminentur ad esse rei quod illa habeat in seipsa extra suas causas, quod est esse verum, & reale actualis existentiae.* Longe paucioribus expediri potuit illa propositio, sed [illegible] [illegible] copia, certe non [illegible] Penottus liberare [illegible] verborum. *Divina* (inquit) *intuitio terminatur ad esse rei* hoc est, *ad actualem ejus existentiam* ; Hactenus agnosco quod ais ; sed cum ultra addis, *quod illa habet in se*, assensum praestare non possum. Disseris enim de intuitu divino ab aeterno ; At ab aeterno creaturae nequaquam habebant esse, aut existentiam aliquam realem, sed potius habiturae erant, prout ipse hoc ipsum effectus cap. 16. n. 3. Ab aeterno videtur Deus omnium rerum existentiam realem, sed futuram non praesentem ; neque enim ab aeterno praesens erat, sed futura duntaxat. Veruntamen non diffiteor, quin quatenus haec rerum existentia futura nota erat Deo ab aeterno, eatenus etiam Deo praesens fuerit ab aeterno, nimirum in esse cognito, hoc autem est praesens esse intentionaliter tantum, non realiter. Quod si quando res futura est, videtur à Deo ut praesens, quid ni, quando praesens est videatur à Deo tanquam praeterita? Imo quid ni? quando futura est videatur etiam à Deo tanquam praeterita perinde aeque tanquam praesens. Neque enim magis indecorum est Deo, de novo cognoscere aliquid esse praesens, quam de novo cognoscere aliquid esse praeteritum. Sed neque magis indecens est, Deo tribuere cognitionem rei alicujus incipientem, quam cognitionem alicujus rei desinentem. Quare qua ratione dicendus est Deus ab aeterno cognoscere omnia esse praesentia ne aliquando incipiat cognoscere aliquid quod antea non cognoverat : pari per omnia ratione dicendus est Deum in aeternum cognoscere omnia esse futura (licet jam olim esse desierint) ne aliquando desinat cognoscere aliquid quod antea cognoscebat. Itaque magis subtiliter ratiocinantur, qui volunt Deum creaturas cognoscere futuras tantum, quamdiu futurae sunt, praesentes tantumquamdiu praesentes sunt, & praeteritas tantum postquam praeteritae sunt. Nec tamen aliter cognoscet facta quam facienda, non aliter ingenua parte cognitionis, licet aliter ex parte rerum cognitarum : hoc est, ut planius eloquar, cognoscit Deus res aliter atque aliter se habere, sed res aliter atque aliter se habere, non aliter atque aliter cognoscit Deus ; quemadmodum non semel explicatum dedi ; & argumentationem à Penotto, & aliis ad plurimum inculcatam, tanquam admodum superficiariam dissipatam fuisse, & in nihilum evanescere.

Instan. *Collegisti (inquis) evidenter ex verbis Thom. 1. p. q. 14. art. 13. hic verba. [illegible] omnia quae sunt in tempore sunt Deo praesentia ab aeterno non solum ea ratione, quia habet rationes rerum apud se praesentes, sed quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia prout sunt in sua praesentialitate: ergo [illegible] secundum Thom. intuitus divinus fertur super ipsam actualem existentiam quam res habet in tempore in rerum natura.*

Respons. At [illegible] tu probe nosti, res non habere actualem existentiam in tempore ab aeterno. At nos loquimur de intuitu divino qui fuit ab aeterno. Dominicani quidem volunt res habere ab aeterno actualem existentiam non quidem in tempore, sed in aeternitate, atque hoc faciunt hisce Aquinatis verbis. At tu aeternam illam rerum existentiam in aeternitate pro nihilo ducis. Ego vero dixerim tempus universum fuisse ab aeterno notum Deo in esse volito; & sic objectum fuisse cognitioni divinae: & omnia temporis contenta perinde Deo objecta fuisse, adeo ut singula videret Deus pro certo tempore futura esse, pro certo tempore praesentia, pro certo tempore praeterita: quomodo omnia praesentia erant Deo ab aeterno sed intentionaliter tantum non realiter, non tamen in esse cognito tantum, sed prius in esse volito, posterius etiam in esse cognito. Probare [illegible] propositionem istam [illegible] ex Scripturis [illegible] allegant Gen. 1. *Vidit quae fecerat Deus*; quod tamen procedit de praesentibus tantum, non futuris. Nec tamen ait Deus extra se prospiciens ad contemplanda ea quae fecerat, [illegible] patitur cognoscendo a rebus ipsis; & qua ratione dum tempus advenerit quo producenda sunt aliqua, videt ea esse futura, eadem ratione [illegible] cum primum adfuerit tempus illud videt esse praesentia, & simul atque desierit tempus praesentiae eorundem, videt esse praeterita. Perinde ab instituto alienum est illud Gen. 18. *Descendam & videbo*; quae humanitus dicuntur non de futuris, sed de praesentibus praecedunt, quemadmodum & cum dicitur Deus *scrutari corda*. Et quis unquam audivit Deo tribui ab aeterno scrutationem cordium futuram; quod tamen commode fieret si actualis existentia rerum futurarum Deo praesens esset ab aeterno; quam tamen non nego per [illegible] esse intentionaliter, puta in esse cognito sed praesentiam illam nunquam comperi dictam esse scrutationem. Cum tamen Deo tribuitur, [illegible] per tropum tribuitur, ut sic loquutio accommodetur ad captum nostrum; cum scientia Dei qua quae intima sunt creaturis agnoscit, conformatur ad imaginem scrutationis humanae. Verum ista satis superficialiter absoluta, modo totum negotium confectum iri pollicentur evidenti ratione.

Instan. *Vel Deus aliquando attingit suo intuitu & sua scientia illud esse, quod creatura habet in se vel nunquam. Si aliquando, ergo semper. Non enim est apud Deum transmutatio. Si nunquam, ergo divina cognitio est valde imperfecta, & imperfectior intuitu creaturae: creatura enim videt rem in seipsa, & experitur talem visionem perfectiorem esse, quam sit notitia, aut visio rei aut in speculo, aut in pictura, aut in imagine exemplari. qualem oportet esse notitiam divinam, aut saltem illi similem, si Deus creaturas nunquam videt in seipsis. Sed ut [illegible] ratione illa [illegible]. Notitia creaturae, quae terminatur ad rem prout est in seipsa, est notitia perfectissima: ergo si illa est possibilis, non debet Deo denegari: sed [illegible] intuitum esse possibilem apparet in creaturis: ergo Deus intuetur in seipsis, atque divina cognitio ad illa, ut sunt in seipsis terminatur.*

Certe visio rei in seipsa perfectior est quam visio rei in imagine. At tu quaeso putas visionem rerum in essentia Dei, num aliud esse, quam visionem rerum in imagine. Essentia divina est principium rerum effectivum, non sic imago. Atque ideo vult Thomas etiam singularia a Deo sciri. (Hoc autem est videri, neque enim ut in nobis visio [illegible] alia est a scientia, sic in Deo) *Deus* (inquit) *scit alia a se per essentiam suam, in quantum est similitudo rerum, vel ut principium activum earum* 1. p. q. 14. art. 11. in corp. Idem docet art. 5. in corp. *Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam: Alia autem a se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Interea nihilominus negamus omnium rerum existentiam visam esse DEO ab aeterno, sed tanquam futuram, non tamquam extra causas existentem, sed (puta) nimirum in esse volito apud Deum; & quicquid fuit, illud omne a voluntate Dei habent: ergo etiam hactenus in seipsis videntur ut existentes non tamen realiter, sed intentionaliter. Neque enim aliter existunt ab aeterno, quam intentionaliter. Et haec notitia est intuitiva apud Deum, & longe perfectior quam sit aut nostra notitia intuitiva, aut Angelica. Neque enim intuendo omnia penetrare possunt Angeli: ut in esse volito omnia coram se in conspectu habet Deus; idque ab aeterno. Nostra intuitio fit patiendo ab objectis, non sic intuitio divina. Esto etiam Angeli intuitio per species concreatas, at non sic intuitio divina. Sine dubio perfectissime intuetur omnia Deus; sed nimis absurde fiet, quoties ejus intuitio accommodatur ad modulum intuitionis nostrae. Nec enim absurde dicitur Deus intueri res praesentes in seipsis, quae in seipsis praesentia non sunt, sed futurae duntaxat. Dices; quando ergo res ipsas intuebitur Deus? annon antequam actualiter existant? Respondeo; Scientia divina rerum contingentium non potest dici intuitio, accommodata ad modum intuitionis nostrae, priusquam res actu existant in tempore. Nec tamen cum existunt in tempore, Deus eas aliter cognoscit, quam ab aeterno cognovit; hoc autem est domi suae, nempe apud se, nimirum in esse volito. At inquies, non nisi cum primum existunt cognoscit ea actu esse. Et quis expectaret, ut cognosceret ea actu esse antequam sint actu, nisi quis velit, Deum cognoscendo aliquid, aut errare aut fingere. At inquies, ergo cum res sunt, cognoscit aliquid Deus, quod antea non cognovit. Respondeo, certe ita esset si extrinsecus acciperet cognitionem rerum; sed cum in se cognoscat omnia, etiam rerum omnium existentias actuales, nimirum in esse volito, hinc liquere potest, licet res ipsae extra Deum variationem admittant, nihil tamen omnino variationi obnoxiam esse scientiam Dei. Nam cum quicquid a Deo volitum est, pro certo tempore ab ipso volitum sit, cum Deus sciat atque intuetur pro quo tempore quidlibet volitum sit, hoc ipso videt quidlibet & futurum esse pro tempo-

re.

re, est decernere & futurum esse pro tempore præcedente; & præsens esse pro tempore illo pro quo decretum est, & præteritum fore pro tempore sequente, Ita etiam una & eadem cognitio per modum invariabilem hæc omnia continet, licet res huic cognitioni subjectæ variationem admittant. Itaq; ad formam argumenti primi respondeo, Deum non modo attingere esse rei quod habet in se, *sed &* esse quod habebit in se, aut habuit; quod tamen est unum & idem esse. Nam existentiam realem creaturarum omnium ab æterno attingebat Deum futuram, in tempore attingit præsens quam primum præsens est, & postea attingit ut præteritum simul atq; præterierit. Hoc est novit esse futurum, quamdiu futurum est, novit esse præsentem quamprimum præsens est, etiam præteritum esse simul atq; præterierit. An tu vero sic colliges; hodie novit Deus Pontificem Romanum Antichristianè dominari in Ecclesiam Dei, ergo ab æterno novit antichristianè dominaturum esse in ecclesiam Dei? Imo hodie cognoscere dominationem ejus præsentem, est ab æterno novisse dominationem ejus futuram, & ab æterno novisse dominationem ejus pro illo tempore futuram, est hodie cognoscere dominationem ejus præsentem. Ita etiam hodie attingere esse quod creatura habet in se, est ab æterno attigisse esse quod creatura habitura erat in se, & postquam præterierit hoc esse creaturæ, erit in æternum attigisse esse quod creatura olim habuerat in se. Neq; hinc fit ulla apud Deum transmutatio aut vicissitudinis obumbratio.

Penot. *Pergit, quod hujusmodi visionem non possit poni in Deo, quia talis visio pendet ab objecto vel a re visa impressione objecti [illegible], & hoc modo nihil videtur, nisi quod per propriam speciem movet potentiam, quod de Deo dici non potest comparatione creaturarum.*

Contra hanc responsionem est valida instantia, quia Angelus intuitivè videt creaturam, ita quod intuitio intellectus Angelici vere & proprie ad illas terminatur: & tamen non videt per speciem a rebus acceptam saltem secundum veriorem sententiam Thomæ, [illegible]: ergo multo magis hoc fieri potest intellectu divino, mediante divina essentia, quæ omnium perfectionem cognoscendi [illegible] in infinitum excedit; & ad cujus imitationem ipsa species Angelica est exemplata. Major propositio non potest in dubium revocari. Quis enim dubitare possit, quando Angelus Tobiam comitabatur, & alloquebatur, & videbatur cum illo manducare & bibere; quando Angelus per capillum capitis apprehendit Abacuc, & tulit illum in Babylonem, illos intuitive non vidisse, sed solum in speculo, aut imagine, aut alio simili modo.

Respons. Intuitiva cognitio propriè dicta requirit præsentiam objecti actualem, sive intuens ipsum intueatur per speciem ejus, sive per speciem connaturalem; adeo ut objecto præsentia [illegible] ad intuitionem ejus. At objecti præsentia actualis nihil confert ad cognitionem ejus divinam, licet hæc Dei cognitio accommodata populariter ad imaginem intuitionis nostræ, non dicatur intuitiva nisi ex præsuppositione objecti existentis in rerum natura; Verumtamen eruditis certissimum est Deum perfectè cognoscere res, sive sint, sive nondum sint, sive præteritæ sint, per essentiam suam, non quatenus continet omnium specierum perfectiones, (nam hactenus tantum species rerum intuetur,) sed quatenus est valens, & per voluntatem principium effectivum rerum omnium singularium. Quas tamen non novit Deus præsentia esse realiter, quamdiu futura sunt, aut postquam existere desierint; Interea tam futura, & præterita quàm præsentia, sunt Deo præsentia in esse cognito hoc est intentionaliter, non realiter.

Penot. *Secunda ratio ad idem probandum, quæ apud me demonstrativa est, quia tantum se extendit divinus intellectus in intelligendo, quantum se extendit divina voluntas in volendo, & divina omnipotentia in causando: sed divina voluntas se extendit non solum ad esse quod res habent in DEO, sed multo magis ad esse quod res habet in se extra causas: divina etiam omnipotentia in causando se extendit ad verum esse actuale existentiæ rerum in seipsis: ergo & divinus intellectus se debet extendere ad idem esse actuale existentiæ rerum in seipsis.*

Respons. Videat Lector quàm sedulo hic agat Novariensis ut ipse sibimet onus, dum identitate phraseologiarum identitatem sensus explicatur, cum tamen nulla sententiæ congruitate procedat identitas phraseologiæ. Extensionem enim voluntatis atque omnipotentiæ divinæ, eandem esse fingit cum extensione scientiæ; cum tamen nemo non videat, prædicamentum præsertim intuitivam scientiam quas se extendit præsupponere potius, quam facere; contra voluntas, nedum omnipotentia. Voluntas enim res natura sua merè possibiles volendo eas constituit in esse volito, non præsupponit: Sic omnipotentia res ad quas se extendit constituit in esse actualis existentiæ, nequaquam præsupponit. Nec quis miretur, si & voluntas faciat res volitas, quæ antea non erant per omnipotentiam, etiam existere quæ antea non erant; At speras omnem rationem ut res aliquæ videantur esse, antequam sint. Nos dicimus Deum videre res omnes in esse volito antequam sint realiter. Neq; enim est visionis transferre rem à potentia ad actum existentiæ, sed potius translationem istam præsupponere. Res quas causatur Deus, videt Deus tam ante causationem quàm post causationem earundem, sed apud se videt & in esse volito; unde non magis sequitur Deum videre eas præsentes quàm futuras, aut præteritas. Et communiter agnoscitur, Deum scientia visionis complecti tam futura, & præterita, quàm præsentia. Quod si quis velit Deum intueri res tanquam præsentes, dum tantum sunt futuræ, cur non insanire pergat, addatq; Deum videre res tanquam præteritas, licet nondum fuerint, præsentes; & postquam præteritæ fuerint, Deum videre eas non modo tanquam præsentes, sed & tanquam futuras, idq; tanquam in æternum futuras. Certè tam futura quam præsentia sunt extra causas, quatenus ex conditione merè possibilium transierunt in conditionem futurorum: atque hactenus non modo futura, sed & præterita Deo præsentia sunt, sed intentionaliter tantum non realiter. Sed res inquam in seipsis videt Deus, idq; ab æterno ita ut terminetur ejus notitia ad existentiam earundem actualem: sed quod ad rationem videndi attinet, eam tantum accipit Deus à sua essentia, quatenus possibiles, ab essentia simpliciter considerata, omnium possibilium perfectiones complectente eminenter; quatenus verò futuras, hoc accipit

ab

ab essentia quatenus volente seu decernente, seu seipsam determinante ad eas res pro certo tēpore producendas. Unde sequitur Deum videre res omnes in seipsis, sed tantummodo tanquam futuras donec tempus productionis earundem designatum advenerit, postquam advenerit tanquam præsentes, ubi vero tempus præsentiæ earundem præterlapsum fuerit exinde tanquam præteritas. Nec tamen hoc certes aliter atque aliter cognoscere ex parte cognoscentis, sed duntaxat ex parte rerum cognitarum. Illa vero fictio qua fingitur Deus ex nostra sententia cæco modo agens admodum puerilis est, & pueris cæcitantibus *in arundine longa* dignior quam Scholasticis; quasi vero quicquam accederet perfectioni divinæ si modo esset oculatus. Nec tamen dubitamus quin divina cognitio terminetur ad esse rerum, sed ante determinationem voluntatis divinæ tantum cognoscit esse possibile; ante executionem voluntatis divinæ, tantum cognoscit esse volitum; post executionē cognoscit actualiter existere in seipso, sed quo modo cognoscit? non in seipsis re cognita, sed in seipso Deo cognoscente. Semper enim obtinebit illud Aquinatis, *Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab illo.* Adde si placet, *vel ut principium actionum earundem* ex art. 11. incorpor. Jam tandem redeamus unde digressi sumus ad cap. 17. videlicet ejusdem libri tertii.

1.p.q.14. art.5. in corp.

Penott.

Contra secundam propositionem est primum argumentum Ferrariensis l. 1. cont. Gent. c. 66. Si creatura sunt Deo præsentes solum secundum esse objectivum, non autem sunt Deo ab æterno secundum suam realem existentiam, ratio qua probat Thomas futura contingentia esse ab æterno Deo præsentia, esset nugatoria, probans idem per idem.

Respondeo rationem Thomæ optimam esse, sed ejus vim ab argutante non esse perceptam: Thomas non intendit ibi reddere rationem solam ob quam Deus cognoscit futura contingentia, sed ob quam certitudo divinæ cognitionis simul stat cum rerum contingentia. Ratio autem optima est, quam ille assignat hoc modo. Qui videt esse præsens actualis existentia rei contingentis potest de re contingenti certam notitiam habere; Deus ab æterno videt non solum esse futuram, sed etiam esse præsens actualis existentia rei contingentis; ergo potest de illa certam notitiam habere salva manente rei contingentia. Minorem probat ex eo, quia scientia Dei mensuratur æternitate.

Respons.

Certe huc tendit dissertatio Thom. 1.p.q.14.art. 13. sed & alibi passim tradit Deum videre omnia prout sunt in sua præsentialitate; quæ quidem præsentialitas si tantum esset objectiva, hæc Thomæ sententia esset planè nugatoria. Sed & in quæstione prædicta ita hanc rem explicat, ut visioni divinæ præmittat præsentialitatem rerum secundum existentiā actualem. *Sicut ille* (inquit) *qui vadit per viam, non videt illos, qui post eum veniunt, sed ille qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viā.* Illam autem rerum præsentialitatem ego interpretor de rerum præsentialitate apud Deum in esse volito. Nam & ista rerum omnium actualis existentia ab æterno fuit apud Deum in esse volito, licet forte suspicari poterit aliquis Thomam nimium indulsisse comparationi propositæ; illustrando scilicet rerum successivarum præsentialitatem temporariam per successionem localē, quæ & eodem tempore fit, & certissimum est omnes partes loci simul existere, non sic partes temporis. Rursus, quomodo tu præstabis consequentiam illam. *Scientia Dei mensuratur æternitate, ergo videbat ab æterno actualem rerum omnium existentiam*; nisi quemadmodū præstatur à Dominicanis, dicendo scilicet res omnes ab æterno extitisse in æternitate.

Secundo dico esse. D. Thomas intenderet ex rerum præsentia, probare Deum cognoscere futura contingentia, nullam tamen committeret petitionem principii. Quod ut intelligatur notandum est, latere equivocationem in hoc termino, Præsentia. *Potest enim hic terminus accipi, prout significat id, quod opponitur futuritioni, vel præteritioni; & potest accipi, prout significat id, quod opponitur absentiæ. Thomas in suo discursu accipit terminum præsentia, non quatenus opponitur absentiæ, quomodo patet argumentum illum uti hoc termino, sed quatenus opponitur futuritioni, & argumentū est tale.* Qui videt non solum esse futurū rei contingentis quod illa habet in suis causis, sed etiam illius esse præsens quod illa habet extra suas causas, potest de re contingenti habere certā notitiam: Deus videt non solum &c. *Minorē probat ex eo quod scientia Dei mensuratur æternitate. Hic est discursus Thom. in quo nulla nugatio, nulla principii petitio.* Penott.

Ista Penotti distinctio nullius omnino pretii est. Respons.
Nam licet absentia rei secundum distantiam localem distinguatur ab ejusdem præteritione, & futuritione, tamen à præteritione & futuritione minimè distinguitur absentia secundum distantiam temporalem. Sed nec omnino vitatur à Penotto principii petitio, secundum illam argumentationis formam quam hic comminiscitur, ut illam Aquinati tribuat, nisi quod prorsus extra oleas vagatur [illegible] præsentem instituti. Nam cum prior responsio Novariensis huc tenderet, ut ostenderet Aquinatem ex rerum futurarum præsentia apud Deum probare non tam Deum cognoscere futura contingentia, quàm certo cognoscere; unde fiat ut omnis petitio principii vitetur; posterior ista responsione ulterius progreditur, ostendendumque in se recipit, nullam fieri ab Aquinate principii petitionem, licet ex præsentia rerum apud Deum tantum concludat futura contingentia DEO nota fuisse ab æterno. Hoc inquam dum præstat Penottus, turpiter se dat. Exitus enim argumentationis ipsius hoc tantum redit, ut probet ex rerum præsentia apud DEUM, non tam futurorum contingentium notitiam simpliciter dictam Deo competere, quàm notitiam certam; nihil enim aliud concludit Penottus, quicquid præferat, quàm posse DEUM de re contingenti habere certam notitiam. Quod si accommodetur argumentatio ad probandum illud, quod in se probandum recipit Penottus, nempe *licet Thomas intenderet ex rerum præsentia probare Deum cognoscere futura contingentia, nullam tamen committeret petitionem principii*; ista argumentatio quam subjicit Penottus suam [illegible], & extremam incongruentiam mox proderet. Nempe si sic procederet. *Qui videt non solum esse futurum rei contingentis, quod illa habet in suis causis, sed etiam illius esse præsens quod illa habet extra suas causas, habet de re contingenti notitiam; Deus videt non solum esse futurum rei contingentis quod illa habet in suis causis, sed etiam esse præsens; ergo habet de re contingenti notitiam.* In hac

ita-

in quam argumentatione manifeste supponitur in præmissis, quod probandum erat in conclusione. Nam in præmissis supponitur *Deum videre esse præsentem quod habet extra suas causas*; At hoc extra controversiam est habere rei notitiam, idque ingenue video [illegible]. Sed & petere extra controversiam est habere coexistentiam rei [illegible], adeo ut quomodocunque se vertat Penottus petitionem principii declinare nullo modo possit.

Penot. *Secundum argumentum contra eandem conclusionem sumitur ex verbis Thom. 1. contr. Gent. c. 66. ratione 6. ubi docet quod omnia quæ sunt in tempore coexistant æternitati in esse præsenti, & exemplificat à centro &c. & ex coexistentia omnium quæ sunt ad æternitatem probat quod omnia sint Deo præsentia ab æterno. Non ergo loquitur de sola præsentia objectiva &c.*

Respondet item ex hoc loco constare quæ fuerit mens Thomæ, superfluum esse. ut plus dicam, velle ullum ex hoc citato, in contrariam sententiam adducere: maxime cum ibi nihil novi dicat, sed in eadem ratione semper persistat, quam tradidit et in 1. sent. & in prima parte.

II. *Nihilominus ad illum locum dico, si Thomæ verba inspiciantur, suam solutionem suam afferre. Inquit enim quod æternitas coexistit omnibus quæ sunt in qualibet temporis differentia, sicut indivisibile centrum circumferentiæ [illegible] partes continuatas & sicut centrum coexistit omnibus partibus circuli. Hoc autem modo non est necesse ut res coexistant æternitati antequam existant in tempore, sed sufficit ut coexistant æternitati, & æternitas illis, quando sunt subsistentes in tempore.*

Respons. Licet de Thomæ sententia satis constiterit, tamen si ubi aliquid ex Aquinate occurrerit in adversum vel interpretatione commoda temperandum erit, vel fatendum Thomam aut ambiguum fuisse, aut sententiam suam mutasse. Loci autem illius apud Gentes ratio habenda est vel maxime propterea quod primarius sit, & in illo ni fallor accuratius se gerit Aquinas, quam dum disserit adversus Gentes.

Quod vero respondes, verba Thomæ suam secum solutionem afferre; fateor hoc tibi solemne esse, nimirum asseveratione fiduciaria lectorem præparare in obsequium interpretationis tuæ. Dicis Aquinatem affirmare, æternitatem coexistere omnibus quæ fiunt in quacunque temporis differentia; sed non tamen propterea necesse esse, ut coexistant æternitati, antequam existant in tempore. At inquam argumentum à te propositum urgebat, omnia quæ fiunt in tempore coexistere æternitati in esse præsenti, hoc est antequam existant in tempore coexistere æternitati; alioqui proposuisset illud, quod nemo ignorat, & consequentiam ejusmodi rationis deduceret, quam nemo concederet. Tu inversis propositionem, dum huc revocas, quasi nihil aliud contenderet, quam æternitatem coexistere rebus omnibus quæ fiunt in qualibet temporis differentia; quod tamen si intelligatur de coexistentia ab æterno, ut [illegible] erit. hinc enim sequitur res omnes ab æterno coexistisse æternitati. Et nisi in hunc sensum interpretemur Aquinatem, quid hinc erit hujusmodi consequentia apud Aquinatem? iterum à te quæro? Quicquid agitur per totum decursum temporis agitur, divinus intellectus in sua æternitate intuetur quasi præsens. Quare necesse est ut agnoscat Aquinas ejusmodi præsentiam rerum ab æterno coexistentium æternitati, unde concludere possit Deum intueri omnia ab æterno, quæ in qualibet temporis differentia fiunt. Nam rem coexistere æternitati tanquam præsentem, quando existit in tempore, tam ipsi & sensibus omnibus notum est, quam ipsi Aquinati, nec quicquam continet momentosi quo ad rationem specimen ad contemplanda futura contingentia ab æterno. Nec mirari satis possum Penotti phrasiologiam, dum differit de rerum coexistentia æternitati tanquam præsenti; neque enim hæc est Aquinatis phrasiologia, vel ipso Penotto teste.

Quicquid in quacunque parte temporis est, coexistit æterno quasi præsens eidem. sic Aquinas non dicit: Quicquid in quacunque parte temporis est, coexistit æterno quasi præsenti, sed quasi præsens. Veruntamen quia quicquid coexistit æternitati, necesse est ut coexistat ei toti (cum æternitas non habeat partes) hinc inferunt Dominicani, idque secundum Thomam uti judicant, eidem coexistere ab æterno; quod & quadantenus verum esse judico, idque extra suas causas, nimirum quatenus coexistunt Deo in esse volito; quod quidem est quatenus extra suas causas, videlicet quatenus per divinæ voluntatis determinationem transierunt ex conditione possibilium, in conditionem futurorum. Atque hoc est apud Deum videri coexistentes in seipsis; Neque enim aliter videt Deus eas cum existunt in tempore; nimirum in seipsis videt, non autem in seipsis. Licet enim res ipsæ in se ita sint objectum notitiæ divinæ intuitivæ, tamen res ipsas in seipsis non aliter videt DEUS, quam in seipso. Neque enim DEUS secundum notitiam ejus intuitivam patitur ab objectis, quemadmodum nos, sed in seipso videt omnia, sive futura, sive præsentia, sive præterita, nimirum in esse volito.

Tertium argumentum sumunt alij ex variis illis autoritatibus divinæ Scripturæ, & SS. Patrum quibus videtur indicari apud Deum futura jam esse, & præterita minimè præteriisse, quæ autoritates relatæ sunt superius ad comprehendum ipsius propositionem. Illi enim ajunt, quod sicut idem instans temporis correspondet omnibus locis, & attingit omnia loca quantumvis inter se distantia, & omnium durationem rerum, quantumvis diversarum; ita unum & idem nunc æternitatis potest esse præsens multis durationibus divisibilibus; & sicut anima indivisibilis existens correspondet divisibilibus partibus corporis, ita æternitas indivisibilis existens respondere potest partibus divisibilibus temporis. Penot.

Respondet autoritates Patrum & Scripturæ exponendas juxta sensum primæ, & tertiæ propositionis. Exempla verò oppositum suadent. Nam sicut instans temporis non attingit loca quæ non sunt in illo instanti, neque ea res quæ in eodem instanti in loco non sunt; & sicut anima non vivificat partes corporis nondum existentes, ita æternitas non coexistit partibus temporis, neque ullo tempore mensurabilibus, rebus illis nondum existentibus in seipsis.

At nos primam tuam propositionem profligatam dedimus; ad tertiam quod attinet, de præsentia videlicet rerum objectiva apud DEUM ab æterno nemo hodie quod sciam in controversiam vocat; Respons.

tantum quærimus, An non aliam præsentiam rerum apud Deum agnoverit Aquinas; quemadmodum contendit Novariensis, sed conatu, meo judicio, prorsus irrito. Nec enim tamen ullam realem rerum præsentiam apud Deum agnitam ab Aquinate; Nam licet profiteatur, quidquid per totum decursum temporis agitur, divinum intellectum in sua æternitate intueri, tamen mox exceptionem subjicit in hæc verba, referente Penotto, *Non tamen quod quædam pars temporis agitur, semper fuit existens.* Veruntamen & secundum veritatem & secundum Aquinatem meo judicio probari potest dari rerum omnium præsentiam apud Deum ab æterno in esse volito; unde fit ut tam futura, quam præsentia, & tam præterita quàm futura, & præsentia ab æterno intuitus sit DEUS. Neque etiam aliter dici potest Deus intueri res in seipsis; sed qua ratione æternitas non coexistit partibus temporis, neque rebus tempore mensurabilibus, nondum existentibus in seipsis, eatenus per comparationem, neq; dici potest Deus intueri res existentes in seipsis, priusquam existant in seipsis. Nam intueri rem in seipso, & connotat rem esse existentem in seipsa, & significat rem sic existentem à Deo cognosci notitia intuitiva. Hoc etenim modo intuetur res in seipsis in esse volito antequam existant in seipsis actualiter secundum mensuram temporis. Nec aliter intuetur res in seipsis, aut cum præsentia sunt, aut postquam fiunt præterita. Sed facile dignoscis, quàm minimè faciat ad Penotti palatum ista philosophia. Multo melius concoquere potuerit illum doctrinam Dominicam, quam cum suis Jesuitis, quorum spiritum totus spirat Novariensis quicquid in adversum præferat. Ut mihi valde probabile sit, Penottum tantum exercere histrionem. Nam Theologia ejus passim suo judicio prodidit esse, non tam Scholastica, quam Jesuitica.

DIGRESSIO QUARTA.

Ad partes vocatur Penottus quod attinet ad ea, quæ Cap. 5. disserit in responsione ad argumenta quædam prolata adversus propositionem secundam Capitis quarti propositam.

JAm examini subjecimus quæ disseruit Penottus capite quarto ad propositionem secundam. Operæpretium fuerit etiam expendere, quæ capite quinto ab eodem attexuntur, ad propositionem illam ab exceptionibus quibusdam vindicandam; qua fide versetur etiam in his exploremus.

Penott. *Contra secundam propositionem est primum argumentum, sumptum ab autoritate D. August. l. 83. quæst. q. 46. ubi ait, sacrilegum esse dicere, Deum aliquid extra se positum intueri. Hic modus loquendi indicat Deum non intueri creaturas, ut sunt extra Deum, sed ut sunt in Deo. Consentit Thom. 1. q. 14. art. 5. dicens: Deus videt seipsum in seipso, quia se videt per essentiam suam: alia autem videt non in seipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum à seipso. Subscribit Scotus pluribus in locis citatus à Joanne Rada cont. 19. art. 1. concl. 7.*

Respondeo, sic esse exponendos, ut loquantur de eo quod per divinum intellectum cognoscitur tanquam objectum primarium, & adæquatum, & per propriam speciem, non autem per speciem alienam. Et illo particulari in se, extra se, denotant modum cognoscendi, non autem terminum cognitionis, ut sit sensus, Deum nihil extra se positum cognoscere in specie quæ sit aliquid extra Deum, sed omnia cognoscere in seipso, id est in specie quæ est intra ipsum, quod est divina essentia. Sequenter vero ad autoritatem Augustini, qua nonnulli ad sensum nunquam ab autore intentum abutuntur, dico sensum clarum, & apertum verborum illius in illo loco esse, Deum tendendo creandi nihil extra se positum aspexisse, tanquam exemplar, ad cujus imitationem ea crearet.

Respons. Augustinus sententiam suam exponit in hæc verba loco designato. *Non enim extra se quicquam positum intuebatur, ut secundum id constitueret, quod constituebat. Nam hoc opinari sacrilegum est*; ex quibus manifestum fit non alio sensu dicta esse, quam ut significaret *Deum nihil extra se positum aspexisse tanquam exemplar, ad cujus imitationem ea crearet.* Ex professo intelligibile est, quemquam sententiæ tam apertæ aliud interpretationem aliquam commentum esse. Quod tamen factum esse innuit Penottus, dum de sensibus quibusdam ab aliquibus formatis, sed ab Autore nunquam intentis queritur. Et quid quæso ante creationem rerum extra Deum positum erat ad cujus imitationem aut mundum aut aliquam ejus partem produceret? Verum cum nihilominus receptum sit, Deum non aliter nosse facta, quam noverit facienda; hinc sequitur nihilominus sacrilegum esse vel hodie affirmare Deum aliter intueri res extra Deum positas, quàm olim intuitus sit antequam essent res aliquæ extra Deum positæ quas intueretur; ad quod etiam disertissima est Aquinatis sententia, nec minus disertè hoc ipsum præsentimus, non de objecto primario & adæquato, quod quidem est ipsa essentia divina, sed de objecto secundario & inadæquato, quod constituunt ipsæ creaturæ; ut nullo omnino usui inserviat prima Penotti distinctio. Ad modum vero cognitionis quod attinet, quem per speciem fieri notat Penottus quo sensu dicatur nondum intelligo. Deus suã ipse essentiam intelligit non per speciem aliquã aut propriã aut alienam, sed per essentiam ipsam. Similiter creaturas omnes futuras ab æterno probe novit Deus, adeoq; intuitus est. (nam scientia visionis habet pro objecto non modò præsentia, sed etiã futura & præterita) non tamen per speciẽ aut propriã aut alienam, sed per essentiã. Neq; enim Deo aderat aliquid per quod futura intelligeret præter essentiam. Cum essentiam dico, includo voluntatẽ, & essentiã considero tanquã volentem, unde solummodo fit, ut res natura sua merè possibiles (per essentiã Dei simpliciter consideratam repræsentatæ) transierint ex conditione possibilium in conditionẽ futurarum, ac sic constituant objectum scientiæ visionis. Explicationem vero particularum *in se & extra se* à Penotto exhibitam libens amplector, ut sc. illis notetur modus cognoscendi, non autem terminus cognitionis. Nam sine dubio futura omnia intuitus est DEUS

idq;

[illegible] ab æterno, sed in seipsis, quomodo in seipsis, prout [illegible] docet Aquinas, quod quomodo congruat cum Penotti sententia nondum ipse exposuit. Videntur ab æterno Deus singulas creaturas certa (prout decreverat) temporis differentia existentes in seipsis; hoc est in seipsis sed existentes, non existentes. Neq; enim existebant in seipsis ab æterno, hoc est realiter; sed bene in Deo existebant ab æterno, idq; in esse vidit, [illegible] intuitivo est quo Deus ab æterno; hoc autem est existere tantum intentionaliter, non realiter, & consequenter a Deo videri, non tanquam in seipsis existentes, sed potius existuras.

Secundum argumentum: *Quod videtur in speculo, non videtur in seipso, nisi notitia reflexa; Creaturæ videntur in divina essentia tanquam speculo, quemadmodum dicit Concilium Senonense in decretis suæ fidei c. 13. Aug. in lib. de triplici habitaculo cap. ult. Et Thom. 1. p. q. 12. art. 8. ad 2. & q. 14. art. 5. in corp. Et videtur esse communis modus loquendi sanctorum Patrum, qui vocant divinam essentiam speculum voluntarium: imo divina Scriptura Sap. 7. ubi sapientia increata vocatur speculum sine macula.*

Respondet si propriè loquamur, creaturæ potius dicuntur speculum divinitatis, aut rerum divinarum, quam Deus speculum creaturarum. Paulus 1. Cor. c. 13. notitiam quam hic habemus de Deo mediantibus creaturis, Paulus vocat notitiam per speculum, & ænigmate c. 8. [illegible]. Quare auctoritates [illegible] adductæ exponendæ sunt secundum sensum Metaphoricum, non secundum proprietatem. Attenditur autem Metaphora quod quemadmodum res in speculo videntur clarè, & distinctè; ita creaturæ in divina essentia, clarissime, & distinctissime repræsentantur: Filius verò divinus speculum sine macula, quia per generationem accipit essentiam quæ est omnium repræsentativa.

Non placet, quod ait Penottus, *Quæ videntur in speculo non videri nisi notitia reflexa*; potius dicendum fuit meo judicio, videri quæ videntur in speculo, specie reflexa potius, quam notitia reflexa. Neq; enim per speculum reflectitur notitia nostra, sed potius objecti species reflectuntur.

Sed & meo judicio nihilo magis propriè dicuntur creaturæ speculum divinitatis, quam Deus speculum creaturarum, licet longe clarius in Deo relucent creaturæ, quam Deus in creaturis; Neque mirum, cum creaturæ sint nobis duntaxat speculum divinitatis, at essentia divina est ipsi Deo speculum creaturarum. Sed & hoc etiam discriminis addendum est: Nos quæ in speculo intuemur obscurius intuemur, quam quæ in seipsis. At Deus in essentia sua nequaquam obscurius intuetur creaturas, quam in seipsis; imo non aliter intuetur Deus creaturas quam in seipsis, non modo non clarius sed non minus. Neque enim cum in seipsis existant singula, aliter ea intuetur Deus, quam in seipsis. Vt penitus evanescat fictio Novariensis illius de intuitione rerum ab æterno DEO tributa tanquam in seipsis existentium, nisi forte ad existentiam intentionalem recurratur, nimirum in esse apud Deum cognito, non realem: quod tamen facile intelligo, quam nihil adjuvet Penotto scientiæ mediæ assertori primarium.

Tertium argumentum: *Notitia intuitiva necessario requirit actualem existentiam rei, ad quam illa terminatur; Sed DEUS multa cognoscit, quæ actualiter non existunt: non ergo terminatur eorum notitia ad illa ut sunt in seipsis. Hoc videtur principale motivum Ioannis Rada.*

Respondeo, illam majorem posse habere duplicem sensum. Primus est, quod notitia intuitiva ita requirat actualem existentiam rei, ut in eadem temporis differentia utrumque ponatur, & auferatur, & hunc sensum videtur accipere argumentum, qui falsus est, quoniam sequeretur, DEUM multarum rerum quæ fuerunt aut quæ futuræ aliquando sunt, notitiam intuitivam non habere. Alter sensus est, quod notitia intuitiva debet attingere esse rei non solum futurum quod habet in causa, sed etiam esse præsens actualis existentiæ, quod habebit res extra suas causas, & hic sensus est verus: & hoc modo dicitur habere Deus notitiam intuitivam etiam de rebus non existentibus, quia licet modo Antichristus non existat; tamen intuitu divino qui unico actu in mensura æternitatis fertur super omnes temporis differentias præsentiam quodammodo in æternitate videt illud esse quod habebit Antichristus quando erit in rerum natura, sicut dicit Thomas 1. par. quæst. 14. artic. 13.

Distinctio Penotti præter omnem sobrietatem conficta est. Nam propositio ad quam meditatur responsionem palam profitetur ex intuitivæ notitiæ conditione requiri ut una cum positione notitiæ intuitivæ ponatur actualis rei existentia. Nam rem aliquam videri, & consignificat rem aliquam existere actualiter, & significat rem istam actualiter existentem ab aliquo videri. Ex quo consequens fit, ut cessante actuali rei existentia, cesset etiam ejus visio. Quod cum neget Penottus, perinde illi fuisset, simplici propositionis adversæ negatione contentum acquiescere; quod dum non facit, sed distinctionem inanem fingit per cujus diverticula sibi consolat, indicio est propositionem istam tantæ (conscientia ipsius suggerente) esse evidentiæ, ut directam, & sine strophis factam ejus negationem satis vendibilem futuram penitus desperaret. Itaq; cum mihi manifestum fiat animum Penotti non defuisse directè negare probationem istam, advertamus qua ratione hoc faciat. *Hic sensus (inquit) falsus est, quoniam sequeretur Deum notitiam intuitivam non habere rerum futurarum, aut præteritarum.* Perinde dicere potuisset sine ambagibus propositionem ipsam falsam esse. Nam procul dubio volunt Auctores ejus, Deum non habere notitiam intuitivam futurorum aut præteritorum. Itaq; minime decuit Penottum rem istam sine confirmatione transmittere. Nisi forte lectoribus suis inspergere voluit suspicionem, quasi hoc ab omnibus rejiceretur. Verum hujusmodi fictio est parum sobria. Nec tamen diffiteor communiter dici, Deum scire non modò præsentia, sed & futura, atque præterita scientia visionis. Verumtamen quotquot ad intuitivam Dei notitiam requirunt actualem rerum existentiam, dicent notitiam rerum futurarum aut præteritarum DEO tributam, non dici propriè sed figuratè. Nam sine dubio notitia intuitiva propriè accommodatur ad notitiam intuitivam humanam aut Angelicam; apud quos certior esse dicitur rerum existentium cognitio, quam nondum existentium; quiq; etiam aliter intelligunt

futura, quàm præsentia; horum tamen neutrum dici potest de Deo: quippe qui & clarissimè intuetur ea quæ adhuc futura sunt, agnoscente hoc Penotto & juxta receptam Theologorum sententiam, *non aliter nisi falsa quàm futura*. Nostra vero quæ sit ad istam argumentationem responsio, mox absolutis iis quæ ad responsionem istam Penotti dicenda sunt, expediemus. Accedamus itaq; ad sensum alterum quē fingit Penottus, & revera fingit, idq; fictione plane Chimærica; vult enim notitiam intuitivam attingere esse rei non solùm futurum, sed & *præsens quod habebit res extra suas causas*. At inquam *esse quod habebit res extra suas causas*, non est esse *præsens*, sed esse *futurum*. Hunc tamen sensum solum verum ait cum tamen sit merè fictitius, & plane contradictorius, & hoc sensu tribuit Deo rerum omnium notitiam intuitivam, nempe sensu plane Chimærico & contradictorio. Interdum hujus incongruentiæ conscius est ipse Penottus, & proinde non semel hunc in modum mentem suam exposuit, ut scilicet Deus attingat ab æterno *esse præsens actualis existentiæ rei alicujus* (non quod habebit, quod de futuro est, sed) *quod habet*, quod de præsenti affirmatur. Sed quia, si sic sententiam suam hic loci enuntiasset, valerat subortam ipsi tempestatem ægrè removendam; (mox enim regereret adversarius: Ergo, attingit esse rei præsens quod habet, ergo requirit existentiam actualem rei, ut ex ore suo te convincam) hinc est quod ad incommodum illud declinandum dicat in præsentiarum DEUM notitia sua attingere esse rei *præsens quod habebit*, licet alibi dum extra discrimen constitui videtur passim profiteatur, Deum videre esse *præsens rei quod habet*. Passim enim se gerit Novatorum iste, quasi ad libertatem humanam propugnandam accessisset, quibusvis artibus modo gratiam Dei, utpote cui cum primis inimicus est, obscuret, & debilitet.

Et dolum an virtus quis in hoste requirit?

Ego vero responderem ad argumentum propositum; Notitiam quidem divinam intuitivam, nequaquam conformandam esse, ad imaginem notitiæ intuitivæ humanæ. Veruntamen dico, Deum tam ab æterno intueri esse omnia futura quàm intuetur ea dum præsentia sunt. Nam & dum præsentia sunt, non nisi in seipso, & in essentia sua intuetur omnia. Ad quam quidem intuitionem constituendam agnosco requiri, & poni quandam existentiam rerum actualem, non tamen realem, sed intentionalem nimirum, per quam ab æterno sunt Deo præsentes in esse volito. Nam & hæc est quædam existentia actualis, quatenus natura sua cum tantum possibiles essent per voluntatis divinæ determinationem transierint ex conditione rerum possibilium in conditionē rerum futurarum. Quæ tamen conditio (ne forte quis objiciat, hoc modo notitiam intuitivam non omnino esse rerum in tempore præsentium, aut præteritorū, sed duntaxat futurarum) rerum futurarum, est etiā conditio rerum præsentium & præteritarum; hæc enim nomine tenus triplex conditio, revera simplex est atq; unica, ita ut unica eaq; simplicissima cognitione à Deo cognosci possit. Nam esse futurum donec certa aliqua differentia temporis adveniat, est esse præsens cum primùm advenerit, & esse præteritum simul atq; tempus illud rei dictæ assignatum esse desierit.

Quartum argumentum: Notitia intuitiva quæ videtur rei in seipsa existentis pendet ab objecto, & illo variato etiam ipsa variatur: at notitia quam Deus habet de creaturis non pendet ab illis, neque variatur ad illarum variationem: ergo non intuetur Deus illas ut sunt in seipsis. Penot.

Respondeo, illam majorem propositionem solum veram esse de notitia objecti primarij, & adæquati, non autem de notitia objecti secundarij, & inadæquati, quale objectum sunt creaturæ: Nam variato objecto secundario non variatur notitia; aut si variatur, non variatur quoad substantiam actus, sed solùm quoad respectum rationis. Quæ responsio ut melius intelligatur, notandum, Ludovicum Molinam 1. p. q. 14. art. 5. ad primum argumentum Aureoli admittere notitiam divinam, quoad illos respectus rationis, quos supra substantiam actus addit ad creaturas, prout simul cognita ab intellectu divino, pendere aliquo modo à creaturis, ut à termino relationis, & variata esse creaturarum, variari etiam istos respectus rationis, quam doctrinam nonnulli recentiorum multipliciter oppugnant. Nihilominus dici potest sine scrupulo, notitiam divinam quoad respectus rationis, quos dicit ad creaturas, pendere ab illis aliquo modo, non quidem ut effectum à causa, sed ut relativum à correlativo, & relationem à termino: & variato termino relationis variari etiam respectus ipsos. Mihi enim sine sophisticatione plusquam certum est, nunc DEUM non videre Adamum ut futurum, sed ut præteritum, & modo videre Antichristum ut futurum, & quando extiterit non amplius illum visurum ut futurum.

Si quis vero horreat admittere, divinam notitiam pendere à creaturis, secundum illos respectus rationis, dicat quod licet divina notitia non pendeat à creaturis, tamen esse ipsum creaturæ est conditio necessario requisita ad hoc, ut creatura possit esse terminus divinæ notitiæ certæ & infallibilis. Quod erit eandem rem dicere quam nonnulli recentiores dicunt, ut videamus cum Molina convenire.

Qui notitiam intuitivam ejusmodi esse statuunt ut objecto variato ipsa etiam variationem admittat, omnino supponunt objectum de quo philosophantur variationem admittere. At extra controversiam est objectum primarium & adæquatum intuitionis divinæ, cum sit ipsa Dei essentia, variationis omnigenæ prorsus incapacem esse. Quare neganda potius simpliciter fuisset illa propositio quàm tam diluta, & incongruenti distinctione transigenda. Quis nescit cognitionem intuitivam primò & propriè procedere de notitia humana intuitiva prout distinguitur à notitia abstractiva. At visionis nostræ objectum quis unquam distinxit in objectum primarium seu adæquatum, & secundarium inadæquatum. Itaq; multo accommodatius respondisset propositionem illam majorem procedere de notitia intuitiva humana, non autem de divina. Hoc autem non adeò abstulerit Penotto ut notitiam intuitivam in Deo alterius rationis esse statuat, quàm sit notitia intuitiva quæ homini tribuitur: quod tamen velit nolit concedere tamen necesse habet. Rursus, videas quæso quàm indecenter se gerat, dum variationem admittere ait notitiam intuitivam ex variatione objecti primarii, non autem ex variatione objecti secundarii. Quis enim ex illis Penot.

non

nus suspicaretur si qua saltem notitiae divinae variatio, certè ex objecti primarii potius quàm secundarii variatione proveniendam esse. At probè novit Penottus si non nisi ex objecti primarii variatione, variatio aliqua notitiae divinae, nullam omnino illi variationem accessuram esse. Nam objectum primarium (ipsa nimirum divina essentia) prorsus invariabile est. Quare si qua variatio notitiae tribuenda Deo, non nisi ex objecti secundarii variatione oriatur necesse est. At negat Penottus ex objecti secundarii variatione, variari Dei notitiam intuitivam. Cum tamen adverteret nullum ne colorem quidem variationis tribui notitiae Dei nisi ex illius objecti secundarii variatione, mox temperamentum adhibet in hunc modum. *Et si variatur, non variatur quoad substantiam actus, sed solum quoad respectum rationis.* Est hoc deputandum actibus ejus Itali nullo candore redemptis à subdola, & minimè sincera disserendi ratione. Nam cum adverteret male audire sententiam illorum qui profitentur notitiam Dei variari ad variationem objecti, & eidem sententiae ipse adhaereat, ut in sequentibus manifestum fit, palam & apertè hoc profiteri non sustinuit, sed ut invidiam frangeret, offensionemque declinaret, in adversum praefert notitiam Dei nequaquam variari ex objecti secundarii variatione, ut hic quasi offa injecta placaret adversarios. Mox tamen quasi post principia latens sententiam suam quasi loco opportuniore substituit, inquiens, *Et si variatur non variatur quoad substantiam actus,* (quod nullus unquam in controversiam vocavit; Nam cum notitia Dei quoad substantiam actus non aliud sit ab ipso Deo, nihilo minus invariabilis censenda est, quam ipse Deus) *sed solum quoad respectum rationis.* Nec tamen hujus variationis aliquam instantiam proponit. Verum ex sequentibus cuivis patet, nimirum ubi dicit, *Mihi sine sophisticationibus planquam certum est, nunc Deum non videre Adamum esse futurum, sed ut praeteritum & modo videre Antichristum ut futurum, & quando Antichristus extiterit non amplius illum videbit ut futurum.* Haec est illa divinae scientiae variatio quam agnoscit Penottus saltem secundum respectus rationis; nempe quatenus non videt aliquid futurum quod olim futurum esse videbat; Pari ratione etiam hujusmodi transmutatio admitti potest in scientia divina, quatenus nunc novit aliquid esse praeteritum quod antea non novit esse praeteritum, sed aut praesens aut futurum; item quatenus nunc novit aliquid esse praesens, quod antea tantum noverat esse futurum, & postea cognoscet esse praeteritum. At ejusmodi variatio, sive transmutatio divinae notitiae tribuenda non est sive secundum substantiam actus, sive sit solummodo secundum respectus rationis. Quod & confirmatum dabo testimonio omni exceptione majori, ipsius nimirum Penotti, ut omnibus innotescat qua vertigine accesserit ad propugnaculum hoc summum humanae libertatis institutum. Vide enim quaeso quomodo ipse initio lib. c. 16. nu. 4. cum sententiam suam de praesentialitate rerum apud Deum secundum inventionem novam confirmat, idque ratione ut ait demonstrativa. *Vel (inquit) aliquando creaturae sunt praesentes Deo secundum actualem existentiam vel nunquam: secundum dici non potest. Si dicatur primum, ergo semper Deo fuerunt praesentes, alias divina cognitio esset transmutabilis & vicissitudini subjecta, quod est contra Catholicam fidem.* Vides ex horum comparatione quàm placidè contradicentia fundat hic noster Novariensis. Nã si dicendum non est Deum nunc aliquid praesens esse cognoscere, quod antea non cognovit praesens esse, ne sic divina cognitio sit transmutabilis pari ratione neq; dicendum est Deum olim cognoscere aliquid futurum, quod nunc non novit esse futurum, aut olim cognitum aliquid tanquã praeteritum, quod nunc non novit ut praeteritum, sed potius ut praesens aut futurum, ne sic divina cognitio statuatur esse transmutabilis, sunt ista dicta Novariensis capite decimo sexto. At hic eodem libro cap. 5. non dubitat profiteri, *Sibi sine sophisticationibus planquam certum esse, nunc Deum non videre Adamum ut futurum: licet olim viderit Adamum ut futurum.* (Hoc enim possum agnoscere, quoties asserit non modo vidisse ab aeterno esse futurum, sed & esse praesentem futurorum contingentium) *sed ut praeteritum & modo videre Antichristum ut futurum, & quando Antichristus extiterit non amplius illum visurum ut futurum.* Atq; hactenus admittit cognitionem Dei esse transmutabilem, nempe non quoad substantiam actus sed solum quoad respectus rationis. Etiam subit animum suspicio rationem illam capite decimo sexto propositam non nisi temerè conficientis ob ipso formatam esse, quam tamen venditat esse demonstrativam. Nam capite quinto instantiam ponit dumtaxat in conditione rerum futura, & praeterita; capite vero decimo sexto dum praesentis instituto conjunctim agit, de conditione rei praesentis tantum philosophatur, unde fit ut formalis contradictionis species & in terminis ut loquuntur evitetur. Rursus obsecro, quare non perinde verum sit *nunc Deum Adamum videre ut futurum,* utq; *videre Adamum ut praesentem.* Neque enim negaturus est Penottus quin hodie videat Adamum Deus tanquam praesentem; Et quis sobrius non advertit praesentiam rei tam oppositam esse praeteritioni rei, quàm futuritionem ejusdem. Et licet hodie videat Deus Antichristum tanquam futurum; tamen etiam secundum Penottum videt Antichristum hodie Deus tanquam praesentem; & quid ni etiam hodie videat Antichristum Deus tanquã praeteritum; neq; enim futuritio rei magis opponitur praesentiae ejusdem, quàm praeteritio. Verum cum ulterius fateatur sententiam Molinae (*notitiam divinam quoad respectus rationis pendere aliquo modo à creaturis tanquam à terminis relationis, & variata esse creatura notitiam variari etiam quoad respectus rationis*) à recentioribus multipliciter impugnari: hinc videre est cur ita se gesserit Penottus in sua ad argumentum hoc quartum responsione; nempe alia professus veteratorie. Ut notitiae divinae variationem quasi prothyris excluderet, antipsé tamen cum Molina pseudothyris admissam coleret & amplecteretur. Ego vero nil causae video cur aliqua variatio penitus accedere notitiae divinae ex parte cognoscentis. Vnde enim Deus non videat Adamum hodie ut futurum, quod tamen olim viderat, quid hinc includi valet quod Dei cognitioné esse transmutabilem? At negabo istam consequentiam.

Res quidem transmutatur, sed nego ex transmutatione rei, sequi transmutationem cognitionis divinæ. Quod & ratione probo. Neq; enim ex transmutatione rei transmutatur voluntas Dei. Quod si volitas Dei eadem maneat cur non & scientia, nihil obstante variatione rerũ, præsertim si non aliter Deus res intueatur quam in seipso, sive in essẽtia sua prout volens est, hoc est, si res intueatur prout sunt apud Deum in esse volito. Viderint illi qui scientiam Dei à rebus ipsis pendere volunt, quomodo eam à transmutatione factam tectam conservatũ eant. Nobis autem tam facile est scientiam, quam voluntatem Dei à mutatione immunem præstare, nequicquam obstante transmutatione rerum. Nam pari per omnia ratione præstabimus scientiam Dei immutabilem manere, nihil obstante quod olim sciverit rem esse futuram, nunc sciat esse præsentem, postmodum sciturus sit esse præteritam; atque præstabunt illi voluntatem Dei mutationis omnis expertem esse, quamvis & olim voluerit rem aliquam esse futuram, hodie velit esse præsentem, postea voliturus sit esse præteritam. Licet multo accuratius, & cum methodo Scholastica congruentius dicendum sit, Deum non tam olim voluisse rem esse futuram, hodie velle præsentem esse, & mox voliturum esse præteritam; quam & ab æterno voluisse, & hodie velle, & in æternum voliturum rem aliquam, & pro certo tempore futuram (sive esse dicas sive fuisse, nihil momenti habet ad divinæ voluntatis mutationem, sed duntaxat ad significandam mutationem rerum) & rursus pro alio tempore designato præsentem (rursus sive esse, sive fuisse dicas nihil interest) & deinceps præteritam, (sive esse, sive fore dixeris tantundem erit,) Et eodem modo, Deum ab æterno scivisse, & hodie scire, & in æternum sciturum esse, rem eandem ita à Deo volitam esse ut pro certo tempore futura esset, pro alia temporis differentia præsens, & deinceps in æternum præterita. Rursus si transmutatur scientia Dei, tam vel sciendo quod prius non scivit; vel nesciendo quod prius scivit. At nihil scit Deus quod prius nescivit, neque nescit aliquid quod prius sciverat. Dices, imò hodie nescit Adamum futurum esse, quod olim sciebat.

Respondeo, Adamum hodie esse futurum non est quid scibile: non sciendo autem quod scibile non est qui dici potest nescire? Repones forsitan, scientia de Adamo futuro olim Deo inerat, hodie vero non inest, ergo aliquid decessit Deo de sua scientia. Respondeo nullus actus sciendi unquam inerat Deo, qui hodie non insit. Neque enim actus sciendi in Deo, alius est ab ipso Deo. Neque enim per diversos actus res diversæ sciuntur à Deo, sed per unum & eundem qui quidem actus est ipsa Dei essentia. Et sicut per eundem, actum qui Deus est fieri potuit ut alium mundum ab isto diversum fieri vellet, ita etiam fieri potuit ut alia sciret ab his quæ nunc scit plurimum diversa. Itaque nihil omnino mirandum, si non alio, sed uno, & eodem actu, & sciverit olim Deus Adamum futurum, & hodie sciat eum esse præteritum. Præsertim cum neq; velit, neque sciat Deus aliquid futurum esse indefinitè, sed pro tempore aliquo definito; unde fit ut nisi pro hoc tempore sciat Deus Adamum esse futurum nequaquam olim scivisset Adamum fuisse futurum pro tempore ipsi designato. Nec omnino video quod opus sit hac fingere distinctione de scientiæ Dei variatione vel secundum substantiam actus, vel secundum respectus rationis. Dices forsitan unum, & eundem actum scientiæ in Deo olim habuisse relationem ad futuritionem Adæ, nunc non habere. Sed ad præteritionem ejusdem Adæ respondeo, Deus non magis habuit olim relationem ad futuritionem Adæ, quam ad præsentiam ejus temporalem, adeoque ad ejusdem præteritionem. Nam & olim viderat tam præsentiam Adæ pro certo tempore adeoque pro tempore præsentiam ejus secuturo præteritionem ejusdem, quam pro tempore seu duratione antegrediente existentiam ejus actualem, viderat futuritionem ejusdem. Sed fuerit ut voles; nego tamen ullam relationem rationis accedere scientiæ Dei, ex eo quod sciat rem aliquam, sed potius ex eo quod ab intellectu aliquo consideretur illa rerum scientia in Deo, & comparatio fiat. Porro, dico etiam hodie pari ratione dari in scientia Dei relationem ad futuritionem Adami. Quid enim annon hodie scit Deus tam futuritionem Adami, quam Adamum ipsum? Probo Deum hoc scire, atque hoc etiam hodie videre ex ipso Penotto. Nam si hodie videt Deus Adamum esse futurum, etiam futuritionem ejus hodie videt. sed hodie videt Deus Adamum esse futurum; quod sic probo. Non magis inconvenit, Deum videre Adamum esse futurum quando est præteritus, quam videre eum esse præteritum quando est futurus; At videt Deus esse præteritum Adæ quando est futurus, ergo etiam videt esse futurum Adæ quando est præteritus. Minorem, de qua sola dubitatur, sic probo: Non magis inconvenit videre esse præteritum rei, quando est futura, quam videre esse præsens rei in tempore, quando est futura; At Deus videt esse præsens rei idque in tempore, quando est futura secundum Penottum: ergo etiam videt esse præteritum rei dum est futura. Minor est ipsius Penotti ab eo passim usurpata in hoc argumento, atque hoc ipso in capite numero 10. his verbis: *Alius sensus est, quod notitia intuitiva debet attingere esse rei non solum futurum quod habet in causa, sed etiam esse præsens actualis existentiæ, quod habebit res extra suas causas, & hic sensus est verus.* Majorem vero sic probo, licet sua luce satis perspicua sit. Si non inconvenit Deum videre illud quod remotius est ab existendo, certe non inconvenit videre illud quod ad existendum propinquius est: At esse præteritum rei unius potest esse propinquius ad existendum, quam esse præsens rei alterius; exempli gratia; In creatione mundi esse præteritum diluvii Noachiani propinquius erat ad existendum, quam esse præsens turris Babylonicæ; At in creatione mundi viderat Deus esse præsens turris Babylonicæ secundum Penottum ut supra ostendimus, quanto magis viderat esse præteritum diluvii Noachiani. Et proinde qua ratione videt Deus esse præteritum rei futuræ, videre potest esse futurum rei præteritæ. Rursus si hodie videt Deus Adamum ut futurum, tum facile dabit Penottus, nullam dari transmutationem scientiæ divinæ, vel secundũ respectus rationis. At hodie videt Deus Ada-

Adamum ut futurum secundum Penottum, quod sic probo: Non magis inconveniens hodie videre Adamum ut futurum, quam hodie videre Adamum ut præsentem; Sed non inconveniens Deum hodie videre Adamum ut præsentem secundum Penottum, quod sic probo. Non magis inconvenit hodie videre Adamum ut præsentem dum est præteritus, quam olim videre Adamum ut præsentem, quando erat futurus; sed olim videbat Adamum ut præsentem, quando erat futurus secundum Penottum, ut animi sui sententiam hac ex parte passim prodit. Vult enim Deum videre omnia prout sunt in sua præsentialitate quemadmodum & Aquinas disserit. Denique hoc ipsum sic probo: Vel Deus aliquando attingit suo intuitu & acie sui intellectus esse futurum Adami, vel nunquam: si aliquando, ergo semper. Est hæc ipsissima argumentatio Penotti c. 4. hujus libri num. 8. quam etiam evidenti ratione nixam esse profitetur. Summa est: Licet hodie non videat Deus Adamum aut futurum esse, aut prout futurus est, hoc tamen nihil efficit quo minus hodie videat & Adamum, & futuritionem ejus. Nam licet non videat futuritionem ejus respectu temporis præsentis, tamen hinc non sequitur, Deum non videre futuritionem ejus. Nam futuritio Adami dicitur respectu durationis Adamum antecedentis; hanc autem futuritionem, atque hoc respectu & ab æterno videbat futuritionem Adami, & hodie videt, & in æternum videbit. Ergo nihil est quod olim viderat Deus, quod non & hodie videat & in æternum visurus sit. Sic & præteritionem Antichristi respectu existentiæ temporis ipsum subsecuturi, & in æternum videbit Deus & hodie videt, & ab æterno videbat. Sic & præsentiam utriusque intermediam inter temporis differentias utrumque respective præcedentes, & subsequentes, & ab æterno videbat Deus, & hodie videt, & in æternum videbit. Ut paucis omnia contraham; hodie videt Deus futuritionem Adami esse præteritam; hodie videt & præsentiam, & præteritionem rerum futurarum esse futuram. Neque mirum; nam futuritio rei dicitur respectu temporis præsentis, præteritio tri dicitur etiam respectu temporis præsentis: illa locum habet priusquam res in tempore esse inceperit, hæc postquam in tempore esse desiit. Coronidem adjicit Penottus; *Si quis horreat admittere Divinam notitiam pendere à creatura secundum esse respectivum dici posse licet divina natura non pendeat à creatura, tamen esse ipsius creaturæ, esse conditionem necessariam requisitam, ad hoc ut creatura possit esse terminus divinæ notitiæ certæ, & infallibilis. Atque hoc*, inquit, *est eandem rem dicere, sicut nonnulli recentiores dicunt ne videantur cum Molina convenire.* At meo judicio nimium licenter effutiuntur ista; quandoquidem *esse creaturæ* tanquam objectum cognitionis divinæ multiplex est, nempe vel esse futurum, vel esse præsens, vel esse præteritum; & proinde multipliciter se habet scientia Dei certa, & infallibilis. Nam certo, & infallibiliter cognoscit Deus res esse futuras; item certo & infallibiliter cognoscit Deus res esse præsentes; denique certo, & infallibiliter cognoscit Deus res esse præteritas: quæ tamen omnia reducuntur ad unum. Nam scire rem pro certo tempore, vel existentiam ejus cum certa temporis differentia conjunctum iri, est & scire rem eandem futuram esse donec tempus illud advenerit, & præsentem fore quamprimum tempus illud advenerit, & præteritum esse postquam tempus illud elapsum fuerit. Hæc autem omnia pro infinita sua scientia necesse est ut cognoscat Deus, modo in hoc genere cognoscibilia sint. Quod si quæratur, quomodo in hoc genere cognoscibilia fiant, cum sua natura sint tantum possibilia; nihil hic accuratè responderi potest, nisi recurrendo ad determinationem voluntatis divinæ. Inde enim fiunt futura, quæ natura sua fuerant tantum possibilia, puræque indifferentia tam ad non existendum in futuro, quam ad existendum. Atque ita futura omnia contemplatur Deus prout sunt apud Deum in esse volito: sed & in esse volito contemplatur ea Deus dum sunt præsentia: denique non nisi in esse volito contemplatur eadem Deus postquam facta sunt præterita.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XVIII.

An ratio sumpta ex rerum præsentialitate sic explicata sit sufficiens.

RAtionem istam, juxta excogitatum Penotti commentum explicatam jam sufficientem esse Autor ipse disseruit capite superiori. Vt autem pondus adderet & momentum explicationi suæ, speciem facie quasi rem istam operosius elaboravit. Ad quam tamen astruendam nihil amplius confert, quam quod jam paucissimis expedivit. Quicquid tamen fuerit, quod ad rem præsentem attinet expendemus. Tres autem numeros priores tanquam nihil quod non prorsus extra oleas vagatur continentes omittimus examinandos; ad quartum me confero.

Penott. *Notandum est futura contingentia non habere in se determinatam veritatem secundum illud esse quod habent in suis causis contingentibus nondum determinatis & ultimate completis. Nam eo ipso quod aliqua causa est formaliter contingens, ab intrinseca natura implicat manifestam contradictionem, quod effectus quatenus est in ipsa causa, ita habeat esse determinatum, ut verum sit dicere, ille effectus determinatè & infallibiliter erit. Nam eo ipso tolleretur contingentia causæ, si diceretur effectum, quatenus est in illa certo ac infallibiliter futurum, & hoc est, quod expresse nobis semper docuit Thomas præcipue vero in dicta qu. 14. art. 13. dum ait.* Alio modo potest considerari contingens prout est in sua causa, & sic consideratur ut futurum & contingens nondum determinatum ad unum; quia causa contingens se habet ad opposita; & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni (*ergo neque divinæ*.) Unde qui cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum non habet de illo nisi conjecturalem cognitionem, & hoc est quod voluit dicere Aristoteles de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem. *Idem repetit de veritate quæst. 2. art. 12. ad 1. Habent igitur futura contingentia determinatam veritatem, non secundum illud esse quod habent in suis causis contingentibus; sed solum secundum illud esse quod habent quando sunt producta in rerum natura extra suas causas. Tunc enim habent esse determinatum, imò & necessarium, eo modo quo dicimus, dum aliquid est, necessario est. Et tamen illa necessitas non variat naturam rei contingentis, sed solum variat illius esse ut bene advertit Cajetanus.*

Respons. Libenter agnosco futura contingentia non habere determinatam veritatem in causis contingentibus nondum determinatis; Nam causæ contingentes ideo dicuntur contingentes, non quia contingentes sunt sed quia contingenter operantur, hoc est indifferenter operantur, & quoad exercitium, & quoad actum specificationem, & ex causa indifferenter se habente ad agendum, aut non agendum, ad agendum hoc vel illud, non magis sequitur quod aget, quam quod non aget; non magis sequitur quod hoc aget, quam quod illud. Sed & nihilominus verum est, positu causarum contingenter agentium indeterminatione, rem contingentem nullam omnino determinatam habere veritatem alio aliquo modo quocunque quam in causis. Rursus hinc sequitur, ea quæ Penottus appellat futura contingentia, posita causarum indeterminatione, non magis futura contingentia dicenda esse, quam non futura. Licet passim hujusmodi contingentia vocentur à Penotto futura, per anologiam in errorem prona. Nam si futura sunt, minimè dubitandum est, quin & determinatæ veritatis sint & ab intellectu infinito secundum determinatam ipsorum veritatem cognoscibilia. Agnosco igitur citra contradictionem affirmari non posse, causam esse indeterminatam, & effectum ejus causæ determinatum; cum effectus non habeat determinationem, nisi ex determinatione causæ. At nullam agnosco contradictionem, inter causæ contingentiam & effectus determinationem; quia contingentia causæ non magis opposita est determinationi effectus, quam determinationi causæ. At nihil officit determinationi causæ, nam causa contingens, qualis est voluntas rationalis, contingenter se determinat, hoc est, liberè; & consequenter etiam actus ipse sive effectus est actus liber; unde manifestum fit, determinationem istam nihil obstare contingentiæ. Et sicut actus elicitus à voluntate liber est, ita etiam nemo unquam (quod sciam) in controversiam vocavit, annon etiam actus imperatus liber sit, quamvis ex actu elicito, certo & infallibiliter sequatur, quod actus imperatus erit, si modo voluntas per actum elicitum se determinans ad actum exteriorem aliquando imperaturum, sit & immutabilis ab intrinseco, & ab extrinseco irresistibilis. Atque huc tantum tendit Aquinas p. 1. quæst. 14. artic. 13. ut probet determinatam veritatem futuri contingentis consistere non posse cum contingentia causæ secundæ, quatenus ad agendum indeterminatæ, non autem quatenus contingentis aut contingenter operantis. Itaque nullius pretii est distinctio quam subjicit Penottus, de futurorum contingentium veritate determinata, *non secundum illud esse quod habent in suis causis contingentibus, sed solum secundum illud esse, quod habent quando sunt producta in rerum natura extra suas causas*; quasi verò possibile esset, ut res producerentur in rerum natura extra suas causas sine causarum contingentium determinatione ad unum; cum è contra potius verissimum sit, futura contingentia veritatem habere determinatam prius natura in causis suis contingentibus (non quatenus contingentibus factos, sed quatenus ad unum determinatis) quam quatenus in rerum natura extra suas causas producta; Nam prius natura est, causam causare,

sam quam effectum producit. Certè necessitas consequentis existentiam ejus, nihil præjudicat rei contingentiæ. Sed & Bradwardinus magni nominis Scholasticus, jam variis rationibus confirmatum dedit, nec necessitatem quidem antecedentem omnem quoquam præjudicare rei contingentiæ. Quare cum futura contingentia dicuntur *non habere determinatam veritatem secundum esse, quod habent in causis contingentibus*, intelligendum est hoc *de causis contingentibus nondum determinatis*: sic enim ipse Penottus proposuit in ipso vestibulo præsentis dissertationis in hæc verba: *Notandum est futura contingentia non habere in se determinatam veritatem secundum illud esse quod habent in suis causis contingentibus nondum determinatis & ad unum completis.* Atque hoc ipso docet quomodo ipsius judicio Thomas intelligendus sit hoc in loco. Quod vero in conclusione illa, quam ex Thoma colligit, etiam secundarum causarum mentionem faciat, hoc ipso significat; illa apud Thomam ipsius Penotti judicio, de solis causis secundis procedere, nimirum cum ait Aquinas, *Futurum contingens considerari posse prout est in sua causa & sic consideratur ut futurum & contingens nondum determinatum ad unum.* Quare lubens fateor, est ut gratiam habeamus Penotto duplici nomine propter illustratum his commentationibus Aquinatem; Primò, quod causam (in qua dum consideratur effectus juxta Thomam consideratur ut quid futurū & contingens nondum determinatum ad unum) interpretatur Penottus de causa nondum determinata ad unum. Secundò, quod quicquid hoc in loco de causa disserit Aquinas, intelligendum sit de causa secunda. Neque mirum, cum probè constet inter partes causam primam determinatam fuisse ad alteram partem futurorum contingentium ab æterno. Sed videre mihi videor quo consilio istiusmodi Aquinatis interpretationem nobis communicaverit Penottus, ut scilicet de causa secunda procedente illa (videlicet (ni fallor) ad omnem obicem removendum de via, conclusionis secuturæ, quæ sic procedit. *Hinc fit quod divinus intellectus non habet de futuris contingentibus certam notitiam attingendo solum esse, quod contingentia habent in causis secundis*, (hic rursum ita Thomam interpretatur quasi intelligendus sit de causis secundis) *nisi simul attingat esse actualis existentiæ eorundem contingentium extra suas causas. Et hoc est* (inquit) *quod ait Thom. futura contingentia non cognosci infallibiliter à Deo, nisi in quantum divino conspectui subduntur secundum suam præsentiam, id est secundum esse præsens actualis existentiæ:* hoc inquam etiam intelligendum est oppositione facta inter cognitionem rei secundum esse actualis existentiæ extra causas, & cognitionem rei secundum esse quod habet in causis quidem, sed secundis: ut prima omnium causa neutiquam in considerationem veniat hoc in loco. Nam cum videre rem secundum illud esse quod habet quando producta est extra causas, nihil aliud sit quam videre rem secundum illud esse quod habebit, quemadmodum sæpiuscule mentem suam ipse Penottus explicat in hoc argumento; & videre rem secundum illud esse quod habebit, nihil aliud sit quam videre rem ut futuram. Quis hominum adeo desipere, ut negaret Deum etiam infallibiliter cognoscere rem futuram prout est, in causa prima, hoc est, in ipso Deo, nempe in determinatione voluntatis divinæ. Quid enim? ecquis sobrius dubitaret, An Deus ab æterno cognoverit mundum futurum, idque infallibiliter, atque hoc ipso nomine, quod Deus ipse mundum conditum iri jam ab æterno decreverit?

Et hæc doctrina vera est, non solum loquendo de futuris contingentibus absolutis, sed etiam conditionatis; quia ex eo quod aliquod contingens est futurū solum ex hypothesi, non sequitur quod illud possit certo cognosci videndo solum illud esse quod habet in causis, cum non sit differentia inter futurum absolutè & futurum ex hypothesi, nisi quod de futuro absolutè videtur esse actualis existentia quam habebit absolutè, & de futuro ex hypothesi videtur esse quod habebit non absolutè, sed facta suppositione, quod Deus vellet tales causas in tali ordine constituere. Penot.

Unde non videtur sibi constare Molina dicta disp. 14. in 2. argumenta pro prima conclusione, cum docet, quod ex sola comprehensione liberi arbitrii creati, potest divinus intellectus cognoscere quicquid illud esset facturum ex hypothesi, quod constitueretur in tali vel tali ordine: vel enim loquitur de comprehensione liberi arbitrii, ut determinati ad productionem hujus vel illius effectus, & tunc cognoscens liberum arbitrium ut determinatum ad hunc aut illum effectum, videt etiam ipsos effectus, ut actu emanantes ab ipso libero arbitrio; & sic recurrit ad præsentialitatem, quam ille conatur omnino demonstrare: vel loquitur de comprehensione ejusdem liberi arbitrii ut nondum determinati ad hunc aut illum effectū, & sic falsum est, ex illius cōprehensione posse intelligi quod illud esset facturum ex hypothesi quod constitueretur in tali vel tali ordine. Imò videtur manifestam repugnantiam involvere quod cognoscens causam ut indeterminatam ad producendum effectum, cognoscat certo effectum, qui ab illa est profecturus. Nam quantiscumque circumstantiis adhibitis quam diu manet indeterminata, ut sic, non potest sciri, quod productura sit determinatum effectum. Adde quod cum ex illius sententia ad perfectam cognitionem requiratur, non solum infinitas luminis & intellectus, sed etiam determinata veritas in objecto; futura contingentia non habent determinatam veritatem ratione illius esse quod habent in secundis causis, sed solum ratione illius esse quod haberent in se ex hypothesi, quod illarum causæ constituerentur in tali. &c.

Imprimis respondeo, distinctionem illam Penotti, quoad præsens institutum, esse admodum alienam. Resp. Differit enim de cognitione futurorum contingentium secundum esse quod habent in causis secundis, quam negat certam esse, sive quæstio habeatur de futuris contingentibus absolutis, sive etiam de conditionatis. At inquam omnia futura contingentia sunt conditionata respectu causarum secundarum, nulla autem absoluta. Exempli gratia: voluntas humana est causa futurorum contingentium, at respectu voluntatis humanæ, nulla contingentia futura sunt absolutè, sed conditionatè, ex hypothesi scilicet quod constituatur in tali vel tali ordine in quo congruè moveatur ad agendum quod acturus est. Secundò pergit Penottus indulgere sibi suis in somniis, dum distinguit *de cognitione futurorum contingentium secundum esse quod habent in causis, & de cognitione eorundē esse actualis existentiæ, quod habebunt*; quasi vero esse quod habebunt aliud esse poterit quam esse futurum; aut futura ut futura aliter videri potuissent quam in causis; Rursus videre rem futuram in causis, est videre esse actualis

existen-

existentiæ quod habebunt nihil aliud est, quam videre esse existentiæ rei alicujus tanquam futuram; atque ita per omnia idem prorsus est atque videre rem futuram in causis. Atque hujusmodi tam diluta & insensata distinctione passim nititur Penottus, qua tamen vel sola instructus dum accedit ad controversiam istam inter summa ingenia agitatam, cum imperio & autoritate nescio qua decidendam, mirificè gloriatur, ut meritò mirandum sit, potuisse hominem in tantum delirare, & suis somniis indulgere, ut tam futiles & inanes speculationes suas in Theologorum scholis prostare desideraret, quibus credo orbem Christianum nunquam vidisse insaniores. Præfert tamen liquidam Aquinatis interpretationem in hunc sensum, omnis sensus sani & sobrii expertem; sed non facilè credo, quempiam ex Pontificiis eruditis, sive Dominicani sive Jesuitæ sive cujuscunque ordinis fuerit, in sententiam hanc Penotti aut hactenus concessisse, aut unquam concessurum esse. De Anglicanis nostris Theologis, quotquot in partes Arminianas præcipites ruunt, & quaslibet quisquilias modo ad palatum corruptum aliquo modo faciant, avidè sibi arripiunt, nihil dico.

Molina sine dubio loquitur de comprehensione liberi arbitrii, ut nondum determinati ad hunc aut illum effectum, quod & probè notum fuisse Penotto nullus dubito. Etsi enim sententiam Molinæ & Jesuitarum hac ex parte repudio, tanquam à sobria ratione alienam, veruntamen sententiam illam multo probabiliorem esse censeo & Theologo digniorem quam sit sententia Penotti. Nam non obstante arbitrii libertate atq; indeterminatione tamen ex consiliis suis non modo bene sperant sed, & conjiciunt homines prudentes, & sæpenumero minimè falsi vates esse reperiuntur: quanto magis idque in infinitum certius censendum est judicium Dei, quippe cui intimæ hominum inclinationes perspectissimæ sunt, etiam omnium rationum quæ proponi possunt momenta ad persuasionem summè efficacia. Nam ex congruentia consiliorum propositorum cum inclinatione hominū apud quos proponuntur, multo procliviùs est dignoscere, quid ab homine faciendū erit, quam ex fundamento nullo; qualem quidem in modū Penottus commentus est nobis futurorum contingentium notitiam divinam intuitivam, sine omni sensu & cerebro excogitatam. Nempe cum Deum statuat videre esse actualis existentiæ rerum quod habent aut quod habebunt, hunc in modum pro data opportunitate phrasiologiam suam variat quasi hactenus incertus esset ubi demum commodius subsistat; Nam si futura contingentia jam ab æterno juxta Penottum habuerint esse actualis existentiæ, ruit in sententiam Dominicanorum, quam impugnat; sin non videat Deus aliud esse existentiæ rerum quam quod habebunt, cum non videt earum esse præsens, sed esse futurum duntaxat; At qui videt res in causis, videt esse earum quod habebunt, idque determinatè atque infallibiliter, si modo causæ determinatæ fuerint, idque immutabiliter, atque irresistibiliter, quod verissimum est de determinatione voluntatis divinæ; sin indeterminatæ, certè ratione illarum causarum etiam indeterminata erunt ipsa futura, & non nisi contingenter eventura, eventura tamen si modo per aliam causam puta divinam voluntatem determinata fuerint; Unde fiunt & infallibiliter eventura ratione causæ primæ, contingenter tamen ratione causarum secundarum, quatenus ipsæ illarum semper eveniunt cum indifferentia ad oppositum. Certè est hoc propudium sententiæ Jesuitarum, quod cognitioni divinæ præmittunt futuritionem rerum, nulla sufficienti causa indicata, qua fiat ut ex conditione rerum merè possibilium transferantur in conditionem rerum futurarum. At quomodo quæso huic incommodo medetur Penottus? remedio prorsus nullo. vult Deum ab æterno videre esse actualis existentiæ futurorum contingentium quod habebunt, hoc est esse actualis existentiæ futurum; At unde fiat quod futurum sit hoc esse potius quam non futurum, unde fiat quod esse actualis existentiæ habitura sint futura contingentia potius quam non habitura, nusquam exponit, sed neque potest exponere. Imò mox numero 7. profitetur summam esse hujus rei difficultatem & *divinæ sapientiæ pelagio immersam, cui (inquit) non potest satisfieri per ea quæ habet Molina Disput. 14. prope finem circa ad scientiam divinam liberam rerum, quæ adhuc futura sunt contingenter, non esse propriè scientiam visionis, quamvis illæ adhuc futura sunt, sed propriè habere rationem scientiæ simplicis intelligentiæ.* Etiam rationem Thomæ ait nequaquam videri sufficienter demonstrare quomodo hoc fiat. Adeò ut sincerè dictam videri velit, *forte hunc modum in præsenti vita evidenter sciri non posse, & forte hoc sensu verum esse opinionem illam cap. 11. ex Gabriele, Ockamo, & Marsilio relatam.* Aut dicendum potest divinam *essentiam præter modos repræsentandi creaturas superius explicatos, alium quoque modum habere, repræsentandi scilicet creaturas per modum mensuræ repræsentantis rem mensuratam. Et sic divinam essentiam simul repræsentare totum tempus, & ea quæ successive sunt in qualibet differentia temporis, quia est mensura continens ipsum tempus, & etiam quæ fiunt in qualibet differentia temporis, & hoc forte voluerunt Scotus & Thomas.* Admodum ridiculè se gerit, dum magno molimine & contentione ingenii videri vult parturire novam aliquam & egregiam rationem per quam motus animorum in controversia tam obscura componantur: cum tamen nihil novi pariat, sed quod ab omnibus jam receptum est, *nempe essentiam Dei repræsentare Deo quicquid cognoscit Deus, idque quemadmodum mensura repræsentat rem mensuratam vel potius multo magis.* Veruntamen nihil illo proficitur ad cognitionem rerum non nisi contingenter futurarum illi tribuendam. Nam quæ non nisi contingenter futura sunt, qua talia, non magis futura sunt quam non futura, & proinde nulla major ratio occurrit, quare esse eorum mensuretur per essentiam Dei, quam eorundem non esse, quod quidem est ipsissimum illud incommodum quod objectat Penottus ad convellendam & depreciandam sententiam Molinæam num. 7. his verbis, *Nam ipsa sententia non assignat rationem, quomodo Deus ab æterno intelligat esse futuram rei contingentis quod illa nondum habet.* Ita inquam efficacia divina non potuit repræsentare esse rei futuri tanquam rem mensuratam, quod nondum magis mensurat, quam ejusdem rei non esse. Certissimum est essentiam Dei simpliciter consideratam

repræ-

repræsentare tantum rei possibiles. Sin consideretur Dei essentia, ut volens, quemadmodum loquitur Durandus, aut cum voluntate ejusque determinatione conjuncta, quomodo scientiam Dei rerum causam esse agnoscit Aquinas [illegible] localitatum erit, quomodo non tantum possibilia sed & futura omnia Deo repræsentare ipsius essentiam? verumtamen hui[illegible] quicquid fuerit, non magis eam æquare potest Penottus quam ipsi lubitur. Hæc est illa vestra [illegible] oderunt utrique, atque in illa ordo habenda summam commissionem existunt, licet in illa obscuritate ad summam dum apertam ponunt vestigine perveniamur, & tanquam fratres Cadmæi, terra editi, alteri mutuum alteros.

Penot. *Ex his notationibus facile colligi potest quam conveniens, propria & solida sit ratio illa à Thoma assignata tum ad certitudinem divinæ notitiæ, de futuris contingentibus demonstrandam: tum etiam ad ejusdem divinæ notitiæ certitudinem cum humani arbitrii libertate conciliandam. Est namque ratio omnium quæ hactenus à Patribus aut Scholasticis assignatæ sunt, tum clarissima, tum etiam solidissima quæ terminis intellectis, vix ac ne vix quidem nisi ab obstinato potest negari. Ea verò talis est; Licet qui solum videt esse futurum contingens, quod habet in sua causa contingentiam indeterminatam, non possit secundum certam notitiam habere, tamen qui videt etiam esse præsens actualis existentiæ ejusdem contingentis extra suam causam in rerum natura, potest & debet habere certam, & infallibilem notitiam. Deus ab æterno in sua æternitate videt non solùm esse, quod futurum contingens habeat in sua causa, sed etiam esse actuale quod habet, vel habebit actum quodque eorum in seipso extra suam causam. Ergo habet de omnibus futuris contingentibus certam & infallibilem notitiam. Hæc inquam ratio ad lucem suspensa, adeo clara & solida est, ut si cum aliis conferatur, sola sufficiens videatur. Est ratio non solum à Thoma, sed à sanctis Patribus & Scholasticis fere omnibus recepta.*

Respons. De ratione ista quam tanquam propriam & solidam venditat Penottus nihil amplius ac superiori supponit, quam quod jam capite superiori accepimus. Est autem ratio ista mere tautologica & pueriles indigna quam aut Aquinati aut gravi alicui Scholastico tanquam auctori deferatur; facilè concedo negari non posse, cum probetur idem per idem, sed fatuitatem hominis mirari satis non possum, dum rationem istam [illegible] cujus adventitiam apud Aquinatem, nominis sui famam apud Lectorem commendatum esse summopere desiderat. Hæc enim talis ratio; Qui videt esse præsens actualis existentiæ ejusdem contingentis extra suas causas in rerum natura, potest illius habere certam & infallibilem notitiam. At inquam hæc propositio [illegible] prorsus [illegible], quemadmodum [illegible] sit, si modo [illegible] rei bonum [illegible] minimè patiamur. Primum itaque non quæritur de potentia assequendi certam rei notitiam, sed de ipsa assecutione. Rursus, quæritur de notitia rei non in genere possibilis, sed in genere futuri. Videre autem rem futuram & habere certam ejus notitiam idem prorsus est apud Deum. Rursus, qui videt esse præsentem rei, nisi certò videat, non habet certam ejusdem notitiam. At [illegible] certam rei notitiam ex eo quod certo videatur, est probare idem per idem. Imò advertatur adeste major incongruentia. Probetur Penottus rem hac ratione demonstrandam, esse certitudinem divinæ notitiæ de futuris contingentibus. At cur ergo non eam syllogistice in hujusmodi conclusionem aliquam? *Ergo certam notitiam habet Deus de futuris contingentibus?* Nimirum, si hujusmodi conclusionem consimile proposuisset, nulla omnino fuisset cohærentia præmissarum cum conclusione. *Sic enim* processisset; qui certò videt esse præsens actualis existentiæ rei alicujus, is certò videt rem illam esse futuram. At Deus certò videt esse præsens actualis existentiæ &c. ac si sic instituisset; Quisquis certò videt rem esse præsentem, is certò videt eandem rem esse futuram: At Deus certò videt rem esse præsentem, ergo certò videt eandem rem esse futuram. Audiant ista lectores, audiant Dominicani, audiant ad unum omnes Pontificii, præsertim eruditiores, & in Scholastica Theologia exercitati; & tandem aliquando dictum est ita Nuvariensi [illegible] ad sobrietatem sapere discant. Egregium enim pollicetur vobis demonstrationem omnium quæ hactenus à Patribus aut Scholasticis assignatæ sunt, tum clarissimam tum etiam solidissimam quæ terminis intellectis vix ac ne vix quidem nisi ab obstinato possit negari. Æquum est igitur ut inanitis quibus ipsi vos conficitis contentionibus insuper habitis, Penotto huic gratiam habeatis, ob tam feliciter navatam operam, qua fit ut amicabiliter consentiatis, modo obstinati esse minimè velitis, & tam splendidam sententiam Aquinatis quæ hactenus orbem Christianum latuit, atque ipsum Cajetanum licet quindecim annorum studio eam scrutantem fefellit, interpretationem grato animo amplectamini; cujus hæc est genius, ut cum certissimè cognoscat Deus rem esse præsentem, hinc concludatur, eandem rem à Deo certissimè cognosci, quod sit futura. Nec vos adeo obsecro invidia, ut tam fructuosis tanti viri lucubrationibus spretis & pro nihilo habitis, exclametis, *Quid dignum tanto tulit hic promissor hiatu?* Nam quamvis insipientibus multis non adeo promptum sit liquidam ejus constitutionem intueri, si tamen rationem istam hunc in modum explicatam ad lucem suspendere (& non ad patibulum) velitis, adeo clara (Penottum videte) adeo solida reperietur, ut si cum aliis conferatur, sola sufficiens videatur. Veruntamen nonnulla fateor hic occurrit anomalia, nam in majori tantum mentio fit videndi esse præsens actualis existentiæ rei contingentis. At in minori dicitur Deus videre esse actuale quod habet vel habebit eadem res contingens, & cum ab æterno res contingens non habuerit esse actuale nec in tempore nec in æternitate juxta Penottum, sequitur hoc intelligendum esse de esse actuali quod res habebit: At esse actuale quod habebit res, non tam est *esse* præsens rei, quam esse futurum: quare ut congruentius procederet, hunc in modum ratio instituenda fuit: *Qui certò videt esse actuale rei quod habebat, is certò videt esse actuale rei quod habebit;* At Deus certò videt esse actuale rei quod habebit, ergo certò videt esse actuale rei quod habebit, hoc est certam habet & infallibilem rei contingentis notitiam. Consultum duxi operam meam obstetricam commodare Penotto, ad tantum hanc ejus

exqui-

exquisitissimam in apricum proferendam, ut acumen hominis omnibus & singulis prodiderentur, ut in amplexum & admirationem ejus veniant qui volunt. & facilè credo lectorem quamvis non nimis sagacem facilè subolfacturum quam verè dixerit Penottus, rationem illam ejusmodi esse *ut terminis intellectis vix, ac ne vix quidem nisi ab obstinato, possit negari.* Addit in confirmationem claritatis & soliditatis ejus, rationem istam non solùm à Divo Thoma, sed etiam à Sanctis Patribus, & Scholasticis ferè omnibus receptam. Ego vero ut apertè eloquar quid sentiam, existimo rationem istam Penotti reliquorum omnium rationes claritate superare. Thomas vero quatenus assequor, ex præsentia rerum apud Deum ab æterno colligit certitudinem notitiæ futurorum contingentium apud Deum qualis præsentia, si quid ego judico, apud Deum nulla est quæ cognitioni divinæ præmittatur, præterquam in ipso volito. De locis Augustini cap. 15. & 16. prolatis jam vidimus eodem loci. Ad Scotum quod attinet, nihil luculentius est, quam quod Scotus in illa quæstione probet Deum cognoscere futura contingentia ex voluntatis suæ determinatione, non quidem per discursum, sed quatenus per determinationem voluntatis divinæ res possibilis fit futura & consequenter à divino intellectu cognoscibilis tanquam futura, loco autem à Penotto designato tantum dicit, *Auctoritates omnes Sanctorum, quæ videntur sonare, omnia esse præsentia æternitati, intelligendas esse de præsentia in ratione cogniti, & non tantum cognoscibilis, quasi cognoscantur absolute alicua. (sicut rosa non existens est præsens intellectui meo per speciem) sed de cognitione vere intellectiva intuitiva; quia non aliter cognoscit Deus facta quam facienda: & ita perfectè sunt præsentialiter cognita ab intellectu divino facienda sicut facta.* Atque hæc optimè congruunt cum cognitione futurorum contingentium prout apud Deum sunt in esse volito juxta sententiam ipsius Scoti. At nullo judicio significat Scotus Patres illos antiquos, (quippe qui multo simplicius se gesserunt) hanc Novatorum illius atque adeo decantatam ab ipso subtilitatem assecutos esse à qua proculdubio plurimum abfuerunt; quin potius istas demonstrationum minutias curiosulo illi sæculo in totum reliquerunt. Ad Durandum quod attinet in 1. dist. 38. q. 3. num. 11. In eo loci tantum docet quo sensu verum sit, *Deum cognoscere futura contingentia quantum ad eorum actualem existentiam.* nempe non hoc sensu *quasi cognosceret ea actu existere, quia scilicet intellectus diceret esse quod non est, sit falsus: quod* (inquit) *est impossibile.* unde concludit *Deum non cognoscere futura contingentia quantum ad eorum actualem existentiam, sic quod cognoscat ea actu existere.* Sed hoc sensu, quod scilicet Deus ab æterno novit illam propriam & distinctam & actualem existentiam, quam habebunt processu temporis in seipsis: Cujus etiam rationem à ratione Penotti plurimum differentem subjicit in hæc verba. *Constat enim quod Deus cognoscit contingens dum est præsens puta Socratem currere, aliquin esset aliquid cognoscibile quod Deus ignoraret: si ergo non cognoscebat hoc prius quando fuit futurum, sequeretur quod aliquid accrevisset suæ scientiæ, quod est impossibile:* atque ratio Durandi hæc est. Nunc Deus cognoscit Socratem currere: ergo ab æterno hoc cognovit, alias aliquid accrevisset ejus scientiæ. De certitudine & infallibili conditione scientiæ divinæ, nihil habet Durandus: quod unicè spectatur in argumentatione Penotti. At reponet forsitan aliquis; Tantundem est, si modo ab æterno cognovit Deus Socratem currere. Sed respondeo, Durandum jam professum esse Deum nequaquam ita ab æterno cognovisse futura contingentia quantum ad suam actualem existentiam, ut cognosceret ea tum existere; ergo neque hoc sensu cognovit ab æterno Socratem currere, id est cursum Socratis actu existere ab æterno: Sed & existentiam Socratis cognovit & cursum ejus quam & quem haberet cursu temporis in seipso. Secundum Durandum, atque etiam secundum certam rationem, cognoscere Socratem currere, pro tẽpore quo currit est antequam illud tempus advenerit, cognoscere Socratem cursurum esse. & postquam tempus illud præterierit, est cognoscere Socratem cucurrisse. Unde dist. 39. q. 1. quærens, *An Deus possit nescire quod scit, & scire quod nescit;* in partem affirmativam proponit hujusmodi argumentum, *Deus nescit Antichristum natum, sed quandoque sciet ipsum natum: ergo quandoque sciet, quod modo nescit.* Similiter *Deus scit Antichristum nasciturum, sed quandoque nesciet ipsum nasciturum, scilicet quando erit natus: ergo Deus quandoque nesciet quod scit.* Videas jam quomodo huic argumento occurrendum esse censeat num. 14. *Dicendum* (inquit) *quod Deus ab æterno scit Antichristum nasciturum pro tali tempore & nasci pro tali, & natum pro alio. Quod autem hæc propositio, Deus scit Antichristum natum non verificetur nunc sed potius sua contradictoria; scilicet Deus nescit Antichristum natum, non est propter principalem compositionem Verbi cum subjecto, sed propter temporis connotationem in materia verbi; hoc enim quod est natum includit tempus præteritum circa nativitatem Antichristi, quæ inclusio est falsa pro nunc, quia nunc non est præterita; & ideo hæc, Deus scit Antichristum natum dicitur esse falsa, non quia Deus nesciat nativitatem Antichristi præteritam, pro tempore quo erit præterita, sed quia implicatur falsò nunc esse præteritam, & ideo nihil scit Deus postea quod modo nesciat, nec è converso: licet propositiones de scientia Dei quædam verificentur modò, & quædam postea non propter variationem scientiæ Dei, sed propter variam implicationem temporum circa materiam verbi.* Nobis facilis expeditio videtur res ista, dicendo Deum non aliter res intueri quam in essentia sua, sive futuræ sint sive præsentes, sive præteritæ: videntur autem in essentia Dei, quatenus est volens. Et esse adeo volitum pro certo tempore est, & futurum esse donec tempus illud advenerit, & præsens esse quam primum advenerit, & præteritum esse, simulatque tempus illud esse desierit. Annon vero hæc ipsa est sententia Durandi, nempe *Deum videre futura per essentiam suam quatenus est volens?* Imò hanc esse ejus sententiam manifestum facit hæc ipsa quæstio quam citat Penottus. Sic enim habet numero 25. *Deum præscire à fore, contingit Deum velle à fore.* Sed adhuc multo clarius 1. dist. 39. q. 1. num. 11. *Repræsentatur* (inquit) *res fore vel non fore, per essentiam divinam, non ut est solum essentia virtualiter omnium rerum continens, sed ut est volens rem possibilem fore.* Cæteri quos consului nequaquam occurrunt.

Addit Penottus difficultatem non esse, An, quæ videt esse præsens actualis existentia rei contingentis,

tia possit illius certam & infallibilem notitiam habere, hoc est, An qui videt esse præsentem rei certo & infallibiliter videat esse futuram rem, est hoc Novatiensium acumen subtilium in quo tantopere gloriatur. Sed quia esse præsentia actualis existentiæ rei alicujus, est ejusmodi esse præsentis quod res habebit sive habitura est, hoc congruentius revocanda est ejus subtilitas; Qui certò novit esse præsens actualis existentiæ rei alicujus is certò novit rem illam futuram esse; & cum rem esse futuram nihil aliud sit quam esse actualis existentiæ aliquando habituram, huc redit minutia; Qui certo videt esse actualis existentiæ quod res habebit, is certò videt esse actualis existentiæ quod res habebit, vel paucioribus sic: Qui certo novit rem futuram esse, is certo novit rem futuram esse; quod quidem negare, quid aliud est, quam sensum ipsum negare, quemadmodum ad acumen suum in ista subtilitate excogitanda amplificandaque loquitur Penotus. *Sed tota (inquit) hujus rei difficultas sita est in assignanda ratione ob quam Deus ab æterno præsentem & anticipatam temporum differentiis videat quæ futura sunt antequam sint, & quomodo attingat sua cognitione intuitiva, ipsum esse actualis existentiæ quod habebunt contingentia, quando actu erunt in mundo, antequam revera sint in mundo.* At inquam nihilo magis difficile est assignare rationem ob quam videat quæ præterita sunt, quàm ob quam videat quæ futura sunt, & quomodo attingat sua cognitione intuitiva ipsum esse actualis existentiæ quod habuere contingentia, quando actu erant in mundo, postquam revera sint in mundo; & mirari satis non possum, quod non perinde ex hac parte etiam amplificarent rei difficultatem, atque hoc nisi me fallit animus, satis luculenter nobis delineat superficiarium magni istius Ardelionis ingenium. Nos verò rationem hanc assignamus, quia scilicet omnia futura contingentia contemplatur apud seipsum in esse volito, sive futura sint, sive præsentia, sive præterita. At illud concoquere non potest Penotus una cum Jesuitis omnibus, ne sic sua libertatis humanæ propugnacula pudorem ipsis suffunderent, & misere confusos dimitterent.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XIX.

In quo argumenta adversariorum contra prædictam quam [illegible] Thomæ rationem adducit & solvit.

Penot. *Contra rationem istam à Thoma allatam multis argumentis insurgunt Molina & alii, quæ sunt nunc breviter recitanda & solvenda. Primum argumentum est. Quoniam ista rerum præsentia & coexistentia in æternitate fictitia & impossibilis est. Sed ad hoc respondeo rerum præsentiam in æternitate eo modo quo à nobis declarata est, non esse fictitiam, sed veram & necessariam & ab ista sumi optimè rationem divinæ notitiæ.*

Respons. Quam insulsa sit hæc tua ratio quam Thomæ sed citra omnem sobrietatem & probabilitatem impingis, jam dedimus operam ut ostenderemus. Paucis dico nullam esse aliorum scholasticorum sententiam, quam tua ista non longe potiorem esse ducamus, uti jam diximus.

Penot. *Secundum argumentum, Deus habet notitiam de futuris contingentibus, quæ tamen nunquam fuerunt, & nunquam erunt. Cognovit enim quod si David descendisset in Ceilam, viri Ceilæ tradituri illum erant in manus Saulis. 1. Regum c. 23. Et quod si in Tyro & Sidone facta fuissent quædam miracula, illi essent pœnitentiam acturi, Luc. 10. Ista tamen revera non evenerunt, neque evenient. Ergo rerum præsentia non est necessaria, ut divinus intellectus cognoscat futura contingentia.*

Respondeo rationem Thomæ non militare de quacunque notitia cujuscunque contingentis quomodocunque futuri: sed solum de notitia intuitiva contingentis futuri absolute & ex hypothesi, licet illa non essent futura absolutè, erant tamen futura ex hypothesi.

Respons. Cum Jesuitis optimè convenit Novatiensi, in futurorum conditionatorum cognitione Deo tribuenda, & quid mi facilè pateremur ut in sententia tam prodigiosa asserenda mulus mulum scabat; verum minimè placet, responsio Penotti, dum distinctionem suam obtrudit Thomæ, quam apud Aquinatem usquam apparere nondum docuit. Quæcunque novit Deus scientia visionis, eorundem cognitionem ex æterna rerum apud Deum præsentia repetit citra omnem distinctionem futurorum absolutè, & futurorum conditionatè. Potius dicendum fuisset, si quid ego judico; Rationem à Thoma allatam, ad cognitionis divinæ certitudinem asserendam, spectare tantum cognitionem eorum quæ sciuntur à Deo scientia visionis. At scientia futurorum conditionatorum spectat potius ad scientiam simplicis intelligentiæ quam ad scientiam visionis; Nam scientia visionis tantum complectitur futura præsentia & præterita. At futura quæ dicitis conditionata non magis futura sunt, quam non futura, imo longe potius dicenda sunt non futura simpliciter quam futura. rursus, quæ tantum possibilia sunt, juxta communem Theologorum sententiam, statuuntur objectum scientiæ simplicis intelligentiæ. At quæ vos dicitis futura conditionata sunt tantummodo possibilia. 1

Penot. *Tertium argumentum ejusdem Molinæ: Deus per scientiam naturalem seipsum comprehendens, omnia, quæ in illo continentur perfectissimè cognoscit: ergo cognoscit in se ipso liberum arbitrium cujuscunque creaturæ, quam per seipsum potest condere, & quidquid effuturæ liberum arbitrium cujuscunque creaturæ, (ex hypothesi quod Deus vellet illud creare, & constituere in tali vel tali rerum ordine,) & ad quam partem se determinaret & hoc ante ullum decretum absolutum divinæ voluntatis de rebus condendis, vel in tali ordine constituendis. Esset enim indignum & impium asserere Deum id ignorare. Ergo statim accedente decreto divinæ voluntatis de rebus in tali vel tali ordine constituendis, videt Deus quid liberum arbitrium sit facturum, prius quàm aliquid ab illo vel in tempore vel ab æterno emanaverit secundum esse actualis existentiæ. Ergo illa præsentia rerum secundum illarum actualem existentiam omnino impertinens est cum sine illa concipiatur in Deo perfecta notitia futurorum contingentium.*

Respons. Argumentum illud Molinæ est enthymematicum, cujus antecedens constat sola scientia quam me-

demum variant explicationi fusiori; hanc autem *scientiam mediam absolutam* in se recipit Penotteus; adeo ut nulla alia commoda subeat, ad argumentum hoc, respondendo juxta sententiam Penotti, scientiam mediam una cum Jesuitis amplectentis, quam negando consequentiam. Itaque operæpretium fuerit diligenter advertere, quomodo se gerat Penotteus in hujus argumenti refutatione.

Respondeo (inquit) *in argumento multa implicari quæ communiter à Doctoribus ut falsa rejiciuntur. Sed quod ad argumenti solutionem satis est, dico, Deum comprehendendo liberum arbitrium videre quicquid illud faceret, si constitueretur in tali aut tali ordine, duobus modis intelligi posse: uno modo, quod videret, aut videat, quicquid illud faciat, sistendo solum in cognitione ipsius naturæ liberi arbitrii & auxiliorum, in quibus ipsum liberum arbitrium constitueretur, præscindendo ab actuali notitia liberæ determinationis ejusdem arbitrii in tali ordine constituti; Et in hoc sensu absolute negatur Deum comprehendendo liberum arbitrium cognoscere quicquid illud efficeret, si constitueretur in tali vel tali ordine. Neque hoc arguit imperfectionem in Deo sed impossibilitatem in re: Sicut impossibile est quod sciatur solum esse futurum, quod contingens habet in causa contingente ut contingens est, sciatur certò an illud sit futurum: Esset enim hoc destruere naturam causæ contingentis, ut supra dictum est. Alio modo quod videat quicquid illud efficeret attingendo actualem illam liberi arbitrii determinationem ad hunc vel illum effectum & aliorum relationem, quæ ex eodem libero arbitrio prodiret: & in hoc sensu potest admitti, quod comprehendendo liberum arbitrium cognoscat quid illud faceret, si constitueretur in tali ordine cum talibus auxiliis. Quamvis is modus loquendi non sit proprius, quia non sic Deus non cognoscit quod futurum sit ex libero arbitrio, comprehendendo naturam liberi arbitrii, sed videndo actualem determinationem illam ad talem effectum, & eventum actualem ipsum esse ab ipso libero arbitrio, ex suppositione quod constitueretur in tali ordine, quod est in sententiam Thomæ, & in rationem ab illo assignatam recurrere.*

Licet scientiam mediam una cum Molina teneat & Penottus, unde conjecturam feci, non aliam suppetiisse Penotto rationem occurrendi argumento prædicto, quàm negandam consequentiam; quia solum Antecedens tantum confert sententiæ suæ de scientiæ mediæ explicatione; tamen ipsum antecedens animosè & viriliter invadit Penottus, sed cum distinctione; & ut fatear quod res est, laminare solet Novariensis iste distinctionibus suis, quibus tam facilè se exonerat, quam solet mendicus cū de sinu suo pediculos excutit. Agedum verò distinctionem istam expendamus; *videre quid liberum arbitrium facit, duobus modis* (inquit) *intelligi potest: vel sistendo solum in cognitione ipsius liberi arbitrii & auxiliorum, in quibus constituetur, vel attingendo actualem ipsam liberi arbitrii determinationem.* At nequam nimis absurda est ista distinctio cum non tam distinguat varios modos videndi quid liberum arbitrium faciet, quàm unius & ejusdem modi membra miserè discerpit: nam qui comprehendit quid liberum arbitrium faciet, nequaquam sistit in cognitione naturæ liberi arbitrii & auxiliorum, in quibus constitueretur; sed & hanc omnem comprehendit, atque etiam actualem liberi arbitrii determinationem ad hunc vel illū effectum, tanquam futuram: quemadmodum & ipse Penottus vult Deum ab æterno intueri esse actualis existentiæ futurorum contingentiū quod habebunt, hoc est quod summum est. Nam videre liberum arbitrium, hoc aut illud facturum, est videre liberum arbitrium se aliquando determinaturum ad talem effectum: veruntamen, non hoc tantum significat Molina, sed & ultra, modum indicat quo Deus hæc videt, nempe ex consideratione naturæ liberi arbitrii uniuscujusque, in comparatione positi cum auxiliis, quibus Deo constitutum est liberum arbitrium commovere ad agendum quod aliquando agetur, radix divinæ cognitionis statuitur à Molina, congruentia auxiliorum divinorum cum liberi arbitrii conditione sive inclinatione. Hoc autem liberum fateor etiam meo judicio impossibile esse: veruntamen longè eruditius se gerunt qui causam cognitionis futurorū contingentium parturientes, atque edere nitentes, edunt aliquam, quam qui ipsum se factum esse jactant, idque magno apparatu, nec tamen ullam omninò in lucem proferunt, qui quidē est præpudiosus exitus sententiæ Novariensis. Nam inprimis hoc Aquinatem trahit, quasi ex præsentia rerum apud Deum non omninò rationē expediret quare sciantur à Deo, sed quare certò atque infallibiliter sciantur. Hac autē postquam se receperit, ut res ejus in vado esset, hic quasi in portu omnis subsidium & sensus communis naufragium facit. Nam ratio ejus vel hoc tantū concludit, *Deum non certò videre quæ futura sunt, quia certò videt quæ præsentia sunt*, vel *ita certò & infallibiliter videre quæ futura sunt, quia certò & infallibiliter videt quæ futura sunt*, probatione prorsus identica, ut ex omnium Theologorum scholis meritissimè exibilanda. Imò hunc in modum dissertare solenne est isti Novariensi, ut hoc ipso in loco dum sic ait: *In hoc sensu potest admitti quod comprehendendo liberum arbitrium cognoscat quid illud faceret si constitueretur in tali ordine cum talibus auxiliis: nempe si modo videat actualem ipsā liberi arbitrii determinationem ad aliquid faciendum*; & quid hoc aliud est quàm videre quid faceret, si constitueretur in tali ordine; ut conclusio quam adeò doctorallter proponit, huc evadat; *itaque si ita comprehendat quid liberū arbitrium faciat, sciendo scilicet quid faceret, in hoc sensu potest admitti, quod cognoscit ut quid illud faceret*. Sed omnē admirationem superat, quod veritus sit ne non satis adhuc cautionis esset, itaque provisionem addit si constitueretur in tali ordine cum talibus auxiliis, quasi verò in quocunque ordine constitueretur & cum quibuscunque auxiliis, non perinde verum esset, quod si videret Deus quid liberum arbitrium faceret, procul dubio videret quid liberū arbitrium faceret. Quod verò attinet ad sententiā Thomæ jam docuimus atque etiam ex omnium ferè judicio constare potest, illum in quadam rerum præsentia apud Deum fundare futurorum contingentium notitiam certam atque infallibilem quam Deo tribuimus; cum Penottus præter notitiam objectivam nullam agnoscat quicquid in initio præferat. Atqui ipse postmodum ad objectivam istam notitiam rerum apud Deum recurrit.

Quartum argumentum est. Deus non accipit notitiam scientiæ à rebus creatis, ergo sive res existant, sive non, nihil refert ad certitudinem divinæ notitiæ, sunt enim alia capita illa sic petenda. Hoc est præcipuum argumentum Scoti.

Hoc ego argumentum solidissimum esse judico; nec refragatur Aquinas, cujus indubitata sententia hæc.

hoc est, Deum non videre futura [illegible] in seipso, sed in seipsis [illegible] rerum [illegible] in qua cognitionem rerum fundat Aquinas, non aliam esse judico, quam præsentiam rerum apud Deum in esse volito, atque ita ad [illegible] congruunt Aquinas, Scotus & Durandus. Sed quid Penottus hic respondeat videamus.

Penot. *Respondeat negando consequentiam. Licet enim esse actualis existentiæ futuri contingentis non sit necessarium ad hoc, ut Deus divinus intellectus suam notitiam accipiat, est tamen necessarium ad hoc, ut ipsum futurum contingens possit esse objectum certæ notitiæ divinæ: quia nihil potest esse objectum certæ notitiæ, quod non contineat, in se determinatam veritatem: futurum autem contingens non continet veritatem determinatam nisi ratione illius esse actualis existentiæ quod habet pro aliqua temporis differentia.*

Respons. Ista argumentatio nulla ex parte redempta est à vitiis: imprimis enim non facile advertas in quo subsistat ista responsio, sive in una sive in altera distinctione, dum duplicem distinctionem subdolum in modum inculcat: quarum altera est de necessitate rei vel ad hoc ut ex illa divinus intellectus suam notitiam accipiat, vel ad hoc ut possit esse objectum divinæ notitiæ. Altera de necessitate rei vel ad notitiam rei, vel ad certam ejus notitiam; Nam in solo membro posteriore mentio fit & objecti & notitiæ certæ. Itaque ad vulpem illam suis latebris excutiendam; advertendum, cum dicunt Theologi, *Deum non accipere notitiam suam à rebus creatis*, hoc tantum volunt, existentiam rerum creatarum nequaquam requiri ad hoc ut Deus eas cognoscat intuitive, quod tamen requiritur ad intuitivam cognitionem humanam & Angelicam: nec tamen cum vident res creatas dici possunt aut Angeli aut homines proprie accipere visionem à rebus existentibus; Quare hoc eum facit, trahendo phrasim illam ad proprietatem sermonis, nequaquam Theologum agit sed sophistam, hoc sic interpretor Penottum, ut vel actualem existentiam futuri contingentis, licet non requiratur ad hoc, ut possit esse objectum certæ notitiæ divinæ, tamen requiri ad hoc ut possit esse objectum certæ notitiæ divinæ. At ista responsio hunc in modum demulata, prima facie nimis absurda videtur: nam ni fallor omnibus in confesso est, qua ratione potest Deus habere notitiam rei, eadem procul dubio posse Deum habere certam rei notitiam. Nam nisi certò cognoscat, dubius erit: At dubitare de re aliqua, futura sit necne, non est cognoscere rem aliquam futuram esse, sed potius ancipitem distineri. Rursus, cum DEUS sicut omnia cognoscit, ita etiam omnia certò cognoscit in seipso: qualis est ista imaginatio, quæ fingit actualem rerum existentiam necessariam esse ad hoc, non tam ut Deus cognoscat res, quam ut certò cognoscat? Secundò quam absurdum est dicere, necesse esse Deum videre rem aliquam esse præsentem ad hoc ut certò videat rem aliquam esse futuram? Cur non pari insania procedas, dicasque necesse esse Deum videre rem aliquam esse præteritam ad hoc, ut certò cognoscat rem illam esse præteritam? Tertio; falsum est, futurum contingens non continere determinatam veritatem, nisi ratione illius actualis existentiæ quam habet: quæ enim ratio fingi potest, cur non contineat determinatam veritatem ratione illius actualis existentiæ quam habebit, perinde atque ratione illius actualis existentiæ quam habet? Obiter advertas quid in mente positum sit Penotto, nempe ut phrasibus suis utatur variis eandem rem exprimentibus, tanquam copiis defulturiis, ut præsentius semper negocii opportunitatem sequatur, ad standas suas oppugnandas varietate phrasiologiarum: hic enim de esse actualis existentiæ futuri contingentis quod habet philosophatur, nempe: tanquam de præsenti, at alibi passim videas eundem philosophari de esse actualis existentiæ futuri contingentis quod habebit, nempe de futuro; quod & congruentius dicitur cum sententia Penotti; quippe qui non aliam agnoscit rerum præsentiam apud Deum, præter præsentiam in esse cognito, quam quæ sit in tempore; At nos aliam præsentiam agnoscimus eamque verè præcedaneam scientiæ divinæ futurorum in esse volito apud Deum; & quis solertes dubitat an possint futura contingentia determinatam veritatem adipisci, ex determinatione voluntatis divinæ?

Quintum argumentum. In Deo est providentia & prædestinatio: ergo in Deo est notitia futurorum contingentium, antequam illa concipiantur habere actualem existentiam. Consequentia est evidens. Nam res non ideo sunt provisæ & prædestinatæ, quia sunt futuræ, sed è contrario, ideo sunt futuræ, quia sunt provisæ. Respondeo, primò, nullam hoc argumento magis urgeri quam Molinam, qui illius est Auctor, cum ipse neget nullum actum liberum fuisse à Deo præfinitum. Secundò respondeo ad hominem, sufficere, ut actus provisi & prædestinati ante liberum decretum, sint prævisi futuri per scientiam illam mediam, quam idem Molina ponit in Deo. Tertiò respondeo, actus à Deo provisos & prædestinatos esse in duplici differentia: alii enim sunt, quos Deus ponit in nobis sine nobis, & sine nostro libero consensu, & hos potuit præfinire in suo divino decreto efficaci, tanquam in causa determinata ad eos; alii sunt, quos Deus non ponit de lege ordinaria in nobis sine nobis, & sine nostro libero consensu de quibus dictum est supra cap. 14. in quarto modo conciliandi autoritates Patrum & respectu illorum negatur, hos fuisse à Deo esse antea provisos & prædestinatos ante præviam liberam determinationem & cooperationem divinæ voluntatis ut lib. 4. & 6. diximus.

Penot.

Argumentum illud Molinæ nequaquam militat adversus Dominicanos, quippe qui determinationem voluntatis divinæ præmittunt existentiæ rerum in æternitate, quemadmodum videre est apud Alvarem. Præterea, nimis dissolutè procedit, dum ex prædestinatione rerum concludit notitiam futurorum præcedere conceptionem actualis ipsorum existentiæ. Nam procul dubio notitia actualis existentiæ rerum futurarum præsupponit præsentiam earundem apud Deum in esse cognoscibili. Verùm quod attinet ad responsiones Penotti. Sicut nullus actus liber juxta Molinam est à Deo definitus antequam scitus, ita etiam nullus actus liber secundum eundem videtur esse à Deo scitus antequam sit definitus.

Respons.

Nec probabile esse duco, Molinam statuere actus à Deo provisos & prædestinatos, provisos esse à Deo æquè quam futuros, ante liberum ejus decretum. Et ni fallor hoc quod ait, procedit de provisione actuum futurorum conditionatorum; At quod conditionatè tantum futurum est, nequaquam dicendum est futurum simpliciter.

Ad tertium quod attinet, nisi me fallit conjectura,

ra,

ra, procedit Molinæ argumentum de futuris, quæ per solam divinæ voluntatis determinationem eveniunt, nec dependent ab arbitrio hominis, quorum tamen eventus necesse est, ut contingens sit; cum Deus liberè agat quicquid agit: quorum tamen omnium existentiam in æternitate idq; ab æterno promittunt Dominicani notitiæ divinæ intuitivæ. At horum sententiam perperam convellere tentat Molina hujusmodi argumento, prout jamdudum dictum est.

Sed palmaria vestra utriusq; sententia hic loci prætereunda non est: de actuali scilicet existentia rerum, priusquam præsciantur in aliquo decreto divino. Quod si verum sit, sequitur res actualiter extitisse priusquam Deus decreverit quod existerent: Nam si decretum de actuali ipsorum existentia prius esset actuali ipsorum existentia, certè nullo decreto præsciri potuisset actualis ipsorum existentia tanquam futura, priusquam acta esset. At monstrum hoc opinionis est actualem rerum existentiam priorem esse decreto divino de actuali rerum existentia. Nam actualis rerum existentia juxta tuam sententiam non producitur nisi in tempore. An verò etiam decreta divina de actuali rerum existentia statuis esse temporanea etiam ipsa actuali rerum existentia posteriora? Sed facile video quid velis nempe fidem & resipiscentiam hominis atq; omne opus humanum prius futurū esse quàm à Deo sit decretum. Sed & hoc monstrum opinionis aliquid enim opus fuit Deo decernere fidem aut resipiscentiam hominis futurā esse, si jam ante decretum suum futuram esse prævideret. Rursus, fides hominis natura sua est tantum possibilis, nec ex conditione rei possibilis in conditionē rei futuræ migrare potuit, sine causa. Cedo itaque causam migrationis hujus, præsertim cum facta sit ab æterno. Nam fides Petri futura fuit ab æterno. Extra Deum investigari non potest, nam extra Deum nihil est æternum, quod autem æternum non est, causare non potest aliquid quod fuerit ab æterno. Superest ergo ut in ipso Deo causa ista reperiatur, aut nusquam reperiatur. Non autem in essentia Dei simpliciter considerata reperiri potest, neque enim essentia Dei seclusa determinatione voluntatis ejus facit res possibiles transire in conditionem rerum futurarum. Sed neque scientia a voluntate tale aliquid præstare potest: Superest igitur ut voluntas Dei & sola, causa illa sit per quam res ex merè possibilibus natura sua, fiant futuræ, nempe per determinationem sui ipsius.

Sed quia postea præfers te aliis verbis id ipsum enunciare, & fieri potest ut secundis cogitationibus tuis sententiam tuam moderatius efferendam esse judicares; illud quale fuerit etiam examinemus. Negatur (inquis) *hos effectus fuisse à Deo efficaciter promissos & prædestinatos ante prævisam liberam determinationem, & cooperationem divinæ voluntatis.* At ista sunt superioribus tuis multò monstrosiora. Fiat instantia; Fides exempli causa negatur esse promissa & prædestinata ante prævisam liberam determinationem & cooperationem divinæ voluntatis. At incredibile est quempiam adeò dementatum esse, ut talia opinionum portenta colat. Quid enim? An prædestinatio fidei dandæ præmittit prævisionem liberæ determinationis & cooperationis divinæ ad fidem ingenerandam? Pari ratione dici potuisset decretum de mundo creando sequi prævisionem liberæ determinationis divinæ ad mundum creandum. Atqui prædestinatio fidei est ipsissima voluntatis divinæ determinatio ad producendam fidem. Itaque quantum conjectura assequor, est hic erratum typographicum: nec dicendum fuisse ante prævisam liberam determinationem & cooperationem voluntatis divinæ, sed potius ante prævisam liberam determinationem & cooperationem voluntatis humanæ. Vis ergo liberam determinationem & cooperationem voluntatis humanæ ad credendum prævideri à Deo ante decretum de fide danda, aut saltem aliunde quàm ex decreto Dei. At ego probo contrarium idq; ratione demonstrativa non quales pro egregia sua subtilitate nobis communicare solet Novatiensis, qualibus nunquā vidit orbis dilutiores, sed qualis nec ipse Penottus, nec tota Jesuitarum natio unquam expeditura est ulla vel tolerabilem solutionē. Eam autem sic instituo. Libera determinatio & cooperatio voluntatis humanæ ad credendum à Deo ab æterno provideri non potest tanquā futura, nisi futura sit ab æterno. At futura non est ab æterno nisi ex decreto Dei: ergo non nisi ex decreto Dei prævideri potest tanquā futura. Minorem probo. Omne futurum extra Deum cum natura sua sit tantum possibile, necesse est ex conditione rei possibilis migret in conditionem rei futuræ. At nihil potest ab æterno migrare ex conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ, nisi ex decreto Dei. Ergo ex decreto Dei fit quod res aliqua ab æterno futura fuerit, hoc est ex conditione rei possibilis transierit in conditionem rei futuræ. Major est indubitatæ veritatis. Minorem vero sic confirmo. Talis migratio qualis est rei possibilis in conditionem rei futuræ fieri non potest sine causa. At hujus migrationis nulla causa dari potest præter voluntatem Dei hoc decernentem: ergo non nisi ex decreto Dei seu voluntate Dei decernente facta est ista transmigratio. Major est notissima; nam si aliquod possibile posset sine causa transire in statum rei futuræ, cur non omne possibile eodem modo transiret in statum rei futuræ. Minorem verò sic probo; si aliquid præter voluntatem Dei decernentem posset esse migrationis illius causa, tum vel extra Deum aliquid, vel intra Deum. Sed nec aliquid extra Deum, nec aliquid intra Deum potest esse hujus migrationis causa, superest ergo ut hoc unicè deferatur voluntati Dei decernenti: Minorem rursus per partes firmabo. Nihil (inquam) extra Deum potest esse hujus migrationis causa: Ratio est quia migratio ista facta est ab æterno, ergo causa ejus assignari debet aliquid quod fuit etiam ab æterno. Nam quod non fuit, cum fieret ista migratio, non potuit esse causa migrationis istius: quia non entis nihil causat. Non entis, nulla est actio. Sed nec intra DEUM aliquid occurrit quod causa sit hujus migrationis præter voluntatem DEI. Nam scientia DEI potius supponit futurum esse quàm facit. Sin dicatur scientiam Dei esse scientiam practicam, at inquam scientia Dei nunquam est practica nisi ut conjuncta cum voluntate Dei. Sic enim Aquinas 1. q. 14. articulo 8. *Necesse est quod sua scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam*, & q. 19. art.

*c. 14. a. 13.) Scientia non est causa rerum quæ fiunt nisi per vo-
luntatem,* [illegible] *Et ideo
significanter non attribuitur scientiæ, sicut attribuitur vo-
luntati, & Cajetanus in q. 14. art. 13. Scientia non causat
nisi determinata a voluntate.*

Oppon. *Decimum argumentum. Deus peccata futura permittit, sed permit-
tere aliquid fieri, est videre illud futurum esse nisi impediatur &* [illegible] *ergo prius est Deum peccata prævidere futu-
ra ex hypothesi quod permittantur, quam videre illud esse quod
in futuro habebunt esse in aliqua temporis differentia.*

*Respondeo, ex hoc nihil colligi, quia quæ futura sunt contingen-
ter,* [illegible] *quatenus videt actualem determi-
nationem causarum ad effectus,* [illegible] *futu-
rum ex hypothesi, quod vellet ipsas causas sic creare & ordinare.*

Respons. Argumentum Molinæ nihil facit adversus Domi-
nicanos, [illegible] sicut ex decreto efficaci, futura sunt
bona, ita ex decreto permittendi futura sunt mala se-
cundum Dominicanos; & ex hujusmodi decretis prior
est [illegible] rerum quam prævisio earundem in ge-
nere futuri & quicquid in tempore futurum est, ut
coexistat æternitati, quæ est tota simul, hoc ipso vo-
lente Domino, illud ab æterno existere coram Deo,
[illegible] in æternitate.

Quod verò attinet ad sententiam Penotti peculi-
arem, non prius est peccata prævidere futura ex de-
creto permittendi, quam videre illud esse quod in fu-
turo habebunt actum aliqua temporis differentia.
Nam prævidere peccata futura & videre illud esse
quod in futuro habebunt, prorsus idem est. Atque hoc
[illegible] ipse Penottus, licet responsionem suam
[illegible] congruenter accommodet; nam argumentum
Molinæ procedit de prævisione peccati futuri ex hy-
pothesi quod permittatur, At Penotti responsio pro-
cedit de permissione peccati futuri ex hypothesi
quod Deus vellet ipsas causas sic creare & ordinare:
In cujusmodi sententiæ per phraseologias obliquati-
one animum sibi indulget Novariensis. Sed sententia
utriusque in doctrina ipsorum de scientia media fun-
data est prorsus heterodoxa. Neque enim fieri potest
ut Deus videat actualem illam causarum ad effectus
determinationem, in quocunque ordine ponantur
causæ citra decretum voluntatis suæ. Ratio est quam
supra præscripsimus; quia in tali ordine determina-
tio voluntatis humanæ ad effectum designatum est
[illegible] tantum possibilis; at ex conditione rei pos-
sibilis in statum rei futuræ migrare non potest citra
causam. At nulla hujus rei causa cum ratione fingi
potest, præter voluntatem Dei decernentem, prout
superius ostensum est.

Thom. *Argumentum argumentorum Scoti per actualem rerum præ-
sentiam Deus cognoscit futurum contingens, quatenus est præ-
sens, & hoc esse non potest, quia futurum ut præsens non cognos-
citur, nisi quando est præsens, non autem antequam quatenus
est futurum, & hoc etiam est impossibile, quia quod cognoscitur
ut futurum, non cognoscitur ut adhuc præsens.*

Respons. Ego istam argumentationem [illegible] militare ju-
dico contra asserentes actualem rerum existentiam,
Deo ab æterno præsentem esse tribuere; At mihi verò
videtur hæc sententia longissimè abesse à senten-
tia Thomæ, qui meo judicio non aliam rerum fu-
turarum præsentiam apud Deum allocat, quam quæ
sit intentionalis tum tamen in esse cognito tantum;
sed in esse volito. Juxta quam sententiam non opor-
tet respondere ad argumentationem Scoti: cum
S. Thomas hanc rerum omnium apud Deum præsentiam
realiter asserat; sed si respondere opus esset, sic re-
sponde   remus: Cognoscit Deus futurum contingens
quando est præsens; Et apud Deum præsens esse
agnoscimus ante cognitionem, nimirum non realiter
sed intentionaliter, videlicet in esse volito. Nec hoc
quicquam obstat quo minus cognoscatur ut futurum
realiter & secundum esse reale in tempore: sed Pe-
notti responsionem advertamus.

*Respondeo, Thomam nunquam dixisse, quod Deus co-
gnoscat futurum contingens solum quatenus est præsens, sed
dixisse quod Deus habet de futuro contingenti certam noti-
tiam, quia videt non solum illud esse futurum quod pro aliqua
temporis differentia habet in suis causis tantum, sed etiam illud
esse præsens quod in alia temporis differentia habet in seipso: videt
igitur Deus contingens quatenus futurum pro aliqua tem-
poris differentia, & ut præsens pro alia temporis differentia: &
sic videt ut futurum, & ut præsens videt certò & infallibiliter.* Thom.

Ita gradatio de Deo scilicet non solum esse futu-
rum futuri contingentis, sed etiam esse præsens ejus,
nusquam, quod sciam, reperitur apud Thomam. Ista
super gradatio occurrit apud Thomam, Deum fu-
tura contingentia videre non modo ut sunt in suis
causis, sed prout sunt in sua præsentialitate; at ista
gradatio à Penotto facta, gradatio non est, sed unius
& ejusdem per variam phraseologiam repetitio.
Nam licet hic loci, ita describit esse præsens futuri
contingentis, quod scilicet habet in seipso; tamen fre-
quenter ejusmodi esse ait quod habebit in seipso;
At nulla est omnino discrepantia inter esse futurum
rei & esse præsens ejus quod habebit. Rursus falsum
est, futurum contingens habere esse præsens suum,
quando à Deo videtur. Nam à Deo videtur ab æterno.
At nullum futurum contingens habet aut habuit
esse suum præsens in seipso ab æterno, quale esse
præsens imaginatur Penottus, nempe esse præsens re-
aliter in tempore. Interea habere potest, atque et-
iam habet suum esse præsens intentionaliter usque ab
æterno apud Deum in esse volito: Et in esse volito
omnia futura contingentia contemplatur Deus, atq;
inde novit, non modo ea pro certa temporis differen-
tia esse futura rursus, pro alia temporis differentia fo-
re præsentia, sed & pro tertia temporis differentia
fore præterita. Sed hanc responsionem suam decla-
ratione aliqua indigere sensit Penottus, itaque eam
nobis in sequentibus exhibet in hunc modum. Respons.

*Pro cujus responsionis majori declaratione notandum
est, quod quemadmodum ad hoc, ut aliquid dicatur verè fu-
turum, tria requiruntur. Primò, ut illud non habeat esse in
seipso. Secundò ut habeat esse possibile in suis causis. Tertiò,
ut per esse possibile quod habet in suis causis, tendat ad esse
reale actualis existentiæ in seipso extra suas causas. Atque
in his tribus conditionibus ratio formalis futuri ut futurum
est, consistit per quarum primam distinguitur futurum à præ-
senti per secundam à præterito: per tertiam ab eo quod est possi-
bile fieri non tamen unquam factum est, nec unquam erit. Ita
ad hoc ut aliquid cognoscatur esse verè & propriè futurum,
tria requiruntur. Primò ut cognoscatur illud pro aliqua tem-
poris differentia non habere esse in seipso: secundò, ut in eadem
temporis differentia cognoscatur habere esse possibile in causis* Penot.

tendam ad esse reale. Tertiò, ut pro tempore immediatè sequente [illegible] illud habiturum esse actualem existentiam extra causas suas, videtur quòd illud esse certò & infallibiliter. Deus quàm cognoscit futura contingentia non ea solum ratione, quia videt illud esse quod habiturum extra suas causas; sed quia videt in hac temporis differentia praecedente illa quae habent hoc esse, sed solum habere esse possibile in suis causis.

Resp. At ista declaratio penitus nullius pretii est, nec enim aliquid novi roboris habet ad sententiam ipsius illa illustratione reddendam commendationem: nempe ingenium hominis superficiarium ad expatiandum [illegible] videtur [illegible]: In fine, paucis repetit eadem quae prius dixerat, dum dicit: *Deus quàm cognoscit futura contingentia, non ea solum ratione quia videt illud esse quod habebunt*, ubi quod prius [illegible] *de praesentibus* [illegible] effert *de futuris*; quod tamen distinguat à futuro, quia esse quod [illegible] habent fuisse esse praeterito. Sed & falsum est quod addit, nempe *futura contingentia pro temporis differentia existentiam eius praecedente habere solum esse possibile in suis causis*: habet enim non solum esse possibile sed & esse futurum; licet in causis secundis tantum habeant esse possibile, verum in causa omnium prima, atque in determinatione voluntatis ejus habet esse futurum & determinatam veritatem, [illegible].

Penot. *Octavum argumentum: Sicut aeternitas coexistit toti tempori ita & aevum Angelicum. Sicut Deus cognoscit futura contingentia per hoc quod illi sunt sibi praesentia in aeternitate, ita & Angelus poterit cognoscere eadem contingentia per hoc quod ipsa sunt sibi praesentia in aevo; Nam sicut Dei cognitio mensuratur aeternitate ita cognitio Angeli mensuratur aevo. Respondeo cum Caietano, operationem Angelicam quae est cognitio, non mensurari aevo, sed instanti temporis discreti, & licet, quod tempus discretum constet ex instantibus indivisibilibus, illa tamen non sunt omnia simul, sed sibi invicem succedunt, & eodem modo Angelicae cognitiones. Addo etiam aevum non continere tempus, sicut illud continet aeternitas, quod probandum erat ab argumentante [illegible] probatum.*

Resp. Sicut aeternitas est tota simul, ita & aevum ex omnium Scholasticorum confessione; unde sequitur quicquid coexistit aevo coexistere ei toti, quemadmodum quicquid coexistit aeternitati, coexistit ei toti: & qua ratione hinc concludunt Dominicani, res omnes futuras simul ab aeterno extitisse in aeternitate, eadem ratione necesse est ut res omnes in tempore futurae à principio extiterint in aevo. Quod si aevo Angelico ab initio coexistebant, quid obstat, quo minus omnia futura contingentia ab initio cognita fuerint Angelis? Quid enim? Annon penes Angelum est cognoscere ea omnia quae ipsis & durationi ipsorum coexistunt? Nec obstat, quod non sit aevum continens tempus, quemadmodum continet aeternitas. Nam si par sit ratio aevi & aeternitatis quod utraque sit tota simul, necesse est, ut quicquid coexistit aevo, coexistat ei toti quemadmodum & aeternitati.

Penot. *Nonum argumentum: Si ex praesentialitate rerum sumenda est certitudo divinae cognitionis de futuris contingentibus, jam illarum notitia non debet vocari praescientia, sed praesentium scientia.*

Respondeo, ita illam vocari posse in proprietate locutionis, & ita illam vocavit Boëtius lib. 5. de Consol. prosa ultima; Et S. Anselmus lib. de casu diaboli, cap. 1[illegible] & 21. item lib. concordiae cap. 1. Addi possunt D. Ambrosius lib. 5. de fide cap. [illegible] Augustinus serm. 11. de verbis Apostoli, & alii multi ab eodem cap. 16. ad probandam primam propositionem.

At Penottus nullam aliam agnoscit rerum praesentiam apud Deum, quam secundum esse objectivum; ut mirari satis non possim frontem & audaciam hominis dum praeter omnem verecundiam & simulationem agit, quasi solicite ad Dominicanorum sententiam de futurorum contingentium apud Deum praesentia propugnandam, tanquam hyperaspistes accedere [illegible], cum tamen nihil habeat cum Dominicanorum sententia commune, sed [illegible] veteratorem agit, quod scilicet Thomam tueri (egregiè scilicet) videri velit, postquam interpretatione sua sententiam ejus ita temperaverit ad vires suas Scholasticas, ut etiam juxta suam interpretationem Aquinatem ab exceptionibus Molinae [illegible] vindicare se posse speret. Ista verò argumentatio est satis puerilis. Resp.

Penot. *Decimum argumentum: Divina praescientia est causa eventus ipsorum futurorum contingentium; ergo certitudo divinae scientiae sumi non potest ex ipsa praesentia futurorum in tempore: prius enim intelligitur esse omnis causa suo effectu; divina verò praescientia causa est existentiae, & praesentialitatis ipsorum rerum.*

Respondeo scientiam, quae est causa rerum non esse scientiam visionis, quae speculativa tantum est, sed esse scientiam practicam, quam supra cap. 12. diximus ad scientiam simplicis intelligentiae attinere. Rursus adjicio, neque per scientiam practicam posse Deum certò cognoscere futura contingentia, maximè quae ex humano arbitrio pendent, antequam videat liberam determinationem arbitrii nostri ad illa: quia divina praescientia non est primum & immediatum principium effectivum rerum, [illegible] libero decreto liberae voluntatis, ut supra dictum est, & decretum absolutum divinae voluntatis de actibus liberis, qui pendent ex humano arbitrio, non est [illegible] determinat [illegible] humani arbitrii, ut libera sequatur actio, & supra infirmatum fuit cap. 14. ad finem.

Duplicem adhibet ad hoc argumentum responsionem Penottus, sed neutra satisfacit. Prima, fateor, ad veritatem congruentior est, & superficiariam (nec inficior) exhibet satisfactionem; quia scilicet sic se res habet in humanis. Artifex enim licet per artem & scientiam suam artificium aliquod operetur, non tamen per eandem scientiam, sed per visionem ocularem factum esse contemplatur, & ab opere suo videndo [illegible]. At non sic se res habet in divinis. Eadem scientia videtur quae & monstrat quid fieri congruat, & accedente sola voluntatis divinae determinatione futurum esse videt, nec aliter quam in [illegible] videt Deus, quae quotidie producuntur & in tempore praesentia fiunt; veruntamen non nisi accedente divinae voluntatis determinatione fit res cognoscibilis in genere futuri, cum natura sua tantum cognoscibilis esset in genere possibilis. Resp.

Sed determinationem istam divinae voluntatis tanquam ad res constituendas cognoscibiles in genere futuri, concoquere non potest Penottus; nempe vult antequam videat liberam determinationem arbitrii nostri, non posse Deum cognoscere ea futura

quae

quæ ex humano arbitrio pendent. At nunquam ergo [illegible] Deus determinassiné arbitrii humani ad [illegible] operationem, sed eam tantum prævidet. Prævidebat itaq; Deus Cyri Regis arbitrii determinationem ad [illegible] populum suum, [illegible]. Prævidebat Josiæ Regis arbitrii determinationem ad [illegible] Prophetarum super altare Bethel [illegible], nequaquam decrevit. I[illegible] Dei aut misericordia mirandum [illegible] per voluntates hominum ipsis imprudentibus, arbitrii ipsorum determinationem prævidebat Deus non determinavit. Unde fiet ut [illegible] administrentur omnia, quæ [illegible] Dei [illegible] feliciter succedant omnia. Dices; atqui res Deo est quod in tali rerum ordine [illegible] homines, unde futurum videt ut ea [illegible] ex quibus splendeat DEI aut justitia aut misericordia. Hoc si sufficiat ad DEUM auctorem constituendum operum tam justitiæ quàm misericordiæ, cur non etiam sufficit ad DEUM auctorem constituendum etiam peccatorum: tum [illegible] humanorum frequenter splendere solet tam Dei justitia, tum misericordia. Justitia, dum filiorum suorum gladio periit Sennacheribus Rex Assyriæ; etiam dum suis manibus perierunt Achitophel & Judas postquam dominum suum uterq; prodidissent; misericordia dum filium Dei in crucem affigerent & Gentes & Judæi. Tum ipse Deo suit constituere hominem tam in tali ordine in quo videt eum peccaturum, quàm in tali ordine in quo videt eum bonum opus aliquod [illegible] operaturum. Sed quæ tamen unde liberam arbitrii humani determinationem videat Deus futuram, cum natura sua sit tantum possibilis. Nunquid à causa aliqua extra Deum facta est, ut ex rei conditione possibilis transmigraverit in conditionem rei futuræ? Imo hoc prorsus [illegible] est; nam transmigratio illa facta est ab æterno; at extra Deum nihil fuit ab æterno, quod ipsam transmigrationem causaret; quod autem non fuit non potuit rem aliam causare, idque ab æterno. Igitur intra Deum quærenda est illius transmigrationis causa; non autem ea in Dei scientiâ reperitur sejuncta à Dei voluntate, prout omnes fatentur omnes. Restat ergo ut in divinæ voluntatis determinatione tanquam in causa sola atque unica fundetur rerum omnium futuritio, hoc est earundem omnium ex merè possibilibus (qualia tantum fuerant natura sua) in conditionem rerum futurarum transmigratio. Hoc argumentum ubi solverit Penottus, exiget monumentum universis illo humanæ libertatis propugnaculo longè honorificentius.

Ad extremum sibi placet [illegible], in nube sua pro Junone (Ixionis instar) complexanda. Nam rationem Thom. intelligi vult ad modulum interpretationis suæ; cujus tamen exitum infaustum non semel explicuimus hoc redeuntem. *Quia certò Deus videt esse rem præsentem, ergo certò videt rem illam esse futuram*; vel saltem aliquanto pauciora, hoc revocandam, *Quia certò & infallibiliter videt Deus rem aliquam esse futuram, ideo certè & infallibiliter videt rem illã esse futurã.* Hanc rationem vendicat, tanquã omnium quæ hactenus à Patrib. aut Scholasticis assignatæ sunt, tum clarissimã, tum etiã solidissimã, quæ terminis intellectis, vix ac ne vix quidem nisi ab obstinato negari possit. Ex his videas τὸν χρυσὸν [illegible]. Et tamen lubens fateor, quod attinet ad explicationem posteriorem, eam adeò claræ veritatis esse, ut terminis intellectis ne ab obstinato quidem negari possit. Tanti esse debet Novariensis [illegible], ut ipsum sobrius aliquis ne teruncio quidem redimeret.

IN
GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XX.

In quo quæritur, utrum ex solâ inspectione causarum secundarum futura contingentia notitiâ certâ & infallibili valeant cognosci.

In hac quæstione planè nihil opus est ut diutius immoremur. Hujus enim quæstionis resolutio prona est in partem negativam. Nam sive causæ istæ secundæ ita se habeant, ut agant contingenter, & indifferenter ad opposita; manifestum fit ex ipsarum inspectione effectum definitè cognoscere, perinde esse atq; ex indeterminatione causæ, colligere determinationem effectus; quasi quis sic argueret: Causa hæc aut illa non magis determinata est ad hunc effectum quàm ad ejus oppositum; ergo producet hunc effectum certò & infallibiliter, & non ejus oppositum. Sin ita se habeant causæ secundæ, ut agant necessariò, cum tamen sint impedibiles & resistibiles in operatione suâ, fieri non potest ut certò atque infallibiliter cognoscatur effectus illos producturas, ad quos necessario (quantum ex parte ipsarum) producendos comparatæ sunt. Verumtamen quicunque doctrinam de scientia media asserendam in se recipiunt, necesse est ut huc aut præcisis nullo tibicine fulciant certam atq; infallibilem futurorum contingentium notitiam, quam Deo tribuunt. Quod & à Molina factitatum esse & agnoscit Penottus, & ei vitio vertit, uti videre est capite superiori num. 3. Penottus autem dum hanc radicem certitudinis amplecti non potest, nullã nititur; & id divinæ notitiæ certitudinem introducit nullo pondere libratam, nullo fundamento nisam. *Assignare (inquit) rationem ob quam Deus ab æterno præviderit & anticipaverit tem-*

 porum

porum differentias, videat quæ futura sunt, antequam fiant, & quomodo attingat sua cognitione intuitiva ipsum esse actuale existentiæ; quod habebit, quando erit in mundo, antequam sit reverà in mundo. Hæc est summa hujus rei difficultas, hic divinæ sapientiæ pelagus immensum, cui non potest satisfieri per ea quæ habet Molina: Et ratio Thomæ demonstrat quidem rem, scilicet ita se habere, quod Deus ab æterno sine successione videt, quicquid successivè futurum est in qualibet temporis differentia. At modum rei, id est, quomodo hoc fiat, non videtur sufficienter demonstrare. Quare ut semper dicam; forte hic modus in præsenti vita clarè sciri non potest, & forte hic in sensu vera est opinio illa, 51. ex Gabr. Ocamo & Marsilio relata. Hæc Pennotus, sed præter omnem candorem, hic et sinceritatem prætereat, ipsum difficultatis apicem prætermittit, qui si candidè proponeretur, viam faceret ad omnem difficultatem è medio removendam. Neq; enim in hoc posita est difficultas; *quomodo scilicet Deus ab æterno intelligat ea quæ futura sunt*; Nam citra omnem controversiam, modus ille in medio positus est, de quibusdam futuris, à solo videlicet Dei arbitrio pendentibus. Verùm præsentis difficultatis apex, hic est, *quomodo etiam ea quæ à voluntate creatura pendent ex mera possibilitate facta sint futura, atque ab æterno*: Nam posito quod futura sint, necesse est ut à Deo intelligantur, alias intellectus divinus nequaquam esset infinitus. Hujus autem migrationis cum nulla ratio dari possit, præter divinæ voluntatis determinationem, hinc manifestum fit, tam ad manum esse rationem, quomodo Deus intelligat, perinde atq; quomodo intelligat ea futura quæ à sola Dei voluntate producenda pendent.

Placet tamen etiam in illa controversia tractanda, quomodo se gerat Pennotus, explorare. Inprimis distinctionem proponit futurorum non adeo accuratam, *futuri scilicet simpliciter. & futuri secundum quid.* Futura secundum quid hunc in modum describit; *Quæ ita habent esse possibile in causis tendens ad esse actualis existentiæ, quod nisi causa impedirentur, de facto illud esse consequerentur: sed tantum propter supervenientia impedimenta in ipsis secundis causis de facto nunquam consecutura sunt ipsum esse actualis existentiæ. Ista igitur dicantur futura secundum quid, id est, secundum dispositionem & ordinem suarum causarum, non autem simpliciter & absolute.*

At minimè placet ista descriptio idq; duplici nomine: Primò quia cùm futurum ejusmodi sit, quod aliquando erit extra suas causas secundas; nimis absurde distingueret, si quis diceret: Res erit extra suas causas vel simpliciter, vel secundum quid; si modo per secundum quid ejusmodi significetur ex quo fiat, ut nunquam egrediatur extra suas causas. Æthiops dicitur albus esse secundum quid; quatenus est albus secundum dentes; ergo albedinem habet, licet non adeò diffusam secundùm majorem partem ut denominari posset albus simpliciter. At quod nunquam erit extra suas causas vel ex parte, nimis absurde dicitur futurum secundum quid. *Ecce*, inquies *Medicus videns malam humorum temperiem certò prædicit mortem ægroti futuram nisi illa per medicamentorum applicationem impediatur, & verum prædicit, quia ad hoc ut verum dicat, sufficit talem videre humorum temperiem, quod ex illa non impedita per medicamina mors sit infallibiliter secutura.* At inquam tam facile est nobis delere, quam tibi fingere aut pingere. Medicus non solet dicere mortem futuram esse absolute, sed interposita ejusmodi conditione, sive ratione medicamenti adhibendi detentationis, sive providentiæ divinæ. Nec si forte ita dicat prima in fingia aliter intelligendum est, quàm interpretative dictum, cujus ea tantum sententia est, ut morbus natura sua lethalis esse significetur. Eandem rationem habent, licet in genere certitudinis longe minorem Astrologicæ prædictiones; Fient grandines, hoc est, corpora cælestia ita disposita sunt, aut erunt ipsorum judicio, ut producant grandines. Rursus dices: sed & Scripturæ hoc modo loquuntur de rebus futuris. Sic enim Esaias ad Ezechiam *dispone domui tuæ quia morieris*, 2. Reg. 1. 20. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur*, Ion. 3. *Si mortuus fuerit Achab in civitate comedent eum canes; si autem mortuus fuerit in agro comedent eum volucres cœli*, 1. Reg. 21. 23. Respondeo, illud Esaiæ ad Ezechiam, tantum significat morbum, quo laborabat Rex, fuisse naturæ viribus immedicabilem. Neq; dubitavit Rex quin per potentiam divinam curari potuisset; hinc enim Deum precibus sollicitandum aggressus est, ut vitam illi longiorem concederet; Et non nisi absurde diceretur, hoc futurum secundum quid cum nulla ex parte futurum esset absolutè. Et quæ cunq; dicuntur talia secundum quid, talia sunt absolutè, non autem conditionatè. Alia ratio est prophetiæ Jonæ ad Ninivitas; fuit enim illa denuntiatio nequaquam absoluta sed conditionata licet forma conditionata in prophetia Jonæ nequaquam exprimatur. Nec aliter intelligebant istam denuntiationem ipsi Ninivitæ. *Subito loquar* (inquit Dominus) apud Jerem. capite 18. vers. 7. *contra gentem aut contra regnum: ut eradicem & destruam, & disperdam illud esse. Quam vero gens illa, contra quam locutus fuero à malitia sua reversa: pœnitebit me super malo quod cogitaveram facere ei.* Quod vero tertio loco proponitur falsa vulgatæ interpretis translatione nititur. Hebræus contextus habet המת לאחאב qui mortuus fuerit Achabo, hoc est, qui ex Achabi progenie aut familia fuerit mortuus; Nequicquam abeunt ab ista sententia, 70. Interpretes: *τὸν τεθνηκότα τοῦ Ἀχαὰβ ἐν τῇ πόλει φάγονται οἱ κύνες* &c. Agnosco omnem prophetiam comminationis veram esse, non tamen hoc modo quasi quod comminatur Deus futurum esset secundum quid, quod sine absurditate dici non potest, sed quod nisi resipuerint, ita futurum sit. Nec recte meo judicio confunditur dispositio causarum naturalium naturaliter atq; necessario agentium, cum dispositione causarum moralium quæ non omnino efficienter agunt, ad iram Dei in ipsorum capita de cælo devocandam sed duntaxat meritorie; Nec tamen ignoro Aquinatem dispositiones istas confundere, 22. q. 171. art. 6. ad 2. Sic sint adversus illam distinctionem exceptio prima, sequitur secunda. Futurorum hunc in modum descriptio tantum accommodari potest ad ea quæ futura sunt ex causis naturalibus quæ quidem ad unum determinata sunt, & de facto consequentur illud ad quod determinata sunt, nisi impedirentur. At ad ea quæ non nisi ex causis liberis proveniunt, accomodari non potest. Nam cum causæ liberæ, in quocunq; ordine positæ sunt, sint indiffe-

diffe-

differentes ad agendum, nec ad unum determinatæ; sic hæ perinde distinctæ puncto, quod ad unum aliquod sint dispositæ, sunt, quod de facto consequentur, nisi impediantur; Nam nec ita ad aliquod dispositæ sunt, quin pro arbitrio ad agendum aut non agendum, vel hoc vel illud indifferentes sint, sed neque dici possunt impediri. Nam sicut voluntas non potest cogi, ut velit aliquid, ita neque potest impediri ne non velit. Eadem enim utriusque ratio est, verum ista disputatio est facilè credo Penotum, præparasse voluisse lectorem tum ad doctrinam ejus de scientia media aliquanto facilius imbibendam.

Hinc pergit Penottus ad inquirendum an conjecturalis notitia Deo tribui possit, videlicet ex causarum secundarum contemplatione, quarum naturam indeterminatio non nisi conjecturalem cognitionem gignere potest & distinctione quadam controversiam dirimit, dicendo. *Duobus modis contingere posse ista futura contingentia cognosci in secundis causis; uno modo cognoscendo solum ordinem & dispositionem ipsarum causarum ad tales effectus: alio modo cognoscendo, non solum dispositionem & ordinem causarum sed etiam eventum ordinis & dispositionis: Prima notitia ex se sola imperfecta & conjecturalis est. Secunda vero licet ex eo capite, quod est tantum notitia dispositionis & ordinis non sit perfecta; Est tamen perfecta ex eo, quod est notitia eventus ipsius ordinis. Deus vero cognoscit hæc futura contingentia non primo sed secundo modo. Et ideo nulla ponitur imperfectio in divina notitia, quia licet talis notitia non sit undequaque perfecta ex eo solum, quod sit notitia ordinis; Est tamen perfecta ex eo, quod est notitia eventus ipsius ordinis.* Vix aliquid in his occurrit quod sit solidum aut sincerum; & universa distinctio & præsertim distinctionis accommodatio, ad obscurandam veritatem comparata est, quam ad eandem illustrandam. Aliud enim est notitia ordinis & dispositionis ipsarum causarum, aliud notitia futuri eventus ex notitia illius ordinis & dispositionis causarum. Notitia ordinis perfecta est in genere suo perinde atque notitia cujusvis ordinis, & æque decenter attribuitur Deo una notitia atque altera. Verum notitia futuri eventus ex notitia ordinis & dispositionis causarum mere conjecturalis est, adeoque imperfecta, nec in Deum cadit: Neque enim ejus imperfectio tollitur ex perfectione notitiæ alterius. Summa est, Deum probè novit ordinem & dispositionem causarum secundarum, atque etiam probe novit omnem eventum futuri cognitionem ex notitia dispositionis causarum istarum procedentem esse mere conjecturalem, at ista Dei notitia infallibilis est, nec omnino conjecturalis.

Hinc progredimur ad quæstionem principalem, *An scilicet contingentia quæ sunt simpliciter & absolute futura in solis secundis causis contingentibus certò & infallibiliter valeant cognosci. Vel utrum cognoscenda solum ordinatione causarum ad effectus contingentes & præscindendo à notitia causæ quadam ordinis Deus possit certò cognoscere ipsos effectus contingentes.* Et circa hoc dubium refert duplicem opinionem Doctorum: Quarum alii aiunt *Non posse Deum hos cognoscere in causis secundis indeterminatis, sed bene posse illa hic cognoscere in eisdem causis determinatis perfecte ad producendum ipsos effectus. Ita* (inquit) *sentit Cajetan, dicta quæst. 14. artic. 13. §. Ad objectiones autem contra applicationem. Bannes ibi conclus. 3. Navarrus contra 2. concl. 4. Ripa. disput. 2. cap. 9. Alvarez. disput. 12. In eandem vadit sententiam Durandus 1. dist. 38. q. 3. num. 2. Argentina. dist. 40. art. 3. ad 6. contra 1. conclusio. & Gregor. de Valentia quæst. 14. artic. 13. punct. 1. Excepto quod Bannes, Navarrus Ripa & Alvarez, dicunt, Deum posse cognoscere futura contingentia in secundis causis determinatis passive. At Durandus Argentina & Valentia dicunt illa cognosci in secundis determinatis à seipsis active.* Atqui Valentianus non magis hic asserit de causæ secundæ determinatione activa (quam vocat Penottus) quam passiva videlicet per determinationem Dei. Sic enim scribit ibidem puncto 5. §. 2 pag. 249. *Loquimur de causa contingente libera, non solum ut non impeditur, sed etiam, ut à se ipsa vel naturaliter vel per auxilium divinæ gratiæ libere ad unam partem determinatur, nec obstat quod ait determinationem illam* voluntatis creatæ ab ipsa voluntate fieri: Nam & qui determinationem voluntatis creatæ divinæ determinationi subjiciunt, omnino non negant voluntatem creatam determinari à seipsa: volunt enim Deum determinare voluntatem creatam ad determinandum se, idque ad libere determinandum se; & ne inde etiam illis obdicatur aliquid, quod sit Valentianum, *causam contingentem liberam per auxilium divinæ gratiæ libere ad unam determinari*. Porro Valentianus ibidem *hujusmodi determinationem aequivalentem esse determinationi naturali. Sive ipsa* (inquit) *quod per suam perfectionem vel naturalem, vel adjutam gratia aequivalentem alicui extrinsecæ mutationi, per quam intelligi possit, determinata, alius actu alliciatur circa unam oppositorum partem quam circa alterum.* Atque hoc trahit Scotum, pagina præcedente affirmantem, Deum cognoscere certò futura in determinatione suæ voluntatis. *At fortasse etiam* (inquit) *hoc modo intelligi potest, quod affirmat Scotus in 1. distinc. 39. quæst. unica, nempe Deum certò cognoscere futura contingentia in determinatione suæ voluntatis quæ est immutabilis. Hoc enim in re idem videtur, atque Deum cognoscere certò futura contingentia ex hoc, quod videt suam voluntatem determinatam jam esse proxime ad illa, neque eam ab ulla alia causa impediri posse.* Et cum causæ secundæ prius tempore determinatæ non sunt ad agendum quàm agant, Deus autem certò cognoscat & determinationem illam causarum secundarum, & effectus ipsos ab æterno, quomodo determinatio ista causarum secundarum objici possit cognitioni divinæ ab æterno, nisi in determinatione voluntatis suæ equidem non intelligo, sed nec omnino intelligi potest quomodo res natura sua mere possibilis, fiat futura, nisi per voluntatem Dei rem futuram esse decernentem, ut jam antea non semel diximus. Sed nec Durandi sententia excludit determinationem causæ indifferentis à voluntate Dei faciendam, imò potius includit. Nam certitudinem cognitionis futurorum in Deo, non nisi ex consideratione omnium quæ causam indifferentem determinare possunt & determinabunt, oriri statuit. Sic enim Durandus in 1. dist. 38. q. 3. nu. 9. Similiter cognita causa indifferenti & impedibili, si cum ea cognoscantur omnia quæ eam determinare possunt & determinabunt, & omnia quæ eam impedire possunt, & quæ impedient, vel non impedient, potest infallibiliter cognosci quis effectus eveniet.

De

De Argentina nihil dico, quoniam in promptu non est. *Secunda* (inquit) *opinio est eorum, qui docent, in solis secundis causis contingentibus nullo modo posse certò cognosci ipsa futura contingentia: In hanc sententiam visus est* (inquit) *inclinare Ferrariensis 1. l. cont. Gent. c. 67. §. circa assignatam differentiam. Eam verò ex professo defendit Suarez l. 1. de scientia futur. contingent. cap. 5. Illam etiam defendere oportet eos omnes, qui ex sola præsentialitate futurorum contingentium nolunt sumi posse rationem certæ notitiæ eorundem futurorum contingentium.* At qui sint qui sic instituant, nec Penott. recensuit, nec à me hactenus observatum est; Nec omnino probabile est, quin causas secundas considerent tanquam indeterminatas. Et Ferrariensem modestè citat in hanc sententiam quasi huc tantum inclinantem, quod tamen pro certo affirmare non sustinuit; tantùm dicit eum huc inclinare videri. Ad Suarezem quod attinet; Agnoscit ille voluntatem hominis posse determinari infallibiliter in genere morali, licet non physico: hanc autem posterioris generis determinationem obstare putat humanæ libertati, non autem illam generis superioris lib. 5. de auxil. cap. 10. nu. 5. videat etiam lector quàm turpiter se det cum accedit ad fundamenta aliorum opinionum dissolvenda. *Ad primum* (inquit) *respondetur illas locutiones, si in Tyro & Sidone &c. & similes non fundari in cognitione futurorum effectuum in causis suis, sed in præsentia conditionata futurorum contingentium.* Etenim illa præscientia aut in contemplatione causarum secundarum fundamentum habet, aut nullum omnino habet fundamentum. Et universim doctrina ipsorum de scientia media aut nullo omnino tibicine nititur, aut solarum secundarum causarum contemplatione: quemadmodum Molina philosophatur de comprehensione liberi arbitrii apud Deum habita, unde pro infinitate sui intellectus omnes ejus effectus ab æterno præsciat; Sed ad motus animorum in hoc apice componendos se tanquam arbitrum honorarium interponit Penottus. Vult itaq; *cùm causa contingens fuerit perfectè determinata, posse in illa cognosci effectum contingentem.* At inquam causæ liberæ nullo momento temporis prius determinatæ sunt, quam effectus existat. Imò causam liberam determinari ad volendum, nihil aliud est, quàm causam liberam velle vitaliter vel ex seipsa tantum, vel etiam ex operatione divina in ipsam influente. Vult itaq; Penottus ambas opiniones in re convenire, & solùm differre in modo loquendi. *An scilicet quia causa est effectu prior, possit dici, effectum cognosci in ipsa causa, quatenus in illo priori concipitur ut determinata ad effectū: an verò quia ipsa determinatio licet in aliquo instanti rationis, vel etiam naturæ possit concipi, ut prior, tamen est solùm in eodem instanti temporis, in quo effectus incipit exire à causa, dicendum sit effectum non posse cognosci in causa, sed tantum in seipso. In qua controversia quæ de solo modo loquendi est, secundus modus videtur magis proprius & ad mentem Thomæ, &c.* An inquam hoc nihil aliud est quam videre effectum in seipso, qui supponitur esse futurus; hoc est, ex natura rei merè possibilis, in conditionem rei futuræ migrasse, præter omnem migrationis illius causam aut rationem. Multò melius meo judicio in causis dicitur certò cognosci, quia sic fundamentum

Lib. 1. de auxiliis divinis scientia futur. contingent. c. 5. n. 28.

aliquod substernitur cognitioni huic, per quod res quæ cognosci dicitur, sit reverà cognoscibilis in genere futuri; quo posito minimè dubitandum est, quin ab intellectu infinito comprehendatur; alias enim intellectus ille sic dictus reverà non esset infinitus. Sed quia ista causarum secundarum determinatio est inter futura contingentia & natura sua merè possibilis, quænam causæ secundæ fingi possunt, quæ causarum secundarum determinationem istam ex possibili reddant futuram, quo fiat cognoscibilis in genere futuri; quæ inquam causæ secundæ fingi possunt ex quarum inspectione dici possit Deus infallibiliter cognoscere causarum secundarum determinationem, quam tamen constat inter futura contingentia esse numerandam? Quod si fingerentur causæ secundæ, quæ causarum secundarum determinationis causæ essent, idq; determinatæ, annon via lata panderetur hoc ipso processui in infinitum, à quo abhorret omnis erudita philosophia? Quare prorsus negandam censeo, cognitionem futurorum contingentium Deo tribuendam esse ex causarum secundarum determinatione, cum hæc ipsa causarum secundarum determinatio inter futura contingentia numeranda sit. Præstat itaque in divinæ voluntatis determinatione, tanquam in qua divina futurorum contingentium notitia eaq; intuitiva fundetur, subsistere. Sic & quæ de Thomæ eadem sententia potest ad sobrietatem revocari. Quod verò attinet ad Penotti interpretationem Aquinatis, quanti pretii esse mereatur, jam puto vidimus. Sed rationem quam subjicit expendamus.

Et quod sit magis proprius probatur; quia quamdiu concipitur effectus, ut adhuc habens esse solum in causa contingente, quatenus talis est, semper concipitur habere esse incertum & indeterminatum: & solùm concipitur habere esse determinatū quando concipitur ut exiens ab ipsa causa contingente. Ostendimus namq; 1. lib. cap. 19. & tribus sequentibus, de ratione causæ contingentis præcipuè liberæ esse ut positis omnibus requisitis ad complendū illam in actu primo, quatenus concipitur, ut prior sua operatione, semper maneat indifferens ad operandum vel non operandum. Penot.

Licet in causa contingenti indeterminata concipitur effectus habere esse incertum & indeterminatum; non tamen in causa determinata. Nec quicquam obstat quod non concipitur habere esse determinatum, nisi quando concipitur ut exiens ab ipsa causa contingente. Nam quamprimum concipitur causa libera ut determinata ad agendum, concipitur ut agens, atq; hoc ipso necesse est ut effectus contingens concipiatur, ut exiens ab ipsa causa contingente. Et licet ante instans in quo agit causa libera concipitur ut indifferens ad agendum, non tamen indifferens est in ipso instanti in quo agit, sive in quo determinata est ad agendum. Resp.

Quod autem hic modus loquendi sit magis conformis doctrinæ Thomæ probatur. Nam Thom. 1. quæst. 14. art. 13. imò in aliis omnibus locis quæ reperire potui, in quibus de hac re verba facit, quæ loco supra cap. 15. adnotavi, duos tantum modos videtur assignare, secundum quos concipere possumus, aliquod futurum contingens certò cognosci posse, uno modo in suis causis contingentibus, alio Penot.

modo in suis causis [illegible] contingentium quæ est in [illegible], respicit quæ sunt demum futura. Ad præsens institutum [illegible]; nam quia ipsa notitia contingentium in causis [illegible] determinatio comprehenditur sub altero ex his duobus modis, non est tertius modus ab ipsis distinctus. Secundum [illegible] non solet, quam si sit [illegible], tota argumentatio [illegible] in locis [illegible] redderetur, neque probatur ad insufficientiam [illegible] futurorum cognitionis ipsa futura contingentia. Si autem dicatur primum, vel ipsa notitia comprehenditur sub notitia effectus in causa contingenti, & hoc dicitur quod non potest, quia Thomas negat expresse in causis contingentibus posse cognosci effectum contingentem certa & infallibiliter. Ergo etiam notitia certa & infallibilis de futuro contingenti in sententia Thomæ, reducitur ad notitiam quæ habetur ex ipsa præsentialitate.

Respons. Responsio facilis est & in promptu; nempe illam notitiam futurorum contingentium infra præsentialitate non aliud esse quam notitiam futurorum contingentium apud Deum in esse volito, hoc est in determinatione voluntatis suæ: *Nam singularia videntur à Deo in essentia divina secundum Thomam vel ut est similitudo, vel ut est principium aliarum causarum, ut videre ipsas in seipsis & Deum videre rem in seipsa, hoc est, in essentia sua quæ volito est*, hoc est, in voluntatis suæ determinatione tanquam in causa prima, præsertim apud eundem atque apud Aquinatem. Nec aliter videt res futuras quando actualiter existunt, licet videat eas aliter esse quam prius. Prius enim videbat esse futuras, cum vero videt esse præsentes, postea videbit esse præteritas: hoc est aliter atque aliter ex parte rerum cognitarum, non autem ex parte cognoscentis, etiam ex parte cognoscentis juxta Augustinum, non aliter videt Deus facta quam fienda. Itaque facile concedo ea omnia quæ ex Thoma recolligis huc tendentia; & eadem esse judico testimonia adversus eum & Jesuitarum doctrinam in scientia media & futurorum non absolute tantum sed & conditionate scientia asserenda, posita; item ad confirmandam sententiam nostram de cognitione futurorum in determinatione divinæ voluntatis fundatam. Tu contra statuis, & doctrinam illam nihil obstare vis scientiæ mediæ à vobis fictæ & futurorum scientiam ad divinæ voluntatis determinationem revocatam impugnare vis. Itaque in argumentis quæ tibi tanquam in tuam sententiam incurrentia proponis refellenda solvendis, quantum ut ea geras placet explorare.

Penot. *Primum contra hanc doctrinam est primum argumentum sumptum ex quibusdam auctoritatibus divinæ scripturæ, ex quibus habemus, Deum quædam futura contingentia cognoscere, quæ in seipsis cognosci non poterant, quoniam nunquam fuerunt, neque futura sunt. Ergo illa non poterant cognosci nisi in suis causis.*

Respondetur illa non esse de numero futurorum absolute, de quibus tantum nos loquimur, sed futura solum secundum quid, quæ non est inconveniens in suis causis posse cognosci: quia cognoscere hujusmodi futura, nihil aliud est, nisi cognoscere ordinem causarum ad illa, si causæ non impedirentur à sua operatione cum hoc tamen, quod Deus videt etiam exitum ipsarum causarum si illæ non impedirentur.

Respons. At ubi quæso occurrit illa distinctio apud Aquinatem de futuris scilicet absolute & conditionate: ubi demum illa distinctio de cognitione futurorum absolute quidem non in causis sed in seipsis, conditionate vero futurorum non in seipsis, sed in causis. Atqui etiam hinc sequetur non modo insufficientem sed & falsam esse doctrinam Thomæ, dum nullam agnoscit futurorum cognitionem in causis, sed duntaxat in seipsis: In quo genere argumentationis positum est momentum omne dissertationis tuæ superioris.

II. Jam docuimus quam absurde à vobis statuantur quædam futura secundum quid. Et jam olim de Massiliensibus apud Augustinum conquestus est Prosper quod *more absurditatis quædam ut futura contenderent non agnoscat præscita esse*. Et Augustinus de prædest. sanct. ca. 14. de hujusmodi locis Scripturæ tale aliquid specie præferentibus profitetur nequaquam dicta esse secundum præscientiam Dei; *qui* (inquit) *hoc præscivit quod futurum erat; non quod futurum non erat.* Epist. ad August.

III. Suarez ipse scientiam futurorum conditionatorum distinctam facit à cognitione futurorum contingentium in causis suis lib. 1. de absoluta scientia futurorum conting. cap. 3. num. 26. *Ad primum respondetur*, (inquit) *illas locutiones: Si in Tyro & Sidone &c. & similes, non fundari in cognitione futurorum effectuum contingentium in causis suis, sed in præscientia conditionata futurorum contingentium*, in quibus diserte negat futura conditionata cognosci in causis, quod tamen hic asserit Penottus.

IV. Cum vero ait Deum videre etiam exitum ipsarum causarum si illæ non impedirentur; superat omnem sobrietatem, dum illud videri statuit à Deo, quod nunquam fuit, aut erit. Solute dicerem, fore, ut Deus videret exitum ipsarum causarum si illæ non impedirentur. ejusmodi tamen cognitionem conditionatam futurorum Valentinianus negat esse scientiam visionis, vult esse tantum simplicis intelligentiæ in 1. p. q. 14. pag. 247. Sic & Molina disp. 24. in fine, & ceteri cap. 18. At ut Deus dicatur videre de præsenti *exitum ipsarum causarum* qui revera nunquam futurus est, nec futurus esse dicitur, nisi conditionate, nimirum si causæ illæ non impedirentur, superat omnem sobrietatem.

V. Si infallibiliter cognoscantur futura conditionata in suis causis, certe in suis causis infallibiliter cognoscerentur futura absolute. Nam si absoluta positio causarum non sufficiat ad fundandam cognitionem infallibilem futurorum absolute, certe nec conditionata causarum positio sufficiet ad fundandam cognitionem infallibilem futurorum conditionatarum. Ita enim per omnia se habet conditionata causarum positio ad futura conditionata, atque absoluta positio causarum se habet ad futura absoluta.

VI. Ponis exitum causarum à Deo videri, sed sine omni fundamento, neque enim à Deo videri potest nisi futurus sit: At exitus iste causarum natura sua est tantum possibilis. Unde autem ex conditione rei mere possibilis in conditionem rei futuræ transmigraverit, vos nec explicatis nec explicare potestis juxta scientiam mediam, nec omnino superest ulla hujus difficultatis explicandæ ratio, nisi recurratur ad determinationem voluntatis divinæ.

Secundo argumentatur noster quidam Auctor. Effectus certe cognoscuntur in causis simpliciter necessariis, ex quibus Penot.

tali causa habet infallibilem ordinem ad talem effectum sicut cognoscimus quod omnis homo sit risibilis quia est rationalis; sed causa contingens complete determinata & non impedienda, quantumvis sit libera & possit non agere, de facto tamen operabitur, & producet suum effectum: Ergo etiam in tali causa potest cognosci ejus effectus contingenter futurus.

Respondeo, ut argumentum constaret ex debita forma & materia, debebat arguens subsumere istam minorem; Sed causa contingens quantumcunq; libera, ut perfecte determinata (à prima causa saltem) est causa simpliciter necessaria. *Et revera ista minoris debent subsumi in omnibus fere argumentis, in quibus iste Autor arguit ex physica illa sua prædeterminatione: sed ad sententiam occultandam aliam minorem subsumit nempe;* Causa contingens complete determinata & non impedita, quantumvis libera &c. *quæ quam proportionem & connexionem habeat cum majori, ad hoc ut illa sequatur conclusio ab arguente intenta, nunquam potui intelligere.*

II. Præter quod si causa contingens complete determinata, etiamsi libera sit potest agere & non agere, unde sciri potest, quod illa si determinata possit agere & non agere. Quis hæc paradoxa intelligere valebit? si enim quantumcunq; determinata, adhuc libera est, & potest pro sua libertate agere vel non agere, jam ex tali determinatione non magis sciri potest illam esse operaturam, quam non esse operaturam. Si autem ex tali determinatione certo sciri potest illam esse operaturam, jam non manet æque indifferens ad non operandum, sicut ad operandum.

Respons. Hic autor novissimus est Didacus Alvarez de auxil. disp. 82. in quem passim apparet quomodo animatus fuerit, ut vel ex hoc ungue Penottam tanquam verum Jesuitarum discipulum possis agnoscere. Ex eo autem deligere solet quæ commodius adversariis calumniæ patere, & in invidiam rapi posse; qualia tamen ut Jesuitarum studiis opposita, sunt paucissima: Inter Dominicanos verò & Jesuitas circa Theologiam Scholasticam melius atq; eruditius colucrint æquus rerum æstimator haud difficulter animadvertet: Mihi verò tantum inter hos interesse videtur, quantum inter eruditionem solidam & superficiariam. Ad Penottum verò quod attinet, qui Jesuitis ipsis supparem se gerit, eum equidem indignum esse judico, qui eodem die in considerationem veniat cum Alvare, sed Penotti responsionem ad examen revocemus.

I. Debebat (inquit) arguens subsumere istã minorem: *Sed causa contingens quantumcunq; libera, & perfecte determinata est causa simpliciter necessaria.* At inquam etiam ista propositio vera est & secundum Alvarem atq; etiam simpliciter; modo recte intellecta, nimirum non absolute sed ex hypothesi: nempe ex suppositione determinationis ejus. Rursus, hinc tantum tendit Alvarez, ut probet hinc effectum hujus causæ posse à Deo infallibiliter cognosci. At ipse Penottus agnoscit ex determinatione causæ contingentis effectum esse infallibiliter cognoscibilem; ipsum numero quinto disserentem videas in hunc modum: *Sic quando causa contingens fuerit perfecte determinata ad aliquem effectum, jam ille effectus contingens determinatam veritatem, & determinatum esse; Ergo in causa contingenti determinata, ille erit certò & infallibiliter cognoscibilis; Et certè nullus Philosophus negavit unquam, effectum posse cognosci in sua causa, sed solum negat effectum posse cognosci in causa nondum determinata.* Etiam Valentianus Jesuita differit, causam contingentem determinatam æquivalere causæ necessariæ in agendo in 1. q. 14. puncto 5. §. 2. pagin. 248. *Quicquid sit de mente Scoti, probatur assertio nostra hujusmodi ratione; Sicut infallibiliter sequitur effectus necessarius ex causa necessaria non impedibili, ita etiam infallibiliter & certo sequitur effectus contingens ex causa contingenti impedibili quidem, sed tamen determinata jam proxime ad agendum & minime per aliam causam impedita. Ergo sicut propterea in assertione prima, ex mente communi Theologorum, posuimus effectum necessarium certò cognosci à Deo in causa necessaria; ita etiam concedi debet effectum contingentem certò cognosci ab illo in causa contingenti proxime determinata & non impedita.* Licuit itaque Valentiano profiteri causam contingentem determinatam æquivalere causæ necessariæ, quam quidem causam necessariam, etiam simpliciter necessariam esse sine dubio agnovit: Sed non impune feret Alvarez censore Novatiensi isto.

II. Arguit secũdo, quærẽdo unde sciri possit quod de facto sit infallibiliter operatura si possit agere & non agere, aut si est infallibiliter operatura, unde sciri possit, quod illa sic determinata possit agere & non agere. At (inquam) Alvarez non dicit causam contingentem complete determinatam posse agere & non agere. Dicit quidem causam contingentem complete determinatam infallibiliter operaturam quantumvis possit non agere; innuens quod possit non agere, non innuens quod possit agere & non agere. Nam dum innuit quod non obstante determinatione possit non agere, tantum innuit potentiam non agendi causæ illi competere non obstante determinatione ejus; quod & verum est. At cum dicimus causam contingentem determinatam esse, minime dicere solemus non obstante determinatione ejus posse agere & non agere. Imò, cum dicimus causam contingentem posse agere & non agere, non solemus eam considerare tanquam determinatam. Nec quisquam puto sobrius quæreret unde effectus sciri possit infallibiliter ex causa contingente, si modo ponatur esse complete determinata. Licet omnes noverint determinationem ad agendum, nequaquam tollere potentiam non agendi. Quantò minus decuit Penottum istud traducere tanquam à ratione alienum, cum jam professus fuerit etiam in causa contingenti modo determinata fuerit, effectum certò & infallibiliter cognosci; neque enim credibile est, determinationem istam ex sententia Penotti ademturam esse causæ isti potentiam non agendi. Cur ergò quæreret rursus Penottus, si sic infallibiliter operatura, unde sciri possit quod illa sic determinata possit non agere? quasi verò paradoxon esset causam contingentem determinari posse ad agendum incolumi remanente ipsa potentia non agendi. Dices, imò non hoc quærit Penottus unde sciri possit quod illa sic determinata possit non agere, sed unde sciri possit, quod illa sic determinata possit

possit agere & non agere. At (inquam) si tantum inter illa discrimen interest, quo candore voluit Penottus sententiam Alvaris corrumpere, & è sententia non modo vera sed & aperta in alienam transformare, ut sic haberet quod carperet, & (*Quis hoc paradoxum intelligere valebit*) exclamaret: cum nihil omnino paradoxi habeat sententia Alvaresiana, ut ab ipso proposita, sed dumtaxat ut ab ipso Penotto in alienum sensum transformata. Hinc vides quo spiritu plenus exarserit in Alvarem: licet eum anonymatum suggillet, ut sic splendidam suam bilem occultet; cujus indicia multò illustriora haberemus, quam habuit Penottus quibus fretus diceret Alvarem sententiam suam occultare voluisse.

Tertio. *Tertio argumentantur. Deus in decreto suo absoluto & efficaci cognoscit infallibiliter futura contingentia etiam libera: Ergo etiam in determinatione secundarum causarum non impedientium illa cognoscere potest. Probatur consequentia: quia in ipsa intentione, qua Deus determinat secundas causas contingentes ad suum effectum, est intentio Dei, quæ deficere non potest.*

Respondeo in hoc Argumento multa implicari, de quibus dubium est apud Theologos. primò implicatur quæstio, An Deus in suo decreto cognoscat futura contingentia. *Secundò*, an causæ contingentes physice prædeterminentur à prima causa, *de quibus dicere non attinet ad hunc locum.*

II. Secundo dico, in determinatione causarum secundarum liberarum esse intentionem Dei efficacem, non per modum antecedentis, sed per modum concomitantis. Unde negatur effectus liberos, (quatenus liberi proficiscuntur à secunda causa libera, cognosci) in divino decreto ante allacione ipsorum præsentiam. Et est doctrina expressa Thomæ de verit. q. 6. art. 3. ad 6. de qua et statim dicemus.

Respons. Est etiam hoc argumentum Alvaris loco prædicto: Etsi hoc dubium sit apud Theologos, tamen ista tua responsio nihil ad rem; neq; enim isto nititur Alvarez tanquam extra controversiam posito, sed tanquam à se jam variis argumentis confirmato, præcedenti disputatione. In quo nihil facit à communi omnium tractatorum consuetudine alienum. Rursus secundi dubii resolutio consequens est ad resolutionem primi. Nam nisi causæ contingentes physice prædeterminentur à causa prima, fieri non potest ut Deus in decreto voluntatis suæ cognoscat futura contingentia. Veruntamen de determinatione causarum secundarum, à prima causa facienda nihil hic habet Alvarez. Sed neq; consequentiam quam facit Alvarez, dubiam esse inter Theologos dicit Penottus.

II. Intentio Dei, necesse est ut sit per modum antecedentis eorum causarum secundarum determinationem; quia omnis determinatio causarum secundarum fit in tempore: At omnis Dei intentio (cum sit actus immanens) fuit ab æterno. Sin te recipias ad causarum secundarum determinationem sui tanquam à Deo prævisam, quasi verò prævidens causarum secundarum determinationem sui, Deus conformiter eandem efficaciter intenderet; hinc sequitur intentionem Dei nec antecedentem esse, nec concomitantem, sed potius subsequentem. Rursus hoc nititur doctrina vestra de scientia media, quâ supponitis rem aliquam contingentem ex statu rei possibilis in statum rei futuræ, transmutari citra omnem ejus transmutationis causam.

Quarto arguunt quibusdam autoritatibus Thomæ nimirum in 1. contr. Gent. cap. 66. post. 6. rationem & cap. 67. ratione 3. & cap. 68. ratione quarta; ubi videtur dicere Deum cognoscere res non solum ut sunt in seipsis, sed etiam ut sunt in suis causis. Et clarius prima parte, quæstione decima quarta, articulo decimo tertio, & & ad hoc clarius in secundâ secundæ, quæstione 171. articulo sexto, ad secundum, ubi ait quod DEUS dupliciter intuetur effectus contingentes futuros; uno modo ut sunt in seipsis præsentes in æternitate; alio modo ut sunt in suis causis secundis determinatis; Quarto.

Respondeo. Nisi voluntas contradicendi mentem perturbet, nihil certius esse in doctrina Thomæ, quàm quod futura contingêtia non possint certò cognosci in suis causis quantumcunque determinatis. Quod satis patere arbitror ex testimoniis proximè allatis. Et ad locum contrarium adducta dico, si legantur verba Thomæ oppositum manifestè ex illis colligi. Dicit enim, quod cum duobus modis futura contingentia cognosci possint, in se & in suis causis, notitia quæ habetur per solas causas, non est certa, neq; in se sufficiens. Specialiter vero ad singula respondeo.

I. In 1. contra Gentes capite sexagesimo septimo & sexagesimo octavo loquitur de contingentibus futuris solum secundum quid. unde ille locus nihil ad rem facit.

II. In prima parte, quæstione decima quarta, articulo decimo tertio, tum in corpore, tum ad secundum & tertium oppositum tam manifestè docet, ut mirum sit, arguentem locum illum pro sua sententia adducere.

III. Tandem secundâ secundæ, quæstione 171. articulo sexto, ad secundum, non solum nihil horum habet quod arguens pro commodo affingit, sed totum oppositum dicit. Et ut omnium pace loquar, intolerabilis est ista licentia quam arguens, non solum in hoc argumento, sed in multis aliis sibi arrogavit, autoritates Doctorum immutandi, addendo, detractando, immutando. Ubi enim quaso habet Thomas illam clausulam. alio modo ut sunt in suis causis secundis determinatis? *Neq; hoc dixerim ex livore, sed veritatis illustrandæ causa, sunt enim qui eam in scribendo autoritatem sibi compararunt, (unde illa sit nescio) ut pro libito fingant sibi autoritatem &c. quod an deceat Doctorem Ethnicum, ne dicam Theologum Christianum, aliorum sit judicium.*

2.3.of. Hæc omnia ex Alvare desumma sunt in quæ invehit Penottus. Nihil certius (inquit) in doctrina Thomæ, *quam* quod futura contingentia non possint certò cognosci in suis causis quantumcunque determinatis. Atqui jam hoc ipso in capite, videlicet numero quinto, professus est Penottus, hanc opinionum discrepantiam (de cognitione scilicet futurorum an haberi possit solummodo ex inspiciendo in seipsis, an etiam in causis determinatis) *bene in seipsis potius esse de verbis & de modo loquendi, quam de re ipsa tantum addidit modum illum loquendi, quippe cum dicantur cognosci in seipsis videri magis proprium & ad mentem Thomæ.* Adverte, videri dicit magis ad mentem Thomæ, idque de modo loquendi proponit, quem differentem agnoscit: at re ipsa nullam differentiam admittit. Quod si verum sit, sequitur re ipsa Thomam minimè negare, DEUM videre futura contingentia in causis saltem determinatis: At hic eodem in capite pronunciat, *Nihil certius esse in doctrina Thomæ quàm quod futura contingentia non possint certò cognosci in suis causis quantumcunque determinatis.* Ex his videat lector annon voluntas contradicendi mentem perturbet Penotti, si modo cujusvis mentem perturbet; nam perinde potuisset in Cajetanum incurrere, in Dominicum Bannes, in Navarretum; qui tamen ex Schola Thomæ prodierant Scholastici comprimis nobiles, ut mittam alios ab ipso Penotto recensitos & inter eos etiam Valentianum Jesuitam, quem ut mitius tractaret æquum fuit. Cajetanus in prima parte, quæstione decima quarta, articulo decimo tertio. *Futura* (inquit) *contingentia ut futura ex causis indeterminatis non sunt scibilia, ut in littera dicitur, nec à Deo, nec à quocumque, quia non sunt extra, nec in actu nec in potentia, magis ipsa, quam opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia juxta determinationem causarum.* Ista habet Cajetanus dum commentatur in ipsum Thomam. De Dominico Banne vide quid referat Navarretus controversia quinquagesima quinta. *Circa hoc dubium* (inquit) *Magister Bannes in hoc articulo tenet, quod Deus cognoscit futura contingentia per ideas proprias, quæ sunt in DEO futurorum contingentium & quod Idea repræsentet certè & infallibiliter per modum exemplaris & efficientis. Secundo dicit quod Deus cognoscit futura contingentia in causis determinatis & completis & non impeditis. Tertio dicit, quod Deus cognoscit futura contingentia in suis causis particularibus, quatenus ipsa causa particularis subjiciuntur determinationi, & definitioni divinæ scientiæ, & voluntatis, quæ est prima causa. Quarto dicit, quod licet causa contingentes, prout subduntur determinationi primæ causæ, sint determinata & completa ad operandum in sensu composito, tamen simpliciter, & in sensu diviso contingentes manent & indeterminatæ & incompletæ.* Addit Navarretus ex sua sententia *hanc Dominici Bannis sententiam ex omni parte esse verissimam & conformem doctrinæ communi discipulorum Thomæ.* Sed loca ipsa inspiciamus.

I. In locis allegatis ex libro contra Gent. cap. 67. & 68. dicit Penottus Aquinatem loqui de contingentibus futuris solum secundum quid. Sed nulla ex contextu Auctoris indicia profert quibus ista interpretatio confirmetur; ut probabile sit Penottum dum audaciam & os ad respondendum affert istis acquiescere. Rursus Suarez libro primo de absoluta scientia futurorum contingentium capite primo, ait Thomam ibidem loqui de effectibus naturalibus, comprehenso toto ordine naturalium causarum quæ ad effectum promovendum vel impediendum concurrere possint, & eo loci docere ex ista causarum comprehensione evidenter cognosci an ille effectus impediendus sit necne. Quod autem non modò de effectibus naturalibus agat Aquinas, sed & de effectibus liberis, indicant illa apud Alvarem, affirmantem Thomam concludere, *Quod Deus seipsum cognoscendo nostræ voluntatis motus cognoscere possit.* In qua allegatione si Thomæ verba corrupisset, illud etiam nequaquam incastigatum prætermisisset Penottus.

II. Ad secundum locum quod attinet ex prima parte, quæst. decima quarta, articulo decimo tertio, certò tantum docet Aquinas *contingentia futura cognosci à Deo in seipsis, non autem in causis certò atque infallibiliter.* Sed & nihilominus verum est, causas istas à Thoma considerari, tanquam se habentes ad opposita, hoc est, tanquam indeterminatas ad unum; atque hoc in littera doceri fatetur Cajetanus, licet addat etiam in causis determinatis sciri à DEO futura; fortè hoc addidit ex doctrina Thomæ libro contra Gentes cap. 66. 67. & 68. ubi videtur hoc agere, ut doceat quot modis futura cognoscantur à Deo; At in summa, locis hic citatis tantum ostendit quomodo contingentia futurorum consistere possit cum infallibili cognitione eorundem divina, quæ fuit ab æterno. Quod autem Alvarez hujusmodi sententiam recenset ex Thoma, *Deus non tantùm cognoscit futura contingentia ut sunt in seipsis sed etiam ut sunt in suis causis,* memoriæ lapsus videtur eum transversum egisse. Nam sententia prorsus inversa occurrit apud Thomam in hæc verba, *Deus autem cognoscit omnia contingentia non modo prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodque eorum est in seipso.* Atque hac gradatione innui ad astruendam infallibilem cognitionis divinæ conditionem, quæ quidem indicio Thomæ non satis astrueretur, si diceretur cognoscere futura contingentia solummodo ex causis. Nam jam dixerat, *Quicunque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantùm, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionem.* Quare glossa quam hic adhibet Alvarez quasi de causis determinatis ista pronunciaret Thomas; à loci præsentis sententia nimium aliena est, sed credo Alvarem non ex inspectione loci apud Thomam ista exarasse, sed ex memoriæ suæ fiducia; ex quo prodire solent in errorem ad unum omnes. Verum ista obliquatio sententiæ Aquinatis apud Alvarem, videtur fefellisse Penottum, neque enim alias impunè tulisset Alvarez.

III. Ad locum extremum quod attinet ex secunda secundæ, quæst. 171. artic. 6. dicit Aquinas divinam præscientiam respicere ad duo; scilicet secundum quod sunt in seipsis, & secundum quod sunt in suis causis: in quantum scilicet

valet

videt ordinem causarum ad effectus: Hic etiam humani quid passus est Alvarez: Nam loci sententiam quamquam hoc tradit, ut divinae scientiae infallibilitatem adstruat ex causis, quatenus determinatis. Imò causas eo loci consideramus tanquam indeterminatas. Sic enim habet Thomas; *Quamvis futura contingentia prout sunt in singulis, sunt determinata ad unum; tamen prout sunt in suo sensu, non sunt determinata, quin possint aliter evenire.* Ista igitur etiam dictavit Alvarez, nequaquam Thomae textum ob oculos habens, sed memoriae suae confisus: & proinde fecit ad locum praecedentem ita etiam ad hanc glossam suam accommodavit, quasi ex ipsius judicio loquutus esset Aquinas de causis determinatis; Non errore Typographi factum esse conjicio, quod voces illae *sunt determinata* minusculo charactere exarentur, quasi ad sententiam Thomae cum periodus integram adderent; quas tamen alio charactere apponendas esse judico, quasi ex sententiae interpretatione.

Summa est; loca apud Aquinatem quibus maximè nituntur in hac sua sententia Dominicani, tanquam maximè illustria, existimo esse illa quae petuntur ex libro contra Gentes capitibus 66. 67. & 68. & proinde primo in loco ponuntur ab Alvare. Quod ne dissimularet Penottus, & suspicione illa lectorem suum excitaret, videas quorsum quibus artibus procedat. Postquam Alvarezium secutus memorasset ea quae ex libro contra Gent. in scripto deprompsit Alvarez; ad alia pergit in hunc modum: Et clarius in prima parte, quaestione decima quarta, articulo 13. Et adhuc clarius in secunda secundae q. 171. articulo sexto, quasi vero loca ista momentosiora essent ad probandum quod intendit Alvarez ipsius judicio, quam illa ex libro contra Gentes decerpta. At illa, (& clarius &c. & adhuc clarius &c.) praefixa non occurrunt apud Alvarem. Sed simplicius hunc in modum: Idem docet secunda secundae, quaest. 171. &c. & rursus. Quod etiam docet 1. parte, quaestione decima quarta, articulo decimotertio. videat lector utrum magis sapiant ista; animumne livore fermentatum, an potius veritatis (ut ipse praefert) illustrandae studiosum.

IX

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanae libertatis

LIBRI TERTII. CAP. XXI.

An ex efficaci decreto divinae voluntatis possit colligi ratio infallibilis notitiae futurorum contingentium.

OPerae pretium fuerit advertere quomodo se gerat Penottus, dum varias in hoc argumento Theologorum opiniones recenset. *Prima* (inquit) *opinio est, absolutè affirmans, omnia futura contingentia, tam quae ex secundis causis liberis, quàm quae ex aliis causis naturalibus eveniunt, in solo divino decreto, quo illa fieri decrevit, certò & infallibiliter cognosci.* Differunt tamen (inquit) *Auctores hujus opinionis inter se, quae nonnulli affirmant, hanc solam esse rationem sufficientem cognoscendi futura contingentia, & nullam aliam sufficere. &c.* *Secunda est opinio circa idem subjectum absolutè negans divinum decretum quantumcunque efficax, praeviâ praescientiâ futurorum contingentium ex nostra libertate, esse sufficientem rationem cognoscendi ipsa futura contingentia.* Enimverò cupit aliquo discrimine frangere pondus sententiae superioris, quod olim Novatoribus, quatenus ut humanae libertati propugnandae intenderit, & fortasse eò magis quod advertit sententiam superiorem placuisse Calvino libro tertio Instit. cap. 23. §. 6. ubi monet Penottus, ut sic vel hoc nomine sententiam istam suis Pontificiis magis exosam reddat. Profitetur enim Calvinus DEUM *non alia ratione providere quae futura sunt, nisi quia ut fierent decrevit.* Itaque ne Pontificii nonnulli valerentur concurrere in eandem sententiam quam amplectitur etiam Calvinus, ita suggerit, ut hujus sententiae autoritatem ex Theologorum Pontificiorum consensu, quantum potest concutiat: Itaque ait, eorum qui divinum decretum quantumcunque efficax agnoscunt, non paucos tamen *negare decretum illud, sufficientem esse rationem cognoscendi futura contingentia, &c.* quàm vero & verecundè hoc à Penotto dictum sit, mox examinabimus. Nunc sufficiet ostendere istam sententiarum varietatem nequicquam obstare sententiae superioris autoritati, saltem ipsius Penotti judicio; quandoquidem ipse Penottus profitetur propositione secunda *divinum decretum esse sufficientem rationem etiam praecisam cognoscendi omnia futura contingentia, quorum vel sola divina voluntas est causa, vel, quorum causa est creata, at Physicè per divinam voluntatem praedeterminata ad productionem illorum*; quare quotquot hujusmodi praedeterminationem agnoscunt, quod necesse est, si modo agnoscant decretum Dei quantumcunque efficax, & tamen negant decretum illud esse sufficientem rationem cognoscendi futura contingentia, vel Penotti judicio non rectè statuunt, sed in sententiam abeunt à veritate alienam. Nec omnino aequum est, ut errore suo quicquam detrahant ponderi sententiae superioris. Quam vere tamen & verecundè hujusmodi discrimen fingat Penottus, mox ostendemus. Sed prius

advertendum est artificium aliud Penotti: Nam artibus, non autem argumentis transigit omnia Novatiensis.

Advertas enim quam exili suffragiorum tibicine falsam sententiam superiorem repraesentet: Ita (inquit) *sentit Scotus, quemadmodum à nonnullis explicatur. Sic illud explicat Ruiz contr. 50. artic. 5. notab. 5. in fine & conclusione quinta & Ludovicus Molina quaest. 14. artic. 13. disputat. 15. & Aquarius in Addition. ad Capreolum in prima distinct. 38.* An vero non etiam sic explicant eumdem tota fere Scotistarum & Dominicanorum Schola? *Est* (inquit Penottus,) *si bene inspiciantur verba Scoti, ille non dicit futura contingentia cognosci in divino decreto, sed in divina essentia, quae tamen id non repraesentat nisi accedente divino decreto.* At inquam quid aliud est futura contingentia cognosci in divino decreto, quam cognosci in divina essentia ut volens est, prout loquitur Durandus, hoc est, accedente divino decreto; vel quatenus est partim similitudo rerum, prout cognoscuntur à Deo secundum quidditatem possibilem, partim ut est principium actuum eorumdem prout cognoscuntur à Deo in genere futurorum; quos quidem modos sciendi singularia in ipsa Dei essentia, diserte exprimit Aquinas, prima parte, quaestione decima quarta, articulo undecimo. Certe dum quaeritur quomodo cognoscat DEUS futura contingentia; quod quaeritur, hoc est, quomodo quae tantum contingentia sunt natura sua *hoc est indifferenter se* habentia ad opposita, evadant futura, consequenter fiant cognoscibilia in genere futurorum; quod postquam compertum fuerit, nihil dubitabimus quin hoc ipso comprehendantur ab intellectu infinito; idque sine omni discursu aut ratiocinatione in hunc modum procedente; Quicquid à Deo decretum est, illud futurum est; Hoc à Deo decretum est; ergo futurum est. Ad cujus generis ratiocinationem DEO adimendam, dicit Scotus, *accedente decreto Dei, divinam essentiam repraesentare contingentia tamquam futura, atque ita à DEO inspici tanquam futura visa* (inquit) *de contingentia rerum quantum ad existentiam & hoc considerando respectu voluntatis divinae; restat videre secundum principale, qualiter cum hoc stat certitudo scientiae ejus. Hoc potest poni dupliciter, uno modo per hoc quod intellectus divinus videndo determinationem voluntatis divinae; videlicet illud fore quia voluntas illud determinat fore: scit enim illam voluntatem esse immutabilem & non impedibilem. Vel aliter, quia ista via videtur ponere quemdam discursum in intellectu divino, quasi ex intuitione determinationis voluntatis, & immutabilitatis ejus concludat hoc fore: potest poni aliter quod intellectus divinus aut offert voluntati simplicia, quorum unio est contingens in re, aut si offert complexionem, offert eam sicut sibi neutram; & voluntas eligens unam partem scilicet conjunctionem istorum pro aliquo nunc in re, facit illud determinate esse verum, hoc erit; Hoc autem existente determinate vero, essentia est ratio intellectui divino intelligendi illud verum; & hoc naturaliter quantum est ex parte essentiae: posita nimirum determinatione voluntatis divinae, ex qua fiunt vera.* Quare nihil remittit de sententia sua Scotus, statuens futura contingentia non posse cognosci, nisi per determinationem voluntatis divinae; atque hanc determinationem rationem esse sufficientem cognoscendi futura. Tantum ostendit quomodo per determinationem voluntatis divinae repraesententur intellectui divino tanquam futura. Nec quisquam sobrius expectaret, ut determinatio voluntatis divinae diceretur aliter esse ratio cognoscendi futura contingentia, quam constituendo ea cognoscibilia in genere futurorum, unde per essentiam Dei repraesentarentur intellectui divino tanquam futura. Addit Penottus, *Eamdem sententiam tribui Durando distinctione trigesima octava, quaest. tertia, Ricardo ibidem quaestione prima, Herveo, Ioanni Majori & aliis quibusdam, qui tamen ait, non ita certum esse, quod loquantur praecisè*; hoc est, (ut ex iis quae numero proximo subnectit Penottus) *praecisè praesentialitati futurorum contingentium in nunc aeternitatis.* At certissimum est Durandum ex professo convellere praesentialitatem istam futurorum contingentium 1. distinc. 38. quaest. 3. num. 12. 13. 14. *Quidam dicunt* (inquit) *quod quantum ad istam cognitionem requiritur, quod res creatae sint praesentes DEO, quantum ad suas proprias & actuales existentias: Qualiter autem futura contingentia possint esse DEO praesentia ab aeterno secundum suas proprias & actuales existentias declarant sic; Aeternitas est duratio indivisibilis tota simul existens, & ideo quicquid coexistit aeternitati, coexistit aeternitati toti. constat autem quod omnia quae temporaliter fiunt aeternitati coexistunt &c. Sed hoc videtur esse duplex defectus. Unus est de hoc quod dicitur quod futura sunt ab aeterno Deo praesentia secundum suum esse actuale, quia quod nihil est in se, nulli potest realiter & actualiter coexistere: coexistere enim praesupponit existere; &c.* Atque hac ipsissima ratione cum primis nititur Penottus, ad istam rerum praesentialitatem in nunc aeternitatis convellendam, quam etiam profitetur se mutuatum esse à Durando, uti videre est supra capite decimo sexto, numero quinto. *Quod non sit doctrina in se vera* (nempe de praesentialitate rerum in aeternitate) *probo ratione à Durando virtualiter insinuata, quae meum intellectum plane convincit, atque adhuc ab aliquo auctore videre vel in scriptis solutam; Ratio est, Illud, quod revera in se non existit, nulli rei alteri à se potest vere coexistere.* Qua fronte igitur numerat Durandum inter eos, quos ait non ita certum esse, ut loquantur praecisive. Rursus Hervaeus licet Thomista fuerit, tamen solet à Jesuitis allegari tanquam qui ab istiusmodi sententia (de praesentialitate nimirum rerum in aeternitate, quippe quam heterodoxam & erroneam esse judicat) Thomam ipsum vindicare cupiat: uti apud Suarem videre est de absoluta scientia futurorum contingentium lib. primo, cap. septimo, num. decimo nono, etiam apud Vasquium disputat. 64. (in 1. part. quaest. 14.) capite quinto, num. trigesimo tertio. Denique ipse Penottus connumerat iis Hervaeum qui opinati sunt Thomae numquam venisse in mentem hanc opinionem (ita intellectam) *sed illum loqui de praesentia rerum ipsi DEO in aeternitate secundum illarum esse objectivum. Ita* (inquit) *sentiunt Herveus & Hispalensis &c. supra capite decimo sexto numero secundo.* Sed fatetur etiam Penottus, illos, licet aliis quoque modis dicant *DEUM*

futura

futura contingentia cognoscere prout in sua præsentialitate sunt in esse: nihilominus statui in decreto efficaci quo ab æterno certo futura contingentia prædefinivit, posse DEUM cadem sufficienter cognoscere. Ita sentiunt (inquit) recentiores Thomæ expositores, Banes 1, p. quæst. 19. artic. 8. Navarrus quæst. 14. artic. 13. contr. 2. conclus. Alvarez disput. 10 & 11. de auxiliis. His addi possunt Navarretius, omnesque etiam & alii ex Dominicanis fere omnes: Sed & advertenter quæsta, quomodo etiam alterat: *Sed ex modo discedunt sive in præsentialitate æternitatis, sive in illo modo, sive in causarum secundarum determinatione;* tamdiu, sive in causarum præsuppositam divinæ voluntatis determinationem: Ad decretum vero cum sit non modò divinæ voluntatis determinationem rationem esse sufficientem cognoscendi futura contingentia, sed & adeo necessariam, ut nullus alius modus illo seclusu sufficientem certitudinem exhibeat ex cognoscendi. Sed mirari satis non possum cur Dominicanis istis accenseret Vasquium Jesuitam, scientiæ mediæ patronum: quod ut ut parem gratiam referat, etiam Dominicanis Penottum Vasquius accessendum judicet. Sed subolent mihi artes illius Itali. Fortè vult Lectoribus suis injicere suspicionem, ex Dominicanorum hac ex parte sententia nihil magis metuendum esse, humanæ libertatis propugnatoribus, quàm ab ipsis Jesuitis, scientiæ mediæ assertoribus primariis.

Superest, ut qua fide se gerat in secundæ opinionis assertoribus assignandis, quæ negat decretum divinum quantumcunque efficax, esse rationem sufficientem cognoscendi ipsa futura contingentia, præcisa præsentialitate futurorum contingentium in nunc æternitatis. Imprimis Ariminensem, Okamum, Gabrielem in hac sententia esse scribit. Ad⁊ ad manum Gabriel, & apud eum repræsentatam video opinionem Okami, à qua nisi me fallit conjectura, nihil abludit sententia Ariminensis. At nihil hujusmodi meo judicio colligere est ex Gabriele, aut ex Okami sententia, quam refert Gabriel. Propositâ Scoti sententia; Contra hanc positionem (inquit) arguit Okam Argumenta quæ ex Okamo exhibet jam profligenda in meis examinatione historiæ Pelagianæ à Gerardo Vossio compilatæ suscepi Digressione certa. Sed & Okami sententiam subjicit, præsentialitatem rerum apud Deum in nunc æternitatis ad cognitionem futurorum contingentium non omnino requirentis si Gabrieli credimus. *Ideo* (inquit) *Okam aliter loquitur, licet dicat modum quo DEUS evidenter & certitudinaliter novit omnia futura contingentia non posse sufficienter exprimi pro statu viæ hominis,* qui sic adversatur in hoc attribuere cognitionem divinam futurorum contingentium ex eorundem præsentialitate apud Deum in æternitate. Pergit Gabriel in communicanda nobis Okami sententia; *Dicit* (inquit) *quod ipse Deus sive essentia divina est cognitio intuitiva tam sui, quàm omnium futurorum & præsentium: tam perfecta & clara, quod ipsa etiam est evidens notitia præteritorum, futurorum & præsentium, ita quod sicut ex notitia intuitiva extremorum in nobis potest intellectus noster evidenter cognoscere aliquas propositiones contingentes: ita ipsa divina essentia est quædam cognitio & notitia quâ non tantum scitur verum necessarium &* contingens de præsenti: *Sed etiam scitur quæ pars contradictionis erit vera & quæ falsa. Et hoc forte non propter determinationem suæ voluntatis. Sed posito per impossibile, quod ipsa divina cognitione existente, sicut modo est, voluntas non esset causa effectiva nec totalis, nec partialis effectuum contingentium.* Nulla hic occurrit mentio præsentialitatis rerum in æternitate unquam ad cognitionem divinam futurorum contingentium astruendam, nulla ex parte requisitæ. Docere fateor futura contingentia nota Deo fore, quamvis per impossibile non esset volens; quod nec ego inficiandum esse duxerim, ex suppositione quod intellectus ejus sit infinitus; & contingentia essent futura. Verum cum contingentia indifferenter se habeant ad opposita, nec magis sint futura natura sua, quam non futura; nequaquam expedivit Okamus quomodo seclusa Dei voluntate, contingentia ex mere possibilibus evaderent in conditionem rerum futurarum. Sed neque hoc aut ab Okamo expediri potuit, aut hodie potest à Jesuitis, citra omne fundamentum philosophantibus de rebus futuris; cum determinatam veritatem iis tribuant, quam à se ipsis habere non posse, satis constat, nec tamen in divinam voluntatem tanquam in causam referunt, ne scilicet hoc modo humanæ libertati præjudicaretur. De Capreolo nihil dico, quia non occurrit; sed mihi non fit probabile tale aliquid excidisse Capreolo; video tamen ex Navarretto, unde talis opinionis species suboriatur. si non quis eruditus aliquis in ejusmodi suspicionem deveniat de sententia Capreoli, at saltem qui impostori fides fiat, posse his artibus lectoribus simplicibus & incautis illudi. Nam & Navarretus agnoscit ad constituendam cognitionem divinam in genere cognitionis intuitivæ, requiri hujusmodi rerum præsentialitatem in æternitate; non simpliciter in genere cognitionis, quasi ad eam tanquam Deo competentem astruendam non sufficeret divinæ voluntatis determinatio. Licet etiam hac ex parte quod attinet ad rationem formalem notitiæ intuitivæ neutiquam accedam huic sententiæ Navarretti, quam jamdudum ut explodèrem in superioribus operam posui. Ex inspectione Capreoli (qui postquam ista dictaveram in manus meas veniebat) manifestum fit Capreolo injuriam fieri à Penotto. Etenim conclusio illa prima articuli secundi apud Capreolum hæc est: Contingens ut futurum est, non potest infallibiliter cognosci, sed secundum quod est in præsenti. At si futurum contingens per voluntatem Dei fiat præsens Deo, juxta Capreolum, (cujus contrarium nondum demonstravit Penottus) sequitur decretum Dei sufficientem esse rationem cognoscendi futura, idque ex ipsius Capreoli sententia. Dum ad Durandum respondet Capreolus, negat quidem futura contingentia, puta actiones liberas futuras cognosci posse in causa: sed per causam eo loci intelligit causam secundam non primam: voluntatem creatam non increatam, prout ex ipso textu manifestum est. Etiam verisimile videtur in eandem sententiam cum Capreolo consentire Paludanum, Franciscum à Christo, & Calaninum, omnes ni fallor Dominicanos; Item Dominicani sunt Ferrariensis Hispalensis, & Aquarius: Cajetanus

 tantum

tantum inclinat & non hoc quidem pro comperto habet Penottus, tantum dicit *Cajetanum inclinare videri.* Sed ex inspectione loci apud Cajetanum nullum hujus conjecturæ vestigium comperio. *Futura contingentia cognoscuntur* (inquit) *à Deo prout sunt actu in seipsis, & prout sunt in causis suis; sed primo modo certè, secundo modo verò in quantum cognoscibilia sunt,* forte eo intuitu Penottus, quod innuat Cajetanus, futura contingentia non certò cognosci ex causis, inter quas numeranda sit voluntas Dei. Contradicitur illud satis tamen ex ipso Cajetano eodem in loco probè novit Penottus incertitudinem illam oriri tantum ex indeterminatione causarum; quod si determinatæ fuerint nihil minus certò cognosci posse futura contingentia prout sunt in causis, modo inquam determinatæ fuerint, quam dum cognoscuntur prout sunt in seipsis. Sed & hic subeat mirari, quod rursus Suarium Jesuitam componat cum Dominicanis istis; quasi verò doctrina Jesuitarum de scientia media in qua positæ sunt omnes fortiores dissertationes istius apud Penottum universæ, constare potuisset cum doctrina Dominicanorum, scientiam illam mediam aversantium, & fundamentum cognitionis divinæ futurorum contingentium ad divinæ voluntatis determinationem revocantium.

Tertiam opinionem facit eorum, qui effectus à voluntate creata liberè pendentes in divino decreto cognosci posse negant. Auctores autem hujus opinionis penitus dissimulat; quippe quos omnes aut lenitatis esse necesse sit, aut saltem Pelagianos. Hinc pergit ad propositionem suam.

Penot. *Divinum decretum est ratio, sive quâ non cognoscendi omnia futura contingentia; quia apud omnes sapientes certum est eadem esse principia essendi & cognoscendi: At verò divinum decretum est principium essendi omnium futurorum contingentium ut Augustinus ait in enchiridio cap. 95. & Prosper in libro sententiarum excerptarum ex Augustino proposit. 58. Vnde potest sic formari ratio hujus assertionis. Nihil est certè cognoscibile à Deo, quod non habet esse verum & determinatam veritatem; sed nullum contingens, ex quacunque causa illud proveniat, sine divino decreto potest habere esse verum, & determinatum. Ergo sine divino decreto nullum futurum contingens est certò cognoscibile.*

Respons. Nihil est cur in hac propositione Penotto resistam, nisi fortè de methodo parum accurata litem ei intendam. Dicit apud omnes sapientes certum esse *eadem esse principia essendi & cognoscendi.* At inquam ista maxima & expositione indiget & rite exposita ita applicari potest ut præsenti instituto nihil prosit. vox *cognoscendi* est activæ significationis; Itaq; principium cognoscendi est principium quo quis cognoscit. Rursus cognitio est duplex, sensitiva & intellectualis. Principium cognitionis sensitivæ novimus esse animam sensitivam; Principium cognitionis intellectualis novimus esse naturam rationalem. Sed & damus animam sensitivam & rationalem esse principia essendi, sed quibus? nempe tantum animalibus & hominibus. At Penottus Philosophatur de principiis essendi, quæ rebus omnibus essendi principia sunt. Sed in hunc sensum interpretor Penottum, ut per principia cognoscendi velit intelligi principia per quæ res cognoscuntur, sed & hic nefas locus est distinctioni multiplicitatem principiû per quod res cognoscitur, intelligi potest vel in genere causæ efficientis, & talia principia non alia sunt quàm principia naturarum cognoscentiû vel in genere causæ formalis, ut scilic. principia cognitionis dicantur illa, per quorum cognitionem devenimus in cognitionem rerum ipsarum; atq; hunc in modû judico Penottum intelligendum. Rursus cognitio rei multiplex est. Datur enim cognitio quod sit, datur cognitio quid sit, datur cognitio propter quid: à quibus tamen omnibus distinguitur cognitio rei futuræ. Atque hæc omnia sine distinctione transmittit Noratcimus; Ut cognoscam rem præsentem esse, non omninò requiritur ut cognoscam principia essendi. Fit enim hujusmodi cognitio per simplicem rei intuitionem. Atque hoc modo futura à Deo cognosci vult Penottus, nempe singula in sua præsentialitate, idq; ab æterno. Ad hæc, cognitio rei per causas à re ipsa realiter distinctas, qualis est cognitio rei futuræ per decretum divinum, videtur esse cognitio discursiva, cujus generis cognitio minimè cadit in Deum probanda. Porò propositio tantum præfert, sine decreto divino non posse cognosci futura contingentia: ut ratio proximè subjecta speciem facit probantis affirmative per decretum divinum cognosci futura contingentia. Nam præmissæ à te distinctè positæ sunt, *eadem sunt principia essendi & cognoscendi. At verò divinum decretum est principium essendi omnium futurorum contingentium.* Ex his conclusionem congenerem addere potuisses in hanc formam: Ergo *decretum divinum est principium cognoscendi omnia futura contingentia.* Quod licet nostræ sententiæ propitium videatur, mihi tamen nequaquam probatur. Etenim existimo; per decretum divinum, contingentia fieri duntaxat cognoscibilia in genere futurorum. Posito autem quod res cognoscibilis sit, necesse est ut ab infinito intellectu comprehendatur in quocunq; genere cognoscibilis sit. Locus à te citatus ex Augustini enchiridio cap. 95 hic est; *non ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo;* hinc infers, & rectè, *decretum divinum esse principium essendi omnium futurorum contingentium.* Et sanè gratulor tibi istam tuam ex hoc Augustini loco ratiocinationem; dum agnoscis, juxta Augustinum *nihil fieri nisi volente Deo*, non modo ea quæ facit Deus, sed & ea quæ fieri sinit, non nisi volente Deo fieri; etiam illam Prosperi sententiam ex libro sententiarum excerptarum ex Augustino propos. 58. *voluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium spiritualiumque motionum.* Sed posterior tua fateor argumentatio magis quadrat ad institutum præsens, quam sic efformas: *Nihil est certè cognoscibile à Deo quod non habet esse verum & determinatum; sed nullum contingens ex quacunque causa illud proveniat, sine divino decreto potest habere esse verum & determinatum: Ergo sine divino decreto nullum futurum contingens est certè cognoscibile.* Veruntamen etiam adversus istum syllogismum suppetunt pauca quæ opponam. Imprimis enim nimis laxe dicitur *nullum contingens sine decreto divino habere esse determinatum.* Etenim ista clausula (*sine decreto divino*) duplicem sensum admittit, prout exponi potest vel (*sine*) tanquam adjuncto, vel (*sine*) tanquam causa. Si procedat de (*sine decreto*) tanquam adjuncto tantum; etiam verum est, nullum necessarium habere esse determi-

contingentium sine decreto Dei. Nam etiam decretum Dei est prorsus necessarium veritati quarundam, ut necessario contemporaneetur ab æterno. Itaque ut contingentes propositiones, necesse est ut procedat de eodem sine decreto non contingenti ad nostri dominat, sed tanquam causa. Fateor nolo decretum Dei esse causam totalem veritatis illius determinatæ, quam habent contingentia aliqua ab æterno, sed partialem; sequitur ex ratione Penoti, præter decretum Dei causam alteram fingendam esse quæ causa determinatæ veritatem ab æterno, quamvis ipsa nequaquam fuerit ab æterno, nam citra omnem controversiam extra Deum ipsum nihil est æternum. Secundò etiam contingens habet determinatam veritatem sine decreto divino tanquam causa: nam cum esse natura sua possibilem, est habere veritatem determinatam, pendeatque Deum esse potentem rem illam producere. Atqui decretum divinum nequaquam causa est hujus determinatæ veritatis. Dicere debueras nullum contingens habere esse determinatum in genere futuri citra divinum decretum tanquam causam determinationis illius: et sine dubio habet determinatam veritatem in genere possibilis, sine decreto Dei tanquam causa.

II Secunda propositio transeat tanquam indubitata quod scilicet *si Deus in tempore efficaciter & physicè prædeterminat omnes secundas causas contingentes & liberas ad suos effectus, rursus æternum decretum sic in tempore prædeterminandi secundas causas ad effectus contingentes sit sufficiens, etiam proxima ratio divino intellectui cognoscendi certò & infallibiliter omnia futura contingentia.* Agnosco etiam rationem quam adducis esse demonstrativam, in hanc formam eruentem: Omnis effectus sufficienter & perfectè cognoscitur in sua causa propria determinata efficaci & infallibili: At divina voluntas respectu omnium illorum contingentium est causa propria & infallibilis & omnino efficax. Ergo &c. Et cum non quæsis perinde verum erit Deum infallibiliter cognoscere effectus contingentes etiam in causarum secundarum determinatione, modò non impediendæ. Rursus hujusmodi cognitionem omnem agnoscunt Philosophi ni fallor ad unum omnes esse discursivam, qualis in Deum nec cadit, nec potest cadere.

III Tertia propositio. *Horum effectuum qui ab æterno non sunt efficaciter prædefiniti per divinum decretum antecedens, & quorum causæ non sunt in tempore antecedenter prædefinitæ, physicè per ipsum divinum decretum, non potest haberi certa & infallibilis notitia. Sed illa ex aliis causis petenda est.* Agnosco libenter talia per divinum decretum cognosci non posse quæ non omnino decreta sunt, quasi nostro judicio sunt omnia, quæ non prædefiniuntur decreto divino [illegible] decretum Dei subordinetur prævisioni dispositionis causarum secundarum, quale velitum figmentum est nostro judicio præter omnem sobrietatem concipitur, nec tamen concedimus illorum cognitionem petendam esse ex causis aliis, quod tu more tuo subdole suffuraris, sed negamus ejusmodi cognitionem aliquam Deo tribuendam esse, quæ ex causis secundis petatur extra subordinationem ad causam primam.

IIII Quarta propositio. *Absolutè & simpliciter loquendo, sicut effectuum contingentium, qui pendent à secunda causa libera, divinum decretum non est totalis & omnibus probis adæquata causa & ratio essendi; ita divinum decretum non est omnibus modis præscindendo ab actuali illorum præsentialitate adæquata & per se sufficiens ratio illos certò & infallibiliter cognoscendi. Hæc propositio mihi impressa fuit ab* [illegible] *Thomæ. Illi enim* [illegible] *modi cognoscendi futura contingentia; nunquam dixit illa à Deo cognosci in divino decreto, sed ad alios modos & ad alias rationes recurrit, & qualem quod explicitè & formalibus verbis id nunquam dixerit,* [illegible] *adhuc* [illegible] *in qua id dicat, quod autem neque implicitè id dicat, manifestabimus inferius in dissolvendis argumentis.*

Responsio. Propositionem istam absolvit comparatione facta inter operationem divinam in effectibus secundarum causarum producendis, & decretum divinum; quod quorsum fiat non intelligo, nisi ut occultè insinuaret rationem ex comparatione petitam, ad posterius istius propositionis membrum (in quo momentum omne positum est) adstruendum. At illa ratio ad hoc probandum est admodum inepta, primò, quia locum habet tam ratione effectuum causarum necessariarum quàm liberarum: nam sicut Deus non producit actum volendi in homine nisi homine ad actum eundem eliciendum concurrente: ita nec actum combustionis producit Deus, nisi cum igne cooperando ad producendam combustionem, nec tamen credo diceret Penotus hoc quicquam impedire quo minus cognoscat futura necessaria ex decreto suo. Secundò, licet Deus non sit causa totalis sed partialis dum concurrit ad producendum actum liberum in homine, si tamen non modo actus liber, sed & voluntatis humanæ determinatio sui ipsius subjiciatur prædefinitioni divinæ, nihil prorsus obstabit divina partialitas concurrentiæ ad effectum liberum, quo minus eundem effectum etiam in decreto suo cognoscat Deus. Sed ut solent cautiosi esse, qui astutius quàm solidius rem gerunt, operæ pretium erit advertere cautionem illam, secundum quam procedit ista propositio apud Novariensem; *Decretum divinum* (inquit) *non est sufficiens ratio infallibiliter cognoscendi futura contingentia præscindendo ab actuali illorum præsentialitate.* At imprimis cognoscere futura contingentia nihil aliud est, quam cognoscere præsentialitatem eorundem. Et quis sui compos expectaret, ut aliquis diceret, Deum ex decreto suo cognoscere futura contingentia secundum præsentialitatem eorundem, præscindendo ab eorundem præsentialitate; Ac si quis diceret fieri non posse ut Deus Navariensem istum veteratorem futurum cognosceret, præscindendo ab arte ejus veteratoria: reponet forsan hic aliquis propositionem istam obtinere de præsentialitate præmissa cognitioni divinæ, non autem de præsentialitate tanquam subjecto cognitionis divinæ. Sed frustra fuerit qui sic institerit; nam cum cognitio futurorum contingentium Deo competat ab æterno, nulla præsentialitas eorum ex Penoti sententia præcedanea statuitur cognitioni divinæ. Nam præsentialitas futurorum quam Penotus facit objectum divinæ cognitionis, est præsentialitas eorundem in tempore, non autem in nunc æternitatis, quemadmodum philosophantur Dominicani, & citra omnem controversiam præsentiali-

tis futurorum actualis in mensura temporis nequaquam obstat, quo minus in decreto Dei cognoscantur: nam & ea quæ à sola divina voluntate pendent ut producantur in rerum natura, aliquando existunt actualiter in tempore, quod tamen nihil impedit vel ipso Penotto judice, quo minus in decreto divino cognoscantur. Sed facile video quid sit quod impense velis, pro ea quam apud te gratiam consecuta est doctrina Iesuitarum de scientia media. Vis actiones humanæ voluntatis futuras, à Deo nequaquam sufficienter cognitas fuisse ab æterno in decreto suo, nec Pharaonis dimissionem Israëlitarum ex Aegypto, nec Cyri dimissionem Iudæorum ex captivitate Babylonica, sed nec Petri resipiscentiam post Dominum abnegatum, nec Pauli ad fidem conversionem, nec ullum opus bonum ex quantavis gratia profectum à Deo præcognitum fuisse sufficienter in decreto Dei, sive naturaliter movendi creaturas ad actus naturales, sive moraliter per gratiam efficacem movendo eas ad actus gratiosos. Atque hæc propositio imprimis tibi probabilis suadetur (uti ais) ob autoritatem Thomæ non tam hoc ipsum affirmantis, quàm de contrario silentis. At inquam dici solebat argumentum nihil valere ab autoritate (præsertim humana) petitum negative. Age dum videamus quàm verum sit quod ait Penottus, Aquinatem nunquam dixisse futura contingentia à Deo cognosci in divino decreto. Inprimis disertissima est Aquinatis sententia, *Deum videre alia omnia in seipso & in essentia sua idque tanquam in causa*, quod perinde est ac si dixisset, Deum videre omnia in voluntate sua, hoc est in decreto suo. 1. p. q. 14. art. 5. in corpore. Deum seipsum perfectè intelligit. *Si autem perfectè aliquid cognoscatur, necesse est ut virtus ejus perfectè cognoscatur. Virtus autem alicujus rei perfectè cognosci non potest, nisi cognoscantur ea ad quæ virtus se extendit, unde cum virtus divina se extendat ad alia eo quod ipsa sit prima causa effectiva omnium entium, necesse est quod Deus alia à se cognoscat. Et hoc etiam evidentius fit si adjungatur, quod ipsum esse causæ agentis primæ, scilicet Dei, est ejus intelligere. Unde quæcunque effectus præexistunt in Deo sicut in causa prima, necesse est quod sint in ipso ejus intelligere.* & Paulo post, *Deus videt seipsum in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam, alia autem à se videt non in ipsis sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Ex his advertas Deum videre alia à se non in seipsis visis, sed in seipso videndo, hoc est etiam futura contingentia, idque quia præexistunt in eo nempe antequam sint, quod non nisi respectu futurorum dicitur; rursus videt omnia in seipso tanquam in causa eaque prima, quemadmodum præexistunt in Deo tanquam in causa prima. At essentia Dei qua essentia non est causa rerum, sed neque qua sciens est seclusa voluntate; *Neque enim quæ scimus facimus, nisi volumus* 1. p. q. 19. artic. 11. Verum ut volens est causa rerum, quare videre res in seipso tanquam in causa, nihil aliud est, quàm videre res in voluntate sua, hoc est in decreto suo. & art. 7. *Deus videt effectus suos in seipso tanquam in causa.* At omnia contingentia sunt effectum Dei fatente hoc Penotto, num. 9. *divinum decretum* (inquit) *est principium essendi omnium futurorum contingentium*: Ergo videt etiam omnia futura contingentia in seipso tanquam in causa, hoc est in voluntate sua, sive in decreto divino. vide etiam quid habeat Aquinas 1. p. q. 16. art. 7. ad 3. *illud quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset quod in causa sua erat ut fieret.* At inquam hoc non magis obtinet de eo quod nunc est, quam de eo quod olim erat, aut de eo quod olim erit: ergo de contingentibus omnibus veritatem obtinet, quod scilicet ex eo futura erant antequam essent, quod in causa sua erat ut fierent, at hæc causa fingi non potest alia quam voluntas Dei; nam mox significat causam illam perinde sempiternam esse, atque Deum ipsum, dum ait: *Unde ex hoc non sequitur quod ea quæ sunt, semper fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit ut essent futura. quæ quidem causa solus Deus est.* Extra Deum igitur quærenda nō est causa cur aliquid ab æterno futurum erat, sed in ipso Deo. At in ipso Deo nihil fingi potest quod sit causa cur res ab æterno futuræ essent, præter voluntatem Dei, hoc est, præter decretum divinum. Rursus 1. p. q. 14. art. 11. *cum Deus sit causa rerum per suā scientiam*, at scientia non est causa rerum nisi secundum quod habet voluntatem conjunctam, q. 14. art. 8. & scientia non est causa rerum quæ fiunt nisi per voluntatē q. 19. art. 11. *In tantum se extendit scientia Dei, in quantum se extendit ejus causalitas. Unde cum virtus activa Dei se extendat, non solum ad formas à quibus accipitur ratio universalis, sed etiam usque ad materiam, necesse est, quod scientia Dei se extendat ad singularia, quæ per materiam individuantur. Cum enim sciat alia à se per essentiam suam, in quantum est similitudo rerum, velut quantum est principium activum earum, necesse est quod essentia sua sit principium sufficiens cognoscendi omnia quæ per ipsum fiunt, non solum in universali, sed etiam in singulari:* ubi advertatur sufficientiam principii ad cognoscendas res extra Deum peti ab essentia Dei ut est causa seu principium earum, partim exemplare, partim activum; quod quidem activum principium rerum non potest esse aliud, quàm Dei voluntas. Frustra foret, quisquis reponeret, ista ab Aquinate dici de cognitione singularium præsentium non futurorum, quandoquidē ex omnium confessione *non aliter novit Deus facta, quàm facienda.*

Sed pergit Penottus. *Et confirmatur hanc esse mentem Thomæ, quia cum Thomas tantopere laboraverit in inveniendo ratione quâ divinus intellectus futura contingentia infallibiliter novit, non omisisset rationem facilimam & cuique perviam quæ ex divino decreto sumi potest, si credidisset illam sufficere, ad eadem futura contingentia infallibiliter cognoscenda. quid enim facilius percipitur, quàm ex efficaci decreto suæ voluntatis Deum posse intelligere, quæ ille facere decrevit.* Penott.

Nimirum nisi etiam suspiciones Penotti frangimus, nequaquam illi satisfaciemus. Itaque dabimus operam ut illum etiam suspicionibus istis, si fieri possit, excutiamus. Iam ex iis quæ dicta sunt, prudenti lectori considerandum relinquimus an rationem istam omiserit Aquinas, & non potius disertè satis expresserit. Sed non meminit, inquis, *hujus rationis cum de futuris contingentibus inquirit, quomodo illa infallibiliter à Deo præsciantur*; neque sane mirum cum hoc ageret Aquinas, ut infallibilitatem scientiæ divinæ cum rerum futurarum contingentia optimè conspirare demonstra-

sensibilitatem: quod satius multo & facilius praestare non poterit nisi fundando infallibilitatem scientiae divinae in rerum praesentialitate apud Deum. nam necessitas consequentiae existentiam rei nihil omnino praejudicare censetur contingentiae ejusdem, cum sui videndo res tanquam praesentes manifestò patet ultro ad infallibilem earundem comprehensionem; & ex objectionibus quas quaestione 14. articul. 13. solvendas sibi proponit manifestum sit, Aquinatem hoc agere, ut ex ipsa Dei praescientia obex ponatur rerum contingentiae quanto magis ponetur ex voluntate Dei determinante nunquam facile removendus? vide enim quomodo in hunc articulum commentetur Cajetanus. *Effectus contingens ad causam suam potest dupliciter comparari: uno modo ut indeterminatus ad productionem effectus; alio modo ut determinatus ad illius productionem. Futura primo modo non sciuntur ut futura sed ut futura possunt contingentia. Futura autem secundo modo sciuntur quidem ut futura, sed declinant à contingentia.* Atque probabile est hinc motum esse Aquinatem, ut cum de praescientia futurorum ageret, salva ipsorum contingentia in rerum earundem apud Deum praesentialitate acquiesceret. Nam & de Veritate quaestione 6. art. 3. in corp. profitetur *difficile videri concordare infallibilitatem praedestinationis cum libertate arbitrii.*

Penot. *Secundo probatur, hanc esse mentem Thomae. Nam si esset aliquod decretum efficax in quo solo praescindendo ab actuali rerum praesentia possent futura contingentia infallibiliter cognosci, illud esset decretum divinae praedestinationis. At ex sententia Thomae decretum divinae praedestinationis praescindendo ab actuali praesentia non est sufficiens ratio cognoscendi futura contingentia. Docet hoc expressè Thomas de Veritate quaestione 6. articulo 3. ad 6. ubi proposito sibi hoc argumento contra certitudinem praedestinationis.* Secundum Anselmum eadem est veritas praedestinationis & propositionis de futuro, sed propositio de futuro non habet certam & determinatam veritatem, sed variari potest ut patet per Philosophum in libro Peri hermenias & in libro secundo de Generatione: Ergo nec veritas praedestinationis certitudinem habet. *Respondet eidem argumento dicens.* Ad sextum dicendum, quod similitudo Anselmi quantum ad hoc tenet, quod sicut veritas propositionis de futuro non aufert futurorum contingentiam, ita nec veritas praedestinationis. Sed differt in hoc, quod propositio de futuro non respicit futurum nisi ut futurum est, & hoc modo non potest habere certitudinem. Sed veritas praedestinationis & praescientiae respicit futurum ut est praesens, ut in quaestione de scientia Dei dictum est, & ideo certitudinem habet. *Hucusque. Vides patrem Thomam statuere praecisa praesentialitate ipsorum futurorum contingentium per decretum divinae praedestinationis non posse cognosci ipsa futura contingentia. Et profectò si Thomas sensisset posse Deum in solo decreto praescindendo à praesentialitate rerum futura contingentia cognoscere, nulla erat occasio magis opportuna id exprimendi quam occasio solutionis illius argumenti. Imo si vel per umbram suspicatus esset ex divino decreto posse sumi certitudinem divinae praescientiae non potuisset eo in loco id dissimulare.*

Respons. At inquam falsum est quod ait Penotus, eundem Thomam expressè docere, *decretum praedestinationis praescindendo ab actuali praesentia non esse sufficientem rationem cognoscendi futura contingentia.* Tantum dicit quod *ratione ad praedestinationem, veritatem ejus & praescientia respicere futurum ut est praesens.* At extra controversiam est, hunc aliter universim de futuris omnibus contingentibus, etiam de illis quorum sola voluntas divina est causa. Neque enim usquam distinguit ille de futuris contingentibus quoties certitudinem cognitionis eorundem fundat in ipsorum praesentialitate apud Deum ab aeterno. Quo tamen nihil obstante, tam profitemur atque ipsum Penotum, divinum decretum esse sufficientem rationem etiam proximam cognoscendi ejusmodi contingentia. De quibus tamen perinde contendere possemus, ea scilicet cognosci non posse per decretum divinum ex sententia Thomae, praecisa ipsorum praesentialitate. Etiam perinde theologicè nobis expatiari liceret, quemadmodum expatiatur Penotus, Nempe *si Thomas sensisset posse Deum in solo decreto praescindendo à praesentialitate rerum etiam ejusmodi contingentia cognoscere, nequaquam recurrisset ad earundem praesentialitatem, quoties de infallibili certitudine cognitionis futurorum contingentium verba facit, idque citra ullam futurorum contingentium distinctionem.* Sed vult Penotus sui similem esse Aquinatem, leves atque umbratiles suspiciones obtrudendo lectoribus tanquam solidas rationes. At jam rationem exhibui, quare pro infallibili futurorum contingentium cognitione divina asserenda recurrere maluerit ad praesentialitatem rerum, quam ad decretum divinum, quia nimirum rerum praesentialitas, & infallibilitati cognitionis commodare videtur, & prorsus nihil obstat rerum contingentiae. At decretum divinum licet etiam infallibilitatem cognitionis divinae confirmet, plurimum tamen obesse videtur rerum contingentiae. Itaque in hoc ipso articulo palam profitetur Difficile videri concordare infallibilitatem praedestinationis cum libertate arbitrii, quod perinde est acsi dixisset, cum rerum futurarum ex libero arbitrio pendentium contingentia. Praeterea sic se gerit in interpretando Aquinatem, acsi certitudo praedestinationis penderet ex certitudine praescientiae: non autem certitudo praescientiae penderet à praedestinatione, quo tamen nihil affirmari potest sententiae Thomae contradicentius. In cujus rei testimonium locupletissimum cito hunc ipsum articulum, quo tamen Penotus tanquam causae suae propitio tantopere gloriatur. Sic enim habet Thomas, *Non tamen dici potest quod praedestinatio supra certitudinem providentiae nihil aliud addat nisi certitudinem praescientiae, ut si dicatur quod Deus ordinat praedestinatum ad salutem sicut & quemlibet alium, sed cum hoc de praedestinato scit quod non deficiet à salute. Sic enim dicendo non diceretur praedestinatus differre à non praedestinato ex parte ordinis, sed tantum ex parte praescientiae eventus, & sic praescientia esset causa praedestinationis, nec praedestinatio esset per electionem praedestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturae: unde praeter certitudinem praescientiae, ipse ordo praedestinationis habet infallibilem certitudinem; nec tamen causa salutis ordinatur ad eam necessariò sed contingenter, scilicet liberum arbitrium.* Tandemque concludit in hunc modum: *Si ergo consideremus salutem respectu causae proximae scilicet liberi arbitrii, non habet certitudinem sed contingentiam, Respectu autem causae primae quae est praedestinatio habet certitudinem.* Atque ulterius adversus Thomam nequaquam addere, salutem

habe-

habere etiam contingentiam respectu prædestinationis, sed certitudinem habere tantùm ait, omissa omni mentione contingentiæ. Neque enim prædestinatio divina quicquam favere videtur contingentiæ rerum ipsi objectarum. Itaque ad certitudinem cum contingentia conciliandam, minimè mirandum fuit Thomam, missa decreti mentione ad præsentialitatem rerum se recipere. Idem tamen in initio responsionis ad quæstionem hoc articulo propositam, agnoscit *certam existimationem haberi de re, præcipuè per causam ejus*. Ad extremum, quænam est ista præsentialitas rerum secundùm Penottum? An est alia quàm præsentialitas rerum in tempore? At quomodo quæso fieri potest ut præsentialitas rerum temporalis præmittatur cognitioni divinæ aliter quàm in esse volito? Ibi futura contingentia contemplatur, nempè in essentia sua prout volens est. nec alibi unquam ea contemplatur quàm in essentia sua quatenus volens est, quamvis extitant in tempore. *Neque enim aliter novit Deus facta quàm facienda.* Nec sane mirandum si præcisa præsentialitate ista nequaquam cognoscat Deus futura contingentia, cum cognoscere futura contingentia secundùm præsentialitatem suam apud Deum in esse volito, sive in essentia Dei quatenus volens est, nihil aliud sit quàm futura contingentia cognoscere in decreto divino, ut qua ratione præsentialitas rerum apud Deum est causa sufficiens cognoscendi futura contingentia, eadem per omnia ratione etiam decretum divinum causam sufficientem esse cognoscendi futura contingentia necesse sit. quam etiam esse Aquinatis sententiam, nempè præsentialitatem rerum non aliam esse apud Deum quàm in esse volito, manifestè evincitur ex doctrina ejus de libro vitæ. Quid enim aptius evincit præsentialitatem rerum apud Deum, quàm conscriptio earundem quasi in libro coram Deo? At hic liber vitæ secundum doctrinam Aquinatis nihil aliud est, quàm conscriptio prædestinationis, & cum sit metaphorica locutio, reducendo eam ad proprietatem profitetur Aquinas librum vitæ nihil aliud esse quàm cognitionem divinam suæ prædestinationis. De veritate quæst. 7. de libro vitæ articulo 4. Unde manifestum fit juxta Aquinatem res prius esse apud Deum in esse volito, quàm sint apud eundem in esse cognito.

Penot. *Tertiò probari potest hæc propositio innumeris auctoritatibus Patrum dicentium Deum multa præscire, quæ non prædefinit, neque prædestinat nihil autem præscisse aut prædestinare, quod nunquam efficeret.*

Respons. Agnosco ita esse, sed & nihilominus luculentum est, prædestinare, non alio sensu à Patribus illis usurpari, quàm ut tantum sit respectu eorum quæ Deus ipse sit facturus, non autem eorum quæ Deus sit permissurus: sic prædestinationem accipit Aquinas de veritate quæstione 12. articulo 10. in cor. *prædestinatio quasi quædam Dei præparatio dicitur. hoc autem aliquis præparat quod facturus est ipse.*

Penot. *Quartò probari potest etiam eorundem illis auctoritatibus Patrum quibus docemur futura contingentia ideo Deum nosse quia futura sunt: non autem ideo futura esse, quia illa Deus novit.*

Respons. At Augustinus disertissimè docet ideo futura esse quia Deus novit, non è contra: etiam Aquinas, Origenis sententiam Penotto assipulantem proponit quam interpretatione temperet. idem docent non modo Dominicani, sed & Thomas de Bradwardino.

II. Esto verò; norit Deus futura quia futura sunt; at unde quæso factum est, ut cùm natura sua sint merè possibilia, ex conditione merè possibilium transierint in conditionem futurorum idque ab æterno? extra Deum hujus rei causa quæri non potest. Neque enim quod non est potest istiusmodi transitum causare. In ipso Deo nihil prorsus occurrit, quod causa sit præter ipsam Dei voluntatem, hoc est, præter decretum Dei.

Tandem probatur ratione. Nam vel futura contingentia cognoscuntur in divino decreto efficaci antecedente liberam determinationem voluntatis creatæ, & hoc dici non potest: quia tali decretum tolleret humanam libertatem; vel in decreto concomitante ipsam liberam determinationem voluntatis creatæ; & sic divinum decretum se solo non est ratio sufficiens cognoscendi futura contingentia. Penot.

Nimirum ne opus hoc Penotti propugnaculum humanæ libertatis inscriptum in nihilum recideret, nisi fortè cederet in usum vendentibus thus & odores. unde forte magnum emolumentum (saltem ipsius opinione) ex ejus lucubrationibus in posterum subtraheretur orbi Christiano, hæc ei grata facienda videtur, ut futura contingentia dicantur cognosci à Deo, in decreto quidem non tamen antecedente sed concomitante potius liberam determinationem voluntatis humanæ. Neque enim decrevit Deus determinare voluntatem humanam ad fidem & resipiscentiam & in utroque perseverantiam, sed viderat Deus futurum ut voluntas humana in tali ordine posita, ipsa se determinaret ad omne opus bonum secluda determinatione divina, alias enim in nullo pretio esset istud Penotti propugnaculum libertatis humanæ sed placet in isto argumento ventilando accuratius (præsertim cum in ea confirmationis sententiæ suæ proram & puppim constituat Penottus) aliquantisper immorari. Respons.

II Itaque respondeo, licet decretum illud in quo infallibiliter videt Deus futura contingentia, antecedat liberam determinationem voluntatis creatæ, non tamen eo voluntas creata desinet esse libera. Nam si desineret esse libera, nequaquam antecederet decretum istud liberam determinationem voluntatis, sed potius necessariam.

III Sed nec omnino determinatio ista voluntatis creatæ qualiscunque à te indigitatur, ex determinatione Dei cessabit esse libera. Dicimus enim Deum decrevisse determinare voluntatem humanam ad credendum & resipiscendum & omne bonum opus operandum liberè. An verò tu negabis hoc esse penes Deum, vel decernere, vel efficere ut quis credat liberè? dices, atqui posito tali decreto vel determinatione divina, necesse esse ut homo credat & resipiscat; certè necesse erit ut credat, sed quomodo? non necessario sed liberè, modò Deus determinat eum ad credendum liberè.

IIII Interea certè fatemur nec hominem nec Angelum perinde liberum esse atque Deus est; aut perinde compotem esse actionis suæ atque Deus est suæ: etiam Deum necessitare voluntatem ad agendum

tam liberè quicquid agit, idque bonis Authoribus non Luthero (qui professus est aliquando liberum arbitrium esse proprium Dei incommunicabile) aut Calvino, sed Thoma de Bradwardino, autore scholastico omni exceptione (quasi nostrarum partium studioso) majore. Cujus opus illud memorabile de causa Dei contra Pelagium, quoties cum eis operis [illegible] videre videor, quam rectè aut opus tuum inscribi potuisset, De Causa Pelagii contra Deum; aut opus ejus inscribi potuisset Propugnaculum gratiae Dei adversus libertatem humanam Pelagianam: Quemadmodum scriptum tuum verè insigniri potest Propugnaculum humanae libertatis Pelagianae contra gratiam Dei.

V. Sed & ultra progredimur, & manifesta ratione probamus, necesse esse ut decretum Dei antecedat liberam determinationem voluntatis creatae. Etenim libera determinatio voluntatis creatae fit in tempore, at omne Dei decretum est ab aeterno. Et necesse est ut quod aeternum est antecedat illud quod temporale.

VI. Hic scio vobis solenne esse recurrere ad liberam determinationem voluntatis creatae in praescientia Dei. Hoc enim & Arminianis nostris & Jesuitis vestris & universim omnibus scientiae mediae defensoribus in more positum est. Sed refugium illud vobis nihilo magis proficuum est, quam sacrae anchorae adminiculum. Neque enim praescientia liberae determinationis voluntatis creatae tanquam possibilis tantum, quicquam vobis prodest. At praescientia liberae determinationis voluntatis creatae tanquam futurae prorsus impossibilis est ante decretum Dei. Neque enim possibile est, ut res sua natura dominata contingens & indifferenter se habens ad utrumque possit indifferentiam illam deponere, Et ex conditione rei merè possibilis migrare in conditionem rei futurae extra causam. At hujus migrationis causa nulla vel tolerabilis fingi potest praeter decretum Dei. nam cum extra Deum frustra quaeratur hujus migrationis causa, quandoquidem migratio ista facta est ab aeterno & extra Deum nihil occurrit quod sit aeternum, nec quod aeternum non est potest effectum producere qui sit aeternus, superest ut non nisi in ipso Deo mutationis illius aeternae causa quaeratur. Sed neque in scientia Dei reperitur, cum ex tua sententia scientia Dei potius supponat res futuras quam faciat, nec essentia Dei seclusa voluntate Dei de rerum possibilium natura quicquam mutat. Restat igitur ut sola Dei voluntas causa sit cur ab aeterno contingentia omnia, ex merè possibilibus, qualia sunt natura sua, facta sint futura.

Contra hanc ultimam conclusionem est primum Argumentum. Omnis effectus est sufficienter cognoscibilis in sua causa efficaci & determinata ad illum producendum, quae per nullam aliam causam potest impediri. Sed divina voluntas est talis causa respectu effectuum contingentium. Ergo omnes effectus contingentes in illa divina cognosci possunt. Respondeo.

Majorem propositionem esse veram de causa totali & omnibus modis adaequata, non autem de causa quae non est omnibus modis adaequata sive immersa alterius causae qualis est divina voluntas respectu effectuum contingentium, maximè eorum quae prosequuntur à libera voluntate creata.

I. Scriptura passim docet Spiritum Sanctum esse causam adaequatam, cur quis credat, resipiscat aut quodcunque bonum opus faciat. Nam si tantùm inadaequata & partialis causa esset, non magis diceretur, non esse volentis aut currentis sed miserentis Dei, quàm non esse miserentis Dei, sed volentis & currentis hominis. Rursus Scriptura adjudicat tam fidem quam resipiscentiam donum Dei, abjudicat autem nobis ipsis credentibus & resipiscentibus tanquam causis.

II. Rursus, licet ipsa fides & resipiscentia sit opus non Dei solius sed & hominis credentis & resipiscentis, attamen voluntatis humanae determinatio sui ipsius ad credendum & resipiscendum Dei solius est non autem hominis. Quid enim [illegible] dicere voluntatem humanam determinare se ad determinandum se? hoc sine crassa absurditate dici non potest. Sed Deus est, qui facit ut voluntas humana ipsa se determinet ad bonum juxta illud Ezech. 36. *Faciam ut in statutis meis ambuletis & judicia mea custodiatis.* Etiam illud Augustini, *Agimur ut agamus, non ut nihil agamus.*

III. Ipse Aquinas hoc disertè profitetur in hoc ipso articulo. unde corradit Pennottus quod in causam suam maximè conducere judicavit. Nempè palam asserit causam secundam in operatione sua subjectam esse praedestinationi divinae, quod perinde est acsi dixisset subordinatam esse actioni divinae non coordinatam, qualem ordinem fingit Pennotus, unà cum Jesuitis, etiam ejusmodi voluntatis humanae subsequentiam agnoscit praedestinationi divinae, unde certitudo praedestinationis astruatur, idque ejusmodi quae progrediatur ultra certitudinem praescientiae, ut sic incidam nervos replicationis cujusdam, in quam vos video satis propensos, sed nullo prorsus in causam vestram emolumento. Itaque cum sic objecisset Aquinas loco quarto. *Omnis certitudo quae est cum suppositione alicujus, non est certitudo absoluta sed conditionalis, sicut non est certum si Sol causet fructum in planta (semen) nisi cum hac conditione (causet nempe, si virtus generativa in planta fuerit bene disposita, propter hoc dispositio solis ad effectum praedictum praesupponit virtutem plantae quasi causam secundam. Si igitur certitudo praedestinationis sit cum praesuppositione secundae causae non est certitudo absoluta, sed conditionalis tantùm, sicut etiam est certitudo, quod Socrates moveatur si currit, & quod ille salvabitur si praeparabit se, & ita non est in divina praedestinatione alia certitudo de salvandis quam ista, quod est absurdum.* Sic fuit objectum, sequitur ad eandem Aquinatis responsio. *Ad quartum dicendum, quod causa secunda quam oportet supponere ad inducendum praedestinationis effectum, etiam ordini praedestinationis subjacet: non autem est ita in virtutibus inferioribus respectu alicujus superioris virtutis agentis, & ideo ordo divinae praedestinationis quamvis sit cum praesuppositione voluntatis humanae, nihilominus tamen habet absolutam certitudinem, ut in exemplo inducto contrarium apparet.*

Secundum argumentum sumitur ex quibusdam sententiis patrum citatis. Ad primam autoritatem libro primo contra Gentes Cap. 66. nihil dictum est, ex illo loco oppositum habetur evidenter. Legantur verba. Dicit Thomas, Futura contingentia & omnia quae sunt vel fuerunt cognosci à Deo in sua potentia, in suis causis, & in seipsis. *Sed non dicit omnia certò infallibiliterque cognosci, vel in sola ipsius potentia, vel in solis secundis causis, sed hoc negat, non solùm semper.*

II At

II *Ad secundum dildum capite 68. Thomas dicit* futura contingentia cognosci in suis causis cognoscendo illarum ordinem ad effectum. *Sed non dicit hanc solam notitiam sufficere, ut illa dicantur certò & infallibiliter cognosci. imo hoc negat tum ibi tum alibi. imprimisque scriptis; distinctione 38 quæstione prima articulo 5. & 1. parte quæst. 14. articulo. 13. & de veritate quæstione 12. articulo 10. & de malo, quæstione 16. articulo 16. & aliis in locis supra citatis.*

III *Ad Tertium ex 1. 2. quæst. 171 art. 6. ad 1. plusquam falsum est id dicere ibi Thomam, quod argumentum prætendit.*

IV. *Ad quartum ex 1. parte quæstio. 14. articulo 13.* ubi dicit quod Deus cognoscit futura contingentia non solum quia habet rationes rerum apud se ut quidam dicunt, sed etiam quia videt omnia in sua præsentialitate. *Respondetur ex illo modo dicendi nihil certo colligi posse, cum in eodem articulo dicat* quod Deus cognoscit omnia futura contingentia non solum in secundis causis contingentibus, sed etiam in seipsis. *Et tamen ex hoc modo dicendi nullus sanæ mentis colligit illum voluisse Deum cognoscere futura contingentia in solis causis secundis. Et dato quod Thomas probaverit sententiam illorum, qui dicunt creaturas cognosci à Deo in Idea, respondetur negando esse idem cognoscere illas in Idea & in decreto sicut negatur esse idem ideas & divinum decretum, quod tamen argumentum supponit.*

Est ista responsio fateor ingenii spontanea, & coerceri indignantis. Sed clamores hominis nihil moremur; quid dignum tulerit tanto hiatu exploremus. Ais millies dictum esse, oppositum ex eo loco evidenter haberi. at nullam uspiam textus Aquinatis particulam exhibuit in qua oppositum appareret, nedum evidenter. Sed sufficere putat, quod hoc millies dictum sit; sed quivis advertat utrum aerem vel millies verberare, in ullo legitimo argumento contendere. Tandem tono remissiori dicit, Thomam, licet agnoscat *omnia futura contingentia cognosci à Deo in sua potentia, in suis causis & in seipsis,* non tamen dicere *omnia certò & infallibiliter cognosci vel in sola ipsius potentia, vel in solis secundis causis. Imo inquit hoc negat tum ibi tum alibi.* At quod ibi hoc neget Thomas, nullo vel levissimo indicio testatum facit. Sed & ipse textus Thomæ quem agnoscit Penottus, sufficienter indicat, Deum ex ejus sententia *infallibiliter cognoscere futura contingentia tam in sua potentia & in causis quam in seipsis.* Alias enim nimis absurdam illi sententiam tribueremus, quasi agnosceret Deum cognoscere futura contingentia non modò certò atque infallibiliter nempe in seipsis, sed & incertò atque fallibiliter, nimirum in sua potentia & in suis causis. Hoc incommodum viderat Penottus, & declinare voluisse videtur, dicendo *Thomam non dicere, omnia certò & infallibiliter cognosci à Deo, vel in sola ipsius potentia vel in solis secundis causis.* Quasi verò hoc in controversiam vocaretur, utrum his modis solis cognoscat Deus futura contingentia certo atque infallibiliter; cum ex adverso præferant Dominicani, *Deum non uno modo solo, sed variis modis cognoscere futura contingentia certò atq; infallibiliter.* Sed video aliam sensum hujus particulæ exclusivæ *sola* & *solis* quem sibi finxit Penottus, nempe ut hoc excedat, nec Dei potentiam solam, nec cognitionem causarum secundarum solam, sufficere ad cognoscenda futura contingentia certò atque infallibiliter. Sic in varias sese formas induit Penottus, ut istis Thomæ testimoniis sese extricet, sed implicatus tenetur vel invitus. Etenim juxta hunc sensum agnoscere debet cognitionem potentiæ divinæ, item cognitionem causarum secundarum licet neutra solitaria conjunctam tamen cum contemplatione futurorum contingentium in seipsis sufficiat, sufficere ad certã atq; infallibilem cognitionem eorundem. At (inquam) hæc sententia duplici nomine nimis absurda est, quam ut eam Thomæ ascribere Penottum deceat. Etenim modus cognoscendi aliquid fallibiliter nihil omnino conducit ad complendum cognoscendi modum infallibilem, magis quam cyphra addita conducit ad numerũ augendum. Rursus si isti modi cognoscendi conjuncti cum contemplatione rerum in seipsis, conducerent ad reddendam cognitionem Dei infallibilem, sequeretur contemplationem futurorum contingentium in seipsis nequaquam sufficere ad constituendam cognitionem divinam futurorum contingentium certam atque infallibilem. Quare vel fatendum est, juxta Aquinatem posse Deum variis modis certò atque infallibiliter cognoscere futura contingentia, vel absurda sententia Thomæ tribuenda est, quasi diceret, Deum variis modis futura contingentia cognoscere, nempe vel certò atque infallibiliter, quatenus ea cognoscit in seipsis vel non certò atque infallibiliter quatenus ea cognoscit vel in sua potentia vel in causis ipsorum secundis. Jam ostendi ex Aquinate parte prima quæstione 14. articulo 11. *Deum cognoscere alia à se per essentiam suam in quantum est similitudo rerum, vel ut principium activum,* hoc est, in potentia sua activa earum: num vis hoc intelligendũ esse de cognitione fallibili? quis sobrius ejusmodi sententiam obtruderet Aquinati? & quodnam quæso aliud est activum principium rerum in essentia divina, præter ipsam voluntatẽ divinam sive ipsum decretum divinum, ita etiam & in causis secundis modò consideremus ut determinatæ aut infallibiliter determinandæ, quid ni certo & infallibiliter cognoscantur effectus earundem?

II Si notitia rerum aliqua Deo tribuitur, quæ non sufficiat ad certam atque infallibilem cognitionem earundem, sequitur fallibilem rerum cognitionem atq; incertam hoc ipso Deo tribui: & quis æquus rerum æstimator obtruderet Aquinati ejusmodi sententiam quã statueret Deum cognoscere res aliquas incertò & fallibiliter? Jam superiori capite dixeras Aquinatem loqui hoc in loco de futuris secundum quid. Suarez locum interpretatur de effectibus naturalibus, atque eandem interpretationem à Ferrariensi comprobatam esse prefert. Dicis Thomam negare hoc modo certò cognosci, idque hoc ipso in loco. Sed nullum hujus rei testimonium vel umbram testimonii profers. Sed & alibi hoc ab Aquinate negatum esse ais. Quid igitur an probabis uspiam ab Aquinate ejusmodi cognitionem Deo tribui quæ sit fallibilis? Fortè dicit Aquinas, res certo modo consideratas, non posse subdi certitudini cognitionis, sed ejusmodi modum cognoscendi secundum quem res certo cognosci nequeant, Deo uspiam ab Aquinate tributum esse, mihi prorsus fit incredibile. Locus et 1. distinct. 38. quæstione 1, articulo 5, in corpore à Dominicanis communiter allegatus, ad cognitionem

divi-

divinam futurorum contingentium, ex præsentialitate [illegible], [illegible] est. *Deum non tantum cognoscere ab æterno [illegible] cognoscere causas, quod est esse in cognitione sua: sed etiam ab æterno videt unumquodque singula tempore, & tunc talia esse in hoc tempore, & in hoc deficere.* Ubi cognitionem rerum futurarum ex causis, ad [illegible] cognitionis divinæ certitudinem [illegible] negat; [illegible] ad cognitionis divinæ certitudinem [illegible] præsentialitatem rerum adhibeat. Et ut [illegible] aliquid [illegible] cum dicit Thomas quod *Deum cognoscere ab æterno de rebus se cognoscere causas, hoc sit esse in cognitione sua*, an ea vis illud interpretari de cognitione fallibili? mihi videtur potius interpretandum de cognitione infallibili, sed quam (cum sit scientia rei per causam) distinguit à cognitione rerum per præsentialitatem eorundem quæ quidem cognitionis [illegible] nititur Aquinas, quoties de infallibili rerum cognitione disserit nihil obstante earundem contingentia; non quia cognitio rerum per causas non sit perinde infallibilis, sed quia non perinde faciat ad illustrandam infallibilis Dei cognitionis cum rerum cognitarum contingentia, amicam conspirationem. Idem 1. parte quæstione 14. art. 13. in Corp. distinguit de duplici contingentis consideratione; *uno modo in seipso secundum quod jam actu est, & sic (inquit) non consideratur ut futurum, sed ut præsens, neque ad utrumlibet contingens, sed ut determinatum ad unum, & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, utpote sensui visus, sicut cum video Socratem sedere. Alio modo potest considerari contingens ut est in sua causa. & sic consideratur ut futurum, & ut contingens nondum determinatum ad unum; quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni.* Neque mirum: nam considerare ut futurum & ut contingens indifferenter se habens ad opposita, non est considerare ut futurum simpliciter, sed tantummodò tanquam contingenter futurum. hoc est, non magis ut futurum quàm ut non futurum, sed tanquam indifferenter se habens ad utrumque. Sed advertas quæso, an hujusmodi cognitionem aliquam Deo tribuit Aquinas? nihil minus, hoc enim esset Deo tribuere errorem potius quàm cognitionem. Nec tamē difficitor etiam à Deo cognosci, quomodo se res futuræ habeant in causis non certò operantibus, hoc est, non eo quem ordinem causæ habeant ad effectum sive certæ productionis eorundem sive incertæ, atque juxta hunc sensum de verit. q. 2. art. 10 in corp. dicit Aquinas, *Deum cognoscere futura contingentia [illegible] causarum [illegible] quæ [illegible] esse [illegible] possunt.* At hoc non est cognoscere futura, sive præscire, sed potius præscire incertum esse ratione hujus ordinis causarum utrum futura sint nec ne. Quæstio 16. de malo, totum 12. articulos complectitur, ad quos amandat Penottus ad art. 16.

III Respondeo [illegible] istam Penotti jam capite superiori examini subjecimus.

IV Certum nō sequitur in [illegible] Ideas aut causas secundas Deum cognoscere futura contingentia; verum nisi volumus alienam [illegible] sententiā impingere Thomæ quasi fallibilem aliquam cognitionem futurorum Deo adscriberet, fatendum est modos hos omnes quos Deo tribuit [illegible] sufficere ad cognitionem futurorum contingentium divinā infallibilem constituendam, licet idem non sit cognoscere futura contingentia in Ideis & in decreto; Si tamen Ideæ ipsæ & certitudo repræsentationis earundem non nisi decreto Dei nitatur, perinde erit. hanc autē (puto) non ignotam esse sententiam Dominicanorum, nempe cognitionem divinam futurorum contingentium sive fiat in Ideis sive in causis secundis determinatis, sive in ipsorum futurorum præsentialitate ex omni parte supponere divinæ voluntatis determinationem. Nec arguens supponit idē esse Ideas & decretum divinum, sed Ideas non posse repræsentare futura contingentia, nisi supposita Dei voluntate. Neq; enim alia à se videt Deus in sua essentia nisi ut est similitudo rerum vel ut principiū activum eorundem, uti habet Thomas 1. p. q. 14. art. 11. Bradward. lib. 1. cap. 18. *Sanctus Thomas* (inquit) *de Christiana religione sive de fide, spe, & charitate 138. dicit, quod contingentia effectuum causarum secundarum non potest certitudinem divinæ providentiæ perturbare, quia efficacia voluntatis divinæ certitudinem sibi præstat. Idem supra cod. 133. dicit, quod contingentia prout sunt virtualiter in suis causis non sunt determinata ad unum, ut de eis certa cognitio possit haberi, tamē prout sunt actu in suo esse, in Dei æterno, jam sunt determinata ad unum & potest de iis certa haberi cognitio. Idē dicit Boet. 5. de consol. phil. pr. 6. nempe quod Deus non propriè dicitur habere præscientiam futurorum sed magis præsentiam scientiam, quia omnia futura sunt ei præsentia:* quod videtur non posse intelligi aliter, nisi quod Deus per hoc sciat omnia futura quia sunt ei præsentia, id est per suam insuperabilem & immutabilem voluntatem præsentialiter determinata & decreta certitudinaliter ut fiant de futuro.

In fine advertas, probandum in se receperat Penottus, Aquinatem nec explicitè & verbis formalibus unquam significasse Deum cognoscere futura contingentia in decreto suo, nec implicitè. Hoc autem postremo in luce monstrandum receperat in dissolvendis argumentis. At alia argumenta ejusmodi sunt in quibus hoc explicitè asseruisse visus est Dominicanis. Implicitè autem hoc ipsum docuisse creditur in locis iis omnibus quibus tradit voluntatem creatam ad omnem actum suum determinari per operationē Divinā. Concludit proponendo sibi argumentū quoddam Vasquianum, cui respondet; de decreto scilicet divino supra nudam essentiam nihil addente præter respectum rationis. Hoc autem negat Penottus. Sed cum devēnit ad explicandum quid illud sit quod superaddit decretum nudæ Dei essentiæ, profitetur rem esse explicatu difficillimam, & quod fatetur, à nullo hucusq; perfectè explicatam, licet (ut hoc obiter moneam) in ejus explicatione operam suā posuerint & Suarez Jesuita, & Navarretus Dominicanus. Addit tamen posse dici sine errore, quod sit ipsa divina essentia, ut induit modum volentis; nec sane possum non laudare scriptoris istius prudentiam, quod scilicet sine errore sic dici posse minimè dubitaverit. Nam & meo judicio verissimè dicitur, sed quàm accuratè, quàm satisfactoriè, viderit qui volet. An non pari ratione dicere potuisset Dei decretum esse essentiam divinā, prout induit modum decernentis? Rursus, quis sit hic modus volentis aut decernentis non explicat Penott. aut docet quid addat supra nudam essentiam, quod unicè controvertitur. Certè si libertas divina si-

nullis esset libertati nostræ, neque ad actus varios, locus esse huic scrupulo, verùm cùm sit nòn ad actus sed ad objecta, frustra meo judicio, quæritur, quid inde Dei essentiæ superaddat. Neque enim in simplici divina essentia quicquam occurrit alteri superadditum, secundum rationem realem, sed dumtaxat secundum diversas rationes formales, quomodò omnipotentia intellectus, & voluntas notiones formales differentes nobis repræsentant, quæ tamen nulla realitate differunt inter se. Si decretum divinum non est sufficiens ratio effectus contingentes certò & infallibiliter cognoscendi, certè nec per ideas, (quarum essentia in repræsentandis futuris pendet à decreto Dei) poterit Deus certò & infallibiliter cognoscere futura. At poterit Deus per ideas, sive decreto Dei decreto certò, cognoscere futura contingentia secundùm ipsum Penottum cap. 10 *per ideas præscindendo à libero Dei decreto non potest haberi aliqua certa cognitio de futuris contingentibus, quatenus futura sunt, verùm adjuncta libera determinatione voluntatis optimè per illas haberi potest certa notitia de futuris contingentibus, idque apertè videtur concedere Thomas* 1. distinct. 39. quæst. 1. articulo 2. ad 1. & clarius de veritate quæst. 2. art. 7. ad 6. Ejusmodi habet Penottus cap. 14. *num.* 2.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXI.

In quo dubium secundum resolvitur, An scilicet in divino decreto cognoscantur actus moraliter mali, seu peccata.

Textus. E*st sententia quorundam recentiorum Theologorum illorum maximè qui dicunt omnes effectus contingentes fuisse ab æterno prædefinitos & omnes causas contingentes physicè in tempore prædeterminari ad singulos actus, etiam moraliter malos, quoad illorum entitatem naturalem excepta malitia, omnes effectus etiā moraliter malos qui dicuntur peccata morū sufficienter cognosci à Deo in æterno suo decreto quo decrevit ut fierent illi actus quoad illorum naturalem entitatem & decrevit permittere illorū malitiam. Ita sentiunt nominati in citato capite præcedente in referenda prima opinione; præcipuè Alvarez. disput. 10. & expressè disputatione* 11 *eorum argumenta infra adducemus & solvemus.*

Resol. In hoc argumento fateor quasi secundo flamine vehuntur adversarii, & quasi in mari Pacifico causæ suæ velificari videntur libertatis humanæ propugnatores: Tum quia nemo omnium negat arbitrium hominis liberum esse ad patrandum malum: tum quia odiosū videtur divinæ providentiæ ascribere non modo bona quæ fiunt à quocumque fiant, sed & mala. Sed & rursus extra controversiam est, mala culpæ, divinæ providentiæ attribui non posse tanquam causæ culpabili: etiam secundum nostram sententiam nequaquam ascribuntur Deo tanquam causæ efficienti (quæ tamē ex professo divinæ voluntati tanquam principio effectivo obtrudit Penottus, idque ex Augustino perperam intellecto capite superiore, numero 4. cujus hæc sunt verba: *Divinum decretum est principium effectivum futurorū contingentium*) sed dumtaxat permittendi quoad actus malitiam, occultiorem tamen providentiam Deo tribuendam esse etiam in malo, Scripturæ passim docent. Deus Iosephum testatur voluntate Dei missum fuisse in Ægyptum, quod tamen non nisi fratrum parricidio factum est. Deum obdurasse cor Pharaonis ne populum Israelis demitteret, etiam Sihonem ne Israelitas per terram ejus transire permitteret: etiam malum Spiritum immisisse inter Abimelechum & Sichemitas quo se mutuis odiis conficerent, ut in caput ipsorum rediret cædes filiorum Gedeonis: etiam Cananæos obdurasse, ne in suam incolumitatem fœdus pangerent cum Israelitis. Schemeio itidem præcepisse ut Davidem conviciis proscinderet; Absolumum in patris sui caput armasse & in cædem fratris etiam effecisse, ut patris sui concubinas incesto concubitu pollueret; etiam defectionem decem tribuum à tribu regia se ordinante factum esse palam profitetur Deus. Etiam impuras gentes à Deo traditas in mentem reprobam docet Apostolus, ut facerent quæ non conveniunt; atque hoc ipso mercedem erroris sui recepisse. Christianos etiam traditos esse in efficaciam erroris ut crederent mendacio, idque quia veritatis amorem nequaquam receperant. Denique testatur Petrus, Herodem & Pontium Pilatum una cum gentibus & populo Israelis congregatos fuisse ut facerent quod Dei manus & consilium prædefinaverant ut fierent. hæc autem dicta sunt ratione tractationis Christi ignominiosæ, ejusque traditionis ad mortem, nempe ad mortem crucis. Etiam Christus in Apocalypsi revelat Johanni *Deum indidisse cordibus regū ut facerent voluntatē suam, traderentque regnum suum bestiæ.* Hæc inquā omnia sunt totidē illustria testimonia ad occulta Dei in malo providentiam asserendam. Sed quia missis Scripturis, & re ad humani judicii tribunal revocata, facile est expatiari in his omnibus contra humano arbitrio defendendo, ideo in hoc capu libenter expatiantur Jesuitæ & cum Jesuitis Penottus iste Novariensis. Quod si auctoritate sola recentiorum scholasticorū certaretur, quid quæso est quod in Dominicanis despicere possint Jesuitæ? quos quoties cū Dominicanis confero, quod ad eruditionem attinet & methodum scholasticam, videre mihi videor tantum discriminis inter hos, quantum inter dispositionem & habitum; & quid quæso tulit Penottus quod cum Alvarii lucubrationibus in comparationem veniat; videat æquus rerum æstimator an audeam dicere,

qua

[illegible] Alvare [illegible], [illegible] sit. Quoque qui [illegible] pro [illegible] [illegible] atque alios [illegible] [illegible] [illegible] argumentorum [illegible], ut [illegible] librum, advertat quaeso [illegible] fide [illegible] quorundam Theologorum [illegible]. Alii [illegible] [illegible] huius [illegible], & quis rerum [illegible] vel [illegible] ignorat, hanc [illegible] sententiam Scoti [illegible] [illegible] in 1. distinct. 41. & contra illud &c. [illegible] [illegible] [illegible] Lucifero ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia vult cooperari [illegible] ad actum aliquem, si non vult [illegible], & hoc si [illegible] [illegible] [illegible]. Et secundo si cooperaturum ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] debitis, vel non cooperaturum ei ad [illegible] [illegible], & per consequens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: ita quod sicut Deus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sed etiam quod [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] & per consequens iste committet, vel non cooperaturum ei ad actum [illegible] & per consequens iste [illegible]. Iam qualem cooperationem agnoverit Scotus, nempe praedeterminationem voluntatis creaturae ad [illegible] iam docuerat distinct. 35. ubi [illegible] alias opinionibus de modo quo Deus [illegible] contingentia [illegible], suam substituit videlicet ex determinatione voluntatis divinae & distinctione 47. [illegible] [illegible] permissio divina sit aliquis actus voluntatis divinae & in hunc modum pro parte affirmativa [illegible] [illegible]. Alias [illegible] non videtur Deus [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] voluntatem suam: sed circa peccatorem non videtur habere aliquem actum [illegible] [illegible] [illegible]. Neque enim habet [illegible] [illegible] [illegible]: ergo si permissio non sit aliquis actus [illegible] Deus [illegible] de peccato isto futuro, quia non erit aliqua determinatio voluntatis sua ad istud futurum contingens [illegible] [illegible]. Ad hoc respondet in haec verba, ad primum Argumentum dictum est distinctione 41. (quae quidem ex eo [illegible] [illegible] distinctione iam supra recitato est) [illegible] non est praescientia Dei de peccato futuro per hoc solum quod sciat si permissurum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: sed cum hoc requiritur, quod sciat se cooperaturum isti in actu peccati, vel non cooperaturum ad actum [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] peccatum [illegible]. Argumentum procedit de determinatione, sed respondet Scotus de cooperatione. Nempe radicem scientiae divinae futurorum contingentium, vult Scotus esse determinationem voluntatis divinae; quamquidem voluntatem divinam determinatam non potest esse ad cooperandum solum cum creatura libere [illegible] & [illegible] determinationem voluntatem creatam ad libere operandum. Alias [illegible] est ratione [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Scoto [illegible] [illegible] assignatam esse. Sed & idem Scotus in 4. distinctione 49. quaest. sexta § dico igitur circa hocque ait (inquit Scotus) [illegible] [illegible] voluntatis determinari a causa inferiori [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] determinari a causa superiore, quia [illegible] [illegible] [illegible] quod sit causa [illegible]. [illegible] sic argumentum [illegible] in oppositum: Contra si causa superior determinat, ergo voluntas in suo ordine causandi determinatur: Ergo in suo ordine causandi non est contingens, respondet in hunc modum [illegible] determinationem qua in suo ordine est [illegible] [illegible] contingentia: sed quod effectus qui [illegible] ab ipsa & aliis, non [illegible] contingenter [illegible], [illegible] contingentia [illegible] est quia alia causa prior est determinata ad illum effectum. Etiam Ludovicus Molina primo parte, quaestione decima quarta, articulo decimo tertio, disputatione undecima referente Penotto libro quarto capite sexto, scribit [illegible] Dei [illegible] Scotum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] secundo causae esse influxum in ipsa causa secunda, [illegible] illi [illegible] etiam voluntati humanae ad operandum. Etiam Cardinalem hic Scoto tribuere; Addit tamen Penottus ubi Scotus hic dixerit difficile esse reperire. Fatetur tamen eum hanc doctrinam resolvere videri in 4. distinctione quadragesima nona, quaestione sexta § dico igitur. Tamen (inquit) in eodem 4. distinctione prima, quaestione prima vel ultimate, non obscure oppositum [illegible] & aperte docet, quando causa prima concurrit cum secunda [illegible] [illegible] [illegible] per modum permanentis [illegible] causam nihil influere de novo in secundam causam. Igitur operae pretium nimium contendendae, etiam illud discutere ad veram Scoti sententiam hac ex parte explicandam. Scotus itaque loco citato, intelligendum est (inquit) quod nihil potest agere in quantumque [illegible] [illegible] nisi propria virtute; sunt etiam dictum est supra, quod nisi habeat formam activam & intrinsecam, non potest omnino agere, maxime nisi habeat propriam virtutem intrinsecam quia illa forma est virtus: quod si prius non habeat formam vel virtutem, & tamen agit in aliquo ordine, apparet quod nunc de novo habeat formam & virtutem in illo ordine. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nullo modo est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] agens dependens ab alio dicitur agere in virtute alterius, quia virtus agentis dependentis non sufficit sine illa virtute a qua dependet. Magis tamen dicitur instrumentum agere in virtute alterius quam causa secunda quia plus dependet ab agente superiori illud quod non habet formam activam in esse quieto, sed tantum recipit in actu, [illegible] [illegible], quam illud quod habet formam activam in esse quieto.

Causam etiam secundam quae habet formam activam in esse quieto agere in virtute alterius non est recipere [illegible] aliquid ab illa altera, sed tantum habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul. Sed instrumentum idest recipere formam [illegible] in motione, agere in virtute alterius, est tamen [illegible] accipere formam ab eo per quam agit. Et ex hoc patet quod causa prima in causam secundam proprie influere, quando simul agunt, non est influentia nova quae sit creatio aliquid inhaerentis causae secundae; sed influentia ibi est determinatio ordo illarum causarum in agendo effectum communem. Et illud patet intellectum materiam. Bene enim verum est, quod causa secunda & instrumentum plus potest in virtute alterius quam proprie (supple sola) [illegible] virtutem alterius, quia virtus eius propria est diminuta & subordinata alterius virtuti ita quod sine illa altera virtute agente virtus eius non potest in effectum. Tamen non potest in virtute alterius plus quam ex propria virtute ad est aliquid, ad quod virtus eius nullo modo se extendit in suo ordine causandi. Illud autem homo si accipiet virtutem propriam, praescindendo virtutem causae superioris, falsum est, in nihil enim potest creatura sine virtute Dei principaliter agentis; ideo non valet.

Quando negat Scotus causam primam influere aliquid de novo in causam secundam, procedit comparative. Comparat enim causam secundam cum instrumento. Instrumentum sic dum agit in virtute alterius recipere activam formam per quam agat, non sic causam secundam: nullam enim formam activam de novo recipit à prima causa, dum dicitur agere in virtute ejus. Atqui nihil notius est apud Scotum, quàm ex ejus sententia causam secundam non movere nisi motam à prima. Atque ita moveri à prima ut si causa prima moveret necessario, nullus effectus esset contingens, etiam respectu causarum secundarum. Rursus, non modo Scotus sed & schola Thomæ in eandem sententiam concessit, prout ex Dominicanorum studiis manifestum est. Seu & Augustinus jam olim professus est, *nec aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit*; & non tantùm bona sed & mala ista generalitate comprehendi patet ex subsequentibus, dum addit *vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo*. nec tamen hinc concluserim Dei voluntatem esse principium effectivum omnium futurorum contingentium quod facit Penottus, dum hinc colligit decretum divinum esse principium essendi omnium futurorum contingentium. Dicimus bonorum esse quidem principium effectivum, sed permissivum duntaxat malorum, ut licet volente Deo fiant quæ fiunt Deus, non tamen efficiente. Ipse Penottus facile patitur omnes effectus contingentes etiam moraliter malos à Deo definitos & determinatos esse, sed prædefinitos & prædeterminatos à Deo esse nequaquam patitur.

Penott. *Oppositam sententiam puto verissimam & omnino sequendam, quod scilicet in solo divino decreto, sive illud sit decretum positivum sive permissivum tantùm, actus futuri moraliter mali qui sunt peccata non modo non possunt certò & infallibiliter cognosci. Hoc enim est expressè contra Divi Augustini & Sanctorum Patrum & Thomæ, quorum testimonia non possunt sine magna violentia veritati illata aliter & in alium sensum exponi probantur hæc assertio ex Sanctis patribus. est enim frequentissimum & convenientissimum docendi modum apud illos. Deum quidem omnia præscivisse, sed non omnia prædestinasse seu prædefinisse: & specialiter peccata esse quidem à Deo præscita, non tamen prædestinata. Ita Concilium Valentinum sub Lothario capite decimo docens*, prædestinatione Deum ea tantum statuisse quæ ipse vel gratuita miseratione vel justo judicio erat facturus secundum scripturam dicentem qui fecit quæ futura sunt, in malis vero ipsorum malitiam præscisse quia ex ipsis; non prædestinasse, quia ex ipso non est. *Augustinus libro secundo de prædestinatione & gratia capite quinto & sexto & decimo tertio & 14. & de prædestinatione Sanctorum capite 10. & libro 6. Hypognost. ad finem, & ad articulos sibi falsò impositos & alibi frequentissimè inquit*, Deum nihil prædestinare quod non præsciat, multa vero præscire quæ non prædestinat, *& specialiter in dicto libro ad articulos sibi falsò impositos, ad undecimum art. de peccato.* Nihil ergo talium negotiorum Deus prædestinavit ut fieret. *Idem habetur apud Fulgentium libro primo ad Monimum cap. 30. Damascenum lib. 2. de fide capite ultimo, Bedam & alios plures libro sequenti cap. 16 citandos. Si autem Deus actus malos minimè prædefinivit, sine dubio illa in divinis decretis non cognita sunt nec cognosci poterunt. Confirmatur Ratio. Nam quicquid sit de illa distinctione cognoscendi peccata in decreto permissivo aut positivo, & de certo quoad entitatem naturalem peccati vel quoad illam malitiam satis est, Sanctos patres docere Deum non cognoscere peccata in suo decreto. & assertionem quæ dicit peccata cognosci in divino decreto contrariam esse usui & modo loquendi Augustini & Sanctorum Patrum.*

Itaque sententia Penotti est, *Deum non cognoscere peccata in solo decreto suo.* In decreto divino peccata cognosci posse non negat Penottus, sed in decreto solo cognosci negat. Ita enorme est sententiæ suæ explicationem vide tamen dissertationis ejus titulum, quippe cum sic concludit; *sine dubio peccata in divinis decretis cognita sunt nec cognosci poterunt*, & rursus *Assertio quæ dicit peccata cognosci in divino decreto contraria est usui & modo loquendi Augustini & Sanctorum Patrum*: Ergo inquam tam sententia ipsius Penotti profitentis in decreto quidem divino cognosci peccata licet non in solo decreto, tam contraria est usui & modo loquendi Sanctorum Patrum, quàm sententia quam impugnat; Et cum in hoc cardine vertatur præsens inter Penottum & adversarios ejus controversia, *utrum scil. actus moraliter mali sint à Deo prædefiniti & prædeterminati, an tantùm à divina voluntate definiti & determinati*, quis unquam Patrum Antiquorum repertus est ita distinguere ut actus moraliter malos à Deo & voluntate ejus definitos quidem & determinatos esse concederet, non autem prædefinitos aut prædeterminatos? Augustinus de bono perseverantiæ cap. 22. ita se habet *de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei*, videas sententiam definitam voluntatis Dei eandem esse cum prædestinatione juxta Augustinum, nisi tamen sic distinxisse comperiatur, non magis Penotto faventem patrem quam adversariis ejus. Imò quid si determinatum & prædeterminatum, definitum & prædefinitum eodem sensu procedat apud omnes patres modò ab æterno definitum & determinatum esse constaret quod definitum & determinatum appellant? Quid enim aliud est ad vitam prædestinari quàm ab æterno destinari ad vitam juxta phrasiologiam antiquorum & prædestinationem agnoverunt illi non modo ad vitam æternam sed & ad mortem æternam, Agnosco ita veteres distinxisse inter præscientiam & prædestinationem ut omnia à Deo præsciri dicerent etiam mala non autem prædestinari, hinc etiam invaluisse fateor ut in scholis *præsciti* vulgariter usurparentur pro *reprobatis* nimirum cum nomina sint ab adfectu, voluerunt illi prædestinationem ad ea tantum extendere, quæ aliquando facturus erat ipse Deus, non autem ad ea quæ permissurus. hoc agnoscit ipse Penottus & sententia hac de re Augustini satis perspicuè proponitur de bono perseverantiæ lib. 2. cap. 17 *In sua quæ falli mutariq; nescit præscientia opera sua futura disponere illud omnino nec aliud quicquam est prædestinare.* Interea licet opera sua tantùm decernat Deus ut fiant ipso faciente per prædestinationem; hoc tamen nihil impedit, quo minus etiam peccata nostra decernat ut fiant ipso permittente, per generalem providentiam; nec enim negas etiam mala à Deo decerni & determinari, idque ab æterno; sed ut locum facias amoribus vestris quibus propendetis in Helenam vestram, doctrinam dico vestram de scientia media, tantùm negas à Deo prædeterminari. Nec ipsum negat Augustinus peccata ordinari à Deo ut fiant ipso permittente. Imo potius asserit

scientia defuerit cũ promittit: *Non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Ex quo nobis videtur de obstinatione Pharaonis ne populum Dei dimitteret, vtrum de crucifixione Christi, annon hæc à Deo prædestinata sunt? *Act. 4. 28.*

Thomas. *Secundo probatur testimonio Thomæ. Nam in quæstionibus disputatis de veritate articulo 5. ad 6. expresse docet prædestinationem non esse circa mala, nisi quia respicit futurum supernaturale &c. Sed clarius quæstione 12. articul. 10 proponit hanc quæstionem*: Anutrum prophetia sufficienter dividatur in prophetiam comminationis, prædestinationis, & præscientiæ: *& contra hanc divisionem objicit sibi hoc argumentum quod est tertium in ordine*, Cum præscientia se habeat ad prædestinationem quasi in ejus definitione posita, non potest præscientia contra prædestinationem dividi nisi quantum ad ea in quibus præscientia prædestinationem excedit. Sed præscientia excedit prædestinationem in malis, quia de iis est præscientia & non prædestinatio. *In corpore vero articuli inter alia sic docet*: Impletio vero eventuum futurorum est duplicitas; quandoque quidem ex sola operatione divinæ virtutis, ut suscitatio Lazari & conceptio Christi, & secundum hoc est prophetia prædestinationis, quia ut dicit Damascenus, ea quæ Deus prædestinat non sunt in nobis, unde & prædestinatio quasi quædam Dei præparatio dicitur: hic autem aliquis præparat quod facturus est ipse, non quod alius. Quædam vero explentur operatione causarum aliarum sive naturalium sive voluntariarum: & hæc in quantum per alias causas complentur non sunt prædestinata, sunt tamē præscita. *Annis aperte actus humanos in quantum prosequuntur à causa secunda libera non esse prædestinatos, quæ est doctrina non solum Damasceni lib. 2. De fide, Capite ultimo, sed communissima Sanctorum Patrum: & Respondet Thomas ad 3.* Dicendum, quod præscientia hic accipitur contra prædestinationem divisa, quantum ad ea in quibus præscientia prædestinationem excedit. Non autem excedit præscientia prædestinationem in malis tantum, si prædestinatio stricte accipiatur, sed in omnibus bonis quæ non fiunt sola virtute &c. *Hinc habemus aperte ex doctrina Thomæ & Damasceni actus liberos non solum malos sed etiam bonos quatenus pendent à libero arbitrio non esse prædestinatos, neque positos in decreto divino & ideo ad præscientiam excedere prædestinationem. Quare videre possunt qui volunt quam conformitatem habeat doctrina eorum qui in viâ Thomæ contendunt actus morales malos à Deo præcognosci in suo divino decreto essentiali.*

Responsio. Ad locum priorem jam responsum est capite superiore & quam nihil sublevet causam Penotti, licet in eo non modice gloriatus fuerit, ostensum. Sed adhuc magis gloriatur, aut insolescit potius, loco proxime subjecto de veritate quæst. 12. art. 10. ad 3. Sum dixi prædestinationem à veteribus accipi tantum, prout significat decretum divinum de futuritione eorū quæ facturus est ipse Deus, non autem eorum quæ tantummodo permissurus est; neque ideo mirandum si Veteres sequutus Aquinas statuerit præscientiam latius esse ad prædestinationem quippe quæ sit etiam malorum, non sic prædestinatio. Ad verba illa quod attinet, quæ notanda monet Penottus, ex corpore articuli, *& hæc in quantum per alias causas complentur non sunt prædestinata*, [illegible] non possum improvidentiam hominis dum non advertit illa, quibus præcipue nititur causæ ipsius pupillum petere, quod mox ostendam idque ex Aquinate in hoc ipso art. Imprimis igitur concludit hinc Penottus Thomam aperte sentire *actus humanos in quantum prosequuntur à causa secunda libera non esse prædestinatos.* At inquam quia non videt hoc à Thoma affirmatum non magis de effectibus agentium liberorū quam de effectibus agentium necessariorum? *Quædam*, inquit, *explentur operatione causarum aliarum sive naturalium sive voluntariarum, & hæc* (inquit) *in quantum per alias causas complentur non sunt prædestinata.* Quare qua ratione visum illi fuerit Thomæ attribuere quod negaret effectus causarum naturalium à Deo præfinitos esse, pari rationis analogia potuerat etiam eidem ascribi quod negaret effectus causarum liberarum à Deo prædestinatos esse. Rursus, nisi demum occurrat apud Thomam distinctio de effectibus *prout à Deo vel definiti sunt vel prædefiniti, vel à Deo determinati vel prædeterminati*, atque secundum distinctionē præmissam hujusmodi resolutio qui effectus causarum liberarum statuantur *à Deo quidem definiti & determinati, non autem prædefiniti aut prædeterminati* juxta sententiam Aquinatis hoc enim ni fecerit, Thomas non minus obest hoc in loco causæ eve, quam causæ adversariorum suorum. Pergit tamen addendo, eandem esse etiam Damasceni sententiam; quasi verò ignoraret aut dissimularet quomodo Damasceno occurrendum censuerit ipse Thomas 1. parte quæst. 23. art. 1. quærens utrum homines prædestinentur à Deo, & ex Damasceno argumentum in adversarium introducens in hæc verba; *Videtur quod homines non prædestinentur à Deo. Dicit enim Damascenus lib. 2. cap. 30 oportet cognoscere quod omnia quidem præcognoscit Deus sed non omnia prædeterminat. præcognoscit enim ea quæ in nobis sunt, non autem prædeterminat ea, sed merita & demerita humana sunt in nobis, in quantum sumus nostrorum actuum domini per liberum arbitrium, ea ergo quæ pertinent ad meritum vel demeritum non prædestinantur à Deo.* Videas proxime quomodo respondeat Thomas: *Ad primum ergo dicendum, quod Damascenus nominat prædeterminationem impositionē necessitatis, sicut est in rebus naturalibus, quæ sunt prædeterminatæ ad unum, quod patet ex eo quod subdit. Non enim vult malitiam neque compellit virtutem.* Atque hanc etiam responsionem ad locum illum Damasceni adhibet Alvarez, eamque ex hoc loco Thomæ petitam quam tamen silendo dissimulat Penottus, neque mirum; quippe cui refellendæ se nimis imparem esse præsenserat, neque enim sibi speraverat ab Alvarez stringendo quoties vires ferunt & datur opportunitas. Hinc pergit ad responsionem Aquinatis concedentis quidem præscientiam excedere prædestinationē idque non in malis tantū, sed in omnibus bonis quæ non fiunt sola virtute divina. Et hic ovantē agit, addens doctrinam istam nunquam fuisse à Thoma retractatam & magistraliter censuram ferre in eos omnes qui Thomam in diversam abeunt, quam hic profert, (juxta Penotti interpretatē) sententiam trahunt. *Quare videre* (inquit) *possunt qui volunt, quam conformitatem habeat doctrina eorū qui in viâ Thomæ contendunt actus morales malos à Deo præcognosci in suo divino decreto essentiali.* Agedū verò Novatorum istū sollam itemnam; dicit hoc Aquinas de prædestinatione non simpliciter sed cū cautione hujusmodi *Si prædestinatio stricte accipiatur*. Quid hoc sibi vult

ostendam, idque ex Aquinate, in hoc ipso Articulo; nam dum negavit effectus caussarum aliarum à Deo prædestinatos esse, addidit hanc cautionem *in quantum per alias caussas complentur*: quod quidem processit tam de effectibus caussarum naturalium, quàm liberarum, quia scilicet caussarum, etiam naturaliter agentium, effectus sunt impedibiles. At iidem effectus nō modò caussarum naturalium sed & liberarum juxta Aquinatem sunt prædestinati, in quantum non dependent à caussis secundis solum, sed & à caussa prima: Hoc indicat ipse Thomas verbis proximè sequentibus in responsione nimirum ad Argumentum quartum. *Ad quartum* inquit *dicendum quod actus noster & est ex gratia & ex libero arbitrio: non autem subjacet prædestinationi nisi secundum quod est ex gratia, quæ à solo Deo est. unde id quod ex nostro arbitrio est, prædestinationi subesse dicitur per accidens*: Quare ut ut secundum Thomam bona nostra opera quatenus vocat non sint prædestinata prout sunt ex libero arbitrio seu in quantum per liberum arbitrium complentur, tamen etiam secundum ipsum Thomam prædestinata sunt *in quantum sunt ex gratia*. Ad eundem modum & mala seu peccata nostra licet non subjiciantur voluntati Dei generali sive decreto divino in quantum complentur per liberum nostrum arbitrium, tamen prout quoad substantiam actus ipsorum sunt ab operatione Dei (nam *actio peccati est à Deo* secundum Thomam) nihil impedit quo minus etiam hac ratione & subjiciantur decreto Dei & cognoscantur in decreto secundum eundem, quemadmodum in hoc ipso articulo responsione ad 11. significat ipse Thomas his verbis *ad undecimum dicendum, quod caussæ superiores quæ sunt rerum rationes in divina præscientia nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt caussæ inferiores: & ideo eventus futurorum cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non nisi sub conditione.* Etjam Penotus agnovit decretum divinum esse caussam effectuum omnium futurorum contingentium; quo generalitate, non tantùm bona sed & mala complexum est, capite superiori, numero quarto, atque hæc sufficere possint ad insolentiam Penoti coercendam & luxuriantem ejus rhetoricationem in hoc apoco tum [illegible].

Tertia. *Tertium probatur eadem veritas ratione, si Deus cognoscit peccata futura in decreto vel cognoscit eam decreto concomitante vel sequente vel antecedente, primum & secundum dici non possunt, quia ex decreto concomitante fieri non potest quod voluntas concomitanter divinam concursum. Nam quando duæ voluntates conveniunt simul ad unum actum vel conveniunt à casu & hoc de divina voluntate dici non potest, vel una movet alteram; & hoc in tali casu dici non potest, quia voluntas divina non esset concomitans, sed aut præveniens aut sequens humanam voluntatem; vel quia una præsit, quod si adjungat alteri suum concursum illa exibit in actum, & tunc ex alio capite quam ex decreto concomitante oportebat Deum scire quod humana voluntas exibit in actum, si autem dicatur quod illud est decretum antecedens ut de facto nonnulli dicunt*, quod Deus cognoscit actus futuros moraliter malos in duplici decreto; quorum altero decrevit voluntatem humanam prædeterminare ad naturalem entitatem peccati, altero vero decrevit permittere moralem malitiam ipsius.

Contra hanc responsionem arguo: vel positis his decretis sequitur necessariò & infallibiliter peccatum ipsum peccari, vel solum contingenter & fallibiliter. Si [illegible] primum, jam voluntas humana libera non erit ad peccandum sed necessariò peccabit, recurretque in manifestum Calvinismum: nihil enim aut parum plus dicit Calvinus. Si dicatur secundum, ergo ex tali decreto Deus non potest certò scire quòd homo sit peccaturus. Nam si adhuc posito decreto potest non peccare, ergo potest ponere in esse quod non peccet, & sic non sciet illum peccaturum.

Confirmatur ratio ex doctrina Thomæ: vel per dictum decretum voluntas humana est necessariò determinata ad apponendam actui naturali moralem malitiam vel non. Si dicas primum, jam DEUS determinat voluntatem non solum ad actum naturalem sed ad malitiam peccati, & est malitiæ autor; quod nec Calvinus ausus manifestè affirmare. Si secundum, Argumentor sic: Quam diu effectus est in caussa contingente nondum determinata ad ipsum effectum, effectus per nullam scientiam sive creatam sive increatam potest infallibiliter sciri ex Thoma prima p. quæstione 14. art. 13. Sed posito isto duplici decreto, voluntas humana manet adhuc indeterminata ad ponendam malitiam moralem; ergo ex isto duplici decreto per nullum intellectum sive creatum sive increatum sciri potest quod voluntas infallibiliter peccabit.

Procedit distinctio de decreto quod factum est ab æterno; verùm membra distinctionis nullam habent congruentiam cum decreto quod fit ab æterno, sed potius cum operatione Dei transeunte quæ fit in tempore. neque enim possibile est ut decretum Dei vel concomitetur vel subsequatur operationem creaturæ; potius formaretur in hunc modum, si DEUS cognoscit peccata futura in decreto, vel cognoscit illa in decreto concomitanter cum voluntate creata operandi, vel subsequenter vel antecedenter; nos non dicimus DEUM peccata cognoscere in decreto concomitanter solum aut subsequenter operandi; veruntamen operæ pretium fuerit expendere quomodò probet, quod ex decreto concomitante, aut subsequente peccata cognosci non possint juxta tripartitam ejus disjunctionem. *Quando duæ voluntates conveniunt simul ad unum actum, vel conveniunt* (inquit) *à casu, & hoc de divina voluntate dici non potest*; At (inquam) nec de humana voluntate dici potest, quod conveniat à casu respectu DEI operantis. Et fortè hoc est quod significatum velit Penotus; nempè nihil posse accidere casualiter respectu DEI, ne concurrentiam quidem creaturæ cum DEO ad actum aliquem producendum. At quomodò Penotus illud præstabit? Quid enim? annon statuit caussam secundam concurrere cum DEO vel casualiter, vel fortuito: nam licet non concurrat præter DEI scientiam, tamen concurrere statuitur præter DEI intentionem. At fortuitum esse definitur à Philosopho, *Quicquid accidit præter intentionem operantis*: Nec DEUS statuitur à Penotto intendere, quod creatura ad aliquem actum peccaminosum concursura sit, sed tantùm hoc præcognoscere. Pergit Penotus ad membrum secundum disjunctionis; *vel* (inquit) *una movet alteram, & hoc* (inquit) *in tali casu dici non potest, quia voluntas divina non esset concomitans, sed* Resp.

aut

ac praeveniri, aut impediri humanam voluntatem. At (inquam) etiamsi hoc summo difficulter proponitur; tamen etiam probas, hoc in causa non esse concomitans; non probas non esse sequens. At ea reperta probandum, nec esse concomitans nec esse sequens. Verum tertium disjunctionis membrum difficillimum est in cujus discussione diutius immoremur: *vel (inquit) quia eum praescit, quod si absque alterius suum concursum in talia evenit in actum, & tum ex alio capite quam ex decreto concomitante oportebit Deum scire quod humana voluntas exibit in actum.* At (inquam) licet hoc praescivit, non tamen hinc desinet esse casuale; Nam *casuale est quod fit praeter intentionem*, quamvis non fiat praeter praescientiam. Sed quod mirum enodatius est; cum dicis *ex alio capite, quam ex decreto concomitante, oportere Deum scire quod humana voluntas exibit in actum*; quodnam quaeso est illud caput ex quo oportebit Deum scire hoc? Profecto fingi non potest; nec omnino malitia ulpiam ostendere unde sit quod hoc sciat Deus.

Molina videtur hoc deferre infinitati intellectus divini, sive scientiae divinae. Hoc vero tibi nequaquam probatur; imo non pateris sententiam tam absurdam obtrudi Molinae c. 23. num. 1. Tibi vero consultum est in hoc acquiescere, quod Deus noverit quid voluntas creata volitura sit, si in tali ordine ponatur, modo Deus ad eandem volitionem producendam concursurus sit; unde autem, aut ex quo capite hoc cognoscat, ne mollis quidem designare. Rursus *creaturam in tali ordine volituram modo Deus concursum suum commodaverit*, est tantum possibile natura sua. Unde autem fiat ut ex conditione rei tantum possibilis migraverit in conditionem rei futurae quis expediet? Non Penottus, neque enim decem istis libris hactenus expedivit, sed nec viginti aliis unquam expediturus, nisi recurrat ad antecedens Dei decretum, quo determinetur illud esse futurum. Hoc antecedens Dei decretum nos tuemur; videamus proxime quomodo refellat Penottus. Dicimus posito antecedente Dei decreto malitiam ipsius peccati sequi necessario, & infallibiliter necessitate ex Hypothesi, hoc est necessitate secundum quid, & necessitate modali in hunc formam: posito quod Deus decreverit talem actum liberum fieri secundum substantiam actus, qui tamen inconformis est legi Dei; necesse est ut hujusmodi actus fiat; nec tamen hinc sequitur, voluntatem non esse liberam ad agendum quod agit; quia decrevit Deus non modo ut talis actus fiat, sed & certo modo fiat, id est non necessario, sed contingenter & libere. Unde sequitur, necesse esse non modo ut fiat, sed etiam ut fiat libere. Quid enim? annon est penes Deum decernere ut aliquis actus libere fiat a creatura? Sed neq; sequitur, si voluntas agat libere, DEUM non posse praescire quod homo sit peccaturus; nam licet actus iste conjunctus sit cum potentia aliter agendi, aut non omnino agendi; tamen posito Dei decreto de voluntatem humanam determinando ad substantiam hujus actus qui inconformis est, fieri non potest ut aut alius actus pro eo instanti producatur, aut ille actus non producatur; Audiatur Aquinas in 1. p. 19. art. 8. in corp. *Cum voluntas divina sit efficacissima non solum sequitur, quod fiant ea quae Deus fieri vult, sed quod eo modo fiant quo Deus ea fieri vult; vult autem Deus quaedam fieri necessario quaedam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum universi; & ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias quae deficere non possunt ex quibus effectus de necessitate proveniunt; quibusdam autem aptavit causas contingentes defectibiles ex quibus effectus contingenter eveniunt.*

Ad confirmationem quod attinet, negamus praescire divinum decretum omnino determinare voluntatem ad apponendam malitiam actui, sed neq; tale aliquid (quod fingit Penottus) cadit in decretum hominis; etenim malitia resultat ex positione actus secundum substantiam suam, praesupposita lege Dei ejusmodi actum aliquem prohibente. Nec omnino requiritur actus specialis ad apponendam actui malitiam; Itaq; malitia actus in peccato commissionis nullam requirit causae determinationem ad ipsam producendam, praeter determinationem causae ad producendam ipsam substantiam actus. Itaque falsum est quod ait Penottus, posito decreto determinandi ad substantiam actus, & permittendi malitiam ejus, voluntatem humanam adhuc manere indeterminatam ad ponendam malitiam moralem. Obiter advertite, Penottum hoc loco concedere Aquinatem 1. p. q. 14. art. 13. negantem Deum praescire effectus futuros contingentes in causis ipsorum secundis, intelligendum esse de causis secundis nondum determinatis. Quo quidem innuit in causis secundis determinatis, & non impedientibus posse Deum infallibiliter praescire futura contingentia, idque secundum Aquinatem. At hoc antea negaverat ipse, fessusq; est ex Aquinatis sententia, non omnino praesciri posse futura contingentia in causis ipsorum, sive ut indeterminata considerentur, sive ut determinata supra cap. 20. num. 7.

Quarto principaliter probatur eadem veritas ex eversione praecipui fundamenti contrariae opinionis; praecipuum enim illius fundamentum est hominem sine speciali Dei auxilio non posse tentationem vitare & non posse propriis viribus se continere, ne cadat. Unde sequi videtur, si Deus decrevit permittere hominem cadere, in eodem decreto videri quod ille necessario sit casurus. Verum ex eodem fundamento maxime probatur nostra sententia; supponendo enim quod est de fide, nempe; Deum nullum hominem deserere (saltem de justificato loquendo) nisi ille prius ab homine deseratur: quod, (ut omittam innumera Augustini testimonia, expresse definivit Concilium Tridentinum sess. 6. de justificatione cap. 11 ubi definit Deum semel justificatos non deserere nisi prius ab ipsis deseratur. *& in cap. 13. ubi ait* Tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent; Deus enim nisi ipsi illius gratiae defuerint sicut coepit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere. *Ratio Concilii est, quia licet mandata divina non possit homo solis naturae viribus efficere, potest tamen efficere cum divino auxilio, quod semper habet paratum, quo Deus nullum justificatum deserat; nisi ille prius per peccatum Deum deserat. Hic autem suppositio sic disputo. Prius est hominem peccare, & Deum ipsum praevidere hominem se per peccatum deserentem, quam sit decretum de homine deserendo. Ergo in decreto de homine deserendo, permittendo labi in peccatum, non potest cognosci fore hominem infallibiliter peccaturum.*

Respons. Deserit Penottus adversus Pontificios suos, quos etiam, dum profitentur Deum in decreto permittendi peccatum praenoscere futuritionem peccati, agnoscit hoc fundamento niti, quod scilicet *homo sine speciali Dei auxilio non possit tentationes vitare, & propriis viribus se continere, ne cadat.* Ergò dum hoc ipsum à nostris Theologis agnoscitur, nihil aliud docent quàm quod ex ipsis Pontificiis non pauci verum esse profitentur. Videat etiam quid hic de re docuerit ante centum & septuaginta annos Thomas de Bradwardina inter ipsos Pontificios magni nominis Scholasticus. Is enim lib. 2. de causa Dei contra Pelagium capite 4. probandum in se recipit, *Liberum arbitrium tentatum non posse propriis viribus sine Dei auxilio & quâ gratia tentationem aliquam superare.* Et capite 5. sequente. *Quod liberum arbitrium quantacunque gratia fulcitum sine alio Dei auxilio speciali non potest aliquam tentationem superare.* Et cap. 7. *Quod nullus non tentatur solius liberi arbitrii viribus, sine gratia vel cum gratia quantacunque, creata absque alio Dei auxilio potest peccatum aliquod evitare.* Et cap. 8 in Coroll. *Quod nullus viator solius liberi arbitrii viribus vel gratia aut amborum conjunctim, sine alio Dei auxilio speciali potest perseverare per aliquod tempus omnino.* Et cap. 9. *Quod nec homo, nec angelus cum quantacunque gratia ante lapsum potuit perseverare finaliter vel ad tempus, sine alio Dei auxilio speciali.* Sed Penottum videamus, & quanti fuerint quae vendidit, expendamus. Sententia nititur ex Concil. Triden. petita; in qua profitentur *Deum operatorem & velle & perficere, modò illius gratiae minimè defuerimus.* Hic Penotto exponendum fuit, quid sit *gratiae* Dei *minimè deesse*, quo posito, Deus operaturus sit in nobis velle & perficere. Instantiam ponamus; operabitur in nobis Deus velle credere, velle resipiscere; modo nos gratiae ipsius non deesimus. Et quid quaeso aliud est gratiae divinae non deesse, quàm monitis ejus auscultare: dum monet igitur ut credamus & resipiscamus; modò monitis istis auscultemus, operabitur in nobis Deus ut credamus & resipiscamus. Atqui Deo monenti ut credamus & resipiscamus, auscultare, prorsus nihil aliud est quàm credere, & resipiscere. Huc ergò redit splendida horum Theologorum doctrina, *Deum facturum effecturum ut credamus & resipiscamus, modò credamus & resipiscamus.* Atque hoc est Deum nos minimè deserturum, nisi ipsi prius deseramus Deum, nempe non deserere Deum est voci ipsius morem gerere; quòd si fecerimus, hoc est si voci ejus paruerimus, Deus nos minimè deseret, hoc est, praestabit ut voci ejus pareamus. Deus nihil impossibile praecipit; sed quae praecipit Deus, dicimus esse possibilia tantùm per gratiam, non autem per vires arbitrii naturales. Rursus coccismum suum repetit Penottus; DEUS (inquiens) *nullum justificatum deserit; nisi ille prius per peccatum Deum deserat.* Ergò homo prius peccat in Deum, & deinceps Deus hominem deserit, hoc est permittit hominem cadere in peccatum. Annon illa *non sani esse hominis non sanus juret Orestes*? Et tamen istas ineptias proponit Penottus tanquam Sybillae folia, aut totidem oracula. Mox manifestum facit se desertionem Dei circumscribere permissione Dei ut homo cadat in peccatum, & palam pronunciat Deum prius praevidere hominem peccaturum quàm decernat eum deserere, hoc est in eo peccatum non permittere; ut in hoc Arminianis nostris longè infulsior sit Penottus. Sed si praevidet Deus hominis peccatum idque ab aeterno; tum peccatum hominis ab aeterno futurum fuit, non quidem natura sua; etenim natura sua peccatum hominis est duntaxat possibile; Unde autem factum est, ut ex conditione rei possibilis migraverit in conditionem rei futurae? nam sine causa migratio talis fieri non potuit. At ubi demum finget Penottus hujusce migrationis causam aliquam? Num extra Deum hujus migrationis causam comminisceretur? At hujusmodi figmentum esset merè chymericum. Nam extra Deum nihil fuit ab aeterno. At quod non erat ab aeterno, migrationis, aut transmutationis rei alicujus ab aeterno causa esse non potuit. Ergò transmutationis istius causa, aut intra Deum quaerenda est, aut nullibi. At in Deo nihil occurrit quod transitus istius causa esse poterit, praeter voluntatem Dei. Nam scientia visionis juxta Penottum supponit futura, non facit; Sed & essentia Dei sicut & scientia seclusa Dei voluntate nullius mutationis circa res creatas, aut creabiles est productiva. Itaque de Deo gloriosè & ingenuè profitere, nihil omninò futurum esse, nisi ex eo quod sit à Deo volitum, cum hoc tamen discrimine, quod bona omnia à Deo volita sunt, ut fiant Deo faciente; mala verò ita à Deo volita sunt, ut fiant Deo duntaxat permittente; & ut malum fiat (Deo permittente) bonum esse, ipse Bellarminus pronunciat. Sanè diserta in hanc rem est sententia Augustini; *Non aliquid fit* (inquit) *nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.*

Huic argumento quidam recentiores ut satisfaciant, dicunt subtractionem divini auxilii duobus modis posse considerari; uno modo ut simplex quaedam negatio est, alio modo ut est privatio. Et licet (inquiunt) *quatenus privatio est, prius sit hominem deserere Deum per peccatum, quam deseri à Deo per subtractionem divini auxilii; tamen si consideretur ut negatio est, prius est Deum deserere hominem, quam deseratur ab illo. Sed si sic liceat dicere, videtur sanè egregia & lepida doctorum istorum cavilli defensio, & illius fundamenti subversio. Quaerendum est enim à suis respondentibus, an prius fuerit in divina voluntate decretum illud subtrahendi auxilium divinae gratiae, quam praescientia lapsus ipsius hominis, an sit posterius ad ipsam praescientiam. Si enim posterius est jam in illo decreto non fuit primò praevisum peccatum, sed ad aliam rationem recurrendum est. Si autem dicatur illud esse prius, jam Deus decrevit deserere hominem, antequam homo decreverit deserere Deum, quod formaliter & in terminis est contra definitionem.* Instan.

Respons. Est illa distinctio ab Alvarez usurpata disp. 101. & 102. de auxiliis, & meo judicio satis Scholastica; licet accommodatio distinctionis istius quam hoc Alvarez praeter omnem sobrietatem concepta sit, prout mea fert sententia; quam tamen neutiquam invadit Penottus armis Scholasticis; Ego verò Digressione peculiari jam dedi operam ut infirmam ejus constitutionem in medio ponerem. Penottus hoc tantum agit ut ostendat istam distinctionem nihil valere ad argumentum ejus ex Concilio Tridentino petitum ullatenus elevandum. Atqui Alvarez, loco praedicto nullius propositionis ex Concilio Triden-

Tridentino patres mentionem facit, ad cujus interpretationem illam distinctionem accommodaret. Placet tamen eandem momentum disputationis Penotti, licet ad summam phrasis placitum in illa distinctione istius accommodationem procedentis. Si (inquit) *decretum subtrahendi auxilium sit prius praescientia lapsus, jam in illo decreto erit primo praevisum peccatum.* Resp. Alvarez agere de decreto liberaliter auxilium conversionis hominis postquam lapsus fuerit in peccatum; nonnunquam agit de decreto subtrahendi auxilium, ex quo sequitur hominem labi in peccatum. Subtractio autem prioris auxilii causa quidem est cur homo non convertatur negative; at non est (inquit) causa cur non convertatur privative & culpabiliter. Et sane manifestum est hujus causam reperiendam esse in peccatum originale. Et omnino verissimum est, ut nempe in nullam frequentem causam esse causam peccati, licet si Deus praeberet auxilium efficax non peccaremus: ut docet Thomas 1.2. q. 79. art. 1. in corp. *Deus* (inquit) *non praebet aliquibus auxilium ad vitandum peccata, quod si praeberet, non peccarent.* Sed accedamus ad peccatum primum. Novit hoc Iunium Deus ex decreto permittendi, adeoque secundum Alvarez disp. 101. num. 7. posita permissione infallibiliter peccat homo. *Ego* 1 (inquit Nuvacitius) *sed Deus decrevit deserere hominem, antequam homo Deum deseruit.* Deus, Quasi verò sobrius aliquis hoc de re dubitare, cum satis constet decreta Dei esse aeterna, desertes vero hominum temporaria, dicere debueras, *antequam praevidit Deus hominem deserturum Deum fuisse.* Aut deserere hominem nihil aliud sit quam permittere in peccata, quis non plane stupidus hoc de re dubitaret. nempe necesse esse ut Deus prius permittat hominem peccare, quam homo peccet. & consequenter decretum permittendi peccatum, prius esse praevisione peccati. Sed nego permittere hominem peccare, peccatum primum esse, hominem deserere; nam deserere notat aliquid poenale, et impossibile est ut, permittere peccatum primum, sit aliquid poenale. Etenim omne poenale praesupponit peccatum, potius quam antegreditur peccatum.

Deum non dicit subtrahere auxilium speciale (quae Penotti phrasiologia est) sed non praebere quibusdam, quod si praeberet homo non peccaret, est disertissima Aquinatis sententia, 12. q. 79. art. 1. in corp. Nec tamen vanae sunt hortationes ad perseverandum, & divinae legis praecepta implenda; ne reprobis quidem vanae sunt, sed ad tollendam iis excusationem inserviunt, hujusmodi scilicet excusationem, qua dicere solet humana superbia, si scissem fecissem. Sic Augustinus de gratia & liber. arbitr. c. 2. *quomodo dicit inexcusabile nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia, Si scissem fecissem. Ideo non fuit quod nesciret* ...; quamvis minus illis ... quibus nequaquam exhibendum est auxilium speciale, praesertim cum per exhortationes ministeriales auxilium hujusmodi suppeditare soleat Deus. Quare licet sine speciali Dei auxilio, id ad quod hortamur, facere non possim, tamen fieri potest ut cum hortatione illa per spiritum suum concurrat Deus, mihique auxilium istud speciale subministret. Et licet homo regenitus conscius esse poterit electionis suae per Spiritum Dei quem accepit regenerationis sua; nemo tamen conscius esse poterit suae reprobationis, ut causam habeat cur dicat Deus priusquam viderit me ab illo aversum per voluntatem meam, jam apud se decrevit hujusmodi auxilio me destituere. Qui adversus Augustini de praedestinatione doctrinam olim insurrexerunt, non adeò crudè rem gerebant; sed indefinitè sic dixisse putavisse prius concione populi calumniabantur. *Ita se habet de praedestinatione definita sententia voluntatis Dei ut alii ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate, venerint ad fidem, vel accepta perseverantia maneant in fide; caeteri verò, qui in peccatorum delectatione remorantur, ideo nondum surrexistis, quia nondum vos adjutorium gratiae miserantis erexit. Veruntamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua praedestinavit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si praedestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires ut obedire cessetis.* Videas proximè quemadmodum ad ista respondeat Augustinus. *Ista cum dicantur* (inquit) *ita nos à confitenda Dei gratia, id est quae non secundum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam praedestinatione sanctorum deterrere non debent; sicut non deterremur à confitenda praescientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur ut dicat: Sive recte nunc vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse praescivit, vel boni si boni, vel mali si mali. Numquid enim si hoc audito, nonnulli in torporem segnitiemque vertantur & à labore proclives ad libidinem, post concupiscentias suas eant, propterea de praescientia Dei falsum putandum est esse quod dictum est? Nonne si Deus illos bonos futuros esse praescivit, boni erunt in quantalibet nunc malignitate versentur. Si autem malos, mali erunt in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quaedam non facienda faceret & facienda non faceret, respondebat qualiscunque, nunc sum talis ero, qualem me Deus futurum esse praescivit; qui profecto & verum dicebat & hoc vero non proficiebat in bonum, sed usque adeo profecit in malum, ut deserta monasterii societate fieret canis reversus ad suum vomitum. & tamen adhuc qualis sit futurus incertum est.* Augustin. de dono perseverant. c. 15.

Et ut istius irrefragabilis argumenti vires magis appareant, vel homo destitutus divino auxilio quatenus simpliciter negans est, necessariò labitur in peccatum vel non: Si non, jam ex decreto subtrahendi hominis divinum auxilium ut subtractio est simpliciter negative, non posset Deus certò nosse hominem esse casurum ut dicatur quod sic, jam tota argumentatio & exhortatio cessat. Demum ista responsio refellitur ex principiis verae philosophiae. Penot.

At nunc novo argumento contendit Penottus, sed priorem tamen his ... reponit: dicimus hominem divino auxilio destitutum necessariò labi in peccatum, sed necessitate duntaxat secundum quid, & modali, in hunc modum enuncianda, hoc supposito, necesse est ut in peccatum labatur, sed quomodo? non necessario, sed liberè. Quemadmodum ea est divinae voluntatis efficacia, ut non modo fiant quae fieri decrevit Deus, sed & eo modo fiant quo fieri decrevit Deus: nempe necessaria necessariò, contingentia contingenter & liberè. Thomas prima parte quaestione 19. art. 8. in corp. nec omninò est cur fundamur in lachrymis, si bene fiat uti tota Respons.

Concilii

Concilii Tridentini argumentatio ruat in internecionem procul dubio patientur sine ea vivere ; verumtamen jam dedi operam ut ostenderem quàm lubrica & fallax pereat sit hæc tua ratiocinatio.

Sed ad philosophica tua consideranda veniamus. Esse carentiam formæ in subjecto in quo est debitum habendi illam, nunquam poterit habere rationem simplicis negationis; quod addis, nempe *quemlibet in gratia constitutum habere debitum habendi auxilium actuale ad vitanda peccata & ad perseverandum.* Dico non modo falsum esse, sed supra modum absurdum, quasi penes hominem esset auxilii Dei specialis compotem esse, aut gratia ista daretur hominibus secundum sua ipsorum merita, quod purum putum Pelagianismus est. *Deus misereretur cujus vult & quem vult indurat.* Neque istud in discrimen morum humanorum tanquam in causam rejiciendum est, quasi aliorū misereatur Deus quia sint moratiores, aliis eandem gratiam deneget quia minus morati. ... non negamus, quin sicut propter originale peccatum justum sit Deo omnes in condemnationem præcipitare, ita etiam si omnibus & singulis denegaret gratiam regenerantem & justo judicio hoc faceret Deus, & neutiquam occulto.

Penott. *Præterea in quocunque Deus constituit debitum vitandi omnia peccata & legis divinæ observanda, & usque in finem perseverandi ; in eo constituit etiam debitum habendi istud auxilium sine quo homo hæc præstare non potest ; sed in omnibus saltem justificatis constituit Deus debitum hæc omnia agendi.*

Ergo quod Deus videns hominem non posse sine hujusmodi auxilio divina mandata servare, peccata vitare & usque in finem perseverare, & nihilominus constituit in eo debitum hæc omnia peragendi ; constituit seipsum debitorem hujusmodi auxilium tradendi, alias per hominem fuerit.

Resp. Humanum genus ex creatione sua debet omne obsequium Deo, licet autem per peccatum impos obsequii peragendi factum sit, eadem manet obligatio qua Deo obstringitur ; nec astringitur Deus ad auxilium suum homini suppeditandum, quin debitum suum Deo præstet. quæ in adversum habita Penotto dicuntur sunt, non differentia.

Penott. *Propterea aliis respondent sequi dicto argumento, Concilium loqui de auxilio sufficienti cum quo potest vitare omnia peccata & usque in finem perseverare si velit, non autem de auxilio efficaci, cum quo de facto eadem peccata vitat, sine quo licet potest stare, tamen de facto cadit.*

Contra hanc responsionem quod universaliter modo alterutrum ; sic argue. Vel cum solo auxilio sufficienti homo potest non cadere, vel non. Si dicas secundum, jam destruis quod dicis. Auxilium enim quod dicis esse sufficiens jam non erit sufficiens. Si dicas primum ; unde ergo Deus scit, quod de facto cadet, si cum tali auxilio sit, quod homo non cadere possit? Dicere namque quod sit quidem illum cum tali auxilio posse non cadere, sed tamen quod de facto cadet, est dictum voluntarium & irrationabile. Si enim potest non cadere possibile posset non esse, nullum sequitur impossibile. Penotti igitur quod de facto non cadat, Deus nesciret aliquem esse casurum.

Resp. Quicquid fuerit de distinctione ista ejusque ad legitimam Concilii Tridentini interpretationem accommodatione, (quod quidem Concilium, seu potius conciliabulum tanti meretur esse quod ipsa, quanti mysterium impietatis.) Penotti tamen retortio nullius pretii est. Ita dicimus fieri contingentia volente Deo, ut tamen possint aliter fieri, aliòquin neutiquam essent contingentia; nec penes Deum esset, ut decreto suo ordinaret tam certo futura contingentia per causas contingentes quàm necessaria per causas necessarias. Quare licet homo aliquis habens auxilium sufficiens per quod possit non cadere, tamen fieri potest ut Deus pro certo sciat quod de facto cadet ; aliàs aut Deus nesciret quæ futura sunt, aut interea quæ futura sunt, nulla omnino essent contingentes & liberè futura. Etiam assertores scientiæ mediæ ad unum omnes hoc agnoscunt, nec omnino dubito quin ipse Penottus hoc ipsum pro comperto habeat, quod tamen ætia disputationis æstu prælusit traducit tanquam dictum voluntarium & irrationabile.

Hoc tantum inter nos & scientiæ mediæ assertores discrimen est opinionis, quòd illi hoc asserunt citra ullum fundamentum præscientiæ divinæ, nos autem fundamus illam futurorum contingentium præscientiam in efficacia voluntatis divinæ, unde fit ut non modo fiant quæ Deus fieri vult, sed & eo modo fiant quo Deus fieri vult ; nempe necessaria necessariò, contingentia contingenter & liberè, Thomas 1. p. q. 19. art. 8. in corp.

Ultimo probatur eadem veritas, & simul refutantur omnes supradictæ responsiones. Nam quicquid sit de homine post lapsum primorum parentum, tamen loquendo de homine constituto in statu justitiæ originalis & de Angelis constitutis in statu viæ, non potuit Deus in decreto permittendi aliquos lapsum, certo & infallibiliter scire eum lapsurum esse. Nam cum eodem prorsus auxilio cum quo homo lapsus est, potuisset stare, si voluisset, & hoc est unum discrimen inter statum justitiæ originalis & naturæ corruptæ quod assignat Augustinus, lib. de natura & gratia c. 42. & 49. & libro 1. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 2. & de dono perseverantiæ cap. 7. & libro de correptione & gratia cap. 10. 11. & 12. ubi dicit, quod si homo in statu justitiæ originalis non habuisset auxilium quo potuisset stare si voluisset, & per subtractionem divini auxilii ... jam illum peccatorum Deum refundendum esse &c. addit quod cum eodem omnino auxilio quo mali Angeli ceciderunt, boni Angeli steterunt. Legatur dictum cap. 10 libro de correpti. & gratia §. Quapropter saluberrime. Et capite undecimo. Si autem hoc adjutorium vel angelo vel homini &c. Et sic fit ... ad retinendam ... affirantem videtur ... & ... omnia quæ dicuntur de ... lapsus ex decreto permittendi peccatum.

Respons. Jam tandem deventum est Penotto ad suos Triarios, quos ubi profligaverimus victoriam obtinebimus ; quod nihil dubito quin levi brachio profligaturi simus. Duabus partibus constat ista argumentatio Penotti, quarum altera nihil ad rem, altera vero causæ Penotti jugulum ipsa petet. Nemo nostrum dubitat, quin & Adamus & Angeli ante lapsum habuerint auxilium per quod stare potuissent si voluissent. Nam per liberum ipsorum arbitrium integrum hactenus & incorruptum, licet potentes erant ad standum,

fendum, ut aliquod [illegible] bonum præstandum eius ad [illegible] modo voluissent. Nihil enim [illegible] impotentiæ contrahit homini [illegible]. Sed ut si semper habuerint etiam velle quod potuerant, quemadmodum habuerunt posse quicquid voluerant, infallibiliter esset salvi. At illud velle habere potuisse nequaquam nisi Deo dante, nisi Deo & desiderium [illegible], & determinante voluntatem ad volendum per gratiam efficacem.

Itaque [illegible] posterius argumentationis præsentis, quod aliquod & momentum habet ad præsentem quæstionem decidendam, quod scilicet cum iisdem omnino [illegible] cum quibus mali Angeli ceciderunt boni Angeli steterunt.

Hoc tamen [illegible] nimis & veteratoriè proponitur à Penotto. Et nimis probabile est, cum probè conscium fuisse artis suæ veteratoriæ. Etenim adeò crassa fraus est, ut homini [illegible] qualem se præfert Novariensis ille, non subolere omnino non potuerit. Nam licet boni Angeli eadem omnia auxilia habuerint quæ [illegible] ceciderunt sortiti sunt Angeli boni, tamen si non modò eadem sed & alia habebant quibus extra dubium prospectum esset ipsorum perseverantiæ, quivis videt originem discriminis inter illos referendam esse non tam in arbitrii libertatem quam in auxiliorum divinorum administrationem differentem; ex quorum contemplatione à Deo jam ab æterno decreta, etiam ab æterno prævidebat Deus & lapsum horum & perseverantiam aliorum. Itaque aut Penotto dicendum est bonos Angelos non alia habuisse auxilia per quæ starent quam habuerunt Angeli mali, quibus nequicquam adstantibus ceciderant, aut aliquoi ne hilum quidem proficiet. Et sine dubio cupit Penottus videri lectoribus suis hactenus tendere. Verumtamen cum sola Augustini authoritate utatur in hujus rei probationem; Sciat lector, nihil hujusmodi occurrere apud Augustinum. Suspiciones forsitan quasi hoc senserit, apud Augustinum lectori propitio suboriri poterunt. At nec disertum hac de re Testimonium ullum occurrit apud Augustinum, nec quod ex diserto aliquo apud Augustinum Testimonio concludi possit. Et procul dubio hoc indicasset Penottus, siquidem aliquod Testimonium nactus esset quo ostendere potuisset. Itaque maluit hoc lectori [illegible] explicandum relinquere. Ego verò in promptu habeo disertissimum Augustini Testimonium quod adversum contendam, Bonis Angelis ne quicquam defuisse non modo sufficiens sed & efficax adjutorium, quale nequaquam gratificatus est Deus Angelis malis. Hujus autem indicia manifesta [illegible] apud Augustinum de civitate Dei, l. 12. c. 9. *Aut (inquit) minorem acceperunt amoris divini gratiam, quam illi qui in eadem perstiterunt, aut si utrique boni æqualiter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuti ad eam beatitudinis plenitudinem pervenerunt.* In quibus palam profitetur Augustinus gratiæ divinæ [illegible] majorem consecutos, sive majus adjutorium Angelos bonos quam Angelos malos. Valeat etiam quod Leonardus Coquæus ad hunc Augustini locum annotavit, præsertim cum nec Jesuita fuerit nec Dominicanus, sed Augustinianus. *Ex quibus intelligitur (inquit) majus beneficium collatum Angelis bonis quam malis. Etsi enim gratiam æqualem habuissent ab initio sive conditione, attamen efficax fuit motio divina & auxilium Dei speciale in Angelis sanctis, ut ad Deum sese converterent, perstiterent in bono & beatitudinem eandem assequerentur. Neque enim libertati arbitrii tribuendum est, ut ita differenter afficerentur, & quod gratia fuerit efficax in his non in illis Deo maxime tribuendum, & in [illegible] hominibus æqualiter affectis, si unus salvetur, alius verò damnetur, intelligi semper majus auxilium gratiæ collatum ei qui salvatur idque cum Augustino in hoc loco & passim alibi de hac materia disputat. Neque tamen ad rejiciendam libertatem arbitrii, quod unus velit consentire & respondere gratiæ, alius non: facit enim etiam ut velimus & assentiamur, neque infallibilem illam nostram consensionem esse puto aliunde, quam ex infallibili præscientia Dei, unde si per impossibile subtrahamus illam præscientiam Dei, ipsa gratia ex se infallibiliter movet hominem vel etiam Angelum, ut licet non necessitate coactionis, necessitate tamen immutabilitatis assentiat ex se sit. & gratia Dei magis in uno quam in altero. Et quod unus convertatur, alius non, quod uni detur auxilium efficax, alii sit quidem sufficiens minime tamen consequatur suum effectum, mysterium esse ubique docet Augustinus. At si posita æquali gratia, quæ unus converteretur, alius non, id ex solo consensu vel dissensu liberi arbitrii penderet, nullum certè mysterium inesse mihi videretur. Neque hic reddit Augustinus causam, cur ex Angelis alii salvati fuerunt, alii minime, quod hos Deus præscierit salvandos, vel cooperaturos suæ gratiæ, alios minime cooperaturos, sed quia qui salvati sunt, vel majorem acceperunt divini amoris gratiam, vel certè si æqualiter boni creati sunt id est in æquali gratia, illi amplius adjuti fuerunt, adeo ut negotium salutis Angelorum bonorum in majus auxilium gratiæ referat, ut quod alii cadant & non respondeant gratiæ divinæ, neque non cooperentur, id quidem ascribendum sit libero eorum arbitrio, quod vero in aliis gratia sit efficax, adeoque illi cooperentur, ipsi Deo potissimum tribuendum sit.* Etiam eodem in loco habet Augustinus sententiam aliam nihilo minus illustrem, forte etiam magis. *Et cum ad egit eorum* (Angelorum bonorum) *voluntas bona ut non ad seipsos qui minus erant, sed ad illum qui summe est converterentur, eique adhærentes magis essent, ejusque participatione sapienter beateque viverent, quid aliud ostenditur nisi voluntatem quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex seipso faceret implendo meliorem.* Sed placet expendere etiam illa loca ad quæ digitum intendit Novariensis, quasi in adversum facientia. Horum alter petitur ex decimo capite libro de correptione & gratia. *Quapropter saluberrime confitemur quod rectissime credimus Deum dominumque omnium rerum qui creavit omnia bona valde & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quam mala esse non sinere, sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium justitiæque judicium.* Duo sunt quæ ex ordinatione Dei circa Angelos & homines patefacta esse dicit Augustinus quorum alterum lapsum

psum eorum præcessisse videtur, alterum verò lapsum eorum subsecutum esse. Quod præcesserat, sive quod præcessisse ex lapsu horum & perseverantia aliorum indicatum est, fuit, Quòd possent liberum arbitrium, nempe potuisse Angelos per liberum suum arbitrium ruere in peccatum, potuisse etiam per liberum arbitrium perseverare in obsequio. At hinc nequaquam sequitur quod ex Augustini sententia fieri potuisset, ut per liberum arbitrium perseverarent in bono sine gratia aut adjutorio speciali. Hoc autem amplius probabitur in responsione ad locum secundum à Penotto allegatum. Sed fortasse repones, beneficium gratiæ etiam esse, quæ juxta Augustinum hoc in loco non innotuerunt nisi post lapsum, quemadmodum etiam justitiæ judicium. At inquam minimè necesse est ut beneficium illud gratiæ tanquam lapsum subsecutum subintelligatur, quid ni apparuisse censeatur in certitudine lapsu custodiendis? Esto verò, fac subsequatur lapsum istud gratiæ beneficium, dico igitur intelligendum esse cum proportione ad justitiæ judicium; ut sicut alii per prævaricationem suam reservati sunt ad judicium diei magni, ita alii per obsequium suum confirmationem in statu suo consecuti sunt & reservantur ad gloriam. Quippe ut loquitur Augustinus lib. de correptione & gratia, c. 11 *Angeli boni per liberum arbitrium steterunt & hujus mansionis debitum meritum tempore meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem quòd ei certissimum sit, semper se in illa esse mansuros.* Locus secundus depromptus est ex capite undecimo libri de correptione, & gratia. *Si autem hoc adjutorium vel Angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine adjutorio divino posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adjutorium quippe defuisset sine quo manere non possent.* At inquam illa tantum significatur, non defuisse angelo & homini adjutorium per quod posset, & sine quo in bona voluntate non posset permanere si vellet, verum hinc nequaquam sequitur, non opus fuisse adjutorio adhuc ampliori quo vellet. Agnosco cum Augustino sententia immediatè præcedente, *Bonos Angelos per liberum arbitrium stetisse*, sed cave hinc colligas, per liberum arbitrium eos stetisse secluso adjutorio speciali. Etenim hoc ipso in capite distinguit Augustinus de duobus adjutoriis quorum altero *posset homo aut Angelus permanere, si vellet*, altero vero etiam *vellet permanere*. Audiatur ipse Augustinus: *Est in nobis per hanc Dei gratiam, in bono recipiendo & perseveranter tenendo, non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus. Quod non fuit in homine primo. Unum enim horum in illo fuit, alterum non fuit. Namque ut reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondum perdiderat, ut autem in eo permaneret, egebat adjutorio gratiæ sine quo id omnino non posset; & acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset. Nam si habuisset, perseverasset:* diserte significat Augustinus, *velle quod possumus* esse in nobis per Dei gratiam, hoc autem adjutorium nequaquam datum esse iis qui ceciderunt.

Penot. *Contra hanc assertionem est primum argumentum sumptum ex divina scriptura, quæ docet hominem, cui Deus decrevit subtrahere suum auxilium, infallibiliter labi, & ruere in malum. Psal. 80. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Idem probari potest testimoniis Concilii Arausicani secundi, & multorum Patrum, quæ videri possunt apud Cardinalem Bellarminum.*

Respondeo, dubium non esse inter Catholicos de hoc re, sed dubium in hoc situm est, cum certum sit secundum fidem Deum nullum (maximè justificatum) deserere, nisi ab eo prius deseratur; & cum nullum quantumvis impium deserat auxilio saltem sufficienti ad salutem ut lib. 7. probabitur. & si quem deserit, in pœnam præcedentium delictorum ille deseratur; & quicunque peccat ita peccat ut possit non peccare, unde noverit Deus quod si subtrahat homini auxilium efficax, & relinquat illi auxilium sufficiens, homo infallibiliter sit peccaturus. Non enim potest dici, quod hoc noverit, ex decreto subtrahendi aliquod auxilium sine quo homo non possit peccata vitare, neque quod hoc noverit ex eo, quod sciat, hominem cum auxilio sufficiente posse quidem peccata vitare, sed de facto non vitaturum. Nam hoc est, de quo est tota difficultas unde sciat, quod cum possit peccata vitare, tamen de facto non vitabit.

Nimirum necesse est Penotto, isto nequaquam acquiescere de peccato consequente permissionem ejus divinam, licet de hac re dubium non esse inter Catholicos palam profiteatur. At si peccatum semper atque infallibiliter consequitur permissionem peccati, quid obstat quo minus Deus peccatum præscire dicatur in decreto permittendi peccatum? Istam verò doctrinam quia nondum concoquere potest Penottus, ideo addit difficultatem esse non exiguam, & in quo apice posita sit, pluribus explicat, quæ omnia prorsus aliena sunt. Etenim quæcunque hic loci sese ingerit difficultas, si modo concedatur infallibiliter labi hominem; cui Deus decrevit subtrahere auxilium suum: hinc manifestò sequitur decretum Dei de subtrahendo homini auxilio atque adjutorio suo, sufficientem esse rationem cognoscendi peccatum aliquod futurum. Sed neque major hic est difficultas, quàm in reconcilianda rerum contingentia cum necessitate earundem ex suppositione decreti divini de earundem futuritione. Ego vero sic concilio, Deus decrevit quædam fieri contingenter, ergo ex suppositione illius decreti necesse est, ut non modo fiant sed & contingenter fiant, quæ decrevit Deus non modo fieri, sed & contingenter fieri. Tanta nimirum est divinæ voluntatis efficacia, ut præstare possit non modo ut fiat quicquid fieri voluerit, sed & quo modo fieri voluerit, sive necessario, sive contingenter: contingenter autem fieri, est fieri cum possibilitate non eveniendi, ita etiam ex decreto permittendi peccata & evenient peccata & contingenter evenient cum possibilitate non eveniendi, ita ut qui peccat possit non peccare.

Penot. *Secundum argumentum est. Si in tempore quo homo tenetur implere aliquod præceptum vel exercere aliquem actum virtutis, non prædeterminetur à Deo ad hujusmodi actum, ille non producet talem actum, & peccabit peccatum omissionis: ergo in decreto non prædeterminandi hominem ad talem actum cognoscit Deus futurum peccatum: similiter, si decrevit prædeterminare hominem ad natura-* lem

lem illum peccati, sequitur quod homo infallibiliter peccabit peccatum commissum.

Respondet, *negando non esse antecedens illud.* Si Deus prædeterminare decrevit Petrum ad actum naturalem peccati, is necessario peccabit: vel si non decrevit prædeterminare ad actum virtutis, Petrus peccabit peccatum omissionis: *Vel dicendum argumentum procedere ex conditionalibus, quas negamus unquam Deum ponere in esse, si enim illas poneret in esse, everteret hominis libertatem & necessitaret illum ad peccandum.*

Argumentum illud non est fateor alicujus valoris, sed procedit ex principiis plurimum controversis. Veruntamen admodum lucet Penottus, dum commodum ejus solutionem undecunque capit. Etenim antecedens illud quod negat, est notissimæ veritatis, nempe si *Deus prædeterminare decrevit ad actum naturalem peccati* (hoc est, ad actum peccato substratum) *illum necessario peccaturum.* Nam necesse est, ut actum illum homo producat ad quem producendum determinatus est a Deo; alias divinum decretum non esset sufficiens ratio cognoscendi ea quorum causæ efficientes erant physice per divinam voluntatem determinatæ ad productionem illorum; quod tamen totidem verbis asserit Penottus supra, capite 21. propositione secunda. At si necesse sit ut homo aliquis producat actum peccato substratum, necesse est ut peccet. Nam qui produxerit culpabiliter actum peccaminosum, is peccat. Et quisquis producit actum peccato substratum, producit actum peccaminosum. Ergo si necesse est ut producat actum peccato substratum, necesse est ut peccet; ut peccet inquam, non tamen necessario sed contingenter & libere. Quæ tamen confundit Penottus imprudenter dicam? an potius data opera non ignoranter, sed fraudulenter & veteratorie.

Posterior responsio est admodum absurda cum dicit *argumentum procedere de conditionalibus quas Deus nunquam ponit in esse.* Neque enim refert ad veritatem conditionalis propositionis, utrum Deus ponat eam in esse, an secus. Nam ex conditionalibus propositionibus perinde arguebant olim Philosophi, qui Deum statuerunt agens necessarium, atque nos hodie solemus. Tantum quæritur utrum sit vera an falsa; si falsa, sufficit eam negare. At dicere Deum ejusmodi conditionalem ponere in esse, est responsio somniantis potius quam disserentis, nec puto unquam assignatam fuisse hujusmodi responsionem antequam Penottus delirio sua scriptis commisit. Imo inquam omnis conditionalis propositio a Deo ponitur in esse, sive vera fuerit sive falsa. Nam omnis propositio aut est animo tantum concepta, aut ore prolata, aut scriptis exarata. At inquam omnis animi conceptio, omnis elocutio, omnis descriptio sive scriptura a Deo est. Fatetur enim Penottus *Deum esse principium effectivum omnium futurorum contingentium.* Certe Deus non semper ponit in esse illud quod conditionaliter infertur, aut si ponit in esse, non tamen ponit in esse inseparabiliter ad antecedens illud ex quo infertur. Itaque quoties sic contingit, justa ratio suppetit cur negemus consequentiam. At hoc jam factum fuit a Penotto responsione priore: hic autem se parat ad responsionem alterius generis expediendam. At dicere Deum nunquam ponere tales conditionales propositiones in esse, responsio est supra modum absurda.

Ad argumentum autem propositum facilis occurrit respondendi ratio, juxta sententiam Penotti, nempe primam consequentiam negando; non autem secundam, sed potius negando minorem propositionem, quæ ad complendum Syllogismum integrum sufficienda fuit. Dico juxta Penottum, nempe scientiæ mediæ assertorem, non dico strenuum sed acriorem; nihil enim hactenus apud eum comperi, quo Jesuitarum causam promoveret, imo nihil quod cum eorum lucubrationibus jam antea in lucem editis sit ullo modo conferendum. Veruntamen unico argumento probo, ne mala quidem futura a DEO prænosci posse, nisi in decreto Dei. Nam quod non nisi per DEI decretum fit futurum, nisi per DEI decretum cognosci non potest tanquam futurum. At nullum malum nisi per Dei decretum fit futurum. Ergo. Minorem sic confirmo, Quod nec sua natura factum est futurum, nec propter aliam causam præter decretum divinum, id non nisi per decretum Dei factum est futurum. At malum nullum natura sua factum est futurũ, nec per aliam ullam causam præter Dei decretum. Nam malum omne sua natura est tantum possibile. Nec per aliam ullam causam præter decretum Dei, ex conditione rei possibilis transire potest in conditionem rei futuræ. Nam si potuisset excogitari alia hujus transmigrationis causa præter decretum Dei, illa vel extra Deum quærenda est, vel intra Deum. Non extra Deum, quia extra Deum nihil fuit ab æterno. at omne malum ab æterno futurum erat, & quod non fuit ab æterno non potest esse causa alicujus quod fuit ab æterno. At intra Deum nihil occurrit, secluso decreto Dei, quod fingatur causa futuritionis rerum. Nam neque essentia Dei, neque scientia Dei secluso decreto Dei, causa est, cur res aliqua ex conditione rei possibilis migret in conditionem rei futuræ. Ad hujus Argumenti solutionem scientiæ mediæ assertores ad unum omnes provoco.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanae Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXIII.

Dubium tertium expeditur. An praeciso divino decreto, adhuc concipiatur in Deo certa notitia futurorum contingentium.

Penot. *Quaestio quae tangitur in hoc dubio, non est, An praeciso divino decreto, tanquam causa & ratione essendi ipsorum futurorum contingentium saltem per modum concurrentis cum secundis causis contingentibus, possit Deus futura contingentia cognoscere? Certum enim est, quod quemadmodum praeciso divino decreto, neque res contingentes, neque necessariae, neque aliquid omnino esse potest extra Deum, juxta sententiam Iohannis in Apocalypsi capite quarto,* Quia tu creasti omnia *&c. Et illud Sapientiae undecimo,* Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conservaretur. *Ita praeciso eodem decreto nullum futurum contingens habere posset rationem objecti intelligibilis per scientiam visionis, de qua modo est quaestio. Est autem tota quaestio an praeciso eodem decreto, ut ratione intelligendi, per modum determinantis ipsum divinum intellectum ad intellectionem futurorum contingentium, adhuc possit concipi in Deo perfecta notitia certissima contingentium. Responsum est haec ab Alvarez disputatione decimatertia numero decimo, ante decretum divinum cognosci à Deo futura contingentia per simplicem intuitum veritatis eorum, & per infinitatem divini intellectus. Sed quomodo Dominici hoc asserunt, videre non possum. Sicut Molinam, Valentiam, & Vasquez dicere Deum per infinitatem sui intellectus & divinae scientiae, & luminis, & per simplicem intuitum veritatis rerum suis certissime cognoscere futura contingentia. At quomodo cognosceret ut futura ante divinum decretum de ipsis futuris contingentibus quomodo dicere possunt. Immo Vasquez expresse negat disputatione sexagesima quinta, numero nono & decimo.*

Respons. Statum quaestionis ad placitum suum effingit Penottus praeter omnem verecundiam. Neque enim post homines natos unquam auditum est Dei decretum ab aliquo introductum esse, ad determinandum intellectum divinum ad intellectionem futurorum contingentium. Nemo opinatur (inquit Aristoteles) quia vult opinari. hinc infert Mirandulanus, Ergo etiam nemo credit, quia vult credere. Quantò minus credibile quenquam in tantum desipere potuisse, ut crederet Deum cognoscere futura contingentia, quia vult cognoscere. Aut quia intellectus ejus à decreto determinetur ad intellectionem futurorum. Qui decretum Dei volunt esse Deo rationem sufficientem cognoscendi futura contingentia, non alio sensu intelligi volunt, quam quatenus per decretum Dei, quae natura sua tantum contingentia sunt, & cognoscibilia in genere possibilium, evadunt ex possibilibus in conditionem rerum futurarum, nempe quatenus à Deo volita sunt, & consequenter cognoscibilia sunt in genere futurorum. Nihil enim dubitamus utrinque, quin intellectus Dei, cum sit infinitus, cognoscat ex seipso, quicquid cognoscibile sit. Dices; quis igitur praesentis quaestionis verus & legitimus status est? An scilicet praeciso Dei decreto, contingentia sint futura aut cognoscibilia in genere futurorum? Atqui ne Penottus quidem hoc affirmat, etenim diserte fatetur, praeciso Dei decreto nullum futurum contingens habere posse rationem objecti intelligibilis per scientiam visionis; quod perinde est ac si diceret, posse induere rationem futuri. Nam si futurum est procul dubio cognoscibile est, tanquam futurum ab intellectu. Licet & ista, ni fallor, ut fere omnia apud Penottum istum habeant artes suas. Nam non tam futurum quà futurum quàm quà praesens statuit Penottus objectum esse scientiae visionis. Atq; hinc est (nisi me fallit conjectura) quod de ratione objecti intelligibilis per scientiam visionis philosophatur, nulla prorsus mentione futuri. Nempe ut sententiam suam conformare videatur ad sententiam Aquinatis, cum qua tamen nullam habet communionem, imo ne sobriam quidem admittit expositionem, quemadmodum in superioribus, ut ad liquidum ostenderem, operam meam collocavi.

Sed & mox affirmat Penottus, se neminem nosse, qui in ejusmodi sententiam se inducat, ut putet ante decretum divinum cognosci à DEO futura contingentia. De quibus mox pluribus agendum erit. Ad Penottum quod attinet, licet decretum Dei causam esse statuat, per quam contingentia fiunt futura (licet in superioribus causam illam indigitare tantummodo causam sine qua non, & eo magis eandem depretiaret) tamen manifestum est, Penottum negare decretum Dei causam esse, cur res possibiles fiant futurae, solemniter. Ergo saltem praesentis quaestionis status formando locus erit in hunc modum: utrum scilicet secluso divino decreto tanquam causa & ratione essendi ipsorum futurorum contingentium saltem solitaria, possit Deus futura contingentia cognoscere; hoc est, utrum causa cur contingentia sua tamen possibilitate futurae sint futurae, idque ab aeterno, aliunde petenda sit, quam ex solo DEI decreto. Hunc autem punctum dissimulavit Penottus. Neque enim videbat quomodo in parte negativa

[illegible] subsistere possibilem cum ab æterno nihil fuerit extra Deum, quod causa migrationis illius ullo [illegible] patuerit. Neque enim quod non [illegible] congruitatem concurrentem cum Deo [illegible] aliquid.

Vt [illegible] sit, quod vero quæstionis statu dissimulato, [illegible] dare, prout monstrauimus, [illegible] venit fictione promissa. Sed primum videndum est, qua fide veritate in illam quæstionem quam Alvarez proponit [illegible]. *Refert* (inquit) *Alvarez* [illegible] *ante decretum divinum cognosci à Deo futura contingentia per simplicem* [illegible] *veritatem, & per infinitatem divini intellectus.* Hanc opinionem profligandam sibi suscipit Alvarez, [illegible] in hanc [illegible] Penotus, [illegible] hoc affirment. quod refellit Alvarez. *Addit* [illegible] *Molinam, Valentiam & Vasquem dicere* [illegible] *Deum per infinitatem sui intellectus & divinæ* [illegible] *& per simplicem intuitum veritatis* [illegible] *futura contingentia. At* [illegible] *futura ante* [illegible] *decretum de ipsis futuris* [illegible] *dicere possunt.* [illegible] (inquit) *Vasquez* [illegible] *expresse negat* [illegible] *num. 19. & 20.* Inprimis advertendum Alvarem neminem hujus opinionis, quam convellit, Auctorem nominare. At [illegible] sententia referente Gabriele sua, Deum, non modo ante decretum Dei, sed seclusâ in universum decreto Dei tanquam causa, non modo totali sed & partiali rerum, posse intelligere futura contingentia. Verba ejus hæc sunt.

[illegible] *Ipsa divina essentia est* [illegible] *& natura quæ non* [illegible] *verum* [illegible] *& contingens de præsenti, sed etiam quæ* [illegible] *quæ pars contradictionis erat vera & quæ falsa: & hoc forte, non propter determinationem suæ voluntatis, sed posito per impossibile quod ipsa divina cognitione* [illegible] *modo, & voluntas non esset causa effectiva nec totalis nec partialis effectuum contingentium.* Eandem fuit etiam Gabrielis Vasquez sententia, referente Penoto capite proximè sequenti num. 7. *Tertio* (inquit) *infertur, falsum esse, quod idem Vasquez ait num. 19. & 20. post Gregorium Arim. & Gabrielem, tantam esse vim & perfectionem divini intellectus ut etiamsi per impossibile Deus non esset omnipotens, & non esset rerum causa, sed res essent vel ex casu vel ex alia causa,* [illegible] *divini intellectus sufficeret ad notitiam earundem futurarum contingentium.* At hæc, quicquid fuerit de sententia ipsius Vasquez (quem non nominat Alvarez, tantum dicit, *recentiores & modernos illam sententiam* [illegible], *quam ipse impugnat*) attamen idem Vasquez [illegible] non defuisse recentiores aliquos qui sic senserint, quemadmodum refert Alvarez. Sic enim scribit disputatione illa 65. num. 24. [illegible] *sententiam falsam esse, quæ* [illegible] *futuro, quod sit determinata veritate, in essentia Dei repræsentari, nullo præintellecto decreto voluntatis ipsius.* Ergo si Vasquio credimus, non defuerunt ex recentioribus aliqui, qui sic sentirent; quemadmodum tradit Alvarez. Imo Penotus ipse capite sequente fatetur, Vasquium ipsum asseruisse *possibile esse, ut futura contingentia repræsentarentur in essentia Dei ante decretum Dei. Dicit* (inquit Penotus de Vasquio) *quod etiam ante decretum divinum res possint in essentia divina repræsentari, & infinita sua sapientia* [illegible] *etiamsi res essent à casu vel ex alia causa.* Sed ita esse de facto, fatetur: Negat Vasquius ubi refert Penotus. Sed quomodo hoc negat Vasquius, nimirum ita, ut etiam hoc ipsum asserat. quod dissimulat Penotus. Etenim in eadem disputatione, num. duodecimo, postquam proposuisset hujusmodi objectionem. *Quod, si dicas ex hac doctrina sequi, prius rem esse futuram, quam sit decretum à Deo, siquidem ab illa derivatur respectiva ratio qua decretum voluntatis Dei dicitur* [illegible]. Vide quæso quomodo huic objectioni occurrendum censeat. *Respondeo* (inquit) [illegible] *posse circulum in hac re evitari* [illegible] *difficultas* [illegible] *hoc latius disputat.* [illegible] *dicendum est.* Agnoscit ergo Vasquius & rem prius esse futuram quam sit decreta à Deo, & prius à Deo decretam esse quam sit futura. Ad Molinam quod attinet, si præmitteret ille decretum divinum cognitioni futurorum contingentium, cur illi objiceret Penotus quasi intelligibilitatem rebus adscriberet dum non sunt intelligibiles, & nonnisi ex hoc fundamento procedat ad Molinam refellendum; quod scilicet *si futurum contingens non sit de se intelligibile, infinitas intellectus divini non sufficit ad aliud intelligendum,* quemadmodum infinitas divinæ potentiæ non sufficit ad hoc, ut fiat, quod fieri non est possibile. Capite proximè sequenti numero quarto & quinto, ipse Penotus vult ante decretum Dei de producendis futuris contingentibus, præscire quid factura sit voluntas humana, modo Deus concursum suum præbiturus sit; & universim doctrina Jesuitarum de scientia media huc tendit, ut futurorum contingentium præscientiam Deo tribuat, antequam Deus quicquam decreverit de contingentibus illis producendis, quicquid in adversum præferat Penotus, ut eam propudiosi erroris odium frangat, & sibi ab ingruentibus in eum procellis melius prospectum sit. Itaque statu quæstionis tam belle proposito ad resolutionem magistralem se accingit, quam in hunc modum enuntiat.

Ad hanc igitur quæstionem dico breviter; licet Penot. *præscindendo à divino decreto de futuris creandis tanquam à ratione & causa essendi ipsorum futurorum, ab quam illa sunt* [illegible], *ut ad illud* [illegible] *divina notitia, non possit esse in DEO certa notitia de ipsis futuris contingentibus ut futura sunt; tamen si* [illegible] *divinum decretum per modum determinantis intellectum* [illegible] *eorundem contingentium, præscindendo ab ipso decreto, ut à ratione intelligendi, adhuc potest concipi in Deo perfecta notitia eorundem futurorum contingentium. Itaque quamvis de* [illegible] *præcisione divino decreto non possit Deus cognoscere futura contingentia, quia divinum decretum est illis ratio essendi; tamen si per impossibile Deus non causaret res per suam voluntatem sed ageret immediate per suam naturam* (*quemadmodum* [illegible] *Aristotelem, in quo casu divinum decretum non esset futuris contingentibus ratio essendi*)*, Deus præcise per impossibile quocumque decreto, per suam essentiam tanquam speciem intelligibilem repræsentativam omnis veritatis, & ut formam intellectus repræsentantem divino intellectui in nunc æternitatis omnia futura contingentia sufficienter cognosceret ipsa futura contingentia.*

Quæ assertio sic explicata, est expressa mens Thomæ præsenti distinct. trigesima octava, quæstione prima, articulo tertio, in comp. ubi proposita quæstione sub istis verbis: Et ideo nunc restat inquirendum, utrum scientia divina impediatur ratione contingentiæ. Contingentia enim duplici ratione videtur effugere divinam cognitionem &c. *Quæstionem solvens inter alia dicit;* Quia cum scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis etiam exclusa causalitate, requirit certitudinem & determinationem in scito; *Et infra.* Non enim potest esse quod Deus simul sciat hunc cursum, & ille deficiat à cursu, & hoc propter certitudinem scientiæ, & non propter causalitatem. *Clarius de veritate quæstione sexta, articulo tertio, ubi distinguit certitudinem scientiæ à certitudine ordinis & causalitatis, & docet prædestinationem esse certam non solum certitudine præscientiæ, sed etiam ordinis & causalitatis; quod omnino dicere non potuisset si certitudo divinæ præscientiæ ita penderet ex divino decreto, quod illo præciso non remaneret ulla: Non enim posset distingui certitudo præscientiæ à certitudine ordinis & causalitatis, si illa certitudo quæ præscientiæ inest penderet ex decreto, quod habet rationem causæ. Neque verum esset quod ait ibi Thomas prædestinationem addere supra providentiam, certitudinem ordinis & causalitatis. Nam aut providentia non esset certa, aut esset certa certitudine divini decreti, & sic esset certa certitudine ordinis & causalitatis, sicut etiam prædestinatio.*

Respons. Admodum anhelat Penottus in istius quæstionis resolutione expedienda, & tandem desinit in fictione quadam supra modum absurda, cui non comparem credo reperire facile est. Inprimis, nemo omnium quos aut legerim aut acceperim, unquam affirmavit decretum divinum determinare intellectum divinum ad intellectionem futurorum contingentium, sicut nec intellectus quidem humanus aut Angelicus à voluntate humana aut Angelica determinatur ad quodvis intelligendum. Cur ergo, quasi in re ardua versaretur, adeo anhelaret in fingenda controversia, ubi prorsus nulla est: & ad controversiæ propositæ resolutionem fingeret rem impossibilem secundum quam procederet; nisi quod celebrandum videatur acumen ejus hoc nomine, quod ad fictam controversiam, non nisi fictione altera resolutionem suam accommodet. Certè si Deus non causaret res per suam voluntatem, neque per intellectum suum eas intelligeret. Nam voluntas tantum requiritur ad constituendam rem in genere cognoscibilis. Rursus si per naturam ageret immediatè, hoc est, tanquam agens necessarium, prorsus extra controversiam esset, essentiam ipsius repræsentaturam esse omnia cognoscibilia. Veruntamen juxta hanc speciem à te fictam, quid fieret de futuris contingentibus? an non prorsus in nihilum evanescerent? sententiam ipse tuam recognoscas velim. Dominicanorum faceor sententia est, rerum contingentium statum tectam conservari posse, quamvis Deus ageret ex necessitate naturæ. At non sic insinuit Penottus. Videas ergo qua fronte asserat, divinam essentiam repræsentaturam fuisse intellectui ejus in nunc æternitatis omnia futura contingentia, si modo ageret Deus necessitate naturæ. Interea satis animose profitetur, hanc suam assertionem sic explicatam esse expressam mentem Thomæ, adversus hominis præsidentiam *expressam mentem Thomæ.* Quid verò? an hæc tua fictio de Deo agente ex necessitate naturæ uspiam occurrit apud Thomam? An Aquinas uspiam operose probat Deum præscire futura contingentia præscindendo à decreto suo tanquam determinante intellectum ad intellectionem eorundem, non autem præscindendo à decreto suo tanquam causa & ratione essendi futurorum contingentium? esto, dicat, scientiam cum sit cognitio certa, *ex ipsa ratione certitudinis etiam exclusa causalitate requirere certitudinem & determinationem in scito;* quid hoc sibi vult? nam de causalitate intellectionis divinæ philosophatur Aquinas, & non potius de causalitate rerum scitarum? At nihil manifestius, quam quod de causalitate agit, per quam res ipsæ pro certo sunt, non autem de causalitate aliqua determinante intellectionem divinam. Sed neq; causalitas ista apud Aquinatem dicitur respectu divini decreti, magis quam respectu causalitatis cujuscunque extra Deum. Itaq; licet testimonium istud causæ suæ favere expresse præferat, tamen mox fateris, hoc ipsum clarius apparere; de veritate, quæstione 6. artic. 3. *Ubi distinguit* (inquit) *certitudinem scientiæ à certitudine ordinis & causalitatis & docet prædestinationem esse certam non solum certitudine præscientiæ sed etiam ordinis & causalitatis. Hoc autem* (inquit Penottus) *dicere non potuisset, si certitudo divinæ præscientiæ ita penderet ex decreto divino, quod illo præciso non remaneret ulla.* At inquam tota familia Dominicanorum in hoc apice tibi resisteret; quippe qui & varios modos certitudinis scientiæ divinæ distinguunt, quos tamen omnes reducunt ad certitudinem ordinis & causalitatis, & tanquam à decreto Dei originem suam repetentes introducunt. Nempe sive in causarum secundarum determinatione; sive in Ideis; sive in rerum ipsarum apud Deum præsentialitate fundent certitudinem cognitionis divinæ, hos tamen omnes futura contingentia infallibiliter præsciendi modos pendere faciunt à determinatione voluntatis divinæ. Hoc tamē superest causæ tuæ propitium, quod scil. dicit Thomas *prædestinationem addere supra providentiam certitudinem ordinis & causalitatis.* Unde colligitur certitudinem eventuum ex providentia Dei, non esse certam certitudine causalitatis, sed duntaxat certitudine præscientiæ; & consequenter secluso decreto Dei, quosdam eventus contingentes à Deo prævideri secundum Thomam. At (inquam) præsens quæstio non omnino versatur in hoc, *an scilicet præscindendo simpliciter à decreto Dei prævidere possint à Deo eventus contingentes?* tantum quæritur *utrum præscindendo à decreto Dei tanquā determinante intellectum divinum futurorum contingentium, possit habere præscientiam futurorū contingentium.* Quare quæ à Thoma disseruntur, prorsus absudunt à statu quæstionis à te formato. Si status quæstionis rectè informetur: *Utrū scil. contingentia naturæ sua tantum possibilia fiant futura (& consequenter ab intellectu divino cognoscibilia in genere futurorum) à solo decreto Dei?* In promptu suppetit ratio ad veritatē partis affirmativæ confirmandā tam clara atq; evidens ut omnē humanā autoritatē, quan-

quorumcumque, fuerit non modo Thomæ, sed & Scholasticorum adeoque omnium in adversam mentem profitebatur, nam cum quæcumque futura sunt, futura essent ab æterno, & consequenter ab æterno migraverint ex conditione rerum merè possibilium in conditionem rerum futurarum, hoc ipso manifestum sit, extra DEUM nihil omnino fingi posse quod hujus migrationis concausa fuerit; quandoquidem extra Deum nihil ab æterno fuit; & quod ab æterno non fuit, ut ad migrationem istam candidam (quæ fuit ab æterno) aliquid conferret, penitus impossibile fuit. Ergò sola hujus migrationis causa intra Deum quærenda est, & intra Deum nihil occurrit, quod hujus causa sit præter Dei decretum. Nec tamen agnoscimus quicquam à Penotto hactenus productum ex Aquinate, quod in adversum faciat. Sed præsentem locum expendamus. Hoc ipso præcipue nititur Penottus libro 5. capite secundo, ut secundùm Aquinatem probet *ex intrinseca natura providentiæ nequaquam esse assecutionem finis*. At in hoc apice probè novit Dominicanos, præsertim verò Alvarem ipsi restitisse. Non dissimulo Durandum Penotto favere videri. Fortè etiam Ferrariensis videtur in eandem sententiam concedere. Ego verò errorem tam perpendiculum esse judico, ut non facile credam cordatum quempiam Scholasticum in tam absurdam sententiam posse abripi, magis quam Aquinatem ipsum, licet ejus auctoritate plurimum nitatur Novomensis. Verùm Penottum equidem facile patior graminis inter porcos, quorum siliquas in deliciis habet, tanquam lactucas labra eorumque simillimas. Quam absurdum est Deum frustrari fine suo, quasi voluntati ipsi adesset prælianti aliquid non facultas? quid hoc aliud est, quàm Deum omnipotentem sua omnipotentia spoliare, prout olim disserit Augustinus? Sed & scientiæ mediæ assertores ex scientiæ suæ genio hoc statuunt, ut tam ex parte providentiæ quam ex parte prædestinationis prodire sit Deo, quicquid evenire voluerit, ut eveniat effectum dare. Nam penes eum est, in ejusmodi ordine aliquem constituere permissione sua, ut infallibiliter peccet, de hoc dubium non esse inter Catholicos profitentem accepimus Penottum capite superiore numero octavo. Quanto magis penes Deum erit, in tali ordine hominem constituere, ut quidlibet aliud faciat sive bonum naturale fuerit sive morale. Si Deus decrevit Pharaonem dimissurum populum suum ex Ægypto, aut Cyrum Judæis redditum in patriam suam ex Babylone gratificaturum, aut Josiam Prophetarum ossa ex sepulchris ipsorum combusturum, aut Sennacheribum in terra sua gladio periturum, annon infallibiliter assequetur finem suum? Forte voluntas aliqua DEO tribui poterit, quæ voluntas propriè non sit, sed interpretativè tantum dicta & secundum quid non simpliciter, quam non assequitur Deus; at procul dubio quicquid voluerit voluntate decreti, illud vel invitis omnibus effectum datum est. Quis enim resistit voluntati ejus? Sed quid tum respondebimus Aquinati, neganti certitudinem providentiæ esse certitudinem ordinis & causalitatis?

Ad hoc respondet Alvarez disputatione decima tertia.

Sed & amplius advertendum Aquinatem, eo loco profiteri prædestinationem addere supra providentiam non modo certitudinem præscientiæ, sed & certitudinem ordinis & causalitatis. Verba Aquinatis hæc sunt: *Difficile videtur concordare infallibilitatem prædestinationis cum libertate arbitrii. Non enim potest dici quod prædestinatio supra certitudinem providentiæ nihil aliud addat nisi certitudinem præscientiæ* &c. Ergo secundum Aquinatem etiam præscientiæ certitudinem supra providentiam addit prædestinatio quod dissimulat Penottus, & consulto sibi temperat à textu Aquinatis in medium proferendo. Nempè vult Aquinas in ordine providentiæ deficere posse aliquid à fine particulari in quem destinatur. Nempe virtutem formatricem, quamvis destinetur ad perfectam configurationem membrorum, quandoque tamen deficere; unde fiunt monstra procreantur in rerum natura; quem tamen defectum ad alium finem divinitus ordinari testatur Thomas. *Sed ordo prædestinationis* (inquit) *est certus, non solum respectu universalis finis, sed etiam respectu particularis & determinati: quia ille qui est ordinatus per prædestinationem ad salutem, nunquam deficit à consecutione salutis.* Certitudo autem præscientiæ à certitudine causalitatis, ut jam ante monui ex patribus, atque eodem modo etiam ab Aquinate distinguitur, quatenus præscientia est etiam malorum; At prædestinatio tantum bonorum; nempe eorum, quæ Deus ipse facturus est. Hac enim significatione sola nomen prædestinationis acceperunt veteres. At hoc nihil obstat quo minus à Deo decernantur etiam ea quæ mala sunt; nempe ut permittantur. Et velle mala permittere, nihil minus significat quam velle ut mala fiant Deo permittente. Præsertim si quicquid à Deo permittitur, infallibiliter eveniat, de quo nullum dubium esse inter Catholicos jam professus est ipse Penottus capite præcedente.

Probatur autem nostra assertio ex Augustino, libro Tom.
tertio de libero arbitrio, capite quarto. Ubi (*inquit*) non igitur quia Dei præscientia est, necesse est fieri quæ præsciverit, sed tantummodò quia præscientia est, quæ si non certa prænoscit, utique nulla est. *Et infra.* Sicut itaque non sibi adversantur hæc duo, quod tu præscientia tua noveris, quod alius sua voluntate facturus est; ita DEUS neminem ad peccandum cogens, prævidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt. *Quæ Augustini comparatio manifestè supponit, ex alio capite sumi certitudinem divinæ præscientiæ, quam ex divino decreto. Alias verè dicere non posset, quod sicut homo non cogit ad peccandum quem peccaturum esse prænovit, ita nec Deus. Nam futurum decreti discipulum, cum quo illi Augustinum disputabant, quod alia est ratio de scientia hominis, alia de scientia Dei. Scientia hominis non pendet ex decreto; sed scientia Dei pendet ex decreto.*

Deinde ipse Augustinus in libro de prædestinatione Sanctorum, capite nono, repetens responsionem quamdam à se traditam argumento Porphyrii in Epistola quadragesima nona, quæstione secunda, quæ Epistola est liber Augustini de sex quæstionibus Paganorum,

(erat autem quæstio Porphyrii cur Christus, qui se dicit salutem & vitam, & in se solo communem hominum salutem reponit, adventum suum in mundum per tot secula distulerit. Cui quæstioni in dicta epistola respondit Augustinus, tunc CHRISTUM & illuc venisse quando & ubi sciebat futuros esse, qui in illum essent credituri) itaque Augustinum dicto capite nono, se in ea Epistola rationem sumptam ex sola divina præscientia, sine præjudicio tamen aliarum causarum, rationem sufficientem attulisse, quæ satis esset ad Paganorum perfidiam convincendam. Sentit igitur Augustinus, Deum præcipuè etiam decreto suæ voluntatis habere certam notitiam de futuris contingentibus, alioquin ratio sumpta ex sola præscientia non fuisset sufficiens ad convincendam perfidiam Paganorum. Nam diceret statim Porphyrius, undenam porrò divinæ præscientiæ ista certitudo, quod tunc & ibi futuri essent qui in Christum crederent? An ex divino decreto? an aliunde? Si ex divino decreto, jam hoc est, quod quæro; quare Deus tot seculis adventum suum mundo subtrahere decreverit; si autem aliunde, jam aliunde, præcisè ipso divino decreto, haberi poterit certa notitia futurorum contingentium.

Respons. Nego comparationem Augustini priori loco repræsentatam, omnino supponere ex alio capite sumi certitudinem divinæ præscientiæ quam ex divino decreto. Imo de origine certitudinis istius, aut ex quo fonte hauriatur, nihil omnino disserit eo loci Augustinus. Tantum contendit præscientiam Dei de peccatis futuris in causa non esse cur quis peccet. Hoc autem illustrat exemplo præscientiæ humanæ; quare ut ut scientia divina pendeat à decreto Dei, non sic scientia humana à decreto humano, hoc tamen nihil ad rem. Nam nec tu * negas præscientiam Dei pendere à decreto Dei licet non à decreto tanquam à causa totali sed partiali. At præscientia rerum futurarum humana à decreto humano nequaquam pendet, tanquam à causa totali aut tanquam à causa partiali. Quare licet ex consideratione voluntatis divinæ ad actum peccati producendum concurrentis, nova difficultas hac de re suboriri poterit. Quippe cum non aliquid fiat nisi quod omnipotens fieri non modo præsciat, sed & velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo) hujusmodi tamen difficultatem in considerationem non revocat eo loci Augustinus.

* Cap. 21. num. 4. [illegible] contingentium.

Locus posterior minus vigetur ab instituto præsenti; qui tamen nullius momenti est ad causam Penotti fulciendam. Inprimis, non dicit Augustinus se ratione sumpta ex sola divina præscientia, rationem sufficientem attulisse quæ satis esset ad Paganorum perfidiam convincendam: tantum ait se hoc de præscientia Christi dicere voluisse, quod convincendæ Paganorum infidelitati qui hanc objecerant quæstionem sufficere videretur. Rursus, quis non videt ex hac ipsius responsione, doctrinam ipsius de prædestinatione patuisse calumniæ, quasi hinc sequeretur fidem hominum nequaquam profectam esse ex prædestinatione Dei. Ad quam objectionem novimus quomodo respondere Augustinum; *Cur ergo ne me sine præjudicio latentis consilii Dei aliarumque causarum, hoc de præscientia Dei dicere voluisse, quod convincenda Paganorum infidelitati sufficere videretur?* Quid enim est verius quam præscisse Christum, qui & quomodo & quibus locis in eum forent credituri? Sed utrum prædicato sibi Christo à seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos præscierit, an etiam prædestinaverit DEUS, quærere ac disserere tunc necessarium non putavi. Sed quia postea fatetur Augustinus se hac responsione dixisse quod satis erat; Agnosco sufficere istam responsionem Paganis ora obstruendis, quippe qui ferè ad unum omnes agnoverunt Deum præscire omnia quæ futura erant, licet ea fieri nequaquam decerneret. At nos isto nequaquam acquiescimus sed neque Penottus unà cum Jesuitis suis illic acquiescendum esse judicat. Nempe nihil à Deo præsciri posse tanquam futurum, nisi Deus idipsum futurum esse decreverit; Ideo nobis alia hujus rei ratio, quæ magis satisfaciat inquirenda est, qualis est illa quam subjicit Augustinus: *Posset (inquit) sic dici, tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam quando sciebat & ubi sciebat esse, qui electi fuerant, in ipso, ante mundi constitutionem.*

Hinc apparet veram non esse distinctionem quorundam recentiorum dicentium, certitudinem divinæ notitiæ de futuris contingentibus tandem ultimate resolvendam esse non solum in præsentialitatem rerum in nunc æternitatis, sed in divinum decretum & prædeterminationem secundarum causarum non impedibilium; eamque illorum distinctionem esse alio pacto ad mentem Thomæ; Cujus signum evidentissimum apud me est: Quod cum Thomas tantopere in tot locis laboraverit, ut inveniret solidam rationem hujus certitudinis, nunquam meminit hujus decreti neque hujus prædeterminationis secundarum causarum, cum tamen haberet in promptu hanc rationem reddere, si illam sufficientem reputasset; & quod omnia loca quæ nonnulli conantur adducere ad id probandum sunt corrupta & depravata, in quibus Thomas nihil tale dicit sed totum oppositum, sicut satis latè illa citato, prima parte, quæstione decima quarta, articulo decimo tertio, & secundâ secundæ, quæstione centesima septuagesima prima, articulo sexto, ad secundum, & ex primo contra Gentes, capite sexagesimo septimo, ratione tertia, & sexagesimo octavo, de quibus dictum est capite vigesimo, ad secundum argumentum. Penot.

Quamvis admodum jejuna sit præsens apud Penottum hoc in capite disceptatio, sola Thomæ atque Augustini authoritate nixa, nulla omnino ratione Scholastica in subsidium advocata; tamen cum ad conclusionem deventum est, quasi strenue rem gessisset atque omnia bellè confecisset, in adversarios suos, præsertim in Alvarem, destomachatur satis nervosè quantum clamoribus præstari potest: nempe corrupta ab eo & depravata esse ea loca apud Aquinatem, quibus nititur: ea autem tantum pertinent ad cognitionem futurorum contingentium ex determinatione causarum secundarum quem modum cognoscendi futura contingentia non agnoscere non potest ipse Penottus capite vigesimo, num. 5, quid igitur opus fuit Alvari loca corrumpere ad id probandum, quod vel adversarium quamvis Jesuitico spiritu plenum pernegare poterit; *Respons.*

licet

bis non diffiteor, Alvarez vero in locis illis allegandis habere aliquid passim esse, quod nemini [illegible] communem aliquid passim esse, quod nemini non commu- gere manifesta docet experientia. Quod autem ait Thomam nunquam meminisse hujus decreti, atque hoc iterum repetit sana Thomistica; jam insulentem hominis gloriosuli fiduciam vanam & inanem esse probis indiciis & testimoniis ex Aquinate satis illustribus probarum dedi, imo præscientialem illam, non modo quæ tantopere certitudini divinæ præscientiæ præficiat causam aperui; sed & necesse esse docui rei in [illegible] concludere, vel ad præsentialitatem illam revocandam esse secundum quam res futuræ sint apud Deum in esse vult; Quemadmodum Thomas & alii auctores qui fere ante ducentos annos floruerunt, reperitur, veteres interpretati sunt dum Dei præscientiam non tam futurorum præscientiam esse voluerunt quam præsentium scientiam. Etiam qui infallibilem futurorum contingentium præscientiam divinam in divinæ voluntatis determinationem tanquam in causam rejecerit, idque secundum Joannem Scotum, & Thomam Aquinatem. Nam de causa Dei contra Pelagium lib. 3. cap. 14. probandum recepit. *Quod divina voluntas sit causa cujuslibet futuri atque præteriti, atque exclusive*, ut manifestant ipsius argumenta inter quæ unum & alterum memorabo. *Contradictiones inquit ex se nullum esse habent omnino; ergo ex se non magis determinatur ad unam partem contradictionis quam ad alteram; ergo de se tantum non est futurum sed pure indifferens, si ergo sit futurum, hoc est per aliquam causam determinationem sed illa causa necessaria est divina voluntas, vel ad illam reducitur, ut ad primam & supremam causam determinationis illius. Porro futura & præterita ex se nullum esse habebit omnino; ergo nec aliquid causæ habent nec aliquid veritatis; quare non veraciter ex se habet esse futurum nec præteritum; habent ergo hoc propter aliquam aliam causam, & illa non potest esse pure non ens propter idem. Vel saltem illa reducitur ad aliquam causam existentem, & omnium existentium causarum Deus est causa.* Verum evidentius instituì potest ista ratio ex consideratione rerum futurarum ante creationem mundi, cum nihil omnino esset extra Deum; at ante mundi creationem plurima etiam tum futura erant ab æterno cum tamen natura sua essent merè possibilia, at nihil tunc in causa esse potuit transitus illius, rerum videlicet possibilium in conditionem rerum futurarum, præter ipsum Deum & voluntatem ejus. Ad hujus argumenti solutionem provocandos censeo omnes & singulos scientiæ mediæ assertores. Idem cap. 18. producit Scotum profitentem *Deum non habere scientiam de futuris contingentibus nisi quia certitudinaliter penes determinationem voluntatis suæ posita eorum sint, inquit, Sanctus Thomas de Christiana religione, sive de fide spe & charitate 138 dicit quod contingentia effectus causarum secundarum non potest certitudinem divinæ providentiæ perturbare, quia efficacia voluntatis divinæ certitudinem illi præstat: voluntas enim Dei, cum sit universalis causa rerum, non solum ut aliquid fiat sed ut sic fiat, ad efficaciam divinæ voluntatis pertinet, non solum ut fiat quod vult fieri sed ut hoc modo fiat quo vult fieri: ut sic voluntas impleatur efficaciter: Idem quoque dicit quod contingentia prout sunt in suis causis verticaliter, non sunt determinata ad unum, ut de eo certa cognitio possit haberi; tamen prout sunt actu in suo esse in Deo æterno jam sunt determinata ad unum, & de iis potest certa haberi cognitio.* Qui & super 1. Sent. distinctione 38 quæst. ult. quærente: *Utrum scientia Dei sit contingentium.* Et infra super distinct. 40. quæst. 4. *quærente de certitudine prædestinationis, eandem sententiam plane tenet: sed contingentia talia determinari non possunt nisi per voluntatem divinam sunt 14um. ostendebat & pro ista determinatione posset allegari Autoritas Averrois super De fatum & [illegible] superius memorata. Hoc idem videtur sentire Anselmus de casu Diab. 21. ubi vult quod nihil vere sciatur nisi quod certa ratione intelligitur, quare & Deus non proprie dicitur habere præscientiam futurorum, sed magis præsentem scientiam quia omnia futura sunt ei præsentia, Et idem dicit de concordia 7. & Boetius 5. de consolatione Philosophiæ prosa 6. quod videtur non posse intelligi aliter nisi quod Deus per hoc sciat omnia futura, quia sunt ei præsentia, id est per suam inseparabilem & immutabilem voluntatem præsentialiter determinata & decreta certitudinaliter ut fiant in futuro.*

Contra hanc assertionem est unicum argumentum, quoniam Thomas 1. distinct. 39 art. 1 & alii Theologi communiter affirmant, Scientiam liberam in Deo subjectam esse imperio divinæ voluntatis, ob quam causam concedunt hanc propositionem (Deus potest non scire illud quod scit) habere aliquem sensum verum; ergo tota ratio certitudinis scientiæ liberæ videtur fundari in decreto divinæ voluntatis. Respondeo sensum Thomæ & doctorum esse scientiam liberam subjectam esse divino decreto & imperio voluntatis non ratione sui, sed ratione objecti scibilis, & Thomas loquitur de scientia practica quæ est causa rerum, non de scientia visionis, quæ, sive etiam non esset in Deo istud decretum adhuc esset in illo ut dictum est. Penott.

Ipse Penottus nullo argumento artificiali à ratione scholastica petito in hac materia usus est, sed duntaxat in artificialibus contentus acquievit: itaque præfert nullum in adversum proferendum esse nisi quod è Thoma mutuatus, affirmante scilicet scientiam liberam esse subjectam imperio voluntatis, ut scilicet ab ea quodam modo determinationem accipiat, quatenus ab objectis determinari potest voluntas aliqua. Agedum vero responsionem ejus expendamus, quæ meo judicio ejusmodi est ut objectionem illam admodum momentosam esse arguat; duplici verò responsione nititur, quarum altera convellit alteram; Etenim prior procedit de scientia visionis; at posterior negat Thomam intelligendum esse de scientia visionis imò fatetur scientiam liberam subjectam esse imperio voluntatis ratione objecti scibilis; obscurè dicuntur ista, nec operam dedit Penottus ut obscuritatem tolleret, ne sic causam suam traderet. Agedum vero excutiamus sensum hominis, ut latebris suis vulpeculam istam excutiamus. Scientiam subjectam esse voluntati ratione objecti scibilis, nihil aliud est quam accipere objectum scibile à voluntate pro imperio ejus ut scilicet ad placitum voluntatis fiant objecta scibilia quod verissimum est respectu scientiæ visionis. Nam cùm scientia simplicis intelligentiæ sit scientia rerum tantum possibilium, scientia visionis est scientia futurorum præsentium & præteritorum. Unde autem fit quod res sua natura merè possibiles transeunt in conditionem rerum futurarum, & ut sic fiant objectum scibile scientiæ visionis. Si quæras; respondendum ex Aquinate hoc ab imperio voluntatis divinæ profi- Respons.

esset; ut quæ sola faciat, ut quæ natura sua mera possibilia sunt, evadant futura: quæ quidem est ipsissima nostra sententia; atq; hinc fit ut sicut alia ex possibilibus potuissent esse futura, quam quæ nunc futura sunt; ita potuerit Deus non scire quod scit, & scire quod non scit. Sed hujus responsionis incommodum persentiscens Penottus, ex ista responsione elabi cupit in aliam, sicut coluber ex una latebra incommodiore, in commodiorem alteram; Itaq; addit Thomam loqui de scientia practica, non de scientia visionis; & neutrius responsionis pertæsus esse videatur, tanquam feraliter ipsum quisque sententiam impetentis; responsiones istas connectit non particula adversativa sed conjunctiva, quasi una responsio nequaquam supplantaret alteram, sicut Jacobus Esavum, sed amicè potius conspirarent; At ego probo responsiones illas consistere non posse: nam scientia practica quatenus prævenit voluntatem nequaquam accipit objecta sua ab imperio voluntatis, sed repræsentat potius voluntati quot modis res aliqua commode fieri possit. Rursus scientia practica subsequens voluntatem & juxta voluntatis determinationem in executione ejus occupata, ipsissima est scientia visionis; quæ jam accepit quid à voluntate volitum sit & consequenter quid futurum sit, quæ quidem ab omnibus dicitur scientia visionis. Hi sunt exitus præsentis dissertationis Novatiensis istius, licet admodum Thrasonicè se gerentis, tamen omnino vertiginosi, nec eruditionem alium sapientis, nec sobrietatem.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ libertatis

LIBRI TERTII. Cap. XXIV.

Tres aliæ rationes cognoscendi futura contingentia à Scholasticis allata expenduntur.

TRes alias rationes refert Penottus, ex quibus nonnulli Theologi nituntur probare certitudinem divinæ præscientiæ de futuris contingentibus; quarum prima sumitur ex causalitate & efficacitate divinæ scientiæ. Secunda ex Ideis. Tertia ex infinitate divini intellectus & divinæ præscientiæ.

Authores primæ fingere dicuntur divinam præscientiam, ut antecedat divinum decretum, determinare quinam effectus contingentes sint futuri, eamq; de se efficacem esse, & ex ejus efficacitate divinum intellectum sufficienter cognoscere omnes effectus contingenter futuros. Quod ad hanc sententiam attinet, dicit Penottus: *Divinam scientiam duobus modis posse considerari, uno modo ut est determinata per divinum decretum liberum, alio modo præscindendo à divino decreto. Primo modo dicit ex efficacitate divinæ scientiæ posse sumi eandem rationem quæ sumitur ex ipso divino decreto, cum divina scientia non sit causa rerum nisi adjuncto divino decreto. Secundo modo, dicit per quamcunque efficaciam ipsius divinæ præscientiæ certo sciri non posse aliquod futurum contingens quatenus futurum: quia divina scientia præciso divino decreto nullius futuri contingentis est causa.*

Penott.

Respons. Inprimis mihi non placet Penotti phraseologia, dicentis Dei scientiam determinari per Dei decretum; dicimus Dei potentiam determinari per voluntatem ejus, quia potest quidem producere quicquid possibile est, sed non vult: at sobriè dici non potest Deum posse scire omnia, sed non velle; usurpatur tamen fateor hic modus loquendi non semel à Navaretto, quatenus scilicet determinat objecta eaque volendo ut fiant, facit hoc ipso cognoscibilia in genere futurorum; At hoc non est determinare Dei scientiam, nec hunc in modum loquitur Aquinas. *Necesse est* (inquit) *quod sua scientia sit causa rerum secundum quod habet voluntatem conjunctam* 1. p. q. 14. art. 8. advertatur alterum hujus distinctionis membrum apud Penottum, *vel*, (inquit) *præscindendo à divino decreto*; unde infero, Quisquis non considerat scientiam Dei ut determinatam per divinum decretum liberum, eum præscindere à divino decreto. At hoc minimè necesse esse jam dicta vit Penottus capite superiore; Nam licet quis præscindat à divino decreto, tanquam scientiam divinam determinante, tamen non necesse est ut præscindat à divino decreto simpliciter; potest enim adhuc considerare divinum decretum tanquam causam & rationem essendi ipsorum futurorum contingentium, per modum concurrentis cum causis secundis contingentibus. Tertio notandum, quandoquidem decretum statuitur duntaxat causa partialis rerum contingentium, sequitur scientiam Dei futurorum contingentium nequaquam pendere à decreto Dei tanquam à causa totali, sed partiali duntaxat; hoc est partim à decreto, partim à scientia media, partim ab iis à quibus pendet scientia media, hoc est à constitutione causarum secundarum quasi propensarum ad agendum, modò Deus concurrat; partim ab iis, à quibus pendet causarum secundarum ad agendum propensio proxima, hoc est, à tali ordine in quo constituentur; partim deniq; à voluntate Dei de constituendis illis in tali ordine; quæ quidem voluntas Dei fortè non est causa totalis, sed partialis duntaxat constituendi illas in tali ordine; utpote cum per modum concursus cum aliis causis, quas per scientiam mediam novit concursuras; nec dum finitus Orestes, sive mysterium istud Jesuiticum, sed progressio fiet in infinitum.

De Ideis ait, *nec ante decretum liberum divinum de rebus ad extra creandis nullum futurum contingens distinctè* cogno-

repræsentare, sed solum repræsentare creaturas ut possibiles: repræsentare vero divina essentia easdem creaturas ut repræsentare ut absolute futuras. Sed nomine decreti sumes decretum Dei esse tantummodo causam partialem istius repræsentationis; nempe cum causis secundis, quæ quid acturæ sint, modo Deus concursum suum præbuerit, novit Deus per scientiam mediam; quæ quidem scientia media pendet nunquam ab objecto à constitutione secundarum causarum; quæ quidem constitutio pendet potius ab ordine in quo positæ sunt, ut supra; Nam ex eo quod præscit Deus causas secundas in tali ordine positas, hoc aut illud acturas, modo Deus concurrerit, simulque se concursurum decreverit; futura contingentia sequitur esse repræsentabile in essentia divina. In posteriorem rationem, primâ à Penotto partim probatam, partim rejicitur, examinanda, deinde inquirendum est, hic itaque Penottum audiamus.

Penot. *Circa posteriorem rationem est sententia quorundam recentiorum Doctorum, quod ex infinitate divini intellectus & divini luminis & altitudine, & infinitate divinæ præscientiæ, & ex determinata veritate, quam ipsa futura contingentia habent, colligi possit sufficiens ratio certitudinis notitiæ futurorum contingentium: ita sentiunt Molina quæst. 14. art. 13. disput. 12. 13. 16. 5.* In quam ergo ab authoribus. *Suarez lib. de scientia futurorum contingentium cap. 8. Valen. 1. p. quæst. 14. art. 13. puncto 5. Et Vasquez. disp. 65. cap. 4. ubi dicit se primum post Scotum hunc modum dicendi invenisse eumque in Hispaniis & Romæ publicè docuisse, & fuisse postea in scholis à quibusdam Theologis passim usurpatum. Hæc illorum doctrina quod illa in qua omnes conveniunt est sine dubio vera, non est tamen nuper excogitata sed communis sententia omnium fere Theologorum quæ docet certitudinem divinæ notitiæ de futuris contingentibus sumendam esse ex illorum præsentia in nunc æternitatis, sive ex eo quod divinus intellectus ab æterno feratur in esse præsens actualis existentiæ, quod aliquando sunt habitura. Est namque hæc sententia eadem prorsus cum illa, nec pilum quidem ab illa discrepans, nisi solis verbis, quia idem sunt in re; certitudinem divinæ notitiæ sumi ex determinata veritate, quam habent futura contingentia, & illam sumi ex eo quod divinus intellectus feratur in esse præsens actualis illorum existentiæ; cum futura contingentia nullam habeant determinatam veritatem nisi ratione illius esse præsentis actualis existentiæ quod habent absque temporis differentia prout supra dictum est. Propositiones enim de futuro contingenti non continent determinatam veritatem, ratione illius esse futuri, quod habent contingenter in suis causis, neque sunt formaliter de futuro, sed ratione esse præsentis quod futurum contingens est habiturum in seipso extra causas; quod etiam sumenda sit ratio hujus certitudinis ex infallibilitate divini intellectus & luminis & divinæ æternitatis. de hoc nullus Doctor Catholicus unquam dubitavit. Sed in hoc solum est difficultas, quia esto, sit infinitum intellectus infinitum lumen, infinita divina notitia, tamen si futurum contingens non est de se intelligibile, talis infinitas non sufficit ad illud intelligendum quemadmodum infinitas divinæ potentiæ non sufficit ad hoc, ut fiat quod fieri non est possibile.*

Respons. Haud patitur Penottus sententiam istam esse inventum nuperrimum Jesuitarum, sed potius venditari nomine magis honorifico, nimirum tanquam communem sententiam omnium fere Theologorum; quod ubi probatum dederit, absit ut non ubi-neat; Sed characterem suum nempe præfidentis ingenii nondum libet Penotto deponere. hoc autem dictum vult de apice illo, in quo omnes conveniunt; nec sane inficiandum erit, doctrinam illam in qua omnes conveniunt esse communem sententiam Theologorum, non fere omnium, sed simpliciter omnium; sed quod apex ille in quo omnes conveniunt, hic sit, *nempe certitudinem divinæ notitiæ de futuris contingentibus sumendam esse ex illorum præsentia in nunc æternitatis*; prorsus incredibile videtur, quandoquidem in hoc apice videmus inter Pontificios Theologos (quos vel solos pro Theologis venditant Pontificii)

——— *infestis obvia signis*
Signa pares aquilas, & pila minantia pilis.

Sed hoc intelligendum esse monet de sententia ista per suam interpretationem modificata; modo scilicet nihil aliud ea significetur, quam *quod divinus intellectus ab æterno feratur in esse præsens actualis existentiæ, quod aliquando sunt habitura.* Nec omnino dubito, quin omnes, non fere, sed simpliciter omnes Theologi conventuri sint in ista interpretatione, quid dicam? tremendam potius junctis studiis convellenda, tanquam absurdissimam sententiam continente, etiam contradictionem manifestam. Nam esse præsens quod creaturæ sunt aliquando habituræ, non est esse præsens, sed esse futurum. Quid quod hujusmodi esse præsens, est esse præsens in nunc temporis, at Theologi Dominicani volunt futura Deo præsentia esse, non in nunc temporis, quia potuerunt cum Deo præsentia esse ab æterno: Sed in nunc æternitatis; hoc autem ipsi Penotto displicet. Intellectus sine dubio fertur ab æterno in omnia futura; sed non intelligit ea esse præsentia ab æterno, quoad existentiam eorum actualem; quippe quam nondum habent, sed juxta Penotti Phrasiologiam habitura sunt. Istis nihil obstantibus, valdè sibi placet in ista inventione sua, quippe quam omnibus Theologis obtrudit tanquam sine dubio veram. Hic enim est genius hominis, audere non aliquid tantum, sed quidlibet, quasi ex tertio cælo devenisset ad nos homunciones, nec Calvinistas solum (quos vocat) sed etiam Antichristitas, nempe Summistas & Sententiarios omnes in minimis, eruditissimis ipsius inventionibus informandos. Ego pro mea mediocritate, censerem Deum omnia futura videre præsentia non secundum esse reale rerum, sed intentionale, nimirum in esse volito; qua ratione veteres voluere Dei præscientiam esse præsentiam scientiam judicio Bradwardini. deflectit tamen tandem ad Jesuitas cum quibus manifestum est, arctiorem communionem colere Penottum istum Novatorem, quam cum Dominicanis; & sententiam suam ait eandem esse prorsus cum illa Jesuitarum, nec pilum quidem ab ea discrepantem, nisi solis verbis. Quod si animi tui sensum nobis nequaquam communicasses, profiteor, mihi ab initio fidem admodum pronam esse in hoc quod asseris, te quidem hac ex parte nec pilum quidem discrepare à sententia Jesuitarum, passim hunc animum prodis, licet tenuem earum satagere videaris, dum ita hanc sententiam defendere conaris, ut eam ab ingruentibus tempestatibus immunem præstes. Cum dicis *futura contingentia nullam habere determinatam veritatem, nisi ratione illius*

esse

esse præsens actualis existentia quod habent in aliquo tempore differentiæ. Hæc duplicem sensum admittunt, vel quod determinatæ veritatis non sint nisi priusquam existant; hoc autem falsissimum est; (Nam si determinatæ veritatis non essent antequam existerent, certè neque cognosci poterant antequam existerent; at Deus ea cognoverit ab æterno.) *Vel quod determinatæ veritatis non sint nisi actualem existentiam aliquando habitura sint*, quod quidem verum est, etiam omnibus tam lippis quam tonsoribus notissimum. At priori sensu procedit Penotti propositio, quemadmodum ex sequentibus documentum habemus, cum profitetur, *propositiones de futuro contingenti non continere determinatam veritatem ratione illius esse futuri, quod habent contingentia in suis causis.* Sententia admodum enormis, & quæ prodit errorem prima fronte conspicuum; nam creatio mundi ante aliquot annorum spatia fuit futurum contingens, an vero non habebat determinatam veritatem ratione illius esse futuri quod habebat in causa sua; nempe in divinæ voluntatis determinatione de mundo in posterum creando? Imò omnia futura contingentia habent determinatam veritatem secundum esse futurum quod habent in voluntate Dei; alias nequaquam scirentur à Deo in determinatione voluntatis suæ; at sciuntur, idque certo quod ex Penotto confirmatum dabo. Si accedente Dei decreto repræsentantur in Ideis tanquam absolutè futura, tum etiam in decreto Dei sciuntur tanquam absolutè futura, & consequenter tanquam certò & infallibiliter futura; at accedente Dei decreto repræsentantur in Idea tanquam absolutè futura teste Penotto, numero præcedente. Rursus si adjuncta libera determinatione divinæ voluntatis optimè per ideas haberi potest certa cognitio de futuris contingentibus; tum secundum esse futurum quod habent in causis, habent veritatem determinatam: at antecedens est Penotti cap. 10. num. 4. consequentia verò est sua luce perspicua; denique si secundum esse quod habiturum est in seipso extra causas futurum contingens habet determinatam veritatem, tum habet veritatem determinatam secundum esse quod habet in causis; nam esse quod habiturum est, non est esse præsens sed esse futurum; & consequenter est illud esse quod habet tantum in causis suis quandiu futurum est, non habet esse extra causas, sed duntaxat in causis; at futurũ contingens habet determinatam veritatem secundum esse quod habiturum est, teste ipso Penotto hoc ipso in loco; nam videas Lector quam placide uno eodemque spiritu fundat contradicentia sibi illis iste disputator; definit enim esse præsens rei, per esse quod res habitura est; quod perinde est ac si definiret esse præsens per esse futurum, & quid ni mihi liceat describere esse futurum per esse præsens; dicendo, *esse rei futurum est esse quod habet res extra suas causas*, nihil dubito, quin intellectus divinus cum sit perfectissimus atq; infinitus, intelligat quicquid intelligibile est, sed ut videat illud præsens esse quod præsens non est sed futurum duntaxat, non est intelligere, sed intelligendo facere ut nihil intelligat, imò ut erret, potius quàm ut intelligat.

Penot. *Vnde inferetur primo falsum esse quod ait Molina*, Deum certo cognoscere futura contingentia, non quidem certitudine quæ proveniat ex objecto quod ex se contingens est, potestque aliter ex ipsa evenire, sed certitudine quæ provenit ex illimitata & infinita perfectione cognoscentis, qui ex seipso cognoscit objectum quod de se erat incertum & fallax; *nam licet divinus intellectus non requirat certitudinem in objecto secundario, ut ex eo accipiat certitudinem suæ notitiæ, requirit tamen illam, ut objectum aptum sit terminare ipsam notitiam certam divini intellectus; neque enim infinitas divini intellectus vel luminis facit ut quod de se repugnat intelligibilitati, sit intelligibile, nec hanc intelligibilitatem illa potest tribuere, sicut neque infinita divina potentia tribuere potest impossibile fieri neque contradictoria; Quare si objectum de se sit incertum, & fallax, nullam continens determinatam veritatem; vanum est fingere illud per infinitatem divini intellectus vel divini luminis infallibiliter intelligi posse. Et propterea verissime docent Thomas aliique sui consortes futura contingentia non esse ab ullo intellectu cognoscibilia, nisi pro eo statu, in quo illa continent determinatam veritatem, qui est status præsentialitatis illorum extra suas causas.*

Rem aliquam non esse cognoscibilem nisi veritatem contineat determinatam tam in confesso est, ut minimè probabile sit Molinam aut alium quemvis qui vel primoribus labris Scholasticam Theologiam degustarit, tam crasse errare ut ex professo nitatur in adversum; nec tamen inficior fieri posse, ut dum absurdæ causæ propugnandæ student, eo provehantur, ut in ejusmodi *ἀβλεψίας* aliquam imprudentes incurrant. Quod in hac causa non modo Jesuitis omnibus sed & ipsi Penotto contigisse nihil dubito, & universim omnibus scientiæ mediæ assertoribus contingere necesse esse judico. Veruntamẽ nisi me fallit cõjectura, Molinam Jesuitam hoc nomine frustra taxat Penottus, neq; enim credibile est Molinam statuisse Deũ aliter cognoscere futura contingentia ex illimitata & infinita perfectione cognitionis suę, quam supposita Dei ad futura illa contingentia producendum concurrentia ab ipso decreta. hæc autem hoc modo proposita est ipsissima Penotti sententia, nempe Deũ pro infinita intellectus sui perfectione prævidere voluntatem creatam in certo ordine positam, certum actum producturam, modo Deus concursum suum præbiturus sit; nec omnino credibile est Molinam aut Suarem aut Vasquem aut Valentianum censuisse, Deum secluso suo decreto de concurrendo cum creatura ad actum suum potuisse quantacunque perfectione cognitionis suæ prævidere actum aliquem à creatura peragendum; At supposito decreto Dei, de præbendo concursu, vel Penotti judicio actus creaturæ producendus est intelligibilis, & objectum sufficienter aptum terminare notitiam certam divini intellectus, dico Penotti judicio perinde atque reliquorum Jesuitarum in hoc specimine rem esse intelligibilem, non dico simpliciter esse intelligibilem. Imò facile probari potest, ut quidem juxta istas hypotheses, rem aliquam contingentem istanti posse insufficienter intelligibilem in genere futuri, sed duntaxat remanere in conditione rei tantum possibilis atque merè contingentis & indifferenter se habentis ad opposita, quemadmodum in sequente controversia cum Deo monstrabo; Adeo ut ista argumentatio Penotti, tam in ipsum Penottum stringi possit, quam

quam [illegible] [illegible], quisquis et adversus [illegible] Pererium [illegible] suis spiritus adversariam vel [illegible] [illegible] fore, ne eandem fabam cudat in caput Pererii, quam ille cuderat in caput Ludovici Molinae, [illegible] *dedisse eam subjacet* [illegible] Contra [illegible] intellectum, ex istiacrem futuram, requirit rem illam cognoscibilem in genere futuri, hoc est, [illegible] illa jam transierit ex [illegible] possibilis in conditionem rei futurae: et [illegible] [illegible] divinae praescientiam [illegible] assertores scientiae mediae, quam vis studia conjunctim hic unice incumbam. Obiter adverto quod de Thoma asserat, nempe tanquam *ubique sibi constantem*, nolim tamen credere hoc ab eo inconsiderate dictum, quis enim huic praestando par esset, [illegible] opera Aquinatis universa tam probe callere [illegible] Dominicanum, imo ipse Pererius jam superiori capite decimo asseruerat, Thomam non ubique sibi constantem: verba ejus haec sunt, *& licet aliquando Thomas visus sit ita sentire de [illegible] [illegible], nempe de veritate quaest. 1. artic. 5.* [illegible] *in quaestione 1. p. quaest. 85. art. 5. & quaest. 87. artic. tertio* [illegible] *tum [illegible].* Ut miram hic Cajetanum idem in alio argumento de doctore illo Angelico observavimus; Quod tamen citra tanti Theologi obtrectationem dictum a me velim. Neque enim retractationes [illegible] vitio vertenda sunt Augustino, sed potius laudi ducendae. Cujus etiam summa modestia tanto Theologo dignissima fuit professionis, se ex eorum numero esse, qui proficiendo scribunt & scribendo proficiunt. Sed neque iis [illegible] [illegible], qui Thomae inconstantiam [illegible] sugillant, aut [illegible] adferunt. Verum procedant ista secundum genium & ingenium diffitentes illius gloriosi [illegible], ut quamvis disputatione accedat ad controversias istas tractandas, sed ex hac Lectione documentum capiat, quod Thomam universum devoraverit, atque alto sinu fuerit, ut dignus sit, qui de Thomae [illegible] tanquam sibi semper constante, [illegible] Christianum certiorem reddere; Sed [illegible], si placet, [illegible] [illegible] arrogantis [illegible] [illegible], quippe qui passim [illegible] falsitatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] inculcat enormem falsitatem & [illegible], quippe cum dicit, statum futurorum contingentium, [illegible] continent determinatam veritatem, [illegible] praesentialitatis illorum extra suas causas quasi vero eorum praesentis [illegible] [illegible] futuris [illegible] extra suas causas, aut nunc tum habere determinatam veritatem, ima ipse Pererius jam [illegible] professus est, secluso Dei decreto futura contingentia certo cognosci a Deo in [illegible] [illegible], illique juxta Aquinatem ipsum in 1. dist. 39. q. 1. art. 2. ad 1. et clarius de veritate q. 2. art. 9. ad 6.

Secunda assertio falsum esse quod [illegible] Vasquez, ex determinata veritate, quam habent futura contingentia, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], posse [illegible] [illegible] [illegible] contingentiam, [illegible] [illegible], quod propositiones de futuro contingenti, ut sunt simpliciter de futuro, contineant determinatam veritatem, & [illegible] [illegible] sequitur sententiam Philosophi dicentis de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem, tanquam falsam & fidei Catholicae contrariam, & sic consequenter rejicit sententiam Thomae, qui ubique sententiam Philosophi in hac probat, & sequitur, quae tamen opinio Vasquez absque dubio est falsa & contra communem sensum omnium sapientum: nam futurum contingens, ut futurum, non habet esse certum & determinatum, & si habet esse certum & determinatum, jam amittit rationem contingentiae, non igitur sanè potest certitudo divinae praescientiae de futuris contingentibus ex determinata veritate illorum, quatenus futura sunt, quia ut sic nullam determinatam veritatem possunt continere.

Sed neque probabile est, Vasquium statuisse futura contingentia habere determinatam veritatem, secluso Dei decreto, de concursu suo ad istiusmodi futura producenda suppeditando, aut propositiones de futuro contingenti, ut sunt simpliciter de futuro, continere determinatam veritatem praescindendo a concursu Dei quatenus a divina voluntate, decreto, Incluso autem hac de re decreto Dei est haec ipsissima tua sententia, nisi quod praeferas illam Dei praescientiam potius esse rerum praesentium quam futurarum, ut scilicet in hoc apice te conformes ad doctrinam Thomae de veritate quaest. 2. artic. 9. ad 6. ubi ait *propositiones de futuro non respicere futurum, ut futurum est, & hoc modo non posse habere certitudinem.* Sed dum hoc agis miserabiliter implicatis, nec aliter te expedis, quam dicendo Deum videre *esse rei praesens*, quod habitura est extra suas causas, quasi vero *esse* rei quod res habitura est, dicendum esset ejus *esse praesens* & non potius dicendum esset, *ejus esse futurum.* Quod si Vasquez rejiciat sententiam Aristotelis hac de re, annon idem facit & Suarez? imo an quisquam est ex Jesuitarum choro, qui eandem non rejiciat? *exstare* (inquit Suarez) *Aristotelem in eo errasse.* addit etiam idem sensisse Bonaventuram, Gregorium, Majorem & alios antiquos supra ab eo citatos. *at* (inquis) *sic consequenter rejicit sententiam Thomae qui ubique sententiam Philosophi in hoc probat & sequitur.* Atqui etiam Alvarez profitetur propositiones de futuro contingenti licet ex se nec determinate verae sint nec determinate falsae, tamen posita determinatione voluntatis divinae evadere determinate veras & determinate falsas. Sed quanto satius fuisset etiam tibi non modo Aristoteli sed Thomae unitatem reminere, quam sententiam eorum tam propudiose in modum defendere, ut computes ea pro praesentibus, quae uno & eodem spiritu profiteris esse futura? Hanc tamen sententiam, asserentem *propositionem de futuro habere determinatam veritatem*, dicis esse absque dubio falsam, nunquam de arroganti tua praesidentia aliquid remittens; addis esse contra communem sensum omnium sapientum; nempe si quis dicat, propositiones istas, *Mundus ab aeterno est creaturus, Christus judicaturus est vivos & mortuos*, esse determinate veras, communem sensum omnium sapientum experieris tibi adversum, si Pererio credimus. & ne sine ratione insanire videaris, probationem addis. *Nam, inquis, futurum contingens ut futurum non habet esse certum & determinatum, & si habet esse certum & determinatum jam amittit rationem contingentiae;* Si dixisses, futurum contingens, ut contingens est, non habere esse certum & determinatum multo speciosius

ciosius discernisset, quia esse certum & determinatum multo verisimilius opponitur conditioni rei contingentis, quæ contingens est, quam quod futura est; imò quia futurum est, necesse est ut habeat *esse* certum & determinatum. Sed nec revera opponitur conditioni rei contingentis; nam potest aliquid & contingens esse ex natura sua & tamen extrinsecus determinari ad futuritionem, puta per decretum Dei. Quemadmodum mundi creatio olim contingens erat, tempore antequam esset, & nihilo minus à Deo decreta. Sed neque habere *esse* certum & determinatum, est amittere rationem contingentis; Nam fieri potest, ut determinetur ad eveniendum contingenter: nec dubito quin sicut Aristotelis dissertatio processit de futuris contingentibus seclusa determinatione commodè per decretum, ita & Thomas ejusdem sententiam assumpserit secluso Dei decreto, per quam fiunt præsentia apud Deum, nimirum in esse volito: qualem præsentialitatem dum concoquere non potest Penottus, minimè mirandum quod per devia vanæ & inanis ratiocinationis oberraverit. Interea negari non potest, imò hoc agnoscit Penottus c. 10. superiore, *Deum accedente ipsius decreto, per ideas videre etiam futura contingentia, idque docet* ait Thomas de veritate q. 2. artic. 7. ad 6. Verba Thomæ sic sunt, *ad sextum dicendum, illa idea quæ est in mente divina præcontata [?] se habet simpliciter ad rem in quacunque dispositione sit, quia est similitudo secundum omnem ejus dispositionem, & ideo cognoscit de re in quacunque dispositione*, hoc est, sive sit sive non sit; alias per eam *futura non cognoscerentur ab eo*, prout habetur eodem loco in objectionis propositione. Huc accessisset [?] quæ de veritate, quæstione 12. artic. 10. ad 11. huic tendentia habet idem Thomas; objectio sic fuit. *Omnis prophetia est de rebus, vel ut sunt in causis superioribus vel in causis inferioribus: si ergo prædicta prophetia intelligitur conditionalis, quia est secundum aliquas causas [illegible] inferiores, pari ratione omnis prophetia Conditionalis est, & sic omnis prophetia erit ejusdem rationis cum comminatoria*, sequitur ad objectionem istam Thomæ responsio, *ad duodecimum dicendum, quod causæ superiores, quæ sunt rerum rationes in divina præscientia nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolutè, sed in inferioribus non nisi sub conditione.* Advertantur ista, ad compescendam istius cujusdam [?] audaciam cap. 8. superiori num. 7. quæstionē propositam hunc in modum doctoraliter decidentis. *Thomas in 1. p. quæst. 14. artic. 13. imò in aliis omnibus locis, quæ reperire potui, in quibus de hac re verba facit quæ annotavi supra cap. 13. duos tantum modos videtur assignare, secundum quos concipere possimus aliquod futurum contingens certò cognosci posse; uno modo in suis causis contingentibus, alio modo in sua præsentialitate (omitto cognitionē quæ est in ideis utpote quæ sive detur sive non ad præsens institutum minimè pertinet)* ut ex his videas superficiariam dissertoris istius in Thomæ operibus eruditionē, licet nihil non audeat sibi causæque suæ polliceri ex doctrina Aquinatis, & cum articulum istū non semel alleget, vide annon probabile sit, quod ex aliorum rapsodiis ea quæ hinc urget, fulsinatus [?] fuerit potius, quam ex sua ipsius in scrutandis Thomæ operibus diligentia.

Penot. *Tertio infertur falsum esse quod idem Vasquez ait ibid. numero 19. & 20. post Gregorium Arim. & Gab. tantam esse vim & perfectionem divini intellectus etiamsi per impossibile Deus non esset omnipotens, & non esset rerum causa, sed res essent vel à casu, vel ex alia causa, nihilominus infinitas divini intellectus sufficeret ad notitiam eorundem futurorum contingentium; & illud quod infra num. 24. dicit de divina essentia, quod etiam ante divinum decretum res possent in divina essentia repræsentari, & infinita sua superioris [?] certà cognosci, etiamsi res essent à casu vel ex alia causa. Quia omnis cognitio sit per aliquam repræsentationem, & omnis repræsentatio fit per aliquam assimilationem: at si futura contingentia essent à casu aut ex alia causa, & divina essentia non haberet in se vim causandi illa, nec ea sua virtute non contineret, nulla ratione posset repræsentatio, nulla assimilatio, inter divinam essentiam & ipsa futura contingentia: omnis namque assimilatio ut fusè docet Thomas de veritate q. 2. artic. 14. in corpore provenit ex aliqua forma existente in iis quæ sunt similia, vel formaliter vel saltem virtualiter & eminenter. Tribus autem modis fieri potest ista assimilatio, vel quia unum est causa alterius, vel quia unum est effectus alterius, vel quia utrumque est effectus tertii. At in casu posito, divina essentia neque esset causa contingentium, neque effectus, neque utrumque esset effectus alicujus tertii, ergo nulla similitudo, nulla repræsentatio inter illa intercederet: ergo infinitas divini intellectus non sufficeret ad illa cognoscenda.*

Placet prosequi fictiones istas ingenii male feriati [illegible] judicio meo [illegible] tanti apud me est Vasquius, ut ejus hypothesin [illegible] ipse præterierim; quod si cum Gregorio Ariminensi & Gabriele errat, poterit hic error illi condonari. Et quantum quæso abest hæc sententia à sententia Scoti 1. distinct. 39. q. unica. *Vide de contingentia*, Docentis essentiam Dei esse rationem intellectui divino intelligendi omne verum; quare si allaboret in hujusmodi fictiones nos inducere; aut statuendum erit ea quæ à casu sunt, aut aliis causis juxta præsentem fictionem ab intellectu Dei comprehendi, aut confitendum, intellectum Dei non esse infinitum. Quod si ad hoc requiratur repræsentatio, & ad repræsentandum assimilatio, quæ juxta præsentē speciem locum non habere, simul agnoscendum erit fictionem illam esse rerum impossibilium, nempe cum sit rerum quarundam quasi compossibilium, quæ revera compossibiles non sunt; præsertim si ad assimilationem illam virtualem requiratur, quod essentia divina sit causa eorum quæ intellectu suo comprehendit. Neque enim decorum est, ut hæc assimilatio qua cætera cognosceret, ei competeret quatenus esset eorundem effectus, aut alicujus tertii, quemadmodum varios assimilationis modos enumerat hic Penottus, neque [illegible] prætermittere [illegible] quid subtilitate & congruentia ab ipso factum sit, qui volet consideret. Obiter advertas, assimilationem istam ad futura contingentia sufficienter cognoscenda, juxta Penottum optime fundari in eo quod futurorum contingentium causa statuatur, quo nihil dici potuit ipsius Penotti sententiæ contradicentius. Nam cum Deus non sit futurorum contingentium causa, nisi per voluntatem suam, hinc sequitur assimilationem istam per quam cognoscuntur futura contingentia ad voluntatem divinam revocandam esse. Rursus, nullus omnino juxta præsentem de variis assimila-

fundamenti modo divinum [illegible] quod est praesentialitati rerum; nam rerum praesentialitas est ipsarum constitutio extra causas, [illegible] assimilationis modus hic memoratus, fundatur in causalitate rerum. Denique [illegible] ille modus assimilationis per quem Deus juxta Penottum cognoscit quid actura sit voluntas creata, modo in tali ordine constituatur, ex hypothesi concurrentiae divinae ad eundem actum producendum. Unanimiter videtur sufficere Penotto, quando speciem praefert quibusdam Jesuitis obnitendi, ut eo liberius quasi puro veritatis desiderio allectus, non autem partium studio abreptus, in scientiam mediam [illegible] praecipitem se daret.

Quarto, inferius, falsum esse quod dicit author ait ibidem num. 21. quod licet possibilitas creaturarum supponat [illegible] possibilitatem Dei & etiam esse, non tamen supponit Deum ad potentiam producere, aut [illegible] in ipsas creaturas, quod [illegible] se probare [illegible] quia ex hac doctrina sequeretur [illegible] ad aliam potentiam, quam ad potentiam divinam, quod esse erroneum [illegible] probatur: nam possibile dicitur per aliquam potentiam; vel igitur per potentiam propriam, & hoc dici non potest [illegible] creatura; vel per alienam, & ista vel erit alia a divina omnipotentia, & hoc ut dicas esse erroneum affirmavit, vel per potentiam divinam, & tunc implicat possibilitatem creaturarum non supponere Deum ut potentem producere ipsas creaturas. Atque tandem ex antedictis apparet, falsam rationem a Thoma assignatam esse veram, & eam si sufficientem ad conciliandam *certitudinem divinae praescientiae cum contingentia rerum.*

Extra controversiam est, impossibilitatem rei nequaquam supponere impotentiam Dei, ergo nec possibilitas rerum supponit potentiam Dei, [illegible] sed S. Aquinas hujusmodi argumento probat Deum esse; possibile est Deum esse, ergo necesse est Deum esse; nam si Deus non esset, potius impossibile esset ut Deus omnino esset. At cum dicit possibile est Deum esse, nequaquam praesupponit huic possibilitati potentiam Dei, nec tamen sequeretur creaturas possibiles esse in ordine ad aliam potentiam quam ad potentiam divinam; sed non omnino ad aliquam potentiam, quemadmodum cum dicimus possibile esse ut Deus sit, possibile hoc in loco, nequaquam dicitur in ordine ad potentiam aliquam; neque enim sumitur ista vox significatione relativa, sed tantummodo significatione negativa, ac si diceret, non repugnat hoc aut illud esse, quemadmodum illud dicitur impossibile, quod nomine sua complicat rationes incompossibiles; ex his videas arguta ista Penotti quam sit superficiaria. Agnoscimus rationem a Thoma assignatam sufficientem esse ad conciliandam certitudinem divinae praescientiae cum contingentia rerum; ea autem docetur a praesentialitate rerum in aeternitate, sive in nunc aeternitatis, uti modo rem ipsam expressit Penottus, sed audio dicere hujus rationis rectam accommodationem hactenus Novariensi isti prorsus ignotam esse & reconditam.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanae libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXV.

Tertia principalis controversia proponitur, an sit in Deo scientia contingentium futurorum ex hypothesi, quam nonnulli vocant scientiam mediam.

QUae hactenus dicta sunt de scientia contingentium futurorum absolute [illegible] ingenii [illegible] fuerit, [illegible] rerum contingentiam & hominis libertatem per certitudinem infallibilem divinae praescientiae. Verum quia non ex hoc capite solum, sed aliis pluribus, [illegible] humanam libertatem oppugnare [illegible] visum est [illegible] temporum haereticis [illegible] non sufficere, constituerunt in Deo scientiam [illegible] quae videt [illegible] possibiles [illegible] quae videt [illegible] futura [illegible] difficultati contra [illegible] humanam libertatem [illegible] constituendam esse in Deo tertiam quandam scientiam, qua videat futura contingentia, quae non absolute futura sunt sed solum ex hypothesi, quam vocant scientiam mediam, inter absolute naturalem & absolute liberam; non quidem per abnegationem [illegible] quia participat conditionem utriusque scientiae: nam cum scientiam [illegible] sit scientia naturalis, existat [illegible] in Deo ante omnem actum liberum divinae voluntatis, [illegible] participat conditionem scientiae liberae, [illegible] quid contingenter eveniat, ex causa creata & libera, supposita quadam a Deo creaturae, & constituerentur in tali ordine & cum talibus circumstantiis. Primo aperiam sensum quaestionis, secundo referam fideliter opinionis doctrinam, tertio dicam quae in hac controversia probabilia existimem.

De ingenio suo optime confidat Penottus necesse est, dum caeteros omnes, quotquot ejus ingenio nequaquam applaudunt, pro stipitibus aut [illegible] habere minime dubitat; hodie quod sciam prorsus nulli sunt qui rerum contingentiam aut hominis libertatem laedi putent per certitudinem infallibilem divinae praescientiae. Quod si mysterium hic subesse putetur, haud facile credo quemquam ex ipsis pontificiis hanc gratiam Penotto facturum ut in ejus mysterii istius explicatione acquiescat. Commoveri non possum, quod qui gratiam Dei (quam causam Dei indigitat Bradwardinus) propugnandam in se recipiunt, a Penotto humanae libertatis propugnatore, hostes veritatis audiant: nec tamen assertores istos humanae libertatis facile credo magis ab haereticis quos vocant sibi cavisse, quam a suis pontificiis, praesertim Dominicanis. Est etiam ut qui pro DEI gratia contendimus, nos solemur, quod fateantur isti,

difficultates contra ipsam humanam libertatem emergentes; facilè aut omnino tolli non posse, nisi ad inventum illud de scientia media DEO tribuendam se recipiant; quod quidem nihil minus est, quam se ad incitas redactos esse palam profiteri; quodque inventum illud, sit novitiorum quorundam Scholasticorum gloriola; & sanè mira meo judicio licentia, distinguit Penottus scientiam ipsam mediam, dum consideratam secundum substantiam, esse omni decreto DEI libero permittit, non autem consideratam ratione objecti; quasi vero scientia alicujus objecti considerari possit seclusa consideratione objecti, hoc meo judicio non est distinguere sed discerpere; seu potius quod omnino partes non habet, in partes discerpi posse fingere: citra controversiam, si objectum scientiæ nequaquam eveniat à causa sua, nisi supposito, *quod illa à Deo creetur, & constituatur in tali ordine & cum talibus circumstantiis*: fieri nō potest ut scientia hujus objecti ut eventuri procedat aliter, quam supposito quod *causa ejus à Deo creetur & constituatur in tali ordine & cum talibus circumstantiis*. Sed Penottus passim prodit ingenium hominis verborū anfractus consectantis, quorum sensum nec ipse intellexerit, cum revera sensum sobrium prorsus respuant.

Penott. *Ut igitur intelligatur sensus quæstionis, quæ hic contra vertitur; an sit in Deo futurorum contingentium futurorum conditionatorum ante omne decretum liberum divinæ voluntatis, primò notandum est.*

Respons. Eorum quæ notanda monet Penottus summam paucis contraham.

Imprimis per futura contingentia conditionata intelligi monet actus humanos, qui quidem eventuri nunquā sunt, essent tamen eventuri si certa conditio poneretur, qualis erat pœnitentia Tyriorum & Sydoniorū juxta dictum Servatoris Matth. 11. hoc nemo ignorat, modo quæstionem istam unquam attigerit.

Secundò, monet suppositionem seu hypothesin, dupliciter à Logicis accipi; uno modo pro positione Hypothetica, in quâ neq; *antecedens neq; consequens enuntiatur absolutè existere, sed tantum enuntiatur illatio consequentis ex antecedente, sive antecedens & consequens vera sint sive impossibilia*. hoc etiā vel rudimentariis omnibus in facultate logica notissimum est; nempe in propositione hypothetica nullam rationē haberi veritatis antecedentis aut consequentis, sed duntaxat consequentiæ. Alio modo (inquit) accipitur pro propositione indubitatæ fidei, cujus generis propositionū dividuntur in *dignitatem, axiomata, & suppositiones*, quā dicit non esse propositionē hypotheticam, sed categoricā; sic enim nos informat, quasi tanto magistro usi velimus *elementa addiscere prima*. hinc progrediens ad distinctionem suppositionis secundo modo acceptæ, eam duplicem esse scribit; alteram, quæ cum illo cui supponitur habet proportionem, ut *si Petrus tentabitur de tali peccato, Petrus consentiet; est enim (inquit) proportio inter tentationem & consensum; alteram quæ cum eo cui supponitur nullam habet proportionem, quia (inquit) non est magis disposita & via ad illud quàm ad quidvis aliud, ut si quis dicat; si Petrus hodie scribet Romæ, cras tonabit Mediolani*. At inquā propositio ista, *si Petrus tentabitur de tali peccato, Petrus consentiet*, non est suppositio secundi generis, nam suppositio secundi generis sunt categorica, qualis est ista,

proportio in Diabolus est impossibilis. Est hic ipsius Penotti instantia, sive exemplum suppositionis secundi generis, & mox fatetur suppositionē secundi generis *esse verè simpliciter naturā simplicis categoricæ*; at propositio superior *si Petrus tentabitur de tali peccato Petrus consentiet*, non est categorica sed hypothetica; Penottus eā hanc anomaliā excusare, quasi errore facta typographico; sed non vult Penottus ejusmodi frui apologia; nam etenim profitetur suppositionē tertiā retinere naturā simplicis categoricæ, & ex qua enuntietur, aliquid verè existere. At (inquam) non est categorica: de quo provoco ad judicium cujusvis Jesuitæ: neget etiam ex illa propositione, (*Si Petrus tentabitur de peccato, consentiet*) enuntiari aliquid vere existere; imo nihil enuntiat absolutè, & quod enuntiat conditionatè, ejusmodi est ut nunquam existat: nam futura contingentia conditionata ejusmodi sunt quæ nunquam existent, juxta ipsam Penotti conditionatorū illorum descriptionem primo loco positam: Rursus nimis absurdè describitur ista suppositio tertia & prorsus invita logicæ facultatis Minerva, ut cum dicitur *ejusmodi esse, quæ cum illo cui supponitur habet proportionem, ut si Petrus tentabitur de peccato consentiet*; neq; enim suppositio ipsa supponitur; sed suppositionis membrum unum supponitur alteri, nempe consequens antecedenti. Videmus quàm imperite se gerat in arte Logica: At hanc imperitiam compensabit arte altera, nempe veteratoria, ad lectoribus (caveant) imponendū. Etenim tentatio ad peccatum, habet fateor proportionē aliquam in genere suo, ad eliciendum consensū; quia Petrus non modo antequam regenitus, sed & postquam renatus fuerit habet intrinsecam proportionē ad peccandū in ratione causæ μερικῆς, ideoque minus mirandū, si superaccedente causa aliqua provocatrice, nempe tentatione ad peccatum, eo proclivius feratur in peccatum. At conditionata quorū veritatem adstruit Penottus, non modo ejusmodi sunt *si Petrus tentabitur de peccato, consentiet*, sed & illiusmodi, *si Judas suadebitur ad fidem in Christum & resipiscentiam Judas credet & resipiscet*, quod perinde est ac si quis diceret, *si cæcus suadebitur ad videndum videbit, si surdus suadebitur ad audiendū audiet, si claudus suadebitur ad rectè incedendum, recte incedet*; tantum est, *si homo nondum renatus suadebitur ad se regenerandum, ad cor suū circumcidendū, se regenerabit, cor suū circumcidet*. Iam verò si placet, comparentur ista *si Petrus hodie scribet Romæ, cras tonabit Mediolani. Si homo in peccato mortuus suadebitur, ut ex morte in vitā resurgat, mox resurget*. Petri scriptio nullā (fateor) habet proportionem ad causandū tonitru; sed nec suasio facta, apud hominem demortuum in peccato, ullam proportionem habet ad efficiendum, ut homo seipsē resuscitet. Imò cum Petro scribente fieri possit per naturam ut cælum tonet; At sola suasione posita, ad resurgendū, apud hominem demortuum, prorsus impossibile est ut homo resurgat; hoc tantum discrimine est ad congruentioris proportionis speciem fundanda ex parte una, quam ex parte altera; quia scilicet Deus agens in omnibus congruenter naturis ipsorum, nonnisi per suasionem concurrere solet ad resuscitandos homines ex morte in vitam spiritualem; at non solet cum scriptione alicujus concurrere ad causandum tonitru; potest tamen si vellet; & tunc

nihil-

nihilominus verū esset, quod si Petrus sic Romae maneret Mediolanique, quam vere fuit, si rex Jehoas percussisset terrā quinquies aut sexies, percussisset etiam Syriam usque ad consummationem. Quare cum per hanc conditionem illam disproportionem, viam sternat Penottus ad plausibiliorem reddendam sententiam suam, operam suam lusit, & eruditis omnibus ludibrium debebit.

Praeterea notet particulam illam [*ante liberum decretum divinae voluntatis*] duobus modis intelligi posse; vel ante omne decretum absolutum actu; vel ante omne decretum conditionatum: membra distinctionis illius sunt satis perspicua, quae tamen misere obscurat Penottus, dum exemplis & quaestionibus suis (ut est mirus explicationum nulli usui, (nisi forte ad obtundendū [illegible] vestigia ejus premat) inservientium artifex) illustrare contenit; & sine videtur ipse se adeo confudisse, ut mentis atque intelligentiae suae haud satis compos evaserit, quod videre est ex resolutione ipsius de statu quaestionis juxta praesentem distinctionem, quam hunc in modum expedit. *Supponimus* (inquit) *ante decretum conditionatum, Deum nihil scire posse futurum ad extra*; hujus decisionis ut integra fieret, membrum alterum esse debuit hujusmodi: *sed decimus Deum scire posse futurum ad extra ante decretum absolutum*. At ista emotae mentis potius quam sobriae documenta sunt manifesta: nam cum dicis Deum aut posse aut non posse scire aliquod futurum; quid vis intelligi nomine futuri, numquid futurum absolute, an futurum conditionate? futurum absolutum intelligi non potest, neque enim de ejusmodi futuris procedit praesens disceptatio, imo de futuris agitur quae revera nunquam futura sunt: superest ergo ut de futuris non absolute sed conditionate potius intelligendus sis, adeoque de illis quae revera nunquam futura sunt. At vero decretum fuit, ea futura simpliciter appellare, quae nunquam futura sunt; sed & falsum est scientiam illam futurorum conditionatorum ullum praesupponere decretum conditionatum; nam ante omne decretum creandi quamlibet creaturam, novit Deus ex vestra sententia, quid creatura aliqua rationalis factura esset si modo crearetur & in tali ordine constitueretur. Si decretum aliquod praesupponeret, esset illud decretū liberum. Nam fingere potestis Deum primo decrevisse condere creaturas rationales, deinde praevidere quid talis creatura actura esset, modo in tali ordine constitueretur. Itaque Penottus quasi suspicatus nondum bene provenisse distinctionem illam & secundum eam de statu praesentis quaestionis, resolutionem illam, ut rebus suis melius provideret, adjungit quaestionem, *an Deus sciat quid homo facturus sit si Deus eum constituerit in tali vel tali ordine, supposita, ad hoc futurum conditionatum, ipsum liberum decretum de creando homine & constituendo illo in tali vel tali ordine, quod tamen praecessit in Deo non absolute, sed solum ex suppositione, sicut etiam ista contingentia dicuntur futura solum ex suppositione hujusmodi decreti*: verò inquam haec omnia fere falsa sunt, & tua te (Penotte) insideratum in modum [illegible] imaginatio. Licet enim ista contingentia dicatis esse *futura* solum ex suppositione hujusmodi decreti; tamen hujusmodi decretum ut sit etiam conditionatum nec dicitis, nec sententia vestra requirit ut dicatis; & sine egregia absurditate dici non potest; quanto minus scientia ista futurorum conditionatorum praesupponit decretum illud conditionatum, creandi scilicet hominem & constituendi in tali vel tali ordine: nam cum dicitis Deum perscire quid voluntas creata factura sit, si crearetur & in tali vel tali ordine constitueretur; actio quidem voluntatis creatae futura esse dicitur sub conditione certi decreti; sed decreti conditionati mentio nulla fit. Neque enim dicitis DEVM decernere creare aliquem & in tali vel tali ordine constituere sub conditione aliqua; nec opus est, ut in hujusmodi fictionem aliquam novam vos induatis; & si faceretis in sententiam nimis absurdam nimis praecipites iretis. Neque enim fingi potest aliqua conditio, sub qua procederet hujusmodi decretum. Sed neque liberum decretum conditionatum praesupponi debet hujusmodi scientiae futurorum conditionatorum. Forte reponeret hic aliquis DEVM primo decernere concurrere cum creatura ad actum suum modo creatura voluerit deinde praevidere quid factura sit modo in tali ordine constitueretur. At respondeo, primum, nulla fit hujusmodi decreti mentio apud Penottum, quae praesupponatur scientiae mediae futurorum conditionatorum quae DEO tribuitur. Sed decretum, quod ista scientia praesupponit, dicitur esse decretum creandi creaturam eamque in tali vel tali ordine constituendi. Secundo nimis absurde praemittitur decretum concurrendi cum creatura ad actum suum, decreto creandi creaturam ipsam. Tertio, sicut ante decretum creandi, dicitis DEVM videre quid rationalis creatura factura sit modo creetur, & in tali vel tali ordine constituatur; ita etiam ante decretum concurrendi cum creatura, pari ratione dicere potestis Deum videre quid creatura rationalis aget modo creetur, & in tali vel tali ordine constituatur, & Deus cū illo concurret ad producendum actum suum. Sed videre mihi videor, quid fefellerit Penottum vel potius transversum egerit. Nā cum ponat Deum praevidere quid creatura volitura sit, si modo creetur & in tali vel tali ordine constituatur. Verba ista videbantur ipsi sonare decretum conditionatum; cum tantum doceant futura esse conditionata pendentia nimirum à decreto; at neutiquam indicant decretum pendere ab aliquā conditione. Rursus, quia actio futura creaturae juxta hanc sententiam praesupponit decretum; haec species ita delusit Penottum, ut crederet scientiam de actione futura creaturae praesupponere istiusmodi decretum. Et quia si decretum tale fieret absolute, sequeretur etiam actionem creaturae praevisam absolute futuram esse, Ideò ut hoc praecipitium declinaret; finxit decretum isti scientiae DEI praesuppositum, esse decretum conditionatum; cum decretum memoratum à Penotto creandi scilicet creaturam & in tali vel tali ordine eam constituendi ne speciem quidem ullam habeat decreti conditionati. Sed quondam Penottus desservit esse vertiginosus Theologus; pergit itaque in insomniis suis enarrandis, ad viam veritati, quemadmodum praefert, in illius quaestionis decisione facilitatem complanandam, quam tamen commentis suis in nullum praesus

usum excogitatis, magis confragosam reddit atque impeditam. Igitur præmissa distinctione de decreto duplici, altero prædeterminandi causas liberas ad actus suos; altero constituendi solum in tali vel tali ordine & concurrendi cum ipsis ad actus suos prout se determinare voluerint: præmissa inquam ista distinctione, copia verborum amplificata; sed in nullum rei usum introducta. Rursus, dicit dubium esse (quasi nondum satis commode constitutus esset status quæstionis.) *An ante omne decretum prædeterminandi causas secundas ad actus suos vel absolutè vel saltem ex suppositione sit in Deo certa notitia futurorum conditionatorum.* At hic quæstionis status aliquanto impeditior est superioribus, & à ratione alienior. Neque enim agnoscit Penottus ullum in Deo decretum prædeterminandi causas liberas ad actus suos. Quorsum igitur quæreret an notitia Dei futurorum, hujusmodi aliquod decretum præcedat necne? cujus generis decretum prorsus explodit. An æquum est, ut de ordine talis decreti verba faciamus, quod teste arbitro nullam omnino habet in rerum natura existentiam? Secundò, decretum illud prædeterminandi causas liberas ad actus suos indifferenter se habere fingit ad hoc, ut sit vel absolutum vel ex suppositione: Quæ quidem suppositio non potest esse alia, quam qua supponitur causam liberam velle se determinare ad actum certum. At (inquam) si ex hujusmodi suppositione procedat decretum illud, non potest dici decretum prædeterminandi causam liberam, sed postdeterminandi potius; aut non omnino determinandi; quid enim opus est nova determinatione causæ secundæ ex parte Dei, postquam determinata fuerit à seipsa? Rursus, quid in hac quæstione sentiendum sit, non exponit; quod paucissimis expediri potuit, vel affirmando vel negando; sed per ambages longas lectorem circumducit, quasi hoc ageret ut fracta & confusa lectoris attentione, ipse in quamcunque absurditatem se præcipitaverit, securè tamen delitesceret. Ego verò resolutionem ejus primo proponam paucioribus contractam: deinceps, quam sui indicio seque & infirmam suam constitutionem prodat ostendam. Itaque resolutio est in partem negativam, quam Penotti verbis exponam. *Ante decretum creandi causas contingentes & constituendi illas in tali ordine & concurrendi cum illis ad singulos actus vel absolutum vel conditionatum,* quod certe dialectica reperit minimè necessaria, repetit tamen in hunc modum vel absolute vel conditionaliter, *non potest esse in Deo notitia alicujus futuri contingentis sive absoluti* (cujus mentione nihil omnino opus fuit, nisi ad onerandam lectoris apprehensionem) *sive conditionati.* At inquam hæc resolutio & nimis absurda est, & omnino falsa juxta doctrinam ipsius Penotti, atque aliorum omnium scientiam mediam asserentium. Etenim ex tribus decretis memoratis, tertium solum induit speciem aliquam decreti conditionati. Neque enim ulla est species constituendi decretum creandi conditionatum; nulla est species fingendi decretum constituendi causam secundam in tali vel tali ordine, esse conditionatum. Nusquam tamen mentio facta est tertii alius decreti, quod vel umbram habet speciem naturæ conditionatæ, ante postremi istius dubii propositionem; licet etiam ante hæc decretorum conditionatorum mentio facta sit. Sed neque decretum concurrendi cum creatura ad singulos actus est revera conditionatum: concursus quidem Dei conditionatus est (juxta horum sententiam) idque ex decreto Dei, decretum verò ipsum conditionatum non est: neque enim decrevit DEUS se decretum concurrere cum causa secunda ad singulos actus, modò illa se determinaverit ad eosdem. Tantum dicunt DEUM decrevisse concurrere cum causa secunda ad singulos actus, modo illa se determinaverit, ut concursus tantum divinus sit conditionatus, ita Deo decernente, non autem decretum ipsum. Deniq; falsa est hæc ipsissima Penotti resolutio, juxta doctrinam suam. Nam si decretum creandi & constituendi in tali ordine, & concurrendi cum causa secunda ad actum suum præcederet notitiam futurorum istorum, certè istiusmodi futura quæ præsciri dicuntur per istam scientiam, essent absolutè futura, quod nequaquam admittit Penottus. Imo rejiciunt ad unum omnes scientiæ mediæ assertores. Probo autem, absolute futura esse præsuppositis istis decretis, nam si tantùm postponerentur ista decreta, futura sic præscita essent absolute futura, quanto magis si præsupponerentur. Nam si Deus præsciat talia futura esse modo causas secundas creare velit Deus & in tali ordine constituere, & cum illis ad actus suos concurrere, & dehinc constituat & creare & in tali ordine figere, & cum illis ad actus suos concurrere; An non manifestè sequetur absolute futura esse quæ hoc modo præsciri dicuntur? quanto magis si prius decreverit & eas creare & in tali ordine constituere, & cum illis ad actus suos concurrere. At istiusmodi futura, absolute futura esse prorsus negant scientiæ mediæ assertores ad unum omnes. Rursus manifestum est ante omne decretum sive absolutum sive conditionatum, scientiam futurorum conditionatorum ab istis Theologis Deo tribui. Quid enim? annon tradunt Deum præscire quid causa secunda factura sit, modò DEUS decreverit & eam creare, & in tali ordine constituere, & cum illa ad agendum concurrere? At quis non videt istiusmodi præscientiam futurorum præcedere decretum tam creandi, quam in tali ordine constituendi, & cum creatura ad agendum concurrendi? imò nisi ista futurorum præscientia statuatur præcedere istiusmodi decreta, non esset præscientia futurorum conditionatorum, sed futurorum absolutè. Nam si prius decernat DEUS creaturam rationalem condere & in tali ordine constituere, & cum illa ad agendum concurrere; dici non potest DEUM præscire ista futura modò ea creare velit & in tali ordine constituere & cum illa concurrere. Nam conditio ista arguit voluntatem istam DEI creandi illas & in tali ordine constituendi & denique concurrendi, adhuc in incerto esse; at si jam præcesserant ista decreta, ista incertitudo jam ante post scientiam istam evanuerit necesse est, simulque etiam conditionalitas futurorum istorum, quippe quæ evaserit in naturam absolutam.

Sed & nihilo minus eludit & gerit, dum quasi omnia colligendo sensum quæstionis exponit in hunc modum, *An propositionum de futuro contingenti*

propo-

[illegible] *determinatam veritatem & fut* [illegible] *decretum DEI absolutum,* [illegible] *hypothesi; sed saltem ante omne decretum ex* [illegible] *prædeterminandi causas secundas contingentes ad* [illegible]. Duas has formas proponit per particulam disjunctivam quasi æquipollentes & eodem recidentes, quarum tamen altera supplantat alteram. Nam si procedat de decreto DEI absoluto & non solùm conditionato juxta formam primam tum emphasis se habet ex parte decreti absoluti. Sin procedat de decreto Dei tantùm conditionato juxta formam secundam tum nulla omnino ratio habetur decreti absoluti, quanto minus ejus ratio habenda erit emphaticè. Sed videre mihi videor, quæ te[illegible]iat, & quibus rationibus implicatus teneatur Penottus. Tria sunt decreta, quæ proposuit Penottus, quorum ratio habenda esset: alterum creandi; alterum, constituendi in certo ordine; tertium, concurrendi ad agendum modo creatura voluerit; Ex his duobus [illegible], quorum ratio, alia atque alia consideratione habenda videtur præ cæteris; Nam ad fundamentum commodum atque immediatum figendum præscientiæ divinæ, maximè accommodatum est decretum constituendi eandem liberam postquam creata fuerit in certo ordine, mista decretum concurrendi cum causa libera ad agendum modò illa voluerit, accommodatum videtur ad constituendum decretum conditionatum, quam decretum creandi, simulque decretum constituendi causam liberam in certo ordine, sint prorsus absoluta. Atque hæc est, quod instar [illegible] [illegible] vacillarent in extrema ista statim quæstionis propositione. Licet autem ne decretum quidem illud tertium concurrendi scilicet cum causa libera ad agendum modo illa voluerit, est conditionatum ut jam monstratum est, sed simpliciter absolutum, spectata tantùm imperatio rerum & creatori patrata decreti conditionati, quatenus conditionem continet, atque ita etiam imponens. Nam tamen concursus Dei ponitur ex illo decreto conditionato, non autem decretum ipsum. Rursus jam dictum quam absurdè fingitur prædeterminatio causæ secundæ contingentis ad actum suum, [illegible] determinationi quæ fit ab ipsa causa secunda; qualis quidem determinatio agentis Dei, post determinatio dicenda esset potius quàm prædeterminatio, si vel omnino determinationem alicujus denominationem mereatur. Mandat olim mittam est ab clarsimperatore videl. Alexandro Magno, esse chrio exercitum subactum esse [illegible], & annon pari ratione nobis hodie mirandum sit à tam vertiginosis Theologis cum disputationibus suis fanaticè vertiginosis res credendas Ecclesiasticas prius bene constitutas, posse de novo concuti & labefactari? Viget tamen hodie Penottus inter nos, & multorum manibus versatur hoc opus ejus, ad humanam libertatem propugnandum, vel invita gratia, destinatum. Atque cum nec majora sunt judicia Dei, hunc in modum aut incuriam nostram, aut veritatem suam à nobis spretam, vindicantis, ut cæcitate percutiat & lumen rationis nostræ nimium indulgenter atque irreligiosè cultum in tenebras plusquam Cimmerias convertat.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanæ libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXVI.

In quo opiniones Doctorum referuntur.

[illegible] DE ista scientia media tres sunt Doctorum opiniones præcipuæ, prima docet, ante omne decretum (prædeterminandi secundas causas liberas & contingentes ad illarum actus) existens in Deo sive absolutum sive etiam ex hypothesi; Deum ex sola infinitate divinæ [illegible] & luminis, aut ex comprehensione perfectissima [illegible], aut ex simplici apprehensione veritatis existentis in futuris contingentibus conditionatis cognoscere omnia futura contingentia conditionata, & quidquid facere quælibet secunda causa sive libera, sive contingens, si à Deo constitueretur in tali ordine cum omnibus requisitis ad illam constitutionem in actu primo, & cum ipsa divina [illegible] sibi parata ad concursum in actum secundum, utrum exiret in actum secundum & quando & quomodo. Verbi gratia, Quid fecisset Adam si Deus decrevisset illum creare & constituere in Paradiso terrestri, & permittere illum tentari; & quid fecisset Eva, si permisisset illam à Serpente tentari; an consensura esset tentationi; & hanc scientiam ponunt in Deo ante omne liberum decretum actu existens in Deo. Unde & vocant illam scientiam naturalem, ex parte scientis, licet ex objecto si illud quodammodo induceret rationem scientiæ liberæ: quia eius objectum est quod pendet ex voluntate creata libera ex hypothesi, quod constitueretur in tali & tali ordine cum talibus & talibus circumstantiis.

Est tamen inter authores hujus opinionis aliqua varietas in ea declaranda, & præcipuè in explicando modo, in quo hujusmodi futura contingentia à Deo cognoscuntur, quemadmodum non eodem modo omnes declarant quo pacto Deus cognoscat futura contingentia absoluta: Nam eadem est prorsus difficultas de his, & de illis ut latius quidem emergunt dissensi, hoc uno excepto, quod illa sunt futura absolute, ista verò solum ex suppositione: Sed parum refert hac declarandi varietates recensere: Nam si vera sit opinio, parum retulerit

rit casu ab aliquibus non satis defendi. Si autem falsa, apparentiam tamen [illegible] conari illam bene defendere, fallitur enim [illegible] quam bene defendi potest.

Respons. Ante hæc, tantum accepi duas de scientia media vigere inter Theologos Pontificios opiniones, alteram negantium, affirmantium alteram. Sed postquam *dicerfus ferrae capitis*, minimè mirandum si acciderit *mentem ejus turbari*. Iam enim experti sumus quam parum sobrii dissertoris vices obierit Penottus. Rursus præfert se agnoscere decretum prædeterminandi causas secundas liberas & contingentes ad illarum actus, sive: Deum non aliter concurrere velle cum causa libera ad actum suum, quàm modo creatura voluerit. Hoc Penotto est causam secundam liberam prædeterminare ad actum suum, quasi hoc, quicquid fuerit vertiginis nondum edormivisset. Ad hæc vult notitiam istam futurorum conditionatorum ante omne decretum liberum actu existens in Deo? Nam licet, in ordienda primæ opinionis propositione, scientiam illam Deo tribuit tantum ante decretum prædeterminandi creaturas liberas ad actus suos, tamen minimè *respondent ultima primis*. Nam cum ad extrema deventum est, profitetur Deum præscire quid Adam facturus esset, si decrevisset illum creare, & tentari permittere; adeoque hanc scientiam poni in Deo, ab authoribus ejus ante omne liberum decretum actu existens in Deo; quod si verum sit, tum scientia illa futurorum conditionatorum (juxta assertores scientiæ mediæ) Deo tribuenda est ante decretum creandi, & in tali vel tali ordine constituendi, & cum creatura ad actum suum producendum concurrendi. At hoc jam disertissimè negatum est à Penotto in calce capitis superioris his verbis: *ante hujusmodi decretum existens in DEO* (sunt autem illud decretum, decretum creandi & constituendi in tali vel tali ordine, & cum illis concurrendi ad singulos actus) *nulla* (inquit) *potest esse in Deo notitia alicujus futuri contingentis, sive absoluti sive conditionalis*. An possibile est hunc assertorem concurrentem esse cum veritate, qui nondum concordare didicit cum ingenio suo? Porro advertendum, Penottum illum admodum verbosum esse in prima ista opinione proponenda, quasi id ageret ut oneraret lectoris attentionem, & onerando fatigaret. Hic autem varios modos memorat, quibus fiat ista notitia quam Deo tribuit, nempe *vel ex sola infinitate divini intellectus & luminis, aut ex comprehensione perfectissima liberi arbitrii creati, aut ex simplici apprehensione veritatis existentis in futuris contingentibus conditionatis*. In transcursu, prætereunda non sunt ista. Exundat in modis istius notitiæ enumerandis, sed quam accuratè procedat examinemus. In primis, nihil omninò dubitamus quin Deus ex sola infinitate divini intellectus & luminis, quicquid intelligibile est intelligat, si possibilia sint in genere possibilium, si etiam futura sint aut præsentia aut præterita, in genere futurorum, præsentium, aut præteritorum. Sed nil omnino causæ videmus cur modus hic prior distinguatur à posteriore proximè sequente, qui ponitur ex comprehensione perfectissima liberi arbitrii creati. Quandoquidem manifestum est, non nisi ex infinitate divini intellectus & luminis, posse Deum perfectissimè comprehendere liberum arbitrium creatum, ita ut quid in tali ordine positum facturum sit intelligat. Rursus secundus hic modus ne latum quidem unguem distare videtur à modo tertio, qui dicitur esse ex simplici apprehensione veritatis existentis in futuris conditionatis. Nam comprehendere perfectissimè quid liberum arbitrium creatum in certo ordine constitutum facturum sit, quid aliud est, quam apprehendere veritatem existentem in futuris conditionatis? Denique cum hinc ajunt Deum cognoscere futura contingentia conditionata: vide quæso quò absurditatis atque *ἀδιανοησίας* manifestè devenimus. Nam cum apprehendere veritatem existentem in futuris contingentibus conditionatis nihil aliud sit, quàm futura ista contingentia conditionata cognoscere, quoties dicunt Deum ex simplici apprehensione veritatis futurorum conditionatorum, cognoscere futura conditionata; perinde est ac si totidem verbis dixissent, Deum cognoscere futura conditionata ex eo, quod cognoscat futura conditionata. Jam etiam ostensum est quam absurdè distinguatur scientiæ mediæ consideratio, ex parte scientis & ex parte objecti scibilis; quasi vera scientia actualis potuisset considerari abstracta à consideratione objecti.

Si eadem sit proposita difficultas de cognitione futurorum contingentium absolutè, & de cognitione futurorum contingentium conditionatè; sequitur non omninò certò ac infallibiliter cognosci posse futura conditionata, quandoquidem nullam præsentialitatem habitura sunt in tempore; Etenim jam disseruit Penottus non posse certò ac infallibiliter cognosci futura contingentia absolute, nisi per præsentialitatem earundem quam habitura sunt in tempore.

Secunda opinio est illorum, qui absolutè negant esse in Deo scientiam aliquam futuri conditionati, quod non sit revera futurum: quibus cum objiciuntur quædam testimonia scripturæ, ex quibus habetur, Deum cognoscere quædam futura contingentia quæ revera non sunt futura, neque unquam futura; exempli gratia, cum legimus lib. 1. Reg. cap. 23. Deum respondisse Davidi, quod si descenderet in Ceilam, viri Ceilæ illum traderent in manus Saulis; & *cum ait Salvator apud Matthæum cap. 11. atque gravans Judæorum duritiem*, Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. *Neque enim illa proditio Davidis, neque illa Tyriorum & Sidoniorum pœnitentia unquam fuerunt. Respondent scripturam non indicare his loquendi modis, quod Deus revera viderit illa contingentia esse futura (nam sententiam, quæ dicit, Deum vere vidisse talia contingentia futura esse ex talibus suppositionibus, Aug. lib. de prædest. Sanctorum cap. 14. & Prosper in epistola ad August. recensent inter errores Pelagianorum,) sed solum indicare, quod Deus videt propensionem secundarum causarum ad illos effectus pariendos, si positæ essent in rerum natura illæ suppositiones, scil.* Si David descendisset in Ceilam, & si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes istæ. *Atque hoc modo solent recentiores respondere nonnulli, cum proximum [illegible] quasi in capite in Scholis agitatur, quemadmodum [illegible] videtur [illegible] Jansenius in Concord. Evang. ad cap. 11. Matth. cap. 47.*

& An-

ap. Ambros. Catar. in opusculo de prædest. p. 2. circa finem. [illegible] quia hic [illegible] modo manifestum cum videtur afferre divinas scripturas, & patribus apte affirmantibus DEUM hujusmodi futura contingentia conditionata certo & infallibiliter cognoscere, manifestum est certa potentia.

Haud existimo quemquam Theologum tam crude sententiam suam proponere solere, de scientia futurorum conditionatorum: procul dubio novit Deus multo plures fore salvandos, quam salvi fient, si modò crederent & resipiscerent: etiam multo plures fore damnandos, quam damnandi sunt, si modò non crederent, neque resipiscerent: etiam novit Dominum modum, aut serena, aut [illegible], si modò Deus quæ sic constituerit, atque alia id genus infinita. Quod de Callimacho dici solebat, *Quamvis ingenio non valet, arte valet*, idipsum de Penotto isto usurpari posse mihi videtur, nunquam illi deesse artis veteratoriæ. Nam pro subdolo suo ingenio, exempla illa de Ceilitis Davidem tradituris, & Tyriis pœnitentiam acturis, quamvis immane quantum discrepantia confert, quasi eadem utriusque paradigmatis ratio esset. Quasi verò tam proclive esset hominibus resipiscere, atque tradere civem inter ipsos degentem in manus Regis sui. Quis ignorat traditionem istam esse actionem merè naturalem? at resipiscere quid aliud est præsertim homini tantum animali, quam ex mortuis resurgere? posterius exemplum addere Sorore, quasi in supplementum prioris, at illa quasi omninò discriminanda conjungit Navarrensis, ut ex commoditate una responsione, ad utrumque ad [illegible] suas esse fingeret; quod scilicet Deus viderit propensionem secundarum causarum ad suos effectus producendos: At nemo (quod sciam) istiusmodi responsionem accommodat ad instantiam secundam, licet hoc vel maximè vellet Penottus; nempe ut agnosceremus hominibus animalibus, & mortuis tam promptum esse credere, atque resipiscere, quam securim quamlibet naturalem operari. Addit, hoc modo solitus esse respondere nonnullos, cum primum hæc quæstio in scholis cæpit excitari; *quemadmodum* (inquit) *non obscure videtur insinuasse Jansenius in sua concord. Evangel. ad cap. 11. Matth. & Ambros. Catarin. in opusculo prædestin. pag. 1. circa finem.* Nempe cupit Penottus lectorem suum præparare, ut ad ea, quæ sequuntur, animum afferat propitium, & in hoc vafritiem suam exercet, dum responsionem istam turpiter accommodat, & simul significat hodie Theologos hujus responsionis tædere, licet in initio hujus controversiæ visa fuerit plausibilis satis nonnullis; & tamen Franciscus Suarez aperte fatetur responsionem istam habere aliquid subtilitatis, quam ad plausum usi videmus elevat Penottus, ut sic lectorem suum ad responsionem istam nullius pretii speculatam commendaret; Atque ut fides ei haberetur, ut Jansenium illud tenuisse, ille ipse non obscure in 11. Matth. atque à Catarino significatum esse, de Catarino nihil dico, neque enim occurrit scriptum ejus: At Jansenius, quem primo in loco laudat nihil penitus habet, quod vel obscurissimè huc inclinet. At ille suspicatum esse quorundam adnotationem, quæ nota dictum esse *forte* propter libertatem arbitrii hominis concessum, & eventus incertitudinem. *Verum hic* (inquit) *cogitare, & admirari quis poterit, Si Tyrus & Sidon pœnitentiam egissent, si modo facta fuissent in eis miracula &c. cur ergo non patratis illic verbum prædicavit, & signa fecit?* Et ad quæstionem istam dupliciter respondet, primo *dicendum certè* (inquit) *non esse dubitandum, quin & Tyro & Sidoniis non defuerit Deus, ut non eis multa fecerit, quæ eos promoverent ad eorum salutem, cætera verò fuerint vel miracula; Temerarium enim est hominem velle omnium judiciorum Dei scire rationem. Secundo dici etiam potest* (inquit) *Dominum hæc de pœnitentia, & conversione Tyri, & Sidoniorum, non dixisse tanquam præscitum eorum quæ futura essent, si illis prædicatum fuisset, sed tantùm vulgariter hæc vulgi locutione, quemadmodum frequenter solet, ut hujusmodi comparatione insigniorem obstinationem omnium civitatum, quibus prædicaverat significaret, quemadmodum dicere solemus; si tanta beneficia altera exhibuissem, gratiorem procul dubio expertus fuissem.* Ex his videas (Lector) hujus assertoris verecundiam, dum opportunitatem causæ suæ secutus, quidlibet cuilibet affingit. Addit hunc respondendi modum, qui tamen à nemine (quod sciam) accommodatur ad dictum Servatoris de Tyriis, & Sidoniis; *manifestum cum videri afferre divinas scripturas & patribus, quippe, qui aperte affirment Deum hujusmodi futura conditionata certo & infallibiliter cognoscere.* Hic rursus scripturas, & patres consociat quasi utrorumque eadem esset ratio. Nos ex scripturis nullum aliud agnoscimus fundamentum cognitionis divinæ futurorum contingentium, quam voluntatis Divinæ determinationem, de producendo illo quod prænoscitur esse futurum, non sic senserunt patres: omnia à Deo præsciri facilè concedebant, non autem omnia à Deo decerni. Etenim ipse Augustinus (antequam acuebant eum disputationes cum Pelagio) existimabat fidem esse opus hominis; non autem ex gratia Dei profectum, nisi quod sine Evangelii prædicatione, nemo credere potuerit Evangelio; Quantò magis etiam antiquiores, quos nunquam exercuit hæresis Pelagiana, potuerunt ad eundem modum sensisse de fide Christiana, quasi penes hominem esset, & arbitrii sui vires ad Christum credere, & cum nihil Deum latere posse crederent, etiam eorum, quæ per ipsum hominem futura essent: hinc statuere potuerunt Deum prævidisse, quinam credituri erant, & quinam non credituri, etiam seclusa determinatione voluntatis suæ, & consequenter etiam eo proclivius ferri potuerunt in scientiam futurorum conditionatorum asserendam. Quod tamen, qua fide à Penotto isto affirmatur, suo loco considerabimus: Nos interea manifesta ratione demonstramus seclusa divinæ voluntatis determinatione, sicut nec futura absolutè, ita nec futura, quæ vocant ex Hypothesi, seu conditionata, omninò præsciri posse à Deo; Nam quod scibile non est, à Deo sciri non potest: At futura, quæ vocant conditionata, non sunt scibilia, seclusa voluntatis Divinæ determinatione. Probatur minor; quod verum non est, illud à Deo præsciri non potest, tanquam verum; At futura, quæ vocant conditionata, seclusa Dei voluntate vera non sunt: Exempli gratia, *Sidonii resipuissent, si virtutes in ipsis factæ fuissent* verum non est, se-

culta voluntate Dei; Nam natura sua verum non est; cum natura sua indifferenter se habebant Sidonii ad resipiscendum, vel non resipiscendum, prout illis videbatur: Ergò aliunde provenire debet, quod verum fuerit eos pœnitentiam acturos, positis virtutibus illis, si omnino verum fuerit; At nulla hujus rei causa fingi potest præter voluntatem Dei. Nam verum fuit hoc, ex vestra sententia, ab æterno: nam sequitur verum esse ante omne Dei decretum; ergò ab æterno verum fuit; etenim omne Dei decretum æternum est. At ab æterno nihil erat, quod causa esset determinationis rei indifferentis, ad partem alteram, præter voluntatem Dei, etenim extra Deum nihil fuit ab æterno, intra Deum omnia quidem sunt æterna, sed præter voluntatem nihil est, quod determinationis illius causa sit, non essentia, non scientia, utraque enim, sejuncta voluntate, nihil operatur ad extra, ergò necesse est, ut si qua sit hujusmodi determinatio rei indifferentis ad partem alteram, idque ab æterno, sola Dei voluntas sit determinationis istius causa.

Penot. *Est tertia opinio recentiorum quorundam, qui assidua concertatione cantare isthic confirmatur, Deum hujusmodi futura conditionata certò & infallibiliter cognovisse; sed ejusque illa cognovisse in decreto, quo ab æterno statuit eorum secundas causas in tempore physicè determinare ad alteram productionem, positis illis conditionibus. Verbi gratia, dicunt Deum ejusdem ab æterno decrevisse, si David in Ceilam iret physicè prædeterminare voluntatem civium ad actum traditionis Davidis in manus Saulis. Et si in Tyro, & Sidone fuerent illæ virtutes, decrevisse Tyrios & Sidonios physicè prædeterminare ad actum pœnitentiæ, & si sub conditione ab æterno prædefinivisse actum prædictum Ceilitarum quandam substantiam, excepta mediate; & in hujusmodi decreta videt ista futura conditionata, &c. Hinc nonnulli inferunt, hanc scientiam nullo modo ad scientiam naturalem spectare, sed sub scientia libera contineri, quia (inquit) illa non concipitur in Deo, ante Dei liberum decretum.*

Resp. At (inquam) isti nequaquam opinione circa scientiam mediam differunt à prioribus: tantum clariter, quam superiores firmant, explicant quædam loca scripturarum, quæ ad causam suam sublevandam afferuntur ab assertoribus scientiæ mediæ, quos etiam agnoscit Penotus aliter atque aliter, non modò ad argumenta adversariorum respondere, sed quod majus est, scientiam ipsam mediam explicare; quod etiam accuratius ab aliis, ab aliis minùs accuratè factum, jam superiore sectione professus est. Nota et enim; nec tamen hoc nomine opiniones de scientia media in varias species dispescuit; quod tamen multo æquius fecisset, quam dum opiniones scientiæ mediæ contradictiones varias esse præfert; Verum hoc subdolo & vafro disputatoris ingenio tribuendum est, ante obtinere cupientis, quod solida ratione nunquam poterit; Imò Alvarez utrumque istum respondendi modum adducunt priorem conjungit in unum, disput. 7. num. 21. *Specialiter (inquit) ad primum locum adductum ex 1. Reg. 23. respondetur, Dominum illis verbis significare voluisse David certum periculum, quod illi imminebat ex parte causæ proximæ si remansisset in Ceila, & illuc venisset Saul: sciebat enim Dominum Ceilitas habere animum firmatum tradendi David, ut de istud verbum, Tradent te, sic est intelligendum, id est voluntatem habent tradendi te, sic explicat Glossa interlinearis, quæ maximam habet authoritatem, cujus auctor fuit Anselmus Laudunensis vir doctissimus. Concedimus ergò illam conditionalem esse veram, & consequenter Deo cognitam, si expectaveris veniet Saul, si Saul venerit, tradent te; quamvis nec antecedens, nec consequens fuerat positum in esse, non tamen cognovit Deus per scientiam mediam; quia non cognovit antecedenter ad liberum decretum suæ voluntatis, sed in decreto, quo statuit permittere ut David traderetur, & concurrere ad ipsam traditionem*; Videmus Alvarez istos respondendi modos conciliare, & in unam integralem respondendi modum conjungere. At Penotus, quæ est ejus in verecundia, hinc extendere cœpit non modo discrepantes respondendi modos, sed quod longè absurdius est, discrepantes opiniones scientiæ mediæ nostri adversariis; ut sic infamet sententiam sibi adversariam; sed cordatus lector advertat in his documenta manifesta malæ causæ, ab ipsis defensæ, idque non nihil hoc ipsis suggerente sua animorum conscientia: Alias consilia tam vafra, atque omni candore destituta nequaquam agitarent.

Tert. *Alij verò, ut eorum formalia verba referam, fatentur certissimum esse, hujusmodi futura Deum nosse, & plus, quam certè, & omni firmitudine: at in decreto conditionato suæ voluntatis. Quemadmodum enim nequit intelligi, ut sit quippiam, quod contra, vel ut quæ sint futura absolutè, nisi ex decreto absoluto voluntatis Dei: ita talia sub conditione, nisi ex hujusmodi voluntatis conditionato decreto, & post pauca;* Sunt autem (inquiunt) hæc conditionata scibilia, & veritatis determinatæ, ergo ab ipsis sciuntur: quod & omnia id genus ferme concedimus sensu bono etiam indicato. Sed negamus quam inferunt consequentiam, ergo per scientiam mediam. Stat enim, ut per eam simplicis intelligentiæ, cum non sola ut possibilia etiam intelliguntur. *Et paucis interjectis:* Quare fieri nequit, ut detur objectum scibile, ante liberum divinæ voluntatis actum, hæc indifferentia, & non determinata, potius, quam alia, volentis, & determinantis. *Quibus autem verbis licet videantur dicere, hanc scientiam non comprehendi sub scientia libera, sed naturali; tamen cum dicant per hanc notitiam, quatenus ea naturalis est, non videri hujusmodi contingentia ut futura, sed ut possibilia solummodo; Et cum addant fieri non posse, ut detur objectum scibile, ante liberum divinæ voluntatis decretum, hæc potius, quam alia volentis, & determinantis, aut non respondet ad quæstionem, quod non est de contingentibus ut possibilia sunt, sed ut futura sunt ex hypothesi; aut contradicunt sibi ipsis; dum asserunt hanc notitiam non spectare ad scientiam liberam, sed naturalem, & nihilominus addunt fieri non posse, ut detur aliquod objectum scibile, ante liberum actum divinæ voluntatis non indeterminatæ determinantis; aut tandem putant eam esse scientiam naturalem quæ non est in DEO, nisi supposito actu libero divinæ voluntatis circa objectum scibile, & hoc est contra communem doctrinam omnium Theologorum. Neque eos juvat quod dicunt istud decretum esse conditionatum, & non liberum: nam ex eo, quod est decretum conditionatum, non tollitur, quin sit verè liberum, & ex consequenti sit in potestate*

ostendit divina voluntas, illud ponit, vel non ponere; & quam in consequentiis fuerit ex parte divina voluntatis hanc futuram habere, & non habere, sunt de scientia futurorum contingentium absolutorum dixit Thom. in 1. d. 39. q. 1. art. 1.

Annot. Miror itaque quod Adversarios doctrinæ de scientia media non in tres minimum sectas distribueret: ut videlicet locum esse deprædicandi æquitatem hominis! At ego profecto nihil video quid interfuit inter sententiam superiorem Alvarez, & posteriorem istam Raphaelis Ripæ; quod etiam ex solis iis inspectis professor, quæ proponit Penottus; neque enim mihi tam copiosa est librorum suppellex, ut omnes autores in promptu habeam, quorum sententias confectatur Penottus, vel quas invadit, vel quas confutare, & in causæ suæ subsidium advocet. Tribuit ille DEO scientiam propositionum conditionatarum, veritatem continentium rerum, vel in genere possibilium, quam scientiam dicit mere naturalem; vel in genere futurorum, quam sed cum Alvarez dicit esse scientiam liberam; nihil aliud expiscari possum ex verbis Ripæ prout à Penotto (qua fide nescio) repræsentatur. Quem tamen meo judicio confutare nullus Penottus judicio nullo, si respondisset Ripa de conditionatis illis duntaxat tanquam possibilibus non respondisset ad quæsitum; sed respondet etiam de iisdem tanquam futuris conditionatis, sed negat ea esse futura, non omne decretum liberum; posito autem decreto Dei libero, de iisdem ex hypothesi producendis, dicit ea cognosci à Deo per scientiam liberam, nec omnino vel speciem contradictionis subiit. Dum quatenus, ut possibilia considerantur, ea subjicit scientiæ Dei naturali; quatenus vero ut futura conditionata, tribuit ea scientiæ Dei liberæ, nec omnino scientiam Dei naturalem succedaneam facit decreto Dei libero; quæ quidem omnia dicimat potius Penottus, quam disputat, ne non operose sudando ut aliquid sibi causæque suæ proprium extunderet, sed frustra, magnum ex adverso sudeat. Sed neque negat Ripa, quantum ex his à Penotto excerptis liqueat, conditionatum decretū esse liberum. Quanquam mihi nequaquam placet appellare decretum Dei conditionatum. Verum non diffiteor sic obtinere usum loquendi in Scholis, quod & commoda distinctione præstari posset. Nempe ut conditio intelligatur non ex parte decernentis, sed potius ex parte rerum decretarum. Pergit adhuc Penottus in suis fictionibus; *si tandem (inquit) per liberum decretum ex parte Dei conditionaliter intelligunt liberum decretum existens in Deo non absolute, sed solum sub conditione; ut verbi gratia, Deus scit quid facturi homines de alio mundo, si decrevisset alium mundum creare, asserunt (ut videri solet) semper aliquid apportat novi;* ejusmodi mihi videtur ingenium distinctionis hujus, nimirum prodigiorum ferax. Quam alienum ab omni ratione est, hoc commentum fingere decretum aliquod existere in Deo sub conditione aliqua? At tamen longe alienior est instantia, quam subjicit Penottus; Deus scit quid facerent homines de alio mundo, si decrevisset alium mundum creare. Neque enim in hac propositione conditionali, decretum Dei est conditionatum. Neque enim decretum Dei, hic memoratum pēdet ab alio, tanquam à conditione, sed potius scientia pendere dicitur à decreto Dei, tanquā à conditione, ut scientia Dei juxta hanc speciem dicatur conditionata, potius quām decretum Dei: vel potius non tam scientia Dei in hac propositione ponitur à decreto Dei, tanquam à conditione pendere, quam quid facturi essent homines, pendere dicitur à decreto Dei tanquam à conditione quod & Deus scire dicitur. Tum verò distinguit de decreto libero conditionato, & decreto libero ex Hypothesi; rursus aliud apportat novi; Quasi verò ullo discrimine separarentur ista; Ipsi pro eodem habent futurum conditionatum & futurum ex Hypothesi; cur non nos pro eodem habeamus decretum conditionatum, & decretū ex Hypothesi, præsertim cum Hypothesis Græcè, non sit aliud, quàm conditio Latine; esto, decreverit Deus omnes homines salvos fieri, modo velint mediis ad salutem necessariis uti, Quis sobrius non agnosceret hujusmodi decretum perinde dici posse decretum ex Hypothesi, atque decretum conditionatum. Licet accuratè philosophantibus palam fiat in hujusmodi propositione, non tam decretum Dei, quam salutem hominis, per decretum Dei constitui sub conditione obtinendam. Sed & illa Penotti phrasiologia utendi scilicet mediis ad salutem necessariis, quàm patet ferulæ Scholasticæ, quàm proclivis est, ut redundet in ludibrium Autoris? Rursus si dicas, si Deus vellet, si Deus decrevisset, nec aliud addas, nulla omninò exurget propositio sensata, nedum conditionata; sin aliquid addas, quicquid fuerit, perinde conditionatum erit, atque ex Hypothesi; At voluntas, sive decretum Dei, nec erit conditionatum, nec ex Hypothesi; neque enim ex illo pendebit voluntas Dei tanquam ex conditione, sed potius illud tanquam ex conditione pendebit à voluntate Dei; Tandem ad amicam aliquam transactionem se componit Penottus, *Si (inquit) præfati Autores hoc modo intelligi volunt, quod ante liberū actum divinæ voluntatis saltem ex suppositione nullum sit objectum scibile etiam ut futurum ex conditione, verum dicunt; & scientiam futurorum conditionatorum ex hoc capite non repugnat comprehendi sub scientia naturali; Sed hæc (inquit) illorum sententia videtur recurrere in primam. Nam Autores primæ opinionis non negant ante liberum decretum existens in Deo sub conditione tantum posse Deum cognoscere futura conditionata, imò convertit verbis ad exprimunt, dum ajunt, Deum scire quid fecisset talis, aut talis, si decrevisset alium creare, & constituere in tali ordine, cum talibus naturis. Neque enim illud decretum liberum existens in Deo solum sub conditione, ut dum dicunt, si Deus vellet in tali ordine constituere, sine quod essem salvatur, pugnat cum scientia naturali, & constituat scientiam liberam; quia decretum liberum, quod facit scientiam esse liberam, est illud solum, quod est in Deo absolute, & non sub conditione.* Nondum destitit Penottus ineptias suas spectabiles nobis communicare. Nam licet probe noverit, quæ sit adversariorum sententia, tamen quasi amicam tractationem agentes, fingit ambiguum esse, quid illi per liberum decretum intellexerint; ut sic viam faciat speculationibus suis de libero quodam decreto Dei scientiæ futurorum conditionatorum divinæ præcedaneo, decreto scilicet

condendi

condendi creaturam eamq; in tali ordine, cum talibus auxiliis constituendi. At notissimum est impugnatores scientiæ mediæ profiteri, ne illa quidem decreta rationem esse Deo sufficientem cognoscendi, Quid creatura sic constituta factura sit, nisi Deus simul etiam concurrat ad movendam creaturam, atque efficaciter ad agendam illud, quod in tali creaturæ constitutione futurum esse dicitur. Interea dum hunc in modū expatiatur Penottus, ingenii sui vertiginem misere prodit, uti etiam in superioribus observatum est: Nam nec decreta illa, quæ conditionata esse fingit Penottus conditionata sunt, nec omnino necesse est, ut scientia futurorum conditionatorum ejusmodi decreta aliqua sibi præficiat, ut mirari satis non possim, hominem adeò præsidentem sui, seq; in istis tam versatis, hodie, inter doctissimos, controversiis tanquam arbitrum honorarium interponentem, in tam extremam dementiam conjici potuisse, ut ea funderet, quæ vel harum controversiarum rudimentarios minimè decuissent. Nam ut sequar Penottum, ipsius vestigia premens; Qui ajunt *Deum scire quid fecisset talis vel talis, si decrevisset illum creare, & constituere in tali ordine, cum talibus auxiliis*, his verbis non notant decretum aliquod conditionatum. nam decretum conditionatum, est decretum pendens ex conditione, at his verbis nequaquā significatur decretum Dei pendens ex alio, tanquam ex conditione, sed potius notatur aliud aliquid, (puta) vel scientia Dei, vel quid facturus esset homo) pendens ex decreto Dei, tanquam ex conditione: & plusquam mirabile est adeo obstupuisse Penottum ut ista nequaquam adverteret. Datur tertium decretum, quod etiam admittunt isti, idque tanquam nihilominus necessarium, quod multo majorem speciem habet decreti conditionati, quā quod memorat Penottus, nempe decretum concurrendi cum homine ad actum suum, prout ipse homo voluerit: Cujus tamen nullam rationem habet hoc in loco Novariensis: quod tamen revera non est decretum conditionatum, sed potius decretum præbendi concursum suum sub conditione, ut concursus potius decretus sit conditionatus, quam decretum ipsum. Bone deus! potuerunt ista deliramenta procuratorem generalem Canonicorum Regularium; at Jesuitarum in istis controversiis tractandis procuratorem minime decent. Addo etiam, ista decreta, quæ præter omnem subjectatem conditionata esse fingit Penottus, scientiæ divinæ futurorum conditionatorum nec antecedanea esse, nec esse posse. Nam si essent antecedanea scientiæ isti divinæ, cum decreta ista nequaquam essent in ambiguo & ancipiti, utrum à Deo facienda essent vel non; cum hujusmodi scientia futurorum conditionatorū Deo tribuitur; Nec commode dici potuit DEVM scire quid quis facturus esset si crearetur, & in tali ordine constitueretur; si modo ista Dei decreta, creandi scilicet aliquem & in tali ordine constituendi, scientiam hanc Dei præcessissent. Imo manifestum est, ante omne decretum creandi aliquem, & in certo ordine constituendi, adeoque cum illo concurrendi ad actum suum quemcunque præcedere in Deo hujusmodi scientiam juxta Jesuitas omnesq; scientiæ mediæ assertores, qua novit quid homo facturus esset, si Deus eum crearet, & in tali ordine constitueret, & cum illo ad agendum concurreret: Deniq; quæ non omnino sunt, præcedere non possunt illam scientiam quæ Deo recte tribuitur. At hujusmodi decreta omnia non omnino existunt; quanto minus statuenda sunt antecedanea scientiæ divinæ. Probo non omnino existere: Nam si existerent tum futura ista conditionata essent simpliciter futura; Nam si Deus decerneret, & hominem creare, & in tali ordine constituere, & cum illo ad agendum concurrere, tum futura ista, quæ positis istis conditionibus, futura esse novit Deus aut simpliciter fierent, aut scientia Dei esset fallibilis: Atqui futura conditionata ejusmodi esse dicitur quæ nunquam eventura sunt. Quare necesse est, ut ista decreta nequaquam præcedanea faciatis divinæ scientiæ futurorum conditionatorum; & consequenter agnoscatis ante omne decretum liberum scientiam istam Deo competere, & propterea scientiam istam nequaquam dicendam esse liberam sed merè naturalem; Quare cum umbra sua dimicat Penottus, dum istas duas opiniones, alteram scientiam mediam asserentium, alteram impugnantium eandem fingit esse unam eandemque sententiam, hoc solū ipsius insomniis tribuendum est, quæ quam belle provenerint jam puto vidimus, experti sumus egregiam hujus dissertoris vertiginem, quam tamen moderatione compensare cupit, & studio charitatis; hanc charitatem optat magis vigere inter suos Pontificios, atque hoc ipso nimis frigere inter eos nequaquam dissimulat, se tamen nulli ipsarum partium addictum esse præfert, sed citra omnem verecundiam, cum sententiam Jesuitis adversariam passim depravet, & in autores ejus quas potest calumnias stringat; Jesuitarum verò vestigiis ubique insistat, licet ex variis ipsorum speciminibus, in quibus melius pedem figat, ea pro judicio suo deligat.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanae Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXVII.

Esse in Deo notitiam certam, & infallibilem quorundam contingentium futurorum solum ex suppositione, non autem absolute.

Penot. *Sit prima propositio. Negari omnino non potest, esse in Deo scientiam certam & infallibilem aliquorum contingentium futurorum solum ex hypothesi, non autem absolute. Haec propositio probatur ex illis quae passim ab omnibus auctoribus afferuntur 1. Reg. cap. 23. ubi Davide consulente Dominum,* Si tradent me viri Ceilae & viros qui sunt mecum, in manus Saulis: Dominus respondit: tradent. *Illud autem fuit futurum conditionatum, non autem futurum absolute, & apud Matthaeum capite 11.* Vae tibi Corazin, vae Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. *Quod contingens fuit solum ex suppositione, non autem absolute.*

Respondetur à nonnullis, Scripturam non indicare hoc modo loquendi, Deum certo cognovisse illa contingentia esse futura, si posita fuissent illae conditiones, nempe quod animus Ceilitarum erat dispositus ad Davidem tradendum, si Saul venisset Ceilam; & quod Tyrii & Sidonii erant dispositi ad agendam poenitentiam si vidissent illa miracula, quae Christus fecit ante oculos Judaeorum. Quam responsionem confirmant auctoritate Glossae interlinearis ex 1. Reg. cap. 23. potuissetque addere testimonium Thomae 2. 2ae. q. 171. art. 6. ad 2. & de veritate quaest. 12. ad 10. ubi exponit prophetias comminationis, quibus aliquando praedicuntur nonnulla futura quae postea non eveniunt: Ad hoc ut sint vera, sufficere quod talis fuerit dispositio causarum secundarum, ut non impedita pareret tales effectus. Verum haec responsio non videtur vera ob multiplicem causam: Primo quia videtur esse manifeste contra doctrinam Scripturae; nam Scriptura manifeste dicit Deum illa futura cognovisse. Nam si Christus certo non cognovisset Tyrios & Sidonios acturos poenitentiam, non exaggerasset Judaeorum duritiem comparatione Tyriorum & Sidoniorum. Deinde hoc est Scripturam exponere, & quod illa evidenter dicit in dubium revocare, propter ipsa illorum certitudo. Contra Augustinus lib. 3. de doctrina Christi docet sensum literalem divinae Scripturae semper retinendum, & omnibus aliis praeferendum, quando ex illo nullum sequitur absurdum. Si autem dicamus Deum certo cognovisse, an Ceilitae proditores essent Davidem; & an Tyrii & Sidonii acturi essent poenitentiam, si vidissent miracula ante oculos Judaeorum facta, nullum sequitur absurdum. Cur non ergo hunc sensum retineamus?

Respons. In calce capitis superioris ad histrionicam se convertebat Penottus, & induebat personam hominis moderati, nullis partibus addicti, sed solo veritatis inquirendae studio ducti; etiam ut olim Apostolus optabat ut omnes essent sicut ipse; ita Penottus ut eadem qua ille flagrabat charitate, etiam alii flagrarent, optionem suam exercuit. Hic vero deposita histrionia ad se & ingenium suum rediit, vafrum illud quidem & nullo candore redemptum à veteratoria, nempe Romae degebat tanquam procurator generalis Ordinis sui, & qui vel in umbra degit mysterii iniquitatis, mirandum non est si de mysterio illo sapiat aliquid. Itaque duo exempla in unum argumentum conferruminat, licet plurimum distantia, nempe alterum est exemplum actionis naturalis, alterum exemplum supernaturalis. Ceilitae tradituri erant Davidem; nulla omnino ad istam actionem peragendam opus fuit gratia Dei; An vero non magis opus erat Dei gratia, ut Tyrii & Sidonii resipiscerent? nimirum huc tendit doctrinae Pelagianae fermentum quo vel plurimum acescunt, ut inter nos Arminiani, ita etiam hodie inter Pontificios Jesuitae, & Papistae fere omnes ineruditiores.

II. Responsio quam refutandam sibi proponit Penottus, est responsio Didaci Alvarez disput. 7. ad primum. Sed responsionem hanc nequaquam accommodat Alvarez ad locum utrumque (quemadmodum pro ea qua est aequitate & candore, ut pote nullis partibus addictus fingit Penottus) sed duntaxat ad locum priorem, de Ceilitis Davidem tradituris in manum Saul. Etenim probe novit Alvarez vastum discrimen esse inter actionem tradendi Davidem, & actionem resipiscendi, nec hoc dissimulat Suarez, licet optime dissimulet Penottus pro sua ingenuitate. Itaque Suarius postquam urgisset locum priorem, atque ad eum hanc ipsissimam responsionem quam hic proponit Penottus, ventilaverat: *Secundo* inquit, *contra praedictam evasionem adjungo testimonium aliud ex Mat. 11.* Si in Tyro & Sidone. *Circa testimonium* (inquit) *nullo modo potest accommodari praecedens expositio, quia in Tyriis & Sidoniis nulla actualis dispositio excogitari potest, ex qua Christo ibi praedicante & faciente miracula necessario consequeretur, ut in cilicio & cinere poenitentiam egissent; praesertim cum illi essent Gentiles, & aut veram Dei cognitionem non haberent, aut certe non supernaturalem, atque etiam infusam dispositionem voluntatis, ex qua vera poenitentia necessario sequeretur.* Non dicam, *ab uno* (Penotto) *disce omnes*; Imo potius ex omnibus Pontificiis haud facile invenias quempiam isto Canonico inverecundiorem. Et hoc fortassis est apud ipsius ordinem esse regularem, nempe pudorem omnem fronte sua excutere.

III. Refutationem responsionis hujus à Penotto institutam particulatim ventilabimus. Imprimis dicit *responsionem istam non videri veram*. at loquatur vera

visa

visa est Alvaro, etiam vera visa est glossæ interlineariæ Auctori Anselmo Laudunensi, quem laudat Alvarez, ejusque glossam ait habere maximam auctoritatem. Penotto fateor & Jesuitis non ita videtur; agedum multiplicem illam causam examini subjiciamus propter quam veram videri negat. Itaq; primò ait *Scripturam manifestè docere Deum illa futura cognovisse.* Ast inquam, nemo quod sciam hoc negat, aut dubitat quin si Saul descendisset, & David in urbe Ceila permansisset, Ceilitæ tradituri fuissent Davidem in manum Saul: hoc enim animo erant Ceilitæ; nec Deo propositum fuit hunc animum ipsis immutare. De Tyriis & Sidoniis tanquam pœnitentiam acturis alia ratio est: de quibus tamen licet sua conjectura Penotto allubescat, alia tamen ratio explicationis allubescebat Jansenio, quam capite superiore repræsentavimus, ut ne putes, lector, mox omnibus verũ esse videri quod verum esse videtur isti Canonico: Nos verò damus Deum hoc futurum esse scivisse; nempè traditum iri Davidem in manus Saul, si mansisset in Ceila David & Saul descendisset; quare à partibus nostris minimè metuendum est hactenus ne quid agamus, unde pereat tota scripturæ certitudo. Dicit Augustinus sensum literalem divinæ scripturæ semper retinendum esse, quando ad illum nullum sequitur absurdum, nos autem si sensum literalem hujus loci declinaremus, nequaquam cuperemus meliori conditione pro nostra interpretatione contendere, quam ista, quam te referente proponit Augustinus; Etenim facilè probamus, vos ea pro futuris habere, & cognoscibilia facere in genere futurorum, quæ futura omnino non sunt, nec absolute nec conditionate, sed duntaxat possibilia, & quid isto absurdius? Nos verò in loci præsentis interpretatione nequaquam deflectimus à sensu literali, & quis sobrius tale aliquid nobis obtruderet? Quid enim? dum Glossa interlinearis locum istum sic exponit nunquid si inducit in sensum mysticum? dices nullum sequi absurdum ex vestra interpretatione. Ego verò probo absurdum aliquod sequi, & siquod aliud minime tolerandum, nam positis Davidis commoratione Ceilæ & Saulis descensione, secluso Dei decreto movendi Ceilitas ad agendum juxta dispositionem suam in traditione Davidis, Davidem tradendum esse in manus Saul, est duntaxat quiddam possibile, non autem futurum; Quod sic probo. Natura sua tantum possibile fuit istud; quod si ex conditione rei possibilis transiret in conditionem rei futuræ, necesse est ut per aliquam causam facta sit illa transitio. At nulla hujus transitionis causa commodè fingi potest vel sub imaginationẽ cadit, præter voluntatem Dei. Nam cum ab æterno possibile fuerit istud; nihil autem ab æterno fuerit extra Deum, quod istius migrationis author esset, sequitur in Deum hujus rei futuritionem quantumvis conditionatam tanquam in causam rejiciendam, & consequenter in Dei voluntatem, cum nec essentia Dei nec scientia Dei sejuncta à voluntate Dei, migrationi isti causandæ sufficeret.

Cont. *Secundò repugnat ista responsio doctrinæ Augustini de bono persever. cap. 10. ubi proposita quæstione, si DEUS prævidit Tyrios & Sidonios acturos pœnitentiam visis illis miraculis, cur illa coram eis non fecerit, cum se omnium salutem tantopere fateatur cupere. Respondet ex sententia cujusdam Doctoris Catholici quam probat, Deum prævidisse quod post peractam pœnitentiam essent nihilominus ad peccata reversuri, & sic in die judicii fuissent damnandi: & ideo misericorditer egisse Christum cum illis, non patrando coram eis illa miracula, ut minus punirentur. Quam responsionem facile videtur immutare ipse salvator post illa verba relata Matth. 11. subjiciens:* Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die judicii quam vobis. *Præterea idem Augustinus in eodem libro cap. 14. multis verbis testatur Christum revera cognovisse, quod Tyrii & Sidonii fuissent acturi pœnitentiam, si coram illis signa patrata fuissent; & inter alia sic scribit:* Non ergo etiam sic excæcati multi Tyriorum & Sydoniorum quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent.

Jam monui, quam inverecundè se gerat Penottus, dum responsionem, quam adversarii ipsius accommodatam duntaxat ad locum priorem, proponit, quasi accommodatam ad locum posteriorem de Tyriis & Sidoniis. Adverte etiam aliud artificium istius Canonici: dum Alvarez ad locum priorem respondet, nequaquam acquiescit illa responsione, quod scilicet (*tradent te*) significet animum Ceilitarum obfirmatum ad tradendum Davidem in manus Saul, sed simul etiam agnoscit revera futurum fuisse, ut Ceilitæ traderent Davidem si mansisset in urbe illa, & Saul descendisset. Tantum negat Alvarez, Deum hoc vidisse futurum ex mera contemplatione, quomodo Ceilitæ animati essent in Davidem, sed præcipue ex decreto Dei quo statuit permittere ut David traderetur, & concurrere ad ipsam traditionem, nisi per fugam David traditio fuisset impedita, adeo ut non per scientiam mediam hoc innotuerit Deo, sed per decretum suum. Hanc unicam integralem Alvaris responsionem Penottus in partes distrahit, ut sic prius dedolatam strenuè refutet. Eodem consilio fingit adversarios suos negare futura conditionata; cum nemo sit, quatenus hactenus expertus sim, cui hujusmodi opinio obtrudi possit. Et licet Alvarez dictum illud de Ceilitis: *Tradent te*: interpretetur de animo ipsorum obfirmato tradendi Davidem, tamen hoc ipso in loco profitetur Alvarez, & reipsa tradituros fuisse Davidem, *Si mansisset inter eos, & Saul descendisset*, & hoc Deo notum fuisse; non tamen ex scientia media aut ex sola contemplatione liberi ipsorum arbitrii in tali ordine constituti, sed ex contemplatione propositi divini, nempe propositi permittendi, quod David traderetur, & concurrendi ad ipsam traditionem, & quis sit Dei concursus ex Alvarez sententia nequaquam ignotum fuit Penotto; nempe talis, qui etiam voluntatem creatam non subsequatur sed cieat potius, atque efficiat ad agendum, nec probabile est Auctorem glossæ interlinearis, non agnovisse revera futurum fuisse, ut à Ceilitis traderetur David in manus Saul, modo Rex descendisset, & David intra urbem permansisset. Quare cum non ulterius tendat hæc secunda refutatio quam ut probet dari futura quædam conditionata, atque hæc Deo nota esse, non est hinc adversarios refellere; quippe qui ista nequaquam negant.

[illegible] Tyrios Sidonios ex loco ipso responsione sua, quam [illegible] Penottus [illegible] Penottus ; non est [illegible] prehendum esse, [illegible] conditionata ex solius scientiæ [illegible] in Deo [illegible] [illegible] Dei [illegible] [illegible], atque [illegible] libri [illegible] in vero [illegible] [illegible], DEO [illegible] [illegible] Augustino [illegible] Penottus [illegible]. Sententiam Cabalistæ Dominus [illegible] quæ facta non [illegible] Tyrus, [illegible] quod præviderit JESUS Tyrios illas post peractum prædicationem ad pœnitentiam conversuros : Augustinus [illegible] Penottus. At inquam nulla [illegible] hujus rei documenta [illegible] Augustinum : Neque enim sententiam [illegible] probat Augustinus, quam si [illegible], [illegible] quam tunc [illegible] [illegible] docet. Imo suspiciones [illegible], quasi de [illegible], [illegible] & merita inquirenda [illegible]. Sic enim habet Augustinus : *de [illegible] [illegible] quid me nunc [illegible] dicere ?* Et sane [illegible] ex Augustino veram [illegible] nemine [illegible] qui non [illegible] ad vitam. Est enim ad hoc [illegible] Augustini, libro quinto, contra Julian. Pelagian. capite quarto. *[illegible]* inquit [illegible] *[illegible] Deus ad [illegible] pœnitentiam, per quam homo reconciliatur Deo in Christo, sive [illegible], sive [illegible] præbere.* Quod autem [illegible] Salvatorem ipsam candem [illegible] videri, cum profiteatur [illegible] fore Tyro & Sidoni in die judicii, quam Judæis, nimium indulgens audaciæ suæ, [illegible]; melius esse in die judicii Tyro & Sydoni quam Judæis ; ergo [illegible] miracula [illegible] apud Tyrios & Sidonios [illegible] & cinere [illegible]. Ad locum vero posteriorem quod [illegible] ex capite [illegible] quarto ejusdem libri, [illegible] Augustinus : *[illegible] quod dixit Dominus de Tyro & Sidone, aliquo alio modo potest [illegible].* Secundò respondemus ; licet [illegible] Tyriorum pœnitentiam prævideret Deus, non [illegible] [illegible] [illegible] quam ex [illegible] [illegible] ponitur [illegible] [illegible] DEO, quemadmodum ipse Augustinus [illegible] verbis agnoscit : *[illegible] (quocunque modo intelligatur dictum illud de Tyris & Sidoniis) [illegible] ad Christum, [illegible] & [illegible] qui in [illegible] [illegible] [illegible].* Et paucis interjectis, *[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est datum.* Nec tamen [illegible] [illegible] hominem etiam naturæ viribus [illegible] ad [illegible] fidei professionem, atque etiam ad externam vitæ emendationem : qualem necessariam pœnitentiam & Ninivitas egisse, & Tyrios ac Sidonios [illegible] à Deo prævisos [illegible] profitetur Rupertus Tuitiensis [illegible] [illegible] Lovaniensibus in cap. 10. lib. de bono perseverantiæ. Quis Author hic fuerit, nempe Cabalista ille cujus responsionem ad quæstionem propositam memoravit Augustinus, quia nomen ejus non expressit Augustinus, divinare non possumus ; Nam apud veteres qui nunc extant, non [illegible] expositionem illam reperiri, inter Neotericos vero Rupertus Abbas Tuitiensis in cap. 11. Matth. videtur ab ea sententia non procul recedere, dicens *[illegible] Tyri & Sidonis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] exemplo Ninivitarum, [illegible] [illegible]* ; Atq; hoc [illegible] [illegible] [illegible] potuit prævidere [illegible] Deus, atq; [illegible] quamcunque [illegible] naturalem, non tamen per scientiam mediam, sed per scientiam [illegible] ex decreto [illegible]. De quo plura diximus post [illegible] Penotti & Francisci Suarez [illegible] in hujus prioris argumenti confirmatione posita [illegible].

Quod si quis dicat Augustinum dicere [illegible], quod Tyro & Sidoni [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] respondetur : Hæc responsio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cap. 10. [illegible] Augustinus loquitur de cognitione certa & evidente, [illegible] Christum [illegible] [illegible] [illegible] ; [illegible] [illegible] [illegible] in die judicii. Secundò [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Scripturam [illegible] [illegible] dubium pro certo & [illegible], & [illegible] quod [illegible] tanquam incertum & dubium, [illegible] & dubium [illegible] certo [illegible] [illegible] [illegible] certo & infallibiliter [illegible]. Primum & secundum [illegible] [illegible] [illegible], ergo tertium. Pen. [illegible]

Ista responsio quam sibi refellendam proponit Penottus, non tam nostra est quam Molinæ & similium Jesuitarum, qui Deum statuunt ex perfectissima comprehensione liberi arbitrii [illegible] prænovisse futura ista conditionata, cujus mentionem fecerat Penottus capite superiori, quam etiam sententiam comprobare eo loci videtur, quam tamen videri velit improbare capite 19. numero secundo, sed nimium infeliciter ; quippe cum sententiam [illegible] absurdiorem loco ejus substituat ; Etenim Molinæ aliquem scilicet commentum est rationem [illegible] quæ cognoscibilis fuerit in genere futurorum [illegible], quorum tanquam futurorum

taminum præscientiam Deo tribuunt. At Penni-[illegible], illa ratione scientiam Deo futurorum [illegible] tribuit sine ullo fundamento; uti ad eundem locum ostensum est. At nos minime dicimus Deum futura illa conditionata præsciere, solum consideratâ dispositione causarum secundarum, sed simul in considerationem venisse decretum Dei, de causis secundis concurrendo ad agendū secundis congruenter naturis ipsarum. Itaque non nullam Deo cognitionem tribuimus, quæ non sit certa atq; infallibilis: quare neque nos neque Dominicanos ferit illa refutatio: videlicet potius hic de re Jesuitæ.

Pen. *Tertio repugnat eadem responsio doctrinæ Thomæ asserentis, dicit Thomas, ad hoc ut prophetia comminationis sit vera, sufficere si significentur dispositiones causarum secundarum ad hujusmodi futura producenda, dicit tamen solam notitiam dispositionis causarum secundarum, esse de se imperfectam.*

Resp. Ellis, similiter Thomas; nec illi in hoc adversantur, quotquot docent Deum præscire futura conditionata, non modo consideratâ secundarū causarum dispositione; sed & decreto suo de concursu secundis agendo congruenter naturæ suæ eisq; movendo secundum dispositiones suas; Ex quo conclusio nullum omnino locum est scientiæ conjecturali. Novit Deus certum & certissimum ordinis sui [illegible], sed & alia [illegible] quomodo [illegible], hæc secundo sint cognoscibilia in genere futuri, atque eo rationem nullam habet Pennottus, eadem natura scandentem possibilem, supposita [illegible] esse citra omnem causam [illegible] conditione rei mere possibilis in conditionem rei futuræ. Nos vero transferimus illam causam rejectionis in Deum & in voluntatem ipsius determinationem, atq; secundum ipsum Aquinatem, prout superius ostensum est. Cum vero addit, *Repugnare sententiæ Thomæ ponere in Deo aliquam certitudinem vel dispositionem secundarum causarum ad aliquos effectus, non conjunctam cum notitia causarum & eventuum eadem ordinatione, qua videat an ipsa fieri de causa de facto sint tales effectus paritura, an sint impedimentum habitura ne illos producant; quia talis notitia conjecturalis est & omnino incerta*; Non advertit quam suam cum Thoma incongruentiā miserè prodat, nam si non nisi videndo rerum ordinis, certo videre possit Deus ea quæ futura sunt, hoc ipso manifestum sit Deum certo & infallibiliter cognoscere non posse futura conditionata; quippe cum nunquam eventura sint simpliciter, & consequenter, nec omnino videri possit causarum secundarum exitus in producendis illis, quæ nunquam producturæ sunt. At contra quam repugnat sententia nostra sententiæ Thomæ; quippe cum sistamus cognitionem futurorum in cognitione voluntatis divinæ & decreti ejus, quod quidem absolutum & simpliciter constituit in genere futurorum simpliciter, quotquot simpliciter fieri decreverat: quatenus vero quicquid fieri quomodocumq; simpliciter decrevit. Per [illegible] secundis, non nisi congruenter causis ipsis fieri decrevit, hinc oritur denominatio futurorum quorundam conditionatorum, qualia scilicet futura essent si modo sic comparatæ essent causæ secundæ, ut naturis ipsarum congruenter agendo, non nisi ad talia peragenda causas secundas citet efficaciter, & moveret, ut nullum omnino sit apud Deum decretum conditionatum; verum quia constituit Deus quoties cum causis secundis agit; non nisi naturis ipsarum congruenter operari, hinc inquam emergit denominatio quorundam futurorum conditionatorum. Quare non dicimus Deum vidisse solum propensionem animi Ceilitarum ad prodendum Davidem, sed considerasse etiam propositum suum generale de [illegible] dis scilicet creaturis suis ad motum suos congruenter naturis ipsarum.

Quarto repugnat eadem responsio manifestissimæ veritati. Nam David consulens Deum an Ceilitæ essent illum prodituri, non tantum consulebat, ut sciret illorum animorum dispositionem, sed multo magis ut sciret effectum, & an revera illi essent de facto prodituri, si ergo Deus respondisset solum de dispositione causarum & non magis de eventu ipso, non ad rationem respondisset. Pen.

Quod fingit Pennottus nullam habet verisimilitudinem, quasi scil. non solum animi Ceilitarum dispositionem, sed & effectum sine consideraret David. Sed nec ullo argumento instructum, sed sola sua præsidentia armatus accedit ad illud astruendum. Neque enim quicquam solebat ultra aliquid scire desideraret in tali discrimine constitutus, quam quomodo erga illum animati essent illi, quibuscum degebat: nec ulla ratio subit, quare non de effectu congruenti certi simus, si modo causæ ordinariæ quomodo dispositæ sint compertum habeamus; neq; enim Deus concurrit cum causis secundis ad effectus ipsarum producendos nisi congruenter naturis ipsarum. Et confidere in illis quos pro certo habemus in nos male animatos esse, quid aliud est quam Deum tentare, & ut nobis [illegible], contra rerum naturam agat, expectare. Quare non modo Deum non ignorasse dicimus Ceilitas de facto ipsum Davidem fore tradituros; sed & Davidi ipsi hoc innotuisse contendimus atq; ex eo quod quomodo in Davidem propenderent, jam Davidi revelaverat. Neq; enim providenti rerum administratione divinæ decorum erat ipsos invitos cogere ad Davidem ex manibus Saulis liberandum. Resp.

Tertio: Si Deus respondit solum de causarum dispositione & non de ipso eventu, eo quod eventum ignorabat, tunc potuisset respondere consultus ab Idolo. Quid namq; prohibet Dæmonem videre dispositionem, & ordinem causarum secundarum ad aliquos effectus; Nec admittenda est responsio cujusdam recentioris dicentis; Quod licet Dæmon ante determinationem suæ voluntatis non habeat certam notitiā futurorum conditionatorum, majorem tamen de iis habet probabilitatem quam Dæmon vel ipsi alii, quia illa major notitia non tollit, quin illa notitia non sit incerta & omnino conjecturalis, & quin ponamus ignorantiam in Deo, aut quin Dæmon aliquo modo non parificetur Deo in dandis responsis ad consulta hominum solum ab illo distantis secundum responsum magis vel minus ambiguum; Quod admittere, mihi videtur esse gravissima in Deum blasphemia. Pen.

[illegible]. Nec enim respondetur de futuris eventibus esse hanc divinationem, sed tantum quod ubi ipse Dæmon possit, esse [illegible] sicut Deus, [illegible].

Opinio sibi persuasum esse videtur Penotto de [illegible] efficacia, & nisi me fallit animus, est [illegible] inventum Penotti proprium. Agedum [illegible] illum dilletantis hujus conatum. Jam diximus Deum illud revelasse Davidi non ex sola consideratione caussarum secundarum, quomodo scilicet illæ præsenti dispositæ essent, sed simul etiam in considerationem Deo venisse propositum suum agendi scilicet Cellitas, quemadmodum etiam movere solet omnes caussas congruenter naturæ ipsarum, sed & hanc rerum administratarum rationem sicut & nobis notam fecit Deus, ita & Dæmonibus esse notissimam nihil dubito. Rursus, non nego Dæmonem *videre familiaritatem & conspirationem multorum æquem hominum & animi dispositionem ad aliquam proditionem patrandam.* Vide tamen ne sine discrimine etiam cogitationes [illegible] perinde notas esse statuas Dæmonibus atque ipsi Deo. Sed quid te animat ut supponas Celitas traditurum fuisse Davidem in manus Saulis animo impio, cum nulla suppetant ex sacris Scripturis hujus tuæ conjecturæ fundamenta? Annon Saul erat communis ipsorum Rex unctus à Domino? Annon David erat ex servis Regis, eique subditus jure divino? An pietas ipsorum in Davidem urgebat eos, ut ne mandata Regis sui facerent servumque suum adeoque proditorem [illegible] in manus suas tradi exquirentis, ut denique Davidis [illegible] suo omnium discrimine manifesto redimerent? Sed quicquid sit erit quod sua notitia comprehendit Dæmon, ut infinitis gradibus inferior in notitia Dei necesse est; nam dispositio præsens, de qua agimus, non tam est habitualis quam actualis ex consideratione videlicet rationum diversarum, vel [illegible] traditionem Davidis in manus Saulis, vel dissuadentium, quæ quidem indies variari possunt. Quodnam vero futurum sit ultimum judicium intellectus practici quis Dæmonum prævideat? præsertim cum penes Deum sit vel vertiginis [illegible], vel [illegible], & nunquam antea cogitata consilia suggerere, vel diabolicis illusionibus homines [illegible], vel à diabolicis præstigiis [illegible] custodire, etiam facie rerum externarum subito mutata novorum consiliorum capiendorum materiam suppeditare; qualia nec prævidere nec prævidere potuerunt dæmones. Nec tamen dicimus DEUM in revelationibus suis procedere ex sola horum consiliorum consideratione; Sed in considerationem etiam veniente proposito suo agendi, atque movendi hominem congruenter naturæ illius, quæ tamen congruentia [illegible] admittit latitudinem, nec Dæmonibus nec angelis perscrutabilem, quamvis minus prævidebunt, aut quantum ex infinitis occurrunt & ex [illegible] concurrentibus quænam ita præponderabunt reliquis, ut secundum ea Deus humanam voluntatem ad agendum determinet. licet non diffiteor in aliis longo proclivius esse Dæmonibus conjicere quid futurum sit, quàm in aliis. Quare & futurorum contingentium prædictio infallibilis soli Deo propria est. Et tamen secundum dispositionem caussarum enunciare potest Deus aliqua tanquam futura, quam caussarum dispositionem non modo præsentem sed & futuram, quando prædictum effectum producturæ sunt DEO probe notam, nec mutare vult ipse Deus, nec patitur ab aliis intercurrentibus sive objectis sive personis sollicitantibus in adversum mutetur, nec secundum dispositionem illam, ut caussas illas congruentem in modum ad agendum moveat, recusare.

Placet hic inserere considerationem eorum, quæ in hujus responsionis labefactationem congessit Franciscus Suarez, libro secundo, de Scientia conditionata futurorum contingentium, capite primo, numero quarto.

Hæc responsio habet aliquid subtilitatis: inprimis tamen omnino voluntarie est conficta sine fundamento in Scriptura: deinde assumit aliquid, possibile quidem, sed non admodum verisimile, quia ad cognoscendum infallibiliter unum effectum liberum in præsenti aliquo affectu, non satis est videre talem affectum in voluntate pro aliquo tempore, sed videre necesse est affectum illum durare in tali voluntate usque ad id tempus pro quo videtur, vel prædicitur futurus talis effectus. Verbi gratia, si quis nunc haberet [illegible] in alicujus odio suo animi, & cum efficaci proposito sumendi [illegible], non poterat ex tali affectu cognosci, quid fiet hora decima occurrat ei videatur cum omni occasione sumendi vindictam de illo, futura illum, nisi simul videatur ille affectus ut durans usque ad illam horam quia potest facile mutari voluntas, neque hic effectus sequatur infallibiliter ex illo affectu ut præcessit, sed ut simul est cum ipso effectu. At vero in nostro casu, & revelatione facta Davidi, non est verisimile, aut Saul, aut habitatores Ceila perdurasse in illa actuali cogitatione, & actuali odio, vel alio simili actu pro illo tempore pro quo futurus esset ille effectus, si David Ceila permansisset. Quin potius credibilius est, postquam David aufugit, Saul & cæteros ad res alias attendisse, imo ex discursu Scripturæ id colligi potest; Nec vero satis est, quod habituale seu radicale odium perseveraverit, quia eo non obstante potest voluntas mutari.

Cum dicit responsionem istam esse voluntariè confictam sine fundamento in Scriptura, hæc Suaris refutatio potest eundem in modum refutari, dicendo hanc ejus replicationem voluntariè confictam esse sine fundamento in Scriptura. Quid quod responsionem istam confirmat Alvarez autoritate Glossæ interlinearis, Itaque perinde potuit sugillare Anselmum Laudunensem, Glossæ illius autorem tanquam interpretationem loci illius voluntarie confingentem sine fundamento in Scriptura. Ego vero cujusvis conscientiam hic appello, etiam ipsius Suaris. Si in eodem cum Davide discrimine constitutus esset, & scire desideraret, quomodo ab illis in quorum manibus erat, & è quorum manibus mature elabi potuisset, si sic ei videretur, tractandus esset; annon acquiesceret si modo per revelationem aliquam acciperet, quomodo in illum animati essent in quorum ma-

Suarez.

Respons.

nibus se esse probè advertebat: & proculdubio non alio animo consuluit Dominum David, quam ut intelligeret, utrum se tute se Ceilitarum fidelitati committere potuisset. Quare ut ut affectus ille Ceilitarum mutari potuisset, tamen nihilominus fidem ipsorum suspectam habere prudentis fuit. Quæ verò de odio habituali & actuali disserit, nullius omnino ponti sunt. Licet enim pro novis rerum agendarum occasionibus interrumpi possit habitus exercitio; attamen pro prima rursus opportunitate oblata reviviscet: & Saulem tam inveterato odio in Davidem flagrantem repræsentat nobis sacra pagina; ut ad omnem occasionem Davidem de medio tollendi arripiendam semper fuerit intentissimus. Sed nisi me fallit animus, necdum jam advertit Suarez in quo posita sit vis responsionis hujus. Nempe considerat tantum habitum secundum quem in Davidem affectus est Saul, & actus ejus; item habitualem dispositionem Ceilitarum erga Davidem (quam suspicari non possum fuisse inimicam; præsertim cum urbs illa sita fuerit in tribu Judæ & urbem illam insignibus officiis nuper sibi devinxerit David) & actum ejus. Meo verò judicio momentum maximum rerum secundum quæ processit responsum Davidi datum, non tam in illis positum esse, quam in motivis moralibus atque incentivis, ex quibus Ceilitæ præcipuè secundum dispositionem suam habitualem adducerentur ad tradendum Davidem; Quæ cujus generis fuerunt cum non indicet Scriptura, divinare nostrum non est. Poterant enim officii conscientia moveri, ut traderent Davidem in manus Regis sui, servum in manum Domini sui; poterant etiam huc adigi metu discriminis oriundi ex Regis cujus mandatis non obtemperarent excandescentia; poterant etiam ex odio in Davidem (Quod tamen minimè probabile est) ut traditionem ejus agitarent permoveri; nec tamen, ut non semel monuimus, ex sola horum consideratione perfectum est oraculum Davidi datum; sed simul considerato Dei proposito, moventi utroque congruenter ingenium suum: & congruenter incentivis istis, aut similibus, Davidem in manus Saulis tradendum suggerentibus.

Ulterius addo, per se esse valde indecens, & minus probabile constare veritatem vel possibilitatem divinæ revelationis ad illas angustias: Quid enim respondere posset Deus, si Saul tunc dormiret, aut alia de causa nullum actum circa illud negotium haberet? Unde conficitur tandem patet satis probabilitatis: Nam David, qui ita consulebat Dominum, certo supponebat & credebat non posse latere Deum in nullo casu, neque in nullo eventu, quid in eo negotio facturus esset Saul, si ipse expectaret: ideo absolute, & simpliciter percontatus est. Ergo vel fatendum est ita esse, quod intendimus; vel Davidem etiam ex ignorantia interrogasse, vel certè non interrogasse simpliciter, prout verba sonant, sed quid facturus esset Saul secundum præsentem affectum, quem tunc habebat: unde etiam fit, potuisse eventum accidere, in quo Deus non potuisset respondere; si (quod erat possibile) Saul nullum haberet affectum ex quo id certo colligi posset, responsurus ergo esset Deus, si verum esset prolaturus, se nescire. hoc tamen aut illud simpliciter quod quam sit absurdum, per se notum est.

Procedunt ista apud Suarezium, secundum particularem responsionis illius genium ab ipso confictum; quasi scilicet *posito uno actu libero possit alius necessariò sequi*; quasi vero consequentia unius actus liberi ex alio actu libero, licet non sit necessaria, tamen posset esse necessaria: Quod meo judicio delirantis somnium sapit, potius quam sobriè disserentis dictatum. Ergo, dormiret Saul, non tamen animum in Davidem exacerbatum deponeret; *Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt*; quanto minus mutant animum dum somno ad tempus sopiti jacent. Quem tamen Saulis animum in Davidem malevolum mutare potuit DEUS, quemadmodum Jonathanem reddidit Davidi conjunctissimum; sed tantam gratiam nec Sauli debebat DEUS, nec præstare voluit. Quare quemadmodum allato ad Saulem nuncio de Davide intra muros Ceilæ se continente tanquam ad oblatam opportunitatem potiundi præda jam diu expetitæ, odium ejus in Davidem quasi scintillabat, nisi aliquantulum intercurrentia negotia, ad ipsum non tam restinguerent, quam materiam illi subtraherent; nec expeditis illis idem odium recrudesceret. Certè & novit DEUS quid facturus esset Saul si David expectaret; præviso Dei proposito de non mollienda Saulis animo in Davidem efferati, itemque de non creandis illi aliunde negotiis, & molestiis, quæ Saulem distraherent & à persequendo Davidem revocarent. Itaque percontatus est Dominum David, utrum descensurus esset Saul. Nam de animo Saulis in Davidem jam probè conscius erat, ut oraculo divino huic rei detegendæ omnino opus non esset; Sed quia non constabat de Ceilitarum in ipsum propensione, ideo consuluit Dominum, ut de Ceilitarum in ipsum studio certior redderetur. Itaque quam nihil habeant momenti ista Suareziana, ad prædictam responsionem enervandam; jam puto vidimus: Ad Pennottum redeamus.

[illegible] *Secundò probatur principaliter dicta propositio ex [illegible] Evangelio Johannis, capite sexto, ubi post illa miracula multiplicationis quinque panum ait Evangelista, quod* Jesus cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem; fugit iterum in montem ipse solus. *Loquitur Evangelista de futuro contingenti quod nunquam fuit positum & nunquam ponetur in rerum natura; quod est, turbas venturas esse, ut raperent CHRISTUM & facerent illum Regem: & ait, Christum illud futurum cognovisse. Neque potest hoc testimonium solvi per responsionem superius datam, nempe quod videret propositum, & dispositionem animi turbarum ad constituendum eum,*

[illegible] regem. Nam vel tunc [illegible] illum annus pro[illegible] habuerat [illegible], ut [illegible] quod illi [illegible] esset, ut [illegible] non regem, vel non videt [illegible] habuisse esse [illegible]. Si dicas primum, [illegible] hoc est quod contendimus: si secundum, [illegible] CHRISTUS non est certa [illegible], [illegible] est sola [illegible]: & [illegible] etiam in DEO [illegible].

[illegible] Atqui [illegible] superiori [illegible] dissolveret; Videret enim Christus per suam Divinam consultationes ipsorum [illegible]; & adjudicem ipsorum conspirationem, jam de [illegible] ventire, ut [illegible], & facerent Regem. Quæ tamen [illegible] poterat impediri, quatenus actus elicitus [illegible] semper efficax est, ad producendum actum imperatum propter impedimentum interveniens; sed noverat Deus [illegible] [illegible] posse: & divinæ providentiæ decorum fuit movere quamlibet creaturam rationalem ad actus imperatos juxta actus elicitos; [illegible] ad vitandum tumultum inde [illegible] secessit in montem Servator: itaque & futurum erat ut caperent eum, & hoc ei notum fuit, non tamen ex sola causæ secundæ consideratione, sed veniebat etiam in considerationem proposito divino, cujus etiam probe conscius erat Servator Christus.

Tertio. *Tertio principaliter probatur eadem propositio, ex testimonio [illegible] allegato Sapientiæ quarto, [illegible] privilegia homini justo à DEO collata recensentur, quod raptus fuerat nempe immatura, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam ejus: Respondere solet*; id dictum non esse secundum præscientiam aliquam futuri eventus, sed solum secundum pericula hujus vitæ, *Sic Augustinus de prædestinatione Sanctorum, capite decimo quarto.* Hæc est tota causa cur dictum est, (à quocunque dictum sit) raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, dictum est enim secundum pericula vitæ hujus non secundum præscientiam DEI, qui hoc præscivit quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.

Hæc tamen responsio in tantum abest, ut sit conformis doctrinæ Augustini de prædestinatione, ut maxime [illegible] eandem doctrinam de prædestinatione ab Augustino traditam evertat. Nam Augustinus ex hoc capite [illegible] gratiam, & beneficium divinæ prædestinationis commendat comparatione facta inter prædestinatum & non prædestinatum, quia posito duobus [illegible] alterum [illegible]: si [illegible] sinit illum vivere [illegible] in peccata; alterum si diutius vivat pœnitentiam de peccatis [illegible]; tunc, quem prædestinavit [illegible] in peccato [illegible], [illegible], & [illegible], donec [illegible] pœnitentiam, & tunc eum eripit ex hac vita: Non prædestinatum vero, etiamsi videat aliquando esse in gratia constitutum, nihilominus [illegible] vivere, & inde in peccata, & in [illegible]. Et è contrario si videat quod prædestinatus si diutius vivendo futurus sit in periculo, & in peccato, illum immatura morte præripit ex hac vita: Legatur Augustinus libro quinto contra Julianum capite octavo, ubi longa oratione ingens istud beneficium prædestinatis collatum exaggerat, adducens citatum testimonium Sapient. cap. 4. & libro de bono perseverantiæ, capite [illegible], ubi statim in principio certe poterat illos Deus præscitos esse lapsuros, antequam ad hæc [illegible] ex hac vita. & paulo infra loquens de Tyriis & Sidoniis, & capite decimo, refert sententiam cujusdam Doctoris Catholici & clarissimi de correptione & gratia, capite octavo, & omnes libri Augustini de prædestinatione pleni sunt istis sententiis, in quibus patet nihil minus convenire sententiæ Augustini quam responsionem allatam.

Quid autem dicere voluerit Augustinus in illis verbis à respondente citatis ex libro de prædestinatione Sanctorum, capite decimo quarto, facile intelliget, qui legerit verba illius de bono perseverantiæ, capite 10. ad finem, ego vero, quantum ad hoc quod ago, attinet, sufficere video, ut secundum illam quoque sententiam demonstretur, homines non judicari de iis quæ non fecerunt, etiamsi facturi fuisse prævisi sunt. *Hoc erat nempe illud genus absurditatis Semipelagianorum quod ubique refutat Augustinus tanquam absurdum: Non est autem absurdum illud, contra quod tam acriter invehitur Augustinus*, DEUM scire, quid quisque facturus esset, si diutius viveret: *Hoc enim ubique confitetur; & assumit sibi pro præcipuo fundamento ad beneficium divinæ prædestinationis commendandum. Quæ omnia oportuit admonere, propter nonnullos qui homines terrent Augustinianis auctoritatibus.*

Admodum operosus est Penottus, in dilucidanda ista responsione non nudè proposita, sed diserte confirmata auctoritate Augustini; & si responsionis tanto molimine apparatæ statuam ex calce colligere liceat; videtur esse admodum procera, nec diffiteor esse admodum oblongam. Sed videtur esse etiam momentosa, & claram Augustinianæ sententiæ interpretationem, tanquam respondenti utriquam favorabilem exercita. Sic enim [illegible] insinuat; *Quæ omnia oportuit admonere propter nonnullos qui homines terrent auctoritatibus Augustini.* Ex his quis non suspicetur præmissum esse liquidissimam Augustini interpretationem, Penotti sententiæ satis congruentem. At si placet, omnia perpendas, qui potes intentione animi, & nullam omnino hujus loci apud Augustinum vel tentatam à Penotto interpretationem reperies: tantum varias Augustini sententias tanquam in adversum tendentes ex aliis locis producit, quod integra fere columna postquam prosequutus esset, tandem speciem facit Augustinum interpretatur, sed revera vices obit lectorem suum ludificantis; Nam tantum dicit quid voluerit Augustinus de prædestinatione Sanctorum capite decimo quarto, lectorem facile intellecturum, ex capite decimo, de bono perseverantiæ ubi tantum ait *homines non judicandos esse de iis, quæ non fecerunt, etiamsi facturi fuisse prævisi sint*: Quod quidem non est locum propositum interpretari, sed potius locum specie tenus in adversum tendentem obducere; quod quidem est Augustinum ex Au-

gustino refellere potius, quam Augustinum ex Augustino interpretari. Sed & specie tantum nititur in adversum illa sententia. Nam revera non positive procedit Augustinus de scientia futurorum quæ futura non sunt, sed dumtaxat ex Hypothesi *etiamsi* (inquit) *fuissent facta præscita sunt*; Ac si diceret, quamvis hoc concederetur, non tamen de iis judicarentur homines quæ non fecerunt. Ex omnibus in quibus expatiatur Penottus in istius responsionis refutatione, manifestum est, nihil habuisse Penottum, in quo vel ad sui satisfactionem acquiesceret; & tamen concludit: *Hæc omnia oportuit adnotare propter nonnullos qui terrent homines auctoritatibus Augustini.* Illis quisquiliis pasci poterunt qui volunt, nec dubito non defuisse *jejunos stomachos qui rara vulgaria temnant*; at qui illis acquiescant, oportebit esse admodum clementes. Lego etiam octavum caput libri quinti contra Julianum Pelagianum monente hoc Penotto, sed prorsus nihil occurrit, quod præsenti instituto congruat, nedum quod Canonico huic proprium sit. Sed ni fallor caput decimum potius illud est, cujus lectionem nobis commendat. Quod autem longa oratione ab Augustino expositum esse ait, illud paucis lineolis absolutum reperio, & quod de exaggeratione beneficii tanquam ingentis prædicat, sic se habet apud Augustinum. *Et quos ignibus æternis præscivit arsuros creare non desinit.* Quod quidem Penotti causam nihil sublevat; sed quæ sequuntur hæc sunt: *Et quosdam infantes etiam baptizatos quos futuros præscivit Apostatas, non aufert ex hac vita, ut æternum regnum adipiscantur, nec eis confert magnum beneficium, quod eis, de quo legitur Sapientiæ 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum.* Hæc est illa longa oratio ad quam nos amandat Penottus; in qua tamen nihil est quod ipsi faveat. Nam infantes illi quos providet Deus futuros Apostatas, etiam simpliciter fiunt Apostatæ. Tantum superest dictum Sapientis quod nititur simpliciter propositum sine ulla accommodatione, aut explicatione; cujus tamen expositione Augustiniana exquisitissima nixa est responsio superior, & quam refutare molitur Penottus, nempe hoc apud librum Sapientiæ *dictum esse secundum pericula vitæ hujus.* Sed ni fallor has Penottum fefellit memoria, dum forte aliorum judicio nititur in conquirendis ab Augustino testimoniis, magis quam suo, & longa illa Augustini oratio occurrit, non contra Julianum Pelag. libro quinto, capite octavo aut decimo: Sed de bono perseverantiæ capite nono. Nec sane cupio meliori documento ostendere de Augustini hac in re sententia, quam quod nobis suppeditat locus iste, quem tamen nihil dubito à Penotto citatum, tanquam causæ suæ plurimum propitium. *Certe* (inquit) *poterat illos Deus præsciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita: An verendum forsan, ut adhuc disputemus, quanta absurditate diceretur judicari mortuos homines etiam de his peccatis, quæ præscivit Deus eos patraturos fuisse, si viverent: Quod ita abhorret à sensibus Christianis, aut prorsus humanis, ut id etiam refellere pudeat*; & in ista absurditate exaggeranda expatiatur longa satis oratione Augustinus; At inquam fieri potest, ut non tanquam ex sua sententia de præscientia certa quasi futurorum quæ futura non sunt, sed tanquam per concessionem, & ut ita dicam condescensionem ad sententiam aliorum. Immò appello quemvis æquum judicem, an non hoc ita esse loquens ex ipso Augustino. Nam cum duplici responsione instructus accedat, quarum prior ex indubitata Augustini sententia procedit: missa illa, ad hanc secundam responsionem se astringit: Prior hæc est; *Verum ego dicam quam sit possibile Deo aversas & adversas ad fidem suam humanas convertere voluntates, & in earum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant, nec ab ipso aliqua tentatione superati deficiant, cum possit &* (quod ait Apostolus) *facere, ut non eos permittat tentari supra id quod possunt*: Quis æquus rerum æstimator non adversariis secundum genuinam Augustini de prædestinatione sententiam, & cum ea congruentiam procedere? Tum pergit ad responsionem alteram; *Vel ergo id non dicam, certe poterat illos Deus præsciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita*; &c. quæ sequuntur; etiam dictum illud Salvatoris de Tyriis & Sidoniis licet eo sensu acceptum quo significaret præsciri à Deo quæ nunquam eventura sunt, in causæ suæ stabilimentum accommodet, tamen capite decimo quarto, De bono perseverantiæ nos profitetur, *aliam dicto illo posse dari interpretationem. Verum* (inquit) *quod dixit Dominus de Tyriis & Sidoniis aliquo alio modo potest fortasis intelligi.* Hæc autem manifestum faciunt, Augustinum hactenus per concessionem dixisse sententiam Catholici Doctoris apud eundem rationem reddentis, quare signa facta non sint apud Tyrios, & Sidonios, quibus factis apud eos signis pœnitentiam fuisse acturos noster testatur Salvator, jam nunc consideravimus, & quam minimè causæ suæ conducat, ostendimus. Ad locum alterum ex cap. 8. libri de Corrept. & gratia nihil omnino est quod Penotto inserviat. An eorum (Apostatarum scilicet) mala futura non præscivit, imò inquam indubiè præscivit, quemadmodum & simpliciter futura erant, non autem qualia sunt vestra futura conditionata, quæ simpliciter eventura non sunt. Addit loco secundo *Scripturam non tacuisse cum ait hominem justum raptum esse ne malitia mutaret intellectum ejus.* At quomodo exponendum sit eo loci non docet; Docet tamen de prædest. Sanct. Nempè *dictum hoc esse secundum pericula hujus vitæ, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat*; Tam infeliciter hactenus contra successit Penotto, dum liquidæ suam interpretationis Augustinianæ obliquationem, & in alium sensum sibi causæque suæ magis propitium transformationem quovis pretio redemptam vellet. Addamus his quæ Franciscus Suarez in ejusdem responsionis, ex commoda verborum interpretatione procedentis, satisfactionem confert. Is itaque libro 2. de scient. condition. futurorum contingentium: hanc ipsissimam objectionem non ex uno loco Augustini, sed ex pluribus, nec ex solo Augustino, sed & ex aliis etiam veteribus proponit, quam refellat.

Sed objiciuntur hic nonnulla ex Patribus. Primum est testimonium Augustini de Prædest. Sanct. cap. 14. illud Sap. 4.

[illegible] est ne mala [illegible] mutaret intellectum ejus aut [illegible] esse [illegible] vitæ hujus, non secundum [illegible]. *Infulgentius de Anima, & [illegible] Deus [illegible] [illegible] infantes ut in originali peccato moriantur, quia [illegible] futuros fuisse, [illegible] viverent [illegible] argumenta* [illegible]. Quid quod [illegible] omnino præsciret, si quod præscivit non erat? Quomodo enim diceretur præscire [illegible] quod non est futurum? *[illegible] Prosper. Epist. ad August. [illegible]* [illegible] Novo absurditatis genere, & [illegible] agenda præscita dicuntur, & præscita, acta non esse. *[illegible] Dialogo contra Manichæos, [illegible]* Si Deus (inquit) aliquem non condidisset, quia præscivisset peccaturum, esset hæc præscientia sed impulsiva: Nam sicut [illegible] est eorum rerum, quæ sunt, ita præcognitio est earum rerum, quæ certò futuræ sunt. Denique *Hugo [illegible] Summæ tract. 1. capite 1. & 1. de [illegible] [illegible] capite 14.* [illegible] Si non essent tria futura nullam fore in Deo præscientiam.

[illegible] (inquit) [illegible] patres agere in locis citatis contra illorum errorem, qui dicebant Deum punire, vel gratiam conferre propter ea opera, quæ homo facturus esset si [illegible], vel [illegible] tamen de facto nunquam illa facturus sit, & [illegible] quod [illegible] est) negant in Deo esse hujusmodi scientiam; quod si [illegible], præsciret ea loco [illegible], quia nulla facilius [illegible] error refelleretur. Quinpotius multi ex [illegible] aperte [illegible] habere. Deum hujusmodi scientiam, negant tamen illam esse rationem [illegible] [illegible]. Et hoc sensu negant aliquando hujusmodi scientiam [illegible] esse præscientiam, quia præscientia videtur dicere habitudinem ad id, quod aliquando [illegible] est esse: id autem quod per hanc scientiam cognoscitur, non [illegible] quod sit [illegible] esse aliquando & [illegible] per illam [illegible], non dicitur ab his Sanctis præsciri, sed absolutè [illegible] possibile. Et [illegible] quod per hanc scientiam [illegible], ut si [illegible] esse [illegible] ex parte creaturæ, ut puniatur à Deo, vel præmio afficiatur: & hoc modo procedit Augustinus de Dono perseverantiæ capite 9. & 12. & libro 1. [illegible] capite 16. & libro [illegible] capite 4. & in eodem sensu [illegible] libro 1. de [illegible] capite 12. Quomodo ergo puniuntur peccata quæ nulla sunt, idest, quæ nec vita ista [illegible] commissa sunt, ante carnem; nec [illegible] post carnem? *Idem est sensus [illegible] Augustini de prædest. Sanct. ut patet ex cap. 12. 13. 14. [illegible]* si homines punirentur propter peccata quæ facturi essent si viverent, quamvis ea de facto non sunt facturi, [illegible] nihil eis prodesse quod [illegible] [illegible] mutaret intellectum eorum; quia [illegible] quod mutandi essent, si viverent. *In hoc ergo sensu negant hujusmodi esse simpliciter futura, & in eodem negant esse præscita: & similiter in eodem negant accidere posse, ut non fiat quod præscitum esse futurum, vel quod ita præscitur, ut sit ratio pœnæ vel præmii. Non nego tamen quin aliquando [illegible] hanc scientiam conditionalem vocent præscientiam, minus strictè appellantes, quatenus illud [illegible] dicit independentiam scientiæ ab existentia objecti, & consequenter [illegible] ad omnem rei existentiam, sive de facto, aliquando futura sit, sive non sit.*

Agnoscimus Patres illos in locis citatis agere contra illorum errorem, qui dicebant: *Deum punire, vel gratiam conferre propter ea opera quæ homo facturus esset, si diutius viveret, quia tamen vixisse, atque absolute nunquam facturus erat, quoniamvis ea facturus fuisset si non esset.* Hoc manifestius est, quam ut super eo ulla dubitatio suboriatur. quod vero maxime notandum monet Suarez, Patres viz. *nunquam negare in Deo esse hujusmodi scientiam* falsissimum est. Hoc enim diserté negat Augustinum cum dicit; *Hoc præscivit (Deus) quod futurum erat, non quod futurum non erat;* Atque hoc ipso negat præsciri à Deo mutationem intellectum eorum per malitiam, quia scilicet nunquam futura esset illiusmodi mutatio. Rursus, Prosper hoc nomine Pelagianos novum absurditatis genus exprobrat, *quod à Deo præscita esse dicerent ea, quæ non agenda essent*, nec minus diserte profitetur Damascenus *talium rerum præscientiam Deo ascribere, non esse præscientiam Deo ascribere sed impulsivam.* Quare vel invito Suare & hoc negant Patres, & hoc modo Pelagianorum errorem refellunt. Quid ubi à veteribus scriberint, à præsenti negotio alienum est; nunc agimus de sententia Augustini, Prosperi, Damasceni, Hugonis. Sed & reliquorum Patrum testimonia ferè omnia à Suare congesta, hoc tendunt ut futurorum conditionatorum scientiam Deo tribuentia, de ejusmodi futuris conditionatis procedant quæ ipsa aliquando futura, non autem de iis, quæ nunquam sunt eventura. Sed redeo unde digressus sum. Negant itaque Patres Deum punire quempiam, propter opera, quæ facturus esset si diutius in vivis esset: Sed & negant hujusmodi præscientiam Deo tribuendam esse; quod non sine novo absurditatis genere dici posse pronunciat Prosper, & ejusmodi præscientiam non tam præscientiam esse quam impositivam affirmat Damascenus. Quomodo procedat Augustinus jam ostendimus; nam & hujusmodi præscientiam Deo adimit; & data non tamen concessa hujusmodi præscientia, absurdum esse docet, judicari aliquos propter peccata quæ futura prævidebantur, si modo supervixissent. Quod & verbis à Penotto prolatis indicatur, ex 14. cap. lib. de prædest. Sanct. *Demonstrator, homines non judicari de iis quæ non fecerunt, etiamsi facturi fuisse prævisi sunt.* hoc est, quamvis supponamus homines prævisos esse alia facturos si viverent, tamen non judicabuntur de iis quæ non fecerunt. Nec tamen nego Deum etiam scire plurima futura esse si homines diutius viverent; quandoquidem hinc necessario consequens est, ut plura acturi essent, quæ agunt dum vita ipsis abbreviatur; Ita etiam & boni, opera bona; & mali, opera mala multa plura peragerent, si vitam suam prorogarent; est enim hoc necessario consequens etiam in particulari, prout provisum fuerit à Deo, de opportunitatibus agendi, & gratiam suam vel concedere vel negare decreverit, & quàm minimè Penotto satisfecerit Suarez, vel inde manifestum est, quod Penottus se gesserit ad instar hominis tenasmo laborantis; parturientis videl. & magno nitentis responsionem aliquam ad locum illum Augustini de prædest. Sanct. cap. 14. sed [illegible] operam nullam omnino responsionem nedum commodam aliquam expediens.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnaculi humanae Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXVIII.

In quo probare molitur Penottus, scientiam futurorum contingentium conditionatorum non supponere in Deo liberum decretum existens in Deo absolute; neque etiam ex suppositione praedeterminandi physice secundas illorum causas.

Titulus istius capitis est satis praeposterus. Nam cum dicit, *scientiam futurorum contingentium conditionatorum nequaquam supponere in Deo decretum praedeterminandi causas secundas ad actus suos*; hoc ipso agnoscit scientiam istam ferre posse tale decretum, praedeterminandi scilicet creaturas liberas ad actus suos, licet ferre non possit, ut sit ipsi praecedaneum. nam qui tantum de ordine decreti alicujus exceptionem [illegible] in decretum ipsum admittit, sed non extra ordinem. At inquam decretum praedeterminandi voluntatem creatam ad actus suos liberos, nullo modo constare potest cum scientia futurorum contingentium conditionatorum. Illa enim scientia inter alia decreta quae sequuntur, ponit etiam decretum concurrendi cum creatura rationali ad actum suum prout creatura voluerit; At hujusmodi decretum prorsus adversum est decreto praedeterminandi creaturam ad actum suum, decretum concurrendi cum creatura modo illa voluerit, est decretum postdeterminandi creaturam potiusquam praedeterminandi; Imo non est omnino decretum determinandi creaturam ad actum suum, sed potius concurrendi cum illa ad agendum, modo illa se ad agendum determinaverit. Rursus nimis absurde distinguitur decretum praedeterminandi, in decretum vel in Deo existens absolute, vel in Deo existens conditionate; cum fieri non possit, ut decretum praedeterminandi creaturam ad actum suum existat in Deo conditionate. Nec omnino quadrat titulus iste cum propositione sequenti; quae tamen propositio continet argumentum hujus capitis, in cujus nimirum confirmatione totum caput occupatum est.

Penot. *Secunda propositio: Scientia futurorum contingentium conditionatorum non supponit in Deo liberum decretum praedeterminandi physice secundas illarum causas contingentes ad productionem talium futurorum: sed omne tale decretum, & quodcumque aliud decretum liberum actu existens in ipso Deo antecedit. Hanc propositionem quadruplici argumentorum genere potest probari. Primo testimonio divinae scripturae; Secundo testimonio Sanctorum Patrum praecipue Augustini. Tertio Scholasticorum testimonio maxime Thomae. Quarto rationibus Theologicis; & quidem ex divina Scriptura possent adduci testimonia quibus solet probari futura contingentia, quae actu sunt futura in rerum natura non esse per aliquod divinum decretum antecedens efficaciter praedefinita, neque illarum causas physice in tempore ad illa praedeterminari, & quibus probatur futura contingentia absoluta praecognita esse a Deo etiam praecise quocumque libero decreto; Sed illis modo omissis, probanda est nobis in hoc capite testimoniis SS. Patrum, maxime vero Augustini: in aliis vero duobus sequentibus probabitur testimoniis Scholasticorum & ratione.*

Rursus speciem facit Penottus, non improbantis simpliciter decretum praedeterminandi causas contingentes, ad productionem talium futurorum; sed tantum negantis praecedaneum esse scientiae futurorum contingentium conditionatorum. Ego vero decretum istud cum scientia futurorum conditionatorum, prorsus consistere non posse jam ostendi; obiter advertas Penottum permittere alia decreta libera posse esse scientiae illi futurorum conditionatorum praecedanea, qualia sunt decreta creandi, in certo ordine constituendi, & cum creatura ad actum suum peragendum concurrendi. Sane capite 15. num. 4. diserte docet, hujusmodi decreta illi conditionatorum futurorum scientiae esse praecedanea. Sed quam inconsiderate illa a Penotto dicta sint eodem in loco manifestum fecimus. Ego vero in hoc apice contra Penottum stare, & in adversum contendere paratus sum, & nullam futurorum sive absolute sive conditionate scientiam Deo competere posse assero citra decretum physice praedeterminandi causas secundas ad actus suos praecedaneum. Sed imprimis videndus est Penottus, *quaenam in clypeum assurgat, quae trabes torqueat hastam.* In quatuor argumentorum genera profert quibus in hoc campo militet. Quorum primum ostentat quasi ex divinae scripturae testimoniis constitutum, & ostentat tantum. *possent* (inquit) *adduci testimonia quibus solet probari futura contingentia, quae actu sunt futura in rerum natura non esse per aliquod divinum decretum antecedens efficaciter praedefinita.* Non nego testimonia Scripturarum, hoc illum posse; quid enim non audebunt vafra ingenia & in sacrosanctis Scripturis in quemlibet usum accommodandis nimium lascivientia? Sed vel ex sacra Scriptura, vel aliunde istud probatum dabunt, postquam probaverint Mundum futurum esse antequam Deus eundem creare constituerit; Sed non placet Penotto hac armatura cum adversariis suis congredi. In [illegible] devenit, eodem modo quo Cato olim in theatrum, tantum videlicet ut exiret. Sed testimonia Patrum rem praesentem conficientium debet, praesertim vero Augustini; non curamus meliorum eruditorum, [illegible] inter veteres ipsius Augustini arbitrio acquiescere. Testimonia Scholasticorum [illegible] considerationem revocare minime tardet, praesertim Thomae. Sed rationes scholasticas post ipsam divinam traditam revelationem supra omnia contendere in procinctu sumus.

[illegible] primum te- *[illegible] aliquem morti-* *[illegible] potestas illos De-* *[illegible] antequam id fieret aufer-* *re ex hac vita, & in lib. de Corrept. & gratia cap. 8. cum* *[illegible] resipiscendi possint, cur illos cum fideliter &* [illegible] perseverans, [illegible] vitæ hujus periculis eripuit, [illegible] ne fictio [illegible] *ex potestate non* [illegible] *tandem [illegible] mala [illegible]* [illegible] *duxit.*

At hæc jam [illegible] capite superiori ostendimusque [illegible] ad dicendam sumendumque [illegible] quanta [illegible] [illegible] ad eandem [illegible] circa decretum [illegible]. Sed [illegible] quomodo [illegible] habeant [illegible] Ponentis; Sed itaque ex illis [illegible] *testimonia [illegible] aperte [illegible] futura [illegible], de quibus Augustinum loquentem, [illegible] à Deum aliqua [illegible] [illegible] ad [illegible] prædeterminare*. [illegible] quid dicit, [illegible] quomodo probem? *Quia [illegible] decreto non habuit amplius in sua potestate illa* mala opera impedire, etiam quod [illegible] ... *[illegible] in Deo decreto de mundo creando, non habet amplius in sua potestate mundum creare*; at [illegible] nihil obstante decreto illo, cum habeat in potestate Deus aliquid facere, quam [illegible] [illegible] decretum Dei minuit potestatem [illegible]. Quæ præterita sunt, non ideo fieri à Deo non possunt, quia Deus quidlibet faciendi potestatem non habet. Sed quia quæ præterita sunt, de novo fieri, & non facta esse non possunt. Futura etiam quæ decreta sunt in sensu composito, non magis possunt esse non facta tempore suo quam hodie possunt esse non decreta; non quia Deus desit potentia, sed quia desit rebus possibilitas ex parte una. Deo non competit mutabilitas, aut [illegible] ex parte altera. Sed & [illegible] Dei decreto [illegible] futurorum præscientia in sensu composito fieri non potest [illegible], non quia Deus non habet potentiam quidlibet faciendi, sed quia scientia non [illegible] fallibilitatem. Atque hanc [illegible] comparationem adhibet Augustinus ad [illegible] adversum ejus de prædestinatione doctrinam, objectionem de bono perseverantiæ, [illegible] ut scribit *[illegible] constari, si dicatur [illegible] Ecclesiæ [illegible]. Ita si dicitur de prædestinatione [illegible] voluntate Dei, [illegible] de infidelitate [illegible] ad fidem, ad [illegible] perseverantia [illegible] quia [illegible] [illegible] gratia [illegible]. [illegible] si quid [illegible] prædestinaverit [illegible], [illegible] gratiam [illegible] & si qui [illegible] prædestinati [illegible]*. Sic fuit [illegible], [illegible] ad eundem Augustinum [illegible] *ita [illegible] Dei gratia, [illegible] à [illegible] & [illegible] prædestinatione [illegible]*

præscientia Dei. Si quis de illo populo sic loquatur, ut dicat: Sive *currat, sive non [illegible] ... [illegible] possit, [illegible] Deus futurum esse præscivit, vel boni si bonus, vel mali si malus.* Rursus si ista Ponentis ratio obtinuerit, ne fides quidem & resipiscentia futura est ex decreto Dei ad credendum, & resipiscendum determinante: At hoc non nisi adverso Augustinianæ doctrinæ flumine asserimus; certè, quippe qui ita fidem & resipiscentiam docet esse dona Dei, ut in Dei gratiam solummodo referenda censeat, tanquam in causam, non autem in voluntatem creatam. At si Deus decreverit tantum concurrere cum humana voluntate ad actum credendi, & resipiscendi modò homo voluerit, quis sobrius non audierit, illa in humanam voluntatem potius quam in Dei gratiam tanquam in causam referenda esse. *Ex duobus parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur ille assumatur, ille relinquatur; & ex duobus ætate jam grandibus impiis cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur; ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, inscrutabilia sunt Dei judicia. Ex duobus piis, cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabiliora sunt Dei judicia. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait unus prædestinatorum, qui de pectore Domini biberat hoc secretum, mansissent utique nobiscum. Quæ est tandem ista discretio? Patent libri Dei, non avertamus aspectum; clamat Scriptura divina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocati; non erant in Christo electi ante constitutionem mundi, non erant in eo sortem consecuti, non erant prædestinati secundum propositum ejus qui universa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & sine dubio cum illis mansissent. Ut enim non dicam, quàm sit possibile Deo, aversas & adversas in fidem suam humanas convertere voluntates, & in eorum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant, nec ab ipso aliqua superati tentatione discedant, cum possit & (quod ait Apostolus) facere ut non eos permittat tentari super id quod possunt. Ut ergo id non dicam, certè poterat illos Deus præscitos esse lapsuros, antequam id fieret auferre de hac vita.* Hæc autem quæ respondit de præscientia Dei paucis interjectis prosequitur, se respondere *sine causarum latentium præjudicio*, easque causas *ad prædestinationem spectare* asserit.

Secundum testimonium colligitur ex eodem libro cap. 10. Ponent. ubi reddens rationem illius quæstionis, *cur Deus noluerit apud Tyrios & Sydonios fieri illa signa, quibus visis illi essent in Christum credituri;* refert responsionem illius Catholici Doctoris, dicentis, præscivisse Dominum Tyrios & Sidonios, à fide fuisse postea recessuros, cum factis quibusdam miraculis credidissent.

At inquam illum locum jam consideravimus; Respons. ostendimusque Augustinum sententiam illius Doctoris tantùm in usum suum transtulisse, non autem per omnia comprobasse, dum sic ait; *In qua sententia docti hominis & admodum acuti, quæ sunt adhuc multò exquirenda quæ nos nunc attinet dicere, cum & ipsa nobis ad id quod agimus, suffragetur.* Annon hæc manifestò indicant Augustinum judicasse nonnulla in hujus doctoris sententia, meritò requirenda? ipsius, unde quæso est quod ad peccata revertantur homines? Annon potuit Deus, *sive aversas & adversas in fidem suam humanas voluntates convertere, ita etiam in eorum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant, nec ab ipso aliqua superati tentatione*

piant discedant: tam posse & (quod ait Apostolus) facere ut non eos permittat tentari super id quod possunt. Hinc consequens est, quod si quis ad peccata revertatur, Deum noluisse eum aut à tentatione custodire, aut tentatione invictum præstare, licet hoc facile potuisset. Hoc si crediderit Doctor ille Catholicus, salva res est; si non crediderit, in hoc apice nequaquam orthodoxus habitus fuisset ab Augustino cujus ea est sententia disertissima de bono persever. c. 9. *Quod si ideo perseverat aliquis, quia Deus donat ut perseveret: & ideo non perseverat aliquis quia Deus non donat ut perseveret, etiam manifestè concluditur hinc, etiam ab æterno præscivisse Deum alium perseveraturum, alium minimè perseveraturum esse; quia scilicet donum perseverantiæ alteri impertiri, alteri negare Deus ab æterno decreverit.* Obiter interrogo, quid tibi videatur de sententia Augustini: an putas aliquem renatum unquam ad peccata sua reversum esse juxta mentem Augustini? Si ita fuerit, hinc sequitur etiam reprobis & non prædestinatis interdum concedi à Deo salubrem & spiritalē pœnitentiam: hoc autem disertissimè aversatur Augustinus, contra Iulian. Pelag. lib. 5. cap. 4. *Istorum* [inquiens, hoc est non prædestinatorum] *neminem adducit Deus ad salubrem, spiritalemque, pœnitentiam qua homo reconciliatur Deo in Christo, sive illis ampliorem patientiam, sive non imparem præbeat.* Sed quia locum hunc, quem adhibet Penottus, vult etiam esse diligentissimè notandum, observemus quomodo eundem in suum usum fatiget. *Primò* (inquit) *ex hoc habetur usum scientiæ mediæ fuisse antiquissimum in Ecclesia Dei apud Catholicos, neque inter semi-Pelagianos & Catholicos fuisse unquam de hac re controversiam; alioquin Augustinus non retulisset hanc responsionem illius Doctoris, quæ tota in scientia media fundata est ut patet lippis, & ignaris; aut si retulisset, non tam probasset, nec ipsum Doctorem tot Epithetis exornasset, vocans catholicum, doctum, nobilem, acutum, immò acutissimum: sed saltem errorem, in ea latentem indicasset.* At, inquam, nulla apud Doctorem istum mentio scientiæ mediæ, nec nisi scientiam istam procedere vellet seclusa Dei decreto, *de neganda Tyriis illa gratia per quam in cordibus eorum operaretur, ut nollent discessionem à fide, credentes, nec ab ipsis aliquid superari tentatione desiderent*, (quæ fuit Augustini sententia,) longe abstant à tuenda scientia illa quam mediam vocatis; Fatiô tamen patior tam antiquam esse doctrinam de scientia futurorum divina aliter quam in decreto ipsius fundata, quam fuit hæresis Pelagiana; Quod autem ais, nullam fuisse inter Catholicos, & Semipelagianos hac de re controversiam, pro fronte tua, quæ omnem verecundiam excusserit, ista edisseris, cum & Prosper Semipelagianis objecerit, *quod novo absurditatis genere, & non agenda præscita esse dicerent, & præscita acta non esse, & contra infidam professionem fit Augustinum, Deum præscire, quod futurum erat, non quod futurum non erat*, ad quem Augustini locum, dum in commoda aliqua responsione excogitanda, rerum tuarum fatigeres, modo vidimus quantum hæreres, quasi visco implexus, non quomodo te expediens scires. Falsū est futurorū conditionatorū scientiam in scientia media totam fundari, nec tamen ægrè fero ignaris omnibus, & lippis sic videri. Scientia media non habet locum nisi secluso Dei decreto præcedente. At conditionatorum futurorum scientia optimè præstari potest, tanquam in Dei decreto antecedente fundata, prorsus exclusa scientia media. Epitheta illa quibus Doctorem illum exornavit Augustinus, nequaquam obicem ponebant, quo minus suspicionem injiceret de nonnullis in illa Doctoris sententia requirendis; & fieri potuit, ut citra errorem procederet; modo in Dei beneplacitum discretionem istam cum Augustino rejiceret, ex qua alii ad peccata revertuntur, Deo nequaquam eos, aut à tentatione aut ab apostasia custodiente, alii custodiente & manutenente Deo, per gratiam suam in fide & pietate perseverant. Sed pergit Penottus, *Secundò*, inquit, *ex eodem loco habetur, futura illa conditionata fuisse à Deo cognita, & non in aliquo decreto prædeterminandi voluntatem Tyriorum & Sydoniorum. Quomodo enim est intelligibile, Deum prædefinivisse eos prædeterminare ad actum fidei & ad actum apostasiæ, quem prævidebat futurum ex suppositione, quod visis illis signis essent credituri, si decrevit illis non exhibere talia signa, ut crederent, ut à fide recedentes acrius punirentur. Hæc enim duo repugnant apertè, Deū absolutè decrevisse ut non fierent coram illis ea signa ne crederent & postea à fide recedentes gravius forent puniendi; & Deum decrevisse illos prædeterminare ad actum fidei, adde etiam (ex sententia ponentium physicas determinationes) ad actum apostasiæ quoad eius substantiam ex suppositione quod fierent coram iis talia signa.* Ad hæc respondeo; quo modo est intelligibile esse dicatis Deum decrevisse concurrere ad actum fidei illius quam visis miraculis elicituri essent, quamvis non decreverit illis talia signa exhibere ut crederent: eodem modo intelligibile est, Deum decrevisse determinare Tyrios, & Sidonios ad actum fidei illius quam visis miraculis habituri essent, quamvis non decreverit illis talia signa exhibere, ut crederent: præsertim cum in procinctu simus demonstrare nullum alium concursum Dei cum creatura esse possibilem, quam qui sit per determinationem creaturæ ad agendum actum suum. Nec magis repugnant illa, [Deum scilicet absolutè decrevisse ut non fierent coram illis illa signa, ne crederent, & postea à fide recedentes gravius forent puniendi; & Deum decrevisse illos prædeterminare ad actum fidei, ex suppositione quod fierent coram iis talia signa,] quam repugnant ista: [Deum scilicet absolutè decrevisse ut non fierent coram illis ea signa ne crederent, & postea à fide recedentes gravius forent puniendi; & Deum decrevisse cum illis concurrere ad actum fidei quem habituri essent, ex suppositione quod fierent coram illis talia signa.] Ad actum vero Apostasias quoad ejus substantiam, non magis indecorum est Deo creaturam determinare, quam cum creatura ad eundem eliciendum concurrere; neque enim ex illa determinatione magis erit author mali, quam ex concursu; & sine determinatione fieri non potest ut sit author omnis boni. Et ut supra monui, concursus Dei ex voluntate creaturæ suspensus manifestam involvit contradictionem. Nam licet concurrere ad actum imperatum modo nos velimus non ita manifestò præferat speciem contradictionis, tamen concurrere ad actum volendi, modo velimus, à contradictione liberari omninò non potest. Addit Penottus, *Cum illa suppositio nempe faciendi coram iis illa signa ex sola Dei voluntate pendeat, frigidè admodum dicit, Deum decrevisse prædeterminare Tyrios ad actū*

fidei

[illegible] Et [illegible] Deum [illegible] Augustinus [illegible] Deo [illegible] quid [illegible] verbi, [illegible] Quanto [illegible] commodò [illegible] eadem etiam [illegible] (neque enim miracula Christi, [illegible] & ad resipiscen[illegible] dicitur, Deum [illegible] Dicuntur illi, secundum [illegible] interpretationem, quam quidem [illegible] Augustinus, ita etiam [illegible] interpretationem dari posse signi[illegible] *Tyro & Sidoni* [illegible] Certè illud Sapientiæ 4. [illegible] Augustino in[illegible] Quam Augustini inter[illegible] studuit Penottus [illegible] & aliud procedat, [illegible] secundum [illegible] quàm secundum [illegible] mediorum administrationem; [illegible] homines non pauci ad [illegible] quocumque modo interpretemur dictum [illegible] quid [illegible] Augustinus; [illegible] *ad Christum* [illegible] *& eis dari,* [illegible] Ultra verò sententia magis con[illegible] quod quis credat, vestra [illegible] Deum tantum suadere ut credamus, & con[illegible] ad actum fidei [illegible] modò velimus; an nostra potius [illegible] Deum determinare hominem ad credendum per gratiam suam [illegible] qui vo[illegible] consideret.

Tertium testimonium [illegible] *Ep.* [illegible] *quæst.* [illegible] *Porphyrii quærenti, quare Christus* [illegible] *adventum suum in mundum distulerit.* [illegible] Christum [illegible] & ubi [illegible] qui in illum essent credituri.

Ad hunc locum [illegible] est, cap. [illegible] Augustino [illegible] Augustinum illa, [illegible] Hunc respon[illegible] modo [illegible] ipse Penottus, [illegible] Augustin[illegible] contra Pe[illegible]

[illegible] *ad Paganorum* [illegible] *2. dicens contra Porphy-rium,* [illegible] *in mundum venisse, quod in li-bro de* [illegible] Vide Penott. [illegible] quid & nos exponit plu[illegible] difficultas Penotti. [illegible] *Christum, qui & quando, &* [illegible] Unum verò ista præscientia Dei, subjicienda sit divinæ prædestinationi, an prædestinatio Dei divinæ præscientiæ subjicienda sit juxta Augustinum, [illegible] erudito, & [illegible] Rursus an hujusmodi prædestinationem defendant ab Augustino, qui [illegible] ad credendum, & [illegible] ad actum fidei [illegible] an potius [illegible] hominem non modò suadere, sed & ad credendum determinare decreverit [illegible] in Augustino [illegible] consideret, & judicium suum proferat. Rursus, quæ [illegible] ad hanc Porphyrii quæstionem re[illegible] potuisse [illegible] Augustinus, [illegible] Penottus. [illegible] *Christum,* [illegible] Sed quia monet Penottus, [illegible] hoc loco tria maximè notatu digna ei [illegible] Age dum quæ [illegible] sint, & quanti [illegible] pendamus. *Primum,* [illegible] *Paganorum* [illegible] *Augustinum,* [illegible] *Deum* [illegible] *à divina decre-to.* [illegible] *ad Paganorum* [illegible] Ad hæc ordine respondeo, Augustinum [illegible]

[illegible] *inquit* [illegible]

& uti possumus etiam ille, quæ minimè probamus, quæ tamen quoad hominem prævalere poterant convincendo eorundem errores. Etiam probatum Augustino fuisse istam sententiam minime diffitemur, sed futura conditionata quorum scientiam hoc in loco Deo tribuit Augustinus ejusmodi sunt, quæ reipsa eventura sunt aliquando, non autem ejusmodi quæ nunquam sint eventura, quorum scientiam vos introducitis, quam Deo defertis. Nec omnino opus fuisse judicamus ut de hujusmodi Dei scientia, sententiam suam retractaret. Tertium omnino falsum est & ejusmodi, quod evidenter incurrat in id quod loco secundo positum est, ubi fateris Pentmottum, *Augustinum retractasse sententiam suam, quantum ad id, quod videbatur causam referre divinæ prædestinationis in præscientiam boni usus liberi arbitrii.* Nam si hanc sententiam retractaverit Augustinus, sequitur ex Augustini sententia, prædestinationem minimè subjiciendam esse præscientiæ boni usus liberi arbitrii, sed potius præscientiam boni usus liberi arbitrii subjiciendam esse prædestinationi, & consequenter Deum prius decernere homini gratiam (nam prædestinatio secundum Augustinum est gratiæ, & gloriæ) per quam habeat bonum usum liberi arbitrii, quam hominem bonum usum liberi arbitrii habiturum esse prævideat. neque hoc [illegible] beneficium ab eo, quod addit Pentmottus, *Augustinum solum probare, si ea [illegible] præsumpta [illegible] sancti divini, [illegible] & [illegible], quæ sufficeret ad Paganorum [illegible].* Hoc enim tantum significat Augustinum [illegible] Dei præscientiam ad non [illegible] in considerationem revocasse, non significat prædestinationem istam non fundari in decreto divino. Imo [illegible] palam profitetur *hic,* [illegible] *quod postea exponit de* Deum non [illegible] præsciente quod tunc essent qui crederent, sed etiam hoc ipsum prædestinasse. *[illegible] [illegible] hominibus apparere Christum, & apud quos prædicari doctrinam suam quando [illegible], & ubi [illegible] esse, qui electi fuerant in ipso ante Mundi constitutionem.* Nec tamen inficiamur, quin scientia tam perfecta sit, ut vel præscindendo à divino decreto, omne intelligibile intelligat, sive intelligibile sit in genere possibilium sive in genere futurorum, præsentium, & præteritorum. Decretum verò Dei non tam scientiam ejus facit aliquid intelligere, quàm facit res cognoscibiles in aliquo genere, dum quæ intelligibilia sunt tantum in genere possibilium, per voluntatis suæ determinationem facit intelligibilia in genere futurorum. *Sed neque sic [illegible]* (inquit Pentmottus) *Augustinum [illegible] argumentum Porphyrii, [illegible] diceret [illegible] Porphyrius [illegible] fuit Christus, quid quando venit &c.* Imo inquam minimè probabile est sic disserturum fuisse Porphyrium quippe cùm agnoverit, si Christus Deus esset minimè mirandum esse si omnia quæ ventura essent præscivérit, Imò ex scholasticis vestris non desunt qui licet consentiant futura omnia Deo nota esse perinde atque præsentia, tamen quomodo hoc poterit Deus putant esse humano ingenio, in hac mortali nostra conditione, penitus inscrutabile. Itaque licet hoc convincendæ Paganorum perfidiæ satis esse dicat Augustinus, tamen aliter dici potuisse indicat, nempè tunc apparere voluisse Christum hominibus, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat, esse qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem. [illegible] [illegible] quare illis temporibus [illegible] *[illegible] fuerat [illegible], aliis [illegible] quæ nunc ex adversaria Pelagiana [illegible] & laboriosius disputant. [illegible] (inquit [illegible]) [illegible], quod cum satis erat breviter [illegible] ([illegible]) [illegible] scientia & [illegible] Dei, & [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] ostendere patere.*

Quartum testimonium [illegible] ex libro de bono perseverantiæ cap. 9 [illegible] de Tyriis, & Sidoniis verba [illegible], ita ait. Sed numquid dicere possumus Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent, cum eis ipse Dominus testatur quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam si in illis facta essent divinarum signa illa virtutum. *Quod testimonium [illegible] potuit, [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] Christum [illegible] illis [illegible] pœnitentiam [illegible] decreta quæ [illegible] illos ad pœnitentiam [illegible] determinaret, quia Augustinus ipse capite 19 [illegible] divinæ præscientiæ de illorum pœnitentia, non ex [illegible] decretis, sed ex propensione, & dispositione [illegible] illorum. Sic enim ait:* Ex quo apparet, habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiæ quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant.

Dicetur Augustinum [illegible]; Audiunt enim hæc & faciunt quibus datum est: non autem faciunt, sive audiant sive non audiant, quibus datum non est. *Quibus [illegible] videtur aperte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] efficacia ad pœnitentiam [illegible].*

Respondeo; [illegible] negare [illegible] ad pœnitentiam [illegible] necessarium esse auxilium gratiæ [illegible]. Sed Augustinus in isto [illegible] non reddit rationem, cur illi [illegible] pœnitentiam, si vidissent illa signa, sed reddit rationem cur non fuerit signa, qualia visis ad pœnitentiam converterentur. Et rationem assignat, nullo, quia non erant à Dei judicio ex massa perditionis discreti. *Rationem verò ob quam [illegible] quod si fuisset [illegible] in illa signa, & [illegible] [illegible] auxilium, [illegible] congrua illis [illegible], illa [illegible] [illegible], non assignat ex eo capite, sed ex eo quod haberent in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moverentur ad fidem si congrua suis mentibus, vel audirent verba, vel viderent signa, & [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] si quæ viderunt Judæi, signa vidissent.*

Agnosci hunc in modum Augustinum interpretari dictum Servatoris; sed ut candorem tuum Pentmotti simul agnoscamus, addit idem quod in dissimulas, nempè, *quod dicta Domini de Tyriis, & Sidoniis aliquo alio modo posse fortasse intelligi, de bono perseverantiæ cap. 14.* Itaque in primis advertamus qua occasione nostram dicti Servatoris de Tyriis, & Sidoniis interpretationem concesserit Augustinus. Omnes prout samus causæ nostræ promovendæ opportunitatem oblatam sequi, & causæ suæ, quam adversus Pelagianos defendebat promovendæ ex hoc dicto Servatoris opportunitatem oblatam, secutus est Augustinus. Olim dum Pagani consulerent, aliqui quærentibus, quare innovi-

mus hujus mundi temporibus CHRISTUS hominibus apparere voluerit respondebat; *Quibus voluit, & quando voluit, & ubi voluit, eis annuntiatum esse præsciebat*; causam scilicet rejiciens in voluntatem hominis, quam qualis futura esset prævidebat; hujus responsionis suæ olim factæ Paganis hoc in loco meminit Augustinus; & ideo meminit, ut moneret, quam intempestiva esset hujus generis sententia, & præsenti negotio prorsus adversa dum ageret adversus Semipelagianos asserentes homines judicandos esse secundum ea, quæ facturi esse, si viverent, prævidebantur a DEO. Nam illa responsio quam Paganis ora obturandis exhibuit, hanc Semipelagianorum sententiam confirmaret, potius quam convelleret. monet tamen se hunc in modum respondisse Paganis *sine præjudicio alterius causæ, quam prudentes possent investigare*, innuens superiorem hujus rerum administrationis causam intelligi posse; voluntatem scilicet divinam, & beneplacitum divinum de electis, videlicet suis, quo loco & tempore ipsi libuerit in lucem producendis, eisque de mediis ad salutem necessariis prospiciendo. Quemadmodum libro de prædestinatione Sanctorum capite 9. diserte profitetur. At dum adversus Semipelagianos hoc loci disputat, & non solere homines apud DEUM judicari de iis quæ facturi essent, licet ea nunquam fecerint, confirmare nititur; Dictum illud Servatoris de Tyriis & Sidoniis in medium producit, atque quod dixerat ad Paganorum perfidiam contundendam, hic de Tyro & Sidone dici non posse, nempe signa, & miracula apud eos facta non esse, quia prævidebat DEUS Tyrios & Sidonios ea visis illis minime commovendos, ut crederent, & pœnitentiam agerent; quia diserte fatetur Servator Tyrios & Sidonios in cilicio & cinere pœnitentiam acturos fuisse, si eiusmodi signa conspexissent, qualia facta sunt in Chorazim, & Bethsaida; *In eis* (inquit Augustinus) *hoc est in Tyriis & Sidoniis, cognoscimus Dei divina judicia* (nempe negando iis signa hujusmodi & miracula) *pertinere ad eas causas prædestinationis, sine quarum causarum latentium præjudicio, tunc illa responsione me dixi.* Hoc est, dum Paganis occurrerem, nihil necesse fuit recurrere ad causas illas latentes, & supernaturales; [illegible] posuit in causis secundis [illegible] perspicua subsistere. At dum contemplor dictum illud Servatoris de Tyriis & Sidoniis, qui pœnitentiam acturi essent si signa vidissent, quæ viderant Chorazim, & Bethsaida, si judiciorum illorum, quare scilicet signa & miracula concessa sunt iis, qui credere noluerunt, illis autem negata qui ad eorundem contemplationem credere & resipiscere voluissent; horum enim judiciorum divinorum causas investigare si volumus, non modo recurrendum est ad varias hominum dispositiones & propensiones malas, aut bonas sed potius ad ipsas causas latentes, & reconditas causas videlicet prædestinationis ascendendum. Quænam autem sunt prædestinationis causæ? non præscientia voluntatis humanæ sive in malum, sive in bonum propendentis, sed merum Dei beneplacitum & illustratio gloriæ suæ, sive per modum misericordiæ parcentis; sive per modum justitiæ vindicantis, & summoque potestatis absolutæ in creaturas suas quomodolibet utentis. Atque ita dictum illud Servatoris optime transtulit Augustinus in usum suum dum absolutam prædestinationem ex mero Dei beneplacito pendentem astruit. Sed quia videtur posse idem dictum de Tyriis & Sidoniis etiam adhiberi ad liberum arbitrium cum detrimento gratiæ DEI amplificandum; ideo non modo obiter significat; Quod dixerat Dominus de Tyriis & Sidoniis alio aliquo modo posse fortassis intelligi, de bono perseverantiæ capite 14. sed & sive isto, sive alio modo intelligatur mox subjicit, *Neminem tamen venire ad CHRISTUM nisi cui fuerit datum, & eis dari, qui electi sunt ante constitutionem mundi*; & pauca interjectis; *Audiunt enim hæc & faciunt quibus datum est, non autem faciunt sive audiant sive non audiant, quibus non datum est.* Etiam secundum Augustini sententiam hoc ipso loco dicere possumus; *Sive videant hujusmodi signa, sive non videant, credunt tamen & resipiscunt quibus datum est*; *Nam nec Judæis illis quibus tanta fecit* [illegible] *Servator reperiebat; quamquam absconsa* (inquit hoc ipso in loco Augustinus) *quod non poterant credere si ita prædestinati essent, ut eis cæcis Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre.* Ex altera vero parte; *Nec autem crederent neque resipiscerent aliqui, sive signa viderent, sive non viderent, quibus datum non esset*; Nam hoc etiam in loco profitetur Augustinus; *Neminem venire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eis dari qui electi sunt ante constitutionem mundi*; Jam ad Penottum redeamus. *Dici* (inquit) *potest Christum cognovisse illos acturos pœnitentiam in decreto quo decreverat illos ad pœnitentiam prædeterminare.* Imo inquam non modo hoc dici potest, sed & cum Penotto dici potest, Christum ne potuisse quidem cognovisse illos pœnitentiam acturos, nisi in decreto saltem tanquam in causa partiali; Etenim ipse Penottus jam professus est; *Divinum decretum esse rationem sive qua non cognoscendi omnia futura contingentia sive illa pendeant ex sola divina voluntate, sive ex aliis causis*; additque putare se *hanc conclusionem esse certissimam apud omnes sive Catholicos sive etiam hæreticos, & Philosophos infideles: quia apud omnes sapientes certum est eadem esse principia essendi & cognoscendi: At vero* (inquit) *divinum decretum est principium omnium futurorum contingentium.* Quod si dictum illud Servatoris nihil impediat quo minus Christus ut Deus hoc de Tyriis & Sidoniis cognoverit in decreto suo tanquam in causa partiali; quid nos impedit quo minus profiteamur Christum hoc cognovisse in decreto suo tanquam in causa integrali; præsertim cum semper congruentius sit causam secundam in agendo subordinari causæ primæ, maxime vero in actione bona imo optima, quam eidem coordinari creaturam videlicet creatori suo; Imo inquam etc non in decreto tanquam in causa solitaria, quandoquidem quicquid futurum est ab æterno futurum erat; non ex natura sua (nam omne futurum, natura sua tantum est possibile) sed aliunde videlicet ex causa aliqua extrinseca: At ab æterno nihil omnino fuit extra Deum, quod faceret rem aliquam natura sua possibilem duntaxat transire in conditionem rei futuræ; Ergo hujus transitus in Deum tanquam in causam solitariam referendus est. At sejuncta voluntate Dei, ati-

hil est quod transitus istius causa sit, non essentia, non scientia: superest igitur ut voluntas Dei sit causa solitaria migrationis istius; videlicet quod res ex conditione possibilium migrent in conditionem rerum futurarum, idque ab æterno. Sed mitto Penottum; hoc inquam non modo dici potest, sed & cum Augustino dici potest, quippe qui hoc ipso in loco docet, quocunque modo dictum istud Servatoris de Tyriis & Sidoniis intelligatur; *neminem tamen ad Christum venire* (hoc autem est credere, & resipiscere) *nisi ei datum fuerit à Deo*: At unde quæso cognosceret Deus dona sua futura, si non ex decreto suo conferendi dona sua? At inquit Penottus, Augustinus ipse cap. 14. refundit certitudinem divinæ præscientiæ de illorum pœnitentia non in divinum decretum, sed in propensionem & dispositionem voluntatis illorum; Certè ita est, hoc in loco capite 14. videlicet, dum agit de dicto illo Servatoris. Sed tamen disertè ait conversionem ad Christum esse donum Dei, atque hoc ipso indicat eorum resipiscentiam esse donum Dei, & licet refundat Christus certitudinem scientiæ suæ de pœnitentia Tyriorum in voluntatem illorum, si tamen in voluntatem illorum refundat illam certitudinem tanquam in causam subordinatam operationi divinæ; (quod necesse est, si modo agnoscat resipiscentiam esse donum Dei,) res nostra in vado erit; Secundo, respondeo falsum est, quod ais, *Augustinum statuere refundere certitudinem cognitionis suæ de pœnitentia Tyriorum in voluntatem eorum*; nam potius refundit *in divinum munus intelligentiæ ipsorum*. Fatetur tamen necessarium esse auxilium gratiæ prævenientis ad pœnitentiam peragendam. Vult ergo dictum illud Servatoris nihil officere, quin Tyriorum & Sidoniorum voluntas illa agendi pœnitentiam, & subjecta fuerit auxilio gratiæ prævenientis, & sic à Christo præscita; At cur non nobis perinde liceat dicere, dictum illud Servatoris nequaquam officere quin ipsorum pœnitentia, & subjecta fuerit auxilio gratiæ prævenientis sensu nostro, perinde ac tu dicis hoc sensu tuo, & sic à CHRISTO Domino præscita. Et de Augustini hac de re sententia, libentissimè tecum congrediemur. *At Augustinus* (inquis) *in isto verbo non reddit rationem cur illi fecissent pœnitentiam, si vidissent illa signa: sed reddit rationem cur non fecerit signa quibus visis ad pœnitentiam conversi fuissent.* At quid inquam obest, si in istis verbis non reddat rationem, si modo detur ratio, eaque longè potior ratio, quam aut voluntas Tyriorum, aut signorum visio, nempe decretum divinum de danda fide, & resipiscentia, idque secundum Augustinum; annon in decretum DEI refundetur certitudo scientiæ CHRISTI de pœnitentia eorundem futura potius quam in voluntatem Tyriorum, aut in visionem signorum? Sed & falsum est quod ais, idque ex omni parte: neque enim in his verbis. [Audiunt hæc & faciunt quibus datum est: non autem faciunt, sive audiant, sive non audiant, quibus datum non est] reddit rationem, cur non fecerit signa, quibus visis ad pœnitentiam conversi fuissent. Hujus rei ratio superius proposita est, idque his verbis à te mox subjectis, quia scilicet *non erant discreti gratia ex massa perditionis*. At his verbis quæ præ manibus habemus [*Audiunt hæc & faciunt, quibus datum est*] palam indicat rationem quare alii dum audiunt Evangelium, & credant in CHRISTUM & resipiscant, nempe quia *datum est illis*; & quare alii, licet audiant, non tamen credunt in CHRISTUM, & resipiscant, nempe *quia illis datum non sit*. Quæ omnia tam manifesta sunt apud Augustinum quam Solem meridie lucere cum lucidum est. Agnosco Augustinum rejicere rationem, (quare Tyrii credituri essent si signa vidissent) in divinum munus intelligentiæ; sed causam cognitionis hujus in CHRISTO nequaquam rejicit in munus illud; sed nec æquum fuit ut rejiceret; quanto enim satius rejiceret in hujus ipsius muneris authorem Deum. Sed & falsum est, causam hujus Augustinum non assignare ex auxilio efficaci. nam manifestè causam hujus assignat ex dono DEI, dum ait, *Audiunt hæc & faciunt quibus datum est*; nec aliter donat DEVS fidem quam ex auxilio efficaci. Hactenus responsionem meam ad locum istum, executus sum, juxta sensum Penotti, & eum sensum quem prioribus cogitationibus secutus est Augustinus; sed quia hoc ipso in loco indicat Augustinus, Hoc quod dixit Dominus de Tyriis & Sidoniis *aliquo alio modo fortassis posse intelligi*. Dabitur mihi, spero, venia, in alium illum modum aliquem inquirendi, quem si explicaturus fuerim, & aliquanto probabiliorem isto, quo refert Augustinus causam futuræ conversionis Tyriorum in *divinum munus intelligentiæ* quod *naturaliter* habebant, nemo hoc mihi vitio versurus est, præsertim si in hoc etiam Augustini vestigiis insistam. Neq; enim probabile mihi videtur tale munus intelligentiæ infusum fuisse Tyriis & Sidoniis illis, quo de Messia melius intelligerent aliquid, quam Judæi, qui habebant Mosem Tyriis & Prophetas, quibus in Christum dirigerentur, quo minimè fruebantur Tyrii, & Sidonii; & mirabile videtur DEVM consultum indicasse munus illiusmodi Tyriis gratificari, quo moverentur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audirent verba, vel viderent signa; quo nihil obstante, etiam congrua illa verba, & signa iis denegare constitueret; præsertim cùm DEVS & natura nihil faciant frustra; & satis notum est Augustinum sæpiuscule multa proferre *sine præjudicio diligentioris inquisitionis*, & lectores suos aliquando invitare ut legendis libris ejus proficiant, cum illo; dicit Penottus Augustinum libros istos de prædestinatione Sanctorum, & bono perseverantiæ, jam morti proximum exarasse; Si igitur etiam in his libris sententiæ *Servatoris* in dicto isto de Tyriis, & Sidoniis, sensum alium probabiliorem rimari poterimus, nihil dubito quin lector eruditus, & candidus, hoc habere gratissimum. Meminerimus igitur quomodo ad locum illum [Sapientiæ quarto *Raptus est ne malitia immutaret intellectum ejus*] responderit Augustinus, nempe *dictum esse illud secundum pericula hujus vitæ, non secundum præscientiam DEI, qui hoc præscivit quod futurum erat, non quod futurum non erat*; vide jam quo procedam, si secundum judicium Augustini dictum fuerit illud *secundum pericula hujus vitæ*; cur non dictum sit illud de

Tyriis

Tyrii, & Sidonii [illegible] *adducenda* [illegible] *ad* [illegible] *administrationem.*

Neque enim tantum Deus Prophetis & Apostolis suis [illegible] verbi sui apud nationem aliquam prædicandi, & ad alliciendos hominum animos potentiam suam per signa & miracula testatam fuisse; [illegible] apud nationem [illegible] [illegible], qui in gremium Ecclesiæ suæ colligendi sunt. Atque hoc [illegible] probabilius videtur, propterea quod jam [illegible] tempus Gentes ipsas convocandi in communionem fidei cum Judæis. Est hic sensus unus, quem lectori judicio libenter permitto. Sequitur sensus alter; Fieri enim potest ut non præcedant illa de [illegible] & spirituali pœnitentia quæ prædestinatorum propria est juxta Augustinum contra Julian. Pelag. libro quinto cap. 4. quam sed de resipiscentia quali usus est Achabus apud 1 Reg. capite 20. Aut etiam Ninivitæ ad Jonæ Prophetæ commonitionem. Jonæ cap. 3. & Servator poterat judicare Tyriorum & Sidoniorum ingenium ex conjectis miraculis quomodo proclivius ferri in ejusmodi pœnitentiam quam Judæos, nam cum usitata fuerint inter Judæos miracula, quibus oculum assueverint, neque etiam temporibus Servatoris nam & filii ipsorum ejecerunt dæmones; & quoddam dæmoniorum genus fuisse docet Servator, quod nisi jejunio, & precibus ejici non poterat) hinc fieri potuit ut visa eorum jam inveterato, ad ea obduruerint Judæi; quibus tamen tanquam insuetis apud eos, admodum proclives erant Tyrii & Sidonii ut commoverentur; & Deo in more positum est, ita res humanas ordinarie administrare, ut in omnibus agit congruenter naturæ ipsorum in quibus agit. Adeo ut semper decretum Dei & juxta decretum ejus rerum omnium administratio locum habeat in fundanda certitudine cognitionis rerum futurarum. Ad Penottum redeo.

Penot. *Quod ex eo maximè confirmatur, quia si certitudo præscientiæ Christi de futura illorum pœnitentia reducatur ad divinum illud decretum, evanescit tota illa obstinationis Judæorum comparatio, & exaggeratio, qua illos Salvator perstringit comparatione Tyriorum & Sidoniorum. Dicere namque poterant Judæi: Quid nobis Domine succenses, quod factis tot signis non credamus tibi, quibus visis Tyrii & Sidonii essent credituri? Si nos quoque ad pœnitentiam sicut illos prædeterminare decrevisses, nos etiam quemadmodum & illi pœnitentiam egissemus. At sine tua illa physica prædeterminatione hoc omnino agere in nostra non est potestate.*

Respons. Ad hæc respondeo, primum quoad hominem: non minus ex vestra sententia de gratiæ congruæ subministratione, quam ex nostra de voluntatis humanæ determinatione divina, evanescit tota illa obstinationis Judæorum comparatio, & exaggeratio qua illos Servator perstringit comparatione Sidoniorum & Tyriorum. Dicere namque poterant Judæi: Quid nobis Domine succenses, quod factis tot signis tibi non credamus, quibus visis Tyrii & Sidonii essent credituri: neque enim credituri essent nisi congruis fuissent datis, vel verba audirent, vel signa conspicerent. Quod si nos quoque ad pœnitentiam congruentibus mediis invitasses, nos etiam quemadmodum & illi pœnitentiam egissemus; neque enim sine congrua vocatione fieri potest ut credamus, & resipiscamus. Sed & ex doctrina sua de Deo ad placitum non modo miserente cujus vult, sed & quem vult obdurante, viderat Apostolus ejusmodi objectionem emergentem; *Quid adhuc succenset Deus, quis enim restitit voluntati ejus?* etiam hanc in tradita ubiquitatem divinæ rerum administrationi, quomodo compescat Apostolus nequaquam ignoramus; *Homo tu quis es,* quemadmodum & Augustinus nos monet, ut sic obgannientes Deo, eundem in modum coerceamus. Hoc autem qui eo modo audit, ut dicat; *Quid adhuc conqueritur, nam voluntati ejus quis restitit? tanquam propterea malus non esse culpandus, quia Deus cujus vult miseretur, & quem vult indurat: absit, ut pudeat nos hoc respondere, quod respondere videmus Apostolum, Homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Sed neque quemquam ad agendum determinat Deus nisi congruenter naturæ suæ, adeoque ad agendum liberè quicquid agit unumquemque determinat, adeò ut libertati suæ nullam prorsus injuriam fieri unusquisque experiatur. cujus magis admirabile & reconditum est divinæ providentiæ mysterium.

Neque satisfacit illorum responsio, qui dicunt Judæos pare impares fuisse, quia majora impedimenta opposuerunt divinæ gratiæ quam Tyrii & Sidonii: vel eorum qui dicunt, Tyrios & Sidonios, etsi non essent magis dispositi positive fuisse tamen magis dispositi negative, quia minora habebant impedimenta. Nam sicut dicit Augustinus de prædestinatis, & non prædestinatis, quid nec Tyriis profuit quod poterant credere, si prædestinati essent, quia audiunt & faciunt hoc quibus datum est: non autem faciunt, sive audiant, sive non audiant quibus datum non est: Ita si tota certitudo pœnitentiæ Tyriorum & Sidoniorum, in solum decretum prædeterminandi illos esset reducenda, neque Tyriis profuisset quod minora, nec Judæis obfuisset quod majora opposuerint impedimenta. & sic tota illa exaggeratio omnino vim amitteret. Penot.

Speciem facit Penottus quasi facilè concessuri certitudinem pœnitentiæ Tyriorum & Sidoniorum reducendam esse in decretum prædeterminandi; tantum contendit non esse referendam in decretum solum; vult ergò referendam etiam in aliud aliquid cum decreto conjunctum, & quidnam illud erit? procul dubio in voluntatem Tyriorum, nam jam ante professus est Augustinum (quem videri vult per omnia sequi) *referendam certitudinem divinæ præscientiæ de illorum pœnitentia, non in divinum decretum, sed in propensionem, & dispositionem voluntatis eorum.* At hoc ejusmodi est, ut quivis hodie vel vulgariter eruditus horreat dicere; nempè voluntatem aut propensionem creaturæ causam esse certitudinis scientiæ divinæ; præsertim cum nihil hodie sciat Deus, quod non ab æterno sibi notum habuerit. Rursus, si omninò referenda sit certitudo illa in decretum prædeterminandi, necesse est ut referatur in solum decretum prædeterminandi, neque Respons.

enim voluntas aut propensio creaturæ coordinari potest cum decreto prædeterminandi. decretū concurrendi potest coordinari cum voluntate creaturæ, non autem decretū prędeterminandi: etenim decretū prædeterminandi subjicit sibi, & subordinat voluntatem creaturæ, quam coordinari sibi nequaquam patitur. Qui fingunt Judæos majora impedimenta opposuisse divinæ gratiæ quam Tyrios, suo commento plaudant ipsi sibi; non equidē invideo, miror magis posse eruditos aliquos tam ineptis speculationibus applaudere; quod & ab Augustino condēnatum agnoscit verbis à Penoto repræsentatis. Sed miror Penotum tam obtusi ingenii esse, ut illa Augustinianæ quam causæ ipsius inimica sint non adverteret, tam perfidiæ tantis ut dissimulet. Nam si faciunt, hoc est, si credunt & resipiscunt; quomodocunq; erga eos se gerat Deus, quod attinet ad dispensationem mediorum, modo datum sit iis, ut credant; & rursus si non credant & resipiscant, quibus datum non est, quamvis & verba audiant, & signa conspiciant: vel hinc manifestum est, non tam ex propensione, & dispositione voluntatis esse, quod quis credat; quam ex dono Dei, & consequenter ex prædestinatione Dei esse, quod credant præscientes.

Penot. *Præter quod contra sententiam eorum, qui physicam admittunt prædeterminationem, nulla sunt ea, quod physica prædeterminatio ad singulas actiones valeat inanimat vel numero impedimenta opponere divinæ gratiæ, atq; eadē impedimenta auferre, nulla videtur esse illa responsio quæ ex majoribus vel minoribus impedimentis gratiæ ablatis desumitur, sive ista major, vel minor impedimentorum oppositio non in humanam voluntatem, sed in divinum decretum sit finaliter rejicienda.*

Resp. Decretum Dei esse causam essendi omnium futurorum contingentium profitetur Penotus c. 1. num. 4. ergo & omnium actuum liberorum à voluntate humana profiscentium; ergo cum voluntate humana concurrit voluntas divina, ad omnem actum liberum voluntatis humanæ producendū; illa extra controversiam sunt inter nos. Tantum quæritur de modo concursus, utrum scil. voluntas divina determinat humanam, ad agendum, an potius humanæ voluntati subordinatur concurrendo viz. modo voluntas humana velit, ac denique simul concurrant tanquam causæ coordinatę, ut subordinetur humanæ voluntati, concurratq; ad certum actū producendum modo voluntas humana velit, contradictionē implicat, quæ quidē contradictio manifesta est modo instantiam ponamus in actu volendi qui producendus sit. nam dicere Deum producere actum volendi in homine modo voluntas hominis velit: est supponere eundem & eundē actum volendi esse priorem & posteriorem seipso. Dicere causas istas esse coordinatas, est introducere casum & fortunam quasi casualiter aut fortuito concurrerent, cum neutra subordinetur alteri. Ad quod incommodum vitandum ē recipiunt ad scientiam mediam, juxtaq; Deum prævidere creaturam producturam hunc actum modo Deus concursurus sit. Hic autem sese induunt in novas absurditates, supponentes rem futuram esse, quæ revera futura non est, sed duntaxat possibilis. Nam voluntatem humanam certum actum producturam esse, modo Deus concursurus sit, est natura sua tantum possibile, nec ex conditione rei mere possibilis migrare potest in conditionem rei futuræ, sine causa. Nam si potuisset pari ratione omnia possibilia evaderent futura. Hujus autem migrationis causam nullam vel fingendo ponunt; nam revera nihil potest esse transferens illius causa præter voluntatem Dei, quandoquidem illa quæ prævidere dicitur Deus, ab æterno prævisa sunt ut futura, & proinde ab æterno futura erant. At ab æterno nihil erat extra Deum, quod faceret rem mere possibilem evadere futuram. His rationibus moti, nos non modo æquissimum esse judicamus, ut omnis causa secunda in agendo subordinetur causæ primæ, sed ut aliter se res habeat impossibile esse dicimus; nec tamen hoc fieri dicimus ullo damno aut detrimento libertatis creatæ: quia scil. Deum dicimus determinare causam rationalem ad agendum congruenter naturæ suæ, hoc est deliberatè & liberè: & quis sobrius dubitaret quin omnipotentiam divinam nequaquam superaret, præstare ut actus aliquis naturæ rationalis ab ipsa fiat liberè, quemadmodum ducentis fere abhinc annis dilcisit illud ad sanitatem & radicem contingentiæ in divinæ voluntatis efficaciam rejecit, ante Bradwardinum ipse Thomas Aquinas. Quod si liberè fiat à voluntate quicquid fit, quis non videat ex prædeterminatione nihil omnino enervari aut increpationem hominum propter opera mala, aut commendationem propter opera bona.

Penot. *Quintum testimonium Augustini sumitur ex lib. 1. ad Simpl. q. 2. ubi distinguit duplex genus divinæ vocationis, quarum alteram vocat congruam; & est illa qua Deus ita vocat hominem sicut scit, quod vocatus audiet & consentiet. Alteram non congruam, & est illa qua vocat hominem in modis, quibus scit quod vocatus non consentiet. Hæc distinctio manifestè supponit quod ante decretum vocandi hominem, Deus sciat, quod tali vel tali modo vocatus consentiet: alio autem vocatus nunquā consentiet: quod est ponere in Deo scientiam futurorum conditionatorum ante liberum decretum.*

Resp. De gratia Dei per congruitatem efficaci, jam peculiari digressione mihi dissertandum proposui, atq; hujus sententiæ ἀνεξέταστον & putidam constitutionem variis rationibus ostendi. Etiam in Augustini sententia, quæst. ista secunda libri primi ad Simplicianum proposita, diligentius inquirenda & rectè constituenda versatus sum. Ibidem etiam variis indiciis & documentis ex Augustino depromptis demonstravi, vocationis congruitatem ex mente Augustini eo loci, nequaquam consistere in hoc, quod ea quæ proponuntur, congruant affectibus hominis, sed in eo potius ut affectus hominum congruant iis quæ proponuntur, atq; hanc congruentiam præstari à Deo, per mentis illuminationem, & voluntatis atq; affectuum renovationem, verbo dico per inspirationem Dei. At Penoti sententiam in adversū, ponentis in Deo præscientiam futurorum ante decretum Dei, jam dicam quanta laboret absurditate. Nam hominem consensurum esse ante decretum Dei, si tali modo vocetur, falsum est. Consensus enim iste posita tali vocatione, est tantum possibilis natura sua, nec potest fieri futura sine causa, At ante decretum Dei ne fingi potest causa aliqua, unde ex conditione rei possibilis migret in conditionem rei futuræ. Præsertim cum futura esse ponatur ab æterno; quemadmodum ab æterno

præsci-

[illegible] Deo [illegible]. Nam ab [illegible] Deum, quod homo [illegible] possit.

[illegible] ad [illegible], Divina vocat hominem, [illegible] quantum vocat fiat [illegible] [illegible] [illegible] ipsum [illegible] quod illum esse [illegible] Quod alii [illegible] Augustinus [illegible] vim & energiam [illegible] ad [illegible] quia mortuus [illegible] [illegible] probare ex Augustino [illegible] & de bono persever. capite 14. [illegible] Augustinus ait, quod per destinationem [illegible] præscivit [illegible] [illegible] facturus.

[illegible] admodum [illegible] Calvino, [illegible] fundamento [illegible] [illegible] ipsa [illegible] [illegible] in illa Deus [illegible] & quia [illegible] spiritualis [illegible] [illegible] (ducebat Calvinus) [illegible] Christus [illegible] Quod fundamentum [illegible] Bartholomæus Camerarius lib. 2. de lib. arbit. cap. 3. quia [illegible] in corpore [illegible] [illegible] (de adultis loquimur) [illegible] [illegible] a Deo [illegible] ad [illegible] consensum & detestandum peccatum &c.

Dicam Penottus talem comparationem instituere inter vocationem Lazari ut à mortuis resurgeret, & vocationem hominis ut resipisceret, nempe quo magis à [illegible] remota sunt, eo [illegible] à [illegible] Deum. Lazarus Christum vocantem audire non potuit, homo licet mortuus in peccato, audire tamen ministrum Evangelii hortantem ut credat & resipiscat. Verùm dicimus externam istam vocationem non magis congruere homini nondum renato, ad ipsum vivificandum vita spirituali, quam congruit hæc vox Christi Lazaro demortuo, ad vivificandum ipsum vita naturali. Resurgit quidem homo in corpore per potentiam supernaturalem; resurgit etiam homo in anima per potentiam nihilominus supernaturalem. Corpus ab anima separatum animæ conjungere quis potest præter Deum? Animam à Deo separatam, quis conjungere Deo potest præter Deum? Annon hominis regeneratio comparatur transformationi [illegible] maximè novitatem in hominem Eliæ [illegible] mundi. 2. Cor. 4. 5. resuscitationi Christi ex mortuis Eph. 1. Col. 2. Hebr. 13. Lazarus resuscitatus est sine [illegible] enim cognoscitur [illegible] est ad vivendum vitam [illegible]. Resuscitatio hominis [illegible] etiam sine consensu tam naturali [illegible] homo naturaliter consentire in amorem Dei super omnia) quàm spirituali [illegible] ejus ad vitam spiritualem [illegible] à Deo ad præstandum consensum fidei & [illegible] ad detestandum peccatum. Sed cur [illegible] generalitate [illegible] Annon [illegible] multas æquivocationes? An potius quia nosti, ideo generalitate ista latere cupis, quoniam impostorem agis? Movet

Deus id est ad resipiscentiam exterius hortando, sed & movet etiam interius illuminando, atque ita dando discretionem veri, etiam interius afficiendo atque ita inspirando affectum boni; & sic inspirat homini spiraculum vitæ spiritualis, quemadmodum Adamo inspiravit spiraculum vitæ naturalis.

Dicis Augustinum in tota illa secunda quæst. congruentiam divinæ vocationis fundare non in energia & efficacia divinæ gratiæ, sed in proportione & convenientia, quam habet cum humanis propensionibus, affectionibus & inclinationibus. Sed quid? an cum humanis propensionibus & affectionibus irregenitis nihil minus Sed neque hoc affirmare audes [illegible] sola generalitate latere & ludere tibi consultum. Sin cum affectionibus renatis, quam [illegible] distinguuntur illis tanquam adversariæ, quæ sunt inter se ad amussim congruentia? Nam ex renovatione affectuum per gratiam efficacem, jam hortationes Evangelicæ ad fidem & resipiscentiam qualescunque fiunt congruentes; affectibus irregenitis nulla congruunt, neque fieri potest ut congruant. Quid enim? An sobriæ mentis indicia ederet, qui ingenium suum ut quæreret in congruis suasionibus excogitandis, quibus cæco persuaderet ut videret, surdo ut audiret, claudo ut rectum incederet, mortuo ut resurgeret? Certè ob hanc proportionem & convenientiam, uni congrua erit non autem alteri, nempe renovatæ menti renovatisque affectibus congruæ fiunt hortationes evangelicæ, congruæ nequaquam erunt affectibus veterem hominem atque ipsam carnem sapientibus. Sed ecce ingenium lepidum Canonici istius, dum judiciosus videri desipit. Nempe vocationem Petri & Andreæ in hoc congruam esse vult, quòd cum Piscatores essent, vocaret eos Christus in obsequentiam sui, hoc incitamento, quod scilicet faceret eos Piscatores hominum. Hinc sequitur Piscatores ad unum omnes si juxta istam congruitatem vocationis allicerentur ad Christum, mox vocationi suæ morem gesturos esse propter congruitatem scilicet. Major, fateor, congruentia fuit in vocatione Judæ, dum munus illi commendatum est, quod avaritiæ ipsius aliquatenus satisfaceret. Nec tamen dubito, quin ista vocationis congruentia fruantur Pontificii ferè omnes & Jesuitæ, & cum primis ista vocationis ad Christum congruitate sine dubio fruitur Penottus, ut Canonicus regularis Papiensis, ut Procurator eorum generalis, ut Abbas sanctæ Mariæ de Pace, sed non obstante vocatione ista tam ad proditionem Christi, nec cum illa vacari poterunt quàm ad Christi professionem; & clanculum fortunis suis & sibi & aliis gratulari poterunt vociferando, *Hem quantum nobis profuit fabula de Christo!* Nam Christi gratiam à Penotto pro fabula haberi mihi tam compertum est, quam Pontificem Romanum esse Antichristum quem Christus indies conficit Spiritu oris sui & illustri adventu suo abolebit. Concludit Penottus, non ergo voluisse Augustinum solùm significare Deum non ignorare quam vim & efficaciam habeat ejus gratia & vocatio ut vocatus convertatur & obsequens fiat. Si enim hoc solum sentit, totum negotium nostræ justificationis in solam Dei gratiam cum Calvino reducere videretur: sed vult significare Deum optimè scire, quasi pro-

portionem & convenientiam habeant singulæ vocationes cum cujusque hominis ingenio & affectionibus, locum nobilem differunt? Concludit ex Augustino, sed nullum omnino documentum dedit ex Augustino, unde hoc concluderet; nimirum sola Augustini phrasiologia nititur, uti videtur, vocationem congruam indigitantis eam, qua quis convertitur; quasi verò non perinde fieret congrua per affectuum conformationem ut congruerent vocationi, ac per vocationis modificationem ut congrueret affectibus; imò quasi fieri ullo modo potuisset, ut hortatio ad fidem & resipiscentiam ullo modo congrueret affectibus nondum renovatis; renovatis verò affectibus nulla non evadet congrua vocatio ad Dominum servatorem nostrum vera fide & resipiscentia colendam. Argumento sit multorum ad unicam concionem conversio; quos tamen quam variis essent ingeniis & affectibus & inclinationibus quis dubitat, modò consideret quid Poeta observans,

Tres mihi convivæ propè dissentire videntur,
Poscentes vario multùm diversa palato.

Sed renoventur isti, mentes eorum obtenebratæ prius illuminentur; mox omnes congruent uni & eidem vocationi, una & eadem vocatio congruet omnibus. Atque hujusmodi congruæ vocationis indicia & documenta manifesta apud Augustinum, libro illo primo ad Simplicianum quæstion. 2. dedi Digressione peculiari.

Ad extremum, responsionem expedit ad ea quæ afferebantur ex libro de prædest. Sanct. & de bono perseverantiæ; in adversam sententiæ suæ. *Facilem* (inquit) *habent intelligentiam vel ex ipso Augustino, de prædestinatione Sanct. capite 10. vel ex Thoma de verit. quæstione 12 articulo 10. in corp. & ex Damasceno ibi citato ad primum & tertium Argumentum, quibus in locis habetur, quòd si prædestinatio strictè & propriè accipiatur, ad ea solùm se extendit, quæ sola virtute divina fiunt, & de his loquitur Augustinus in locis allegatis, quando inquit, quòd prædestinatione Deus illa præscivit, quæ fuerat ipse facturus ut sunt gratia, vocatio &c. de quo re nullus potest dubitare, sed quid hoc ad rem nostram?* At, inquam, quid nisi intelligis per gratiam & vocationem suspectum est, *venire ad Christum ipsi donum Dei idque ex prædestinatione* docet Augustinus, ergo fides & resipiscentia sunt dona Dei; & hæc præscit Deus, quia ipse facturus est ea sive donaturus, & fidem & resipiscentiam. Et hoc vel maximè conducit ad rem præsentem; & ad præscientiam fidei & resipiscentiæ divinæ fundandam in solo decreto Dei, non autem in voluntate aut propensione hominis, aut vocationis congruitate ad propensionem hominis naturalem.

Sed misere neglectam in Penotto dabo operam, ut Augustini sententiam, in hoc ipso ad Simplicianum libro & quæst. secunda propositam, elucidem; sed paucioribus contraham quæ alibi prolixius in hanc rem executus disserui. Quare licet interdum Augustinus ita animum suum explicet, ut in certa conformatione vocationis ad ingeniū hominis, conversionis humanæ momentum collocare videatur; cujus tamen rei documenta nulla suppeditat Penottus, præter ipsam phrasiologiā Augustini; vocationem efficacem, congruæ indigitantis: est tamen animadversio ubi quodam disertè collocet in contemperatione hujusmodi ingenii ad suam vocationem. Hujus rei indicium ex libro verbis istis. *Illi enim electi qui congruenter vocati, illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi quia non secuti, quamvis vocati.* Quomodo autem contemperandi essent vocationi suæ, nisi ex inspiratione sua? quemadmodum etiam his verbis indicat; *Sed cur hæc vocatio non est, quæ dicta ab Esaia, ut non sic vocaretur, ut vocatus inspiraretur fidem?* videns ex his quid sit sic vocari, id est congruè, nempe fidem ei inspirari. Illam sola, nisi visum quod occurrerit, delectet, nihil profuturum significat Augustinus dum sic ait: *Quis autem animo amplectitur aliquid, quod eum non delectat.* At ut delectet, neque in hominis potestate, sed ex divina inspiratione esse statim pronunciat, dicens; *Quis habet in potestate, ut vel occurrat quod eum delectare possit, vel delectet cùm occurrerit,* quod & uberius edisserit in sequentibus; quippe cùm in hoc apice maximum, ad præsentem quam tractabat quæstionem decidendam, momentum positum esse prævideret. Itaque hunc in modum progreditur. *Cùm ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc & præbetur gratia Dei, non nutu nostro aut industria, aut operum meritis comparatur: quia ut sit nutus voluntatis, ut sit industria studii, ut sint opera charitate ferventia, ille tribuit, ille largitur.* Hanc consimilem habet sententiam. *De peccat. merit. & remiss. lib. 2. capite 17. Nolunt homines facere quod justum est, sive quia latet quod justum est, sive quia non delectat. Tantò enim quidque vehementius volumus, quantò certius quàm bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius &c. ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est quæ hominum adjuvat voluntates.* Quare qualecunque visum sese offerat, nisi delectet, nihil proficiet. Quod verò delectat, ex Dei inspiratione proficiscitur, juxta Augustinum.

Sextum & ultimum testimonium addens potest non solum Penotus ex Augustino, sed ex aliis Patribus, qui Paganis interrogantibus, cur Deus homines & Angelos creare voluerit, quos casuros in peccatum cognovit, cur Saulem in Regem elegerit, quem improbum futurum prævidit, cur Infantes non statim rapiat post baptismum, quos prævidet, si diutius vivant, futuros peccatores, & alia id genus multa quæ proponunt Christiani respondent & nullus respondendo negat, Deum hæc, & alia similia ab æterno prævidisse. Imò verò apertè id affirmant, ut videri potest apud Augustinum, Epist. 105. & libro de corrept. & gratia, capite 8. Tertull. libro 2. cont. Marc. Chrysost. homilia de Adamo & Eva. Damascen. lib. 2. de fide, cap. 12. & lib. contra Manichæos pag. 541. Gregorium Nyssenum orat. 7. Cyrill. lib. 9. in Joh. cap. 10. & lib. 3. contra Julian. post medium. *Neque dici potest ex illorum sententia Deum hoc cognoscere in aliquo decreto antecedente, tum quia primò decretum circa creaturas fuit de illis creandis, unde non potuit decernere, permittere eas cadere in peccatum, antequam decerneret eas creare, & sic non potuit prævidere in tali decreto, quòd illa essent peccaturæ antequam decerneret illas creare, tum quia Deus non decrevit ut illa mala facerent: tum denique, quia non potuit in decreto permittendi peccatum prævidere peccatum Adæ & Angelorum fuisse supra dictum est; nam cum iisdem planè auxiliis cum quibus boni Angeli steterunt, mali lapsi sunt: & cum iisdem auxiliis cum quibus Adam cecidit, stare potuisset si* voluis-

[illegible] Augustino [illegible] est cap. 17.

[illegible] tamen omnia sunt [illegible] quae vera aut ventura sunt, non [illegible] quae nunquam [illegible], qualia sunt conditionata [illegible] quidem *futura non esse [illegible]* genere, appellat [illegible]. Ille est Prosper, & Damascenus [illegible] praescientiam, non tam praescientiam quam [illegible] esse pronunciavit; etiam Augustinus [illegible] *Deum [illegible], quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Sed concedimus haec omnia; tamen non nisi in decreto suo ejusmodi futura praevidet Deus, salva res erit. At hoc negat Penotus [illegible] in decreto antecedente factum esse negat. Admodum ridicule, quasi vero possibile esset ut videret futura aliqua in decreto subsequente [illegible], cum immo decretum subsequens praescientiam Dei, praesupponat praescientiam ejus, cujus fundamentum esse nullo modo potest. Sed volens distinctione qualicunque interposita distrahere lectoris animum, ut sic attentionem ejus frangeret, atque hac quantacunque absurditate sua [illegible] cuperet. At, inquam, si praescit Deus futurum aliquid ante decretum [illegible] ejus; quo modo fieri potest ut [illegible] praescitum, cum natura sua sit tantum possibile, & indifferenter se habeat sive ut futurum sit, sive ut non futurum? Nulla res possibilis seipsam determinare potest ad partem contradictionis alteram, ad quam tamen futura determinatam esse, idque ab aeterno ante decretum Dei, ais, inquam, nihil est quod hujus determinationis autor sit praeter decretum Dei. Nam ab aeterno nihil fuit extra Deum, quod determinationem illam causaret. In Deo nihil est quod fingi possit causa determinationis illius, a voluntate ejus sejunctum; Neque enim aut essentia Dei aut scientia quicquam causat hujusmodi aut causare potest, sejuncta a voluntate Dei. Ergo necesse est, ut procedat decretum Dei rem natura sua mere possibilem transire faciens in conditionem rei futurae: aut impossibile erit, ut praevideatur a Deo tanquam futura. Neque hoc tantum obtinet de futuris absolutis, sed & de futuris conditionatis. Exempli gratia peccatum hominis ex suppositione si viveret, non est futurum natura sua, sed tantum possibile & indifferenter se habens ad futuritionem, & non futuritionem. Itaque conditione res possibilis in conditionem futurae transire non potest sine causa aliqua extrinseca. At hujus rei causa nulla dari potest extra Deum. [illegible] ab aeterno; At ab aeterno nihil fuit extra Deum, quod transitum illum causaret. Ergo [illegible] in Deum solum tanquam [illegible], quatenus valentem ut aliquando futurum [illegible] Dei, nec alicunda quicquam operetur ad extra, seclusa voluntate Dei. Rursus quid tibi videtur de veteribus istis? An negat eos futura esse a Deo praevideri in decreto suo tanquam in causa sive partiali, sive totali? Si fassi sunt ista a Deo praevideri in decreto suo tanquam in causa partiali, non autem tanquam in causa totali ostendendum tibi fuit [illegible] hunc in modo veteres distinguerent. Sed maxime probabile est ullum e veteribus a te proferri posse qui sic usquam dixit unquam. At tua sententia est, eadem esse principia cognoscendi, quae & essendi; rursus decretum divinum esse principium essendi omnium futurorum contingentium; ergo & agnoscendum est causam esse cognoscendi omnium futurorum contingentium. Quod si tibi liceat praeter veteres omnes introducere decretum Dei tanquam causam partialem cognoscendi omnia futura contingentia, sive absolute futura sive conditionate, quid ni nobis liceat introducere decretum Dei tanquam causam totalem cognoscendi omnia futura contingentia quamvis praeter Veterum sententiam? Interea nos jam demonstravimus idque demonstratione irrefragabili & luce perspicua, & cui ne tota quidem natio Jesuitarum, & scientiae mediae assertorum obviam ire poterit, ut eam vel tolerabiliter enervent. Solum Dei decretum in causa esse cur res natura sua tantum possibilis evadat futura idque ab aeterno. Nec aliter dicimus decretum Dei causam esse praescientiae futurorum contingentium divinae, quam quatenus facit res cognoscibiles in genere futurorum. Certe in decreto creandi non videt Deus creaturas sub specie [illegible]. Sed obiter adverto * Canonicum illum in ordine decretorum disponendum formando admodum vulgaria sapere: vult enim decretum creandi prius esse decreto permittendi peccatum: Ergo inquam creatio prius erat in intentione Dei quam peccati permissio, & consequenter posterius esset in executione, hoc est prius permitteret hominem Deus ruere in peccatum, & deinde crearet hominem ipsum. *Penot.

Addit, Deum non decrevisse ut homo peccaret? Illa admodum plausibiliter effertur. At advertas lector, etiam secundum Penotum decretum Dei statui causam essendi omnium futurorum contingentium; quod etiam probat ex Augustino Enchirid. 95. Objicitur ingendem ad illam Augustini sententiam celeberrimam. *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Ergo quicquid fit tam juxta Penotum, quam juxta Augustinum, Deo volente fit; ergo etiam mala fiunt Deo volente. Quid enim? an non mala omnia ea sunt quae Deus fieri sinit? Quae tamen omnia Deo volente fieri significat Augustinus, & cum Augustino Nos [illegible]. Et quantum quaeso absunt ista, *mala fiunt Deo volente. & mala fieri Deo decernente.* Neque enim dici potest mala fieri Deo volente, hoc est, Deo approbante. Et quid incommodi, si dicatur Deum velle aut decernere ut peccata fiant ipso permittente; cum Bellarminus ipse, etiam dum in hoc apice nostros Theologos invadit, profiteatur, *mala fieri Deo permittente bonum esse.* Et non licebit Deo velle seu decernere fieri quod bonum? Imo cum Spiritus sanctus Apostolorum suorum ore palam profiteatur, Herodem & Pontium Pilatum una cum Gentibus & populo Israelis congregatos fuisse ut facerent ea quae Dei manus & consilium determinaverat ut fierent. Act. 4. 28.

Etiam Deum indidisse cordibus Regum ut facerent voluntatem suam, ut traderent regnum suum Bestiae, hoc est, ut Antichristianam tyrannidem sua potentia atque autoritate sustentarent. Revel. 17. 17. Quid multa? Jam in hoc apice ad partes vocari non modo Valentianum Jesuitam Theologum, [illegible] quam differentem sed & Durandum, etiam magnum vestrum Aquinatem, & quam sophistice segregat [illegible]

magnum Augustinum in hoc apice clancularie confiteare cupiunt, [illegible]. Sed non potuit (inquis Penotte) *in decreto permittendi peccati providere peccatum Adeò Augustinus*, & quid ita quæso? nempe quia cum iisdem plane armis, cum quibus hunc Augusti[illegible] erant, ma[illegible] sunt. At, inquam, nihil illis contradicentium Augustino, qui in adversum sententiam suam in hoc apice [illegible] luculentissimam, quam & perpetuam esse Augustini sententiam agnoscit Leonardus Coquæus Augustinianus, uti supra ad cap. 22. ad quod lectorem meum remitto, videre est; ubi dedi operam ut tuam, sicut in aliis rebus scholasticis, ita etiam in Augustini lectione superficiariam eruditionem in apricum proferrem.

Confirmatur, hanc esse mentem Sanctorum Patrum: Nam illi formalibus verbis testantur, Deum prævidisse ista contingentia futura solum sub conditione. Glossa in Epistolam Judæ circa illa verba: Cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur &c. *ita ait:* Prævidebat Dominus Mosem à Judæis post mortem adorandum, & si corpus haberent, proinde habendum. Et ideò Diabolus [illegible] legis desiderans verò in idololatriâ altercatum fuisse dicitur cum illo Angelo. *Illud autem fuit futurum conditionatum, & non absolutum. Gregorius Nyssenus oratione de iis qui præmaturè abripiuntur, aut forsan sic dicit.* Verisimile est Deum, qui id quod futurum est æquè ut progressum cognoverit, progressum vitæ infantis ad perfectionem prohibere, ne quod vi præsciæ malum animadversum est, in eo, qui ita victurus fuisset, perficiatur. *Cyrillus lib. 3. contra Julianum probans quædam dictum Porphyrii, dixit, quòd* Deus sciens futurum, supplementum prævenit, hos quidem educit ad deformes prius è vita eripiens; illos verò [illegible]. *Quæ testimonia, ut alia [illegible], possum à sententibus in hac causa allegata, non valent ut probent nostram [illegible] ad decretum prædeterminationis [illegible] ad hujusmodi futura: Nam si Deus, ne Judæi in idololatriam laberentur, potius voluit Mosis corpus occultum manere, & Michael ob hanc causam cum Diabolo valuit ne Mosis corpus manifestaret, [illegible] si Deus morte immatura abscissis [illegible] ex hac vita, ne caderent in peccata, in quæ præviderat casuros si diutius vixissent; Cui unquam suadere poterit, Deum decrevisse Judæos, & illos adolescentes ad illos actus idololatriæ, & peccatorum eorum, ut præcise actus naturales sunt, physicè etiam sub conditione prædeterminare? Nam inconveniens est ut decreverit hominum voluntates ad illos actus prædeterminare, quod ut ne fierent tales actus, potius voluit homines morte immatura prævenire.*

Sententiæ istius in extremis eloquentia causa est, ut penitus superet meam intelligentiam. Nisi sublimiorem colat Rhetoricam quam hactenus mihi satis familiaris fuit, puto legendum potius *ut tamen absit, quam ut tamen est.* Ad argumentum ea sententia propositum respondeo: Decretum illud prædeterminandi hominum voluntates est de re futura non absolutè sed duntaxat conditionatè; quare licet ne fierent tales actus, voluerit Deus homines immatura morte præripere, tamen hoc nihil obest quo minus ad eos actus futuri essent, modò diutius in vita permansissent, idque ex decreto Dei. Nam & ea quidem ratione futura ista conditionata futura esse sunt decreto Dei concurrendi ad productionem eorundem; Adeò ut secundum tuam Rhetoricam perinde procedere possim, ad convellendum decretum concurrendi, atque tu procedis ad convellendum decretum prædeterminandi. Sic enim possem instituere: *Inconveniens est* (seu potius absit) *ut decreverit Deus hominum voluntatibus ad tales actus concurrere, quod ut ne fierent tales actus, potius voluit homines immatura morte prævenire.* Sic enim decorum hujus loci Penotti Fludensis Scholasticos omnibus ipsius postigere, ut quam accuratam discernendi [illegible] ulcant, possit subodorari. Sed non modo Rhetoricæ sed & Theologicæ tuæ istius causa est, *Cui unquam* (inquit) *suadere poterit, Deum decrevisse Judæos &c.* At pace vociferationis tuæ, Annon putas hic Calvinistis suaderi posse? cur igitur spiritu tam in vanum prodituro, & juvene magnis conscientiis non pepercisti? Imò annon Dominicanis vestris hoc suaderi posse probè noveras, adeoque persuasum esse? Sed credo scholasticis tuis secum esse voluisti, ne tollerentur è rerum natura, At si tollerentur, præsertim à methodo scholastica, poterimus sine illis vivere. Sed fieri post exortum hoc propugnaculum vanum humanæ libertatis, vel invita Dei gratia, futurum est, ut nemo suaderi possit impostorum, ut cum istis documentis convicti priori suæ sententiæ non renuncient, aut non hæreant. Nimirum expectandum est brevi, ut Penotti operâ tam feliciter succederet, omnes fiant Jesuitæ. Sed ad horum autoritatem quod attinet; in primis jam luculenta demonstratione confectum dedi, etiam ista quæ vocatis futura conditionata natura sua tantum esse possibilia & indifferenter se habentia tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem; nec in conditionatorum futurarum adolescere posse sine causa extrinseca; nullam autem hujusmodi causam vel fingi posse præter solum Dei decretum. Nam cum futura esse dicenda ab æterno, etiam ab æterno fuisse, quod futuritionis eorum causa esset, necesse est. At extra Deum, nihil omninò fuit ab æterno. Igitur in Deo quærenda est hujus futuritionis causa. In Deo autem nihil est præter voluntatem ejus quæ faciat omninò possibilem, tradere in conditionem vel futuræ. Rursus veteres isti nequaquam distinguunt inter decretum prædeterminandi & decretum concurrendi; ita ut rejecto decreto prædeterminandi, requirant tamen decretum concurrendi ad horum rerum futuritionem. Quod si tibi liceat præter Veterum mentem introducere decretum concurrendi, cur non & nobis liceat præter eorundem sententiam introducere decretum prædeterminandi? Præsertim cùm in procinctu simus demonstrare: *Esse* manifesta contradictione dici non posse Deum concurrere nobiscum ad producendum actum volendi in nobis, modò nos velimus. Et eò provehitur vestra sententia, ut ad fidem quidem & resipiscentiam nobis ingenerandam Deum aliter concurrere, quàm modò nos velimus. Ad Nyssenum & Cyrillum quod attinet; certum est in eadem specie Augustinum respondisse, *raptos esse homines è communi innocentia articulo [illegible], dictum esse secundum præsentia hujus vitæ, non autem secundum præscientiam Dei,*

quod [illegible] quod futurum erit, non quod futurum [illegible]. Ad quem locum [illegible] respondi [illegible] jam [illegible] est. Ad glossam quod attinet; quam in secreti glossa [illegible] autoritatem, capite superiori jam vidimus, [illegible] quidem illam ad eam responsionem. Non [illegible] glossam à [illegible] aut etiam veteres Patres à te laudatos [illegible] responsionem minime necessi [illegible] ut illi excluderent decretum Dei, [illegible] causam futurorum illorum conditionatorum si modo omninò eventura essent, quomodocunque ea causaret, sive concurrendo cum causis secundis ad illorum productionem, sive easdem secundas prædeterminando. Nam cum Deus agat in omnibus congruenter naturis ipsorum; si vult populum suum ab Idololatria immunem præstare, ad providentiam ejus spectat, ut causas Idololatriæ provocatrices longe removeat. Nam positis causis externis ad Idololatriam provocantibus, & natura humana in superstitionem prona, per gratiam minime correcta (nec in omnibus corrigere vult Deus) aut incongruenter naturæ ipsorum agat, aut si congruenter, in partes Idololatricum eorum ingenium commoveri necesse est, quomodocunque agat, sive cooperando tantum sive etiam prædeterminando; quemadmodum serpentes, aspides & basiliscos, & omne genus noxiorum animantium agit, ut secundum naturam suam operentur. Atque eadem responsio etiam iis, quæ à Nysseno & Cyrillo dicta sunt, accommodari potest; Non quod putem eos decretum illud prædeterminandi, aut etiam concurrendi compertum habuisse; sed quod quæ illius generis sunt, non magis officiant decreto prædeterminandi, quam decreto concurrendi.

IN

GABRIELIS PENOTTI

Propugnatoris humanæ Libertatis

LIBRI TERTII CAP. XXIX.

In quo eandem propositionem secundam, autoritate Scholasticorum & ratione Theologica suadere molitur.

Penot. *Testimonium Sancti Thomæ maximum est, & maximam esse debet ad eandem propositionem secundam suadendam: cujus ut auctoritatem locaque alii Doctores citant, duplex est locus in hac re mihi quidem satis evidens, & rem concludens. Primus est in quæst. 6. de verit. art. 3. ubi cum docuisset prædestinationem esse certam, non solum certitudine præscientiæ, sed etiam ordinis, & causalitatis, declarans quomodo ista certitudo ordinis & causalitatis non lædat arbitrii libertatem, sic ait:* Invenimus enim ordinem compossibilem esse respectu alicujus dupliciter, uno modo in quantum una causa singularis producit effectum suum ex ordine divinæ providentiæ. Alio modo, quatenus ex concursu causarum multarum contingentium, & deficere possibilium, pervenitur ad unum effectum, quarum unamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco ejus quæ deficit, vel ne altera deficiat, sicut videmus quod omnia singularia unius speciei sunt corruptibilia, & tamen per successionem unius ad alterum, potest in eis secundum numerum salvari perpetuitas speciei, divina providentia taliter gubernante, quod non omnia deficiant uno deficiente. Et hoc modo est in prædestinatione: Liberum enim arbitrium deficere potest à salute, tamen in eo quem Deus prædestinat, tot alia adminicula præparat, quod vel non cadat, vel si cadat, quod resurgat, sicut sunt exhortationes & suffragia orationum, donum gratiæ, & alia hujusmodi, quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. *In hoc articulo Thomas multa notabilia docet. Primò certam esse præscientiam, & certitudinem præscientiæ sine certitudine ordinis & causalitatis. Ergo non quicquid Deus præscit, præscit in decreto physicæ prædeterminandi secundas causas; illa enim est semper certitudo ordinis & causalitatis.*

II. Secundò docet certitudinem ordinis divinæ prædestinationis non esse certitudinem causalitatis alicujus particularis causæ ad se causandum à divina providentia determinatæ. ubi ergo illa certitudo fundata in physica prædeterminatione.

III. Tertiò docet omnes causas secundas concurrentes ad salutem prædestinationis esse contingentes & suapte natura defectibiles, & ut tales concurrere: neque prædestinationem ex eo certam esse, quod aliqua earum sit de se ita efficax, & ita voluntatem determinet, quod quatenus voluntas subsit tali determinationi, deficere non possit ab assecutione finis.

IV. Quartò docet certitudinem ordinis divinæ prædestinationis sitam esse in hoc, quod cum omnes causæ deficere possint, sunt tamen à Deo sic ordinatæ, ut non simul omnes deficiant, sed una deficiente, altera eam teneat ut illa succedat, si illa defecerit. Hæc sunt clara ex textu, neque negari possunt. Ex hoc vero discursu sic argumentor: Deus in prædestinando hunc ordinem certo, & infallibiliter cognovit, quod causæ ex se possibiles deficere, sic ordinarentur, de facto non omnes deficerent, vel non. Si dicatur quod non; hoc est ponere ignorantiam in Deo, & facere Deum cæco modo agentem, & negotium prædestinationis casui disponentem, & evertere ipsam certitudinem divinæ prædestinationis, contra id, quod Thomas ibi intendit firmare. Si dicatur primum: ergo ex sententia Thomæ, Deus cognovit hoc futurum contingenter, si constituto hunc ordinem causarum defectibilium, illæ tamen non omnes de facto deficient, & hoc non putat cognovisse in decreto physicæ prædeterminandi illas causas, aut aliquam

quam

autem iterum, quia physica prædeterminatio, ex distinctione Thomæ, non relinquit secundas causas defectibiles, ut illæ subsistant. Et ideo cum Thomas assignasset duos modos, secundum quos intelligi queat posse, certitudinem causalitatis divinæ providentiæ esse certam; primum modum, qui est, quando una causa singularis producit effectum suum ex ordine divinæ providentiæ, ad quem modum necessitas deducenda est physica prædeterminatio si illa datur, penitus omisit.

Respons. I. Omninò falsum est quod prodidit Penottus, Thomam scilicet affirmare, dari certitudinem *præscientiæ, sive certitudinem ordinis & causalitatis*, hoc est figmentum Jesuitarum quos sequitur Penottus, ut solet ferè per omnia. In præcedentibus longè major species talis affirmationis extat, quàm in illis quæ citantur à Penotto, Quæ tamen si producta fuissent à Penotto, facile demonstrarem, speciosa magis esse quàm solida, ad sententiam illam quam Thomas clarè tradidit, astruendam.

II. Certè docet certitudinem ordinis divinæ prædestinationis non esse *certitudinem causalitatis alicujus particularis causæ*, sed cur non addidisti *secundæ*; cùm probè novisses hoc à Thoma probatum esse de causis secundis; quemadmodum ipse fateris verbis sequentibus. Quare licet certitudo divinæ prædestinationis, non sit certitudo causalitatis alicujus particularis causæ secundæ; hoc tamen nihil obest, quin sit certitudo causalitatis causæ primæ.

III. Agnoscimus libenter omnes causas secundas concurrentes ad salutem prædestinati, esse contingentes, & suapte natura defectibiles. Agnoscimus nullam causam secundam, voluntatem hominis determinare, aut posse determinare; quia voluntas nihil obstante illius causæ efficacia deficere possit ab assecutione finis. Sola divina voluntas tanquam causa prima voluntatem humanam tanquam causam secundam immutare potest ad placitum suum, & ad agendum infallibiliter determinare.

IV. Fatemur certitudinem prædestinationis in hoc consistere, quòd causæ secundæ natura sua defectibiles, sic à Deo ordinatæ sint, ut non simul omnes deficiant, sed deficiente una, altera fiat efficax, non tamen altera indefinitè (neq; enim ulpiam hujusmodi aliquid asserit Aquinas) sed definitè, atque pro tempore definito à Deo præscripto; sed quomodo fit efficax? non vi sua; sed ab eventu tantum dicitur efficax, Deo videlicet cum ea concurrente, & voluntatem humanam ad agendum quod Deus decreverat, determinante. Sed neq; fortuito deficiunt, quæ deficiunt, sed Deo ordinante ut deficerent.

Ad argumentum respondeo; Deum novisse illam causam secundam ex eventu efficacem futuram, non autem reliquas, quia cum illa concurrere decreverat Deus ad determinandam voluntatem hominis, non autem cum aliis. At seclusa Dei voluntate sic concurrendi, fieri non potuit ut Deus cognosceret vel alias defecturas, vel illam alteram minimè defecturam. Ratio est, quia neutrum horum erat cognoscibile seclusa voluntate Dei; nam reliquæ causæ natura sua non magis defecturæ erant, quàm non defecturæ natura sua; hoc est eventus expositione causarum illarum non magis non futurus erat natura sua, quàm futurus, sed merè possibilis & indifferens, ut vel eveniret, vel non eveniret ad positionem causarum illarum; quod ne Penottus quidem, aut Jesuita aliquis negaverit. Ergò aliunde esse debet quod sit non futurus, potius quam futurus, & ex causa aliqua extrinseca, idq; ab æterno. Nam ab æterno verum fuit ad positionem causarum prædictarum, effectum illum nequaquam eventurum. At extra Deum nihil fuit ab æterno, quod causa esset cur effectus ille transiret à conditione rei possibilis, in conditionem rei futuræ. Etiam intra Deum nihil est quod hujus migrationis causa fingatur, seclusa voluntate Dei: neq; enim hoc rejici potest, aut in essentiam Dei, aut in ejus scientiam, si considerentur tanquam sejuncta à voluntate Dei. Rursus, quod posita illa altera causa secunda, effectus secuturus esset, non erat cognoscibile, seclusa voluntate Dei; neq; enim ad causæ illius positionem revera secuturus erat effectus ille, magis quàm non secuturus. Quippe cum ad positionem causæ illius, tantum possibile esset talem effectum secuturum esse. Quandoquidem causæ illius positione nequaquam obstante, effectus ille indifferenter se haberet, ad eveniendum, & non eveniendum. Ergò aliunde esse debuit, ut sublata ista indifferentia transiret effectus ille è conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ, idq; ab æterno; nam si ad positionem causæ illius eventurus esset effectus ille, certè ab æterno futurus esset. At ab æterno nihil fuit extra Deum, quod hujus transmigrationis causa esset; quod autem non omninò fuit, migrationem istam causare nullo modo potuit. Superest igitur ut intra Deum quæratur hujus migrationis causa. At vel intra Deū nihil est quod hujus migrationis causa sit idonea præter voluntatem Dei. Et proinde minimè sequetur Deum aliquid ignorare, dum non cognoscere dicitur illud quod cognoscibile non est; dum dicitur non cognoscere illud non eventurum, quod non eventurum non est, aut illud esse eventurum, quod non magis eventurum est, quàm non eventurum: sic enim cognoscere aliquid, non tam est cognoscere, quàm errare, & hujusmodi cognitionem Deo ascribere, quid aliud erit quàm intellectui divino falsitatem tribuere potius quàm veritatem? Dico igitur Deum novisse & alias causas defecturas, & causam aliquam alterā minimè defecturam esse, præsupposito decreto suo, non concurrendi cum illis, sed concurrendi cum illa altera ad voluntatē humanam ita determinandā ad agendum, ut finem à Deo intentum, h. e. *salutem* infallibiliter assequeretur. Quod simpliciter affirmat Penottus, nempe physicam prædeterminationē juxta discursum Thomæ non *relinquere secundas causas effectibiles*, Thomas non nisi præmissa distinctione affirmat, idq; secundum unum distinctionis membrum, quod tamen negat secundum alterum; quod dissimulare potuit Penottus, non potuit ignorare, in iis, quæ repræsentat Normannus, nihil enim habet Thomas in partem alteruiram, verum in responsione ad Septimum ita distinguit de eo, quod dicitur posse deficere; ut locum quidem obtineat respectu causarum secundarum, quamvis locum non habeat respectu Dei prædestinantis: *Cum dicitur* (inquit) *prædi-*

*prædestinatio ipsa per se in [illegible] pro-
[illegible] verum [illegible] de prædestina-
[illegible] ad aliud [illegible] ad De-
um prædestinantem, [illegible] comparatur secundum i-
psum eventum, [illegible] comparatur secundum esse pa-
[illegible]* Quod si prædestinatio compatiatur poten-
tiam, non autem eventum; per rationem compati
possit defectibilitatem causarum secundarum, licet
non compatiatur defectum earundem, & in rei posi-
tione ad eventum; *Deus ex voluntate agit, non per mo-
dum necessitatis, quia voluntatem non cogit; sed movet
eam non auferendo ei modum suum, qui in libertate ad u-
trumlibet consistit. Et alibi, quamvis divina voluntas im-
mutabilis sit; tamen voluntas, & quaelibet alia res [illegible]
[illegible] voluntatem secundum modum suum, quia,
& ipsum modum divina voluntas rebus dedit, ut sic ejus
voluntas impleretur. Et alibi quaedam implet divinam vo-
luntatem necessario, quaedam contingenter; quamvis illud
quod Deus vult, semper fiat.* Quare causæ contingen-
tes, secundum modum suum, hoc est contingenter,
& liberè producunt effectus suos, prout subsunt di-
vinæ prædestinationi. Quare, & ex notabilibus illis,
quæ tanquam in causam suam valdè propitia Peoni-
us ostentat, nihil prorsus est, aut notatione dignū,
aut causæ ipsius promovendæ idoneum. Et locus i-
ste, quem tanti facit Adversarius, qui sit ad scientiam
mediam astruendam maximè comparatum, prorsus
alienus est. Imò occurrit in hac ipsa quæstione apud
Aquinatem, quod scientiæ mediæ penitus adverse-
tur. *Non potest* (inquit) *dici, quod prædestinatio supra
certitudinem providentiæ nihil aliud addat, nisi certitudi-
nem præscientiæ. ut si dicatur, quod Deus ordinat prædesti-
natum ad salutem, sicut & quemlibet alium, sed cum hoc
de prædestinato scit, quod non deficiet à salute* (hæc ipsis-
sima est scientiæ mediæ assertorum sententia; hanc
autem rejicit Aquinas verbis proximè sequentibus:)
*sic enim dicendo, non diceret prædestinatum differre à non
prædestinato, ex parte ordinis, sed tantum ex parte præsci-
entiæ eventus, & sic præscientia esset causa prædestinatio-
nis, nec prædestinatio esset per electionem prædestinantis;
quod est contra auctoritatem Scripturæ, & dicta Sancto-
rum. Unde præter certitudinem præscientiæ ipse ordo præ-
destinationis habet infallibilem certitudinem; nec tamen
causa proxima salutis ordinatur ad eam necessariò, sed con-
tingenter, scilicet liberum arbitrium.*

Secund. *Secundus locus apud est, in quæstione 12. de veritate,
art. 10. tum in corpore, tum ad 5. argument. ubi expres-
sè dicit divinam præscientiam, si propriè, & strictè loqui
volumus, excedere prædestinationem, seu præscientiam
(nam providere [illegible]) non solum in malis, sed e-
tiam in omnibus bonis, quæ non fiunt sola divina virtute,
sed à secundis causis liberis, quatenus tales sunt. Si ergo ex
sententia Thomæ, quæ non est ejus solum, sed Damasceni,
& Augustini, ut supra dictum est, actus liberi voluntatis
creatæ, qui fiunt ab illa quatenus libera est, propriè, & stri-
ctè, non sunt prædestinati, & sic divina præscientia respectu
illorum excedat prædestinationem. Ergo sive Deus prævi-
deat illos futuros absolute, sive etiam ex hypothesi solum,
non potest dici, illos prævideri solum in divino decreto libera
prædeterminandi physicè humanam voluntatem ad eorum
actus. Loquitur verò Thomam de futuris non solum absolu-
tis, sed etiam conditionatis constat, quia distinguit ibi va-*
*ria genera prophetiæ, quorum unum dicitur genus prophe-
tiæ comminationis, quæ solum versatur circa futura secun-
dum quod ex hypothesi.*

Certè præscientia secundum Aquinatem excedit Respo.
prædestinationem, non modò quatenus præscientia
est malorum, quæ à Deo minimè prædestinantur, ju-
xta Thomam, (quippe, qui cum Augustino, & Da-
masceno prædestinationem accipit pro præparatio-
ne rerum, quarum facturus est ipse Deus; Sic Aquinas,
in hujus articuli corpore, *prædestinatio, quasi quaedam
Dei præparatio dicitur. Hic autem aliquis præparat, quod
facturus est ipse*) sed etiam quatenus est omnium bo-
norum, quæ spectant ad vitam tantum naturalem;
Nam prædestinatio versatur tantum, in transmitten-
dis creaturis rationalibus, ad finem supernaturalem.
Rursus alia sunt, quæ fiunt virtute naturæ; horum
rursus non est prædestinatio, qualia sunt omnia ope-
ra naturalia; & moralia naturaliter. Alia sunt, quæ
fieri non possunt virtute naturæ, sed solius gratiæ
virtute; Horum tantum est prædestinatio secun-
dum Thomam, proviso quod prædestinatio accipi-
atur propriè, & strictè, hoc est prout distinguitur, à
providentia generali, & à decreto Dei, de admini-
strandis rebus omnibus, etiam naturalibus secun-
dum providentiā generalem. At hæc nihil omnino
faciunt pro scientia media; nam licet scientia exce-
dat prædestinationem modo prædicto; tamen hinc
nequaquam sequitur eam excedere quodcunq; Dei
decretum, quasi in nullo Dei decreto fundetur.
Neq; dicit Thomas, aut Augustinus, aut Damasce-
nus actus liberos voluntatis creatæ, non esse à Deo
prædefinitos; sed quod ex parte pronunciatur, illud
de prædestinatione pronunciant, idque propriè, &
strictè procedente vocis illius significatione secun-
dum Aquinatem, non autem de prædefinitione. Sed
& obiter advertimus veteratorium Canonici istius
ingenium, dum ait, quasi ex sententia Thomæ *actus
liberos voluntatis creatæ, non esse à Deo prædefinitos*. At
Thomas tantum dicit certos actus liberos non esse à
Deo prædestinatos, nempe illos, qui non fiunt à so-
la divina virtute; sed viderat ille lectorem impro-
vidum hinc facile collecturum; nullos omnino actus
liberos voluntatis creatæ esse à Deo prædefinitos.
Quippe, quia actus fidei, actus resipiscentiæ, & uni-
versim omnes actus gratiosi minimè videntur fieri
à sola divina virtute. At nihil isto, sententiæ Thomæ
contradicentius: cum hoc ipso significet quosdam
actus liberos fieri sola divina virtute, omnes videli-
cet actus gratiosos. Etenim licet fiant ab homine,
non tamen fiunt virtute hominis, sed sola gratiæ di-
vinæ virtute fiunt. Nec illo modo subsistant præde-
stinationi divinæ; quemadmodum in responsione
ad quartum indicat Aquinas. Objectio sic fuit; *Præ-
destinatio* (ut dicit Augustinus) *est de bonis salutaribus,
sed inter bona salutaria nostra merita computantur, quæ ex
libero arbitrio dependent: ergo prophetia secundum præ-
destinationem nostrum admiscetur arbitrium. Et sic Hie-
ronymus male distinguit.* Respondet Aquinas; *meritum
nostrum esse, & ex gratia, & ex libero arbitrio, non au-
tem subjacere prædestinationi, nisi secundum quod est ex
gratia, quæ à solo Deo est, unde id quod ex nostro arbitrio
est, prædestinationi subesse dicitur per accidens.* Non di-
cit

cit Augustinum asseruisse, *qui sunt à voluntate quatenus libera, non esse prædestinatos*, tantum dicit *non esse prædestinatos* (*nisi per accidens*) *quatenus sunt à libero arbitrio.* Neque enim minus liberos vult esse actus nostros, quâ boni sunt, quam quâ actus sunt, vult Aquinas. Et licet negat actus istos esse prædestinatos, quatenus sunt à libero arbitrio; tamen non negat esse prædefinitos; Nam profitetur se de prædestinatione loqui non nisi propriè, & strictè accepta, & proinde distincta à prædefinitione in genere. Imò, omnia à Deo prædefinita esse per providentiam generalem, atq; hac etiam ratione à Deo præcognita secundum Aquinatem manifestum fit, ex hoc ipso articulo in responsione ad 12. Objectio sic fuit; *Omnis prophetia est de rebus vel intuendo causas superiores vel intuendo inferiores: si ergo prædicta prophetia intelligatur conditionalis, quæ est secundum aliquas causas scilicet inferiores; pari ratione omnis prophetia conditionalis est, & sic omnis prophetia erit ejusdem rationis, cum comminatoria.* Respondet Aquinas in hunc modum; *Ad duodecimum dicendum, quod causæ superiores, quæ sunt rerum rationes in divina præscientia nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores, & ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolute, sed in inferioribus, non nisi conditionate.* Vides hic Thomam agnoscere *omnem prophetiam, esse de rebus, vel intuendo causas superiores, vel intuendo causas inferiores*, ergo res omnes prophetiæ subjectæ habent causas superiores intra Deum ipsum; quare quæ futura prædicuntur, licet non sint ex prædestinatione Dei futura, tamen futura sunt ex decreto Dei. Rursus si procedat prophetia intuendo in causalitas, hoc est in decretum Dei, necesse est ut præscientia Dei intueatur futura, intuendo decretum Dei, quod quidem est verissimum. Quare articulus iste apud Aquinatem disertissime adversatur sententiæ Penotti in multis speciebus, quæ verò in causæ suæ subsidium inde transfert, speciosa tantum sunt, & superficiarie duntaxat faventia, non sunt solida.

Penot. *Accedit in ejusdem propositionis confirmationem authoritas omnium veterum Scholasticorum, qui assignant causam nostræ prædestinationis, ex parte bona usûs liberi nostri arbitrij; Secundum quam opinionem, necessario sequitur actus liberos humani arbitrij saltem aliquos esse à Deo præcognitos ante omnem prædefinitionem, de qua opinione diximus lib. 6. quæ opinio, licet in eo quod constituit causam nostræ prædestinationis in bono usu liberi arbitrij humani, sit reprobanda; sufficit tamen, ut ex ea colligatur scientiam futurorum contingentium conditionatorum non esse monstrum omnibus Patribus, & Scholasticis, ante nostra tempora, incognitum.*

Respons. Cum Vasquius, in scientia ista media asserenda devenisset ad Scholasticos; *postremò* (inquit) *Scholastici aliqui pro hac sententia allegari solent; verum quia ea præsentis controversia [illegible] complures illi tenere [illegible], aut alios ipsorum verbis hanc sententiam obscure colligere; cum adeo manifesta sint & scriptura, & patrum testimonia hactenus recitata; nec minus præstiterat ratio ad ipsam demonstrandam, ut sequenti capite videbimus.* Verum Franciscum Suarez, & post Suarem Penottus etiam isti penso peragendo manum admovent. Sed nec Suarii vestigiis insistit Penottus, sed quasi novum adveniit; quàm feliciter illi successerit apud Aquinatem jam vidimus, cætera videamus. Henricum Gandavensem bonum usum liberi arbitrii prædestinationi præfecisse memorat Scotum his adjicit Penottus, Gabriel. & alios lib. 6. cap. 10. At inquam ista nequaquam arguunt scientiam mediam ab istis agnitam; Nam & bonum hunc usum liberi arbitrii licet non agnoverint à prædestinatione profectum esse, tamen poterant agnoscere eum profectum à Deo per generalem providentiam. Sic enim Gabriel. 1. q. 1. 40. q. un. art 5. dub. 1. *In multis* (inquit) *præcedit gratiam bonus usus liberi arbitrij, tanquam dispositio de congruo.* Hic autem bonus motus, seu usus liberi arbitrii non est effectus prædestinationis licet sit à Deo. Quod si à Deo sit, etiam à decreto Dei sit necesse est; Durandus verò in 2. dist. 28. quæst. 5. fatente hoc ipso Penotto lib. 6. cap. 10. ultra progreditur, & quamvis agnoscat posse hominem, *per vires liberi arbitrij sine motione speciali interna sufficienter se præparare ad divinam gratiam, ex hoc tamen negat, posse hominem habere in se causam suæ prædestinationis, quia* (inquit) *ista præparatio per vires liberi arbitrij, est effectus prædestinationis, à Deo per specialem providentiam ordinatus.* Porro licet sententia aliqua erronea, ejusque defensio potuisset aliquem eò prorsus (quod nunquam non fit) ut eò casu induat, quibus aliis etiam erroribus illaqueatur per justam consequentiam; tamen hinc neutiquam sequitur errores illos ab autoribus istis approbatos fuisse. Quare licet isti, quos innuit Penottus, ea dicerent, quæ citra scientiæ mediæ assertionem defendi nequeant, hinc tamen consequens non est, eos in absurdam istam, de scientia media sententiam, præcipites se dedisse. Quid quod bonus iste usus arbitrii, quem præsumunt prædestinationi, supponunt esse futurus absolute. At hinc minimè sequitur eos obtrusisse Deo præscientiam futurorum conditionatorum, quam *impossibilem potius, quàm præscientiam* denominandam esse censuit Damascenus, & non nisi *novæ absurditatis genere introductam* professus est Prosper ad Augustinum scribens. denique supposito, quod aliquid sit futurum, sive absolute, sive conditionate: supposito (inquam) quod ex natura rei possibilis transierit in conditionem rei futuræ, minimè dubito, quin Deus sciens, sine ulla divini decreti ope, rem istam tanquam futuram comprehensurus fuisset ab æterno. Itaq; tota quæstio in hoc apice versanda est; utrum scilicet aliqui unquam antiqui Patres, aut Scholastici asserverint res aliquas ex conditione merè possibilis transiisse, aut transire potuisse in conditionem rerum futurarum, idq; ab æterno citra decretum Dei, idq; tanquam causam transitionis istius solitariam. In hoc campo expatiare, si placet, & historicam tuam eruditionem, aut in Scholasticis studium explica, si potes, *Ecce Rhodus, ecce Saltus.*

Imprimis hanc scientiam videtur probare Thomas Waldensis qui fuit acerrimus humanæ libertatis adversus Wiclefistas propugnator, Nam lib. 1. doctr. fid. cap. 23. rejiciens doctrinam Wiclefi asserentis omnia ex absoluta necessitate evenire, ob efficaciam divini decreti, & certitudinem divinæ præscientiæ, docet divinum decretum, & divinam præscientiam actibus huma- Tom. Wald.

[illegible] quae voluntas non est ipsa causa humanorum actuum, sed humana voluntas est absoluta causa [illegible]. Et alia ratio est [illegible], quod illam [illegible] ledat. [illegible] arbitrij [illegible] multa Deum praedicere, & [illegible] facta. Eventus futurorum [illegible] à Deo, quod tamen revera non est futurum. [illegible] divinae praescientiae non imponit [illegible], quia multa sunt, quae Deus praescit futura, quae ipse non ordinavit ut fierent, quae [illegible] [illegible]; Et haec omnia probat [illegible] Hieron. & August. [illegible]. Dicebat [illegible] praescientiam futurorum contingentium non esse fundatam in divino decreto, & [illegible] de futuris, [illegible], ut patet legenti.

[illegible] Penott. V Vald. [illegible] inquam acertimum humanae libertatis adversus VVicklefistas propugnatorem [illegible] operis [illegible] accidere commendatissimum. Quod si fiat, hoc ingratum Penotti [illegible] esse, quam dubium, modò hujus operis [illegible] advertetur, nempe *propugnandam humanam libertatem*. Sed & Pelagius fuit humanae libertatis propugnator acerrimus contra Augustinum. Esto verò, è [illegible] VVicleffus contra Augustinum, [illegible] Waldensem, & Netterensem. Sed VVicl. [illegible] paucissima habemus, nisi quae ex Adversariorum ipsius ore haurienda sint. Sed Bradwardinum iisdem temporibus floruerè majorum gentium Scholast. cum quid opponat Waldensi, qui [illegible] quidem dignus est eodem die cum Bradwardino [illegible] apud principes [illegible], & in Archiepiscopum Cantuariensem paulò ante mortem electus; cujus opus illustrissimum extat *de causa Dei, contra Pelagium*, inscriptione. Cameracensi [illegible] operi praeposita inscriptioni tanquàm à regione opposita. Ex professo disputat Bradwardin. *nullam Dei scientiam futurorum competere, nisi quae fundatur in decreto ipsius*. Sed & verba Waldensis minimè refert Penottus, ex quibus judicium faciamus, quare eâ Waldensem interpretatur, quasi dignus esset [illegible], quorum in tenebris [illegible]. Sed fide Penotti, quid sentit Waldensis [illegible] perpendamus. Ad primum quod attinet, nos etiam non fatemur divinum decretum, & divinam praescientiam nullam actibus humanis imponere necessitatem; Imò cum Aquinate profitemur in divinae voluntatis efficaciam rejiciendum esse, quod quae necessaria sunt praedicentur necessario; quae contingentia sunt, eveniant contingenter & liberè. Rursus dicimus cum Waldensi divinam voluntatem nequaquam esse totam causam humanorum actuum, sed humanam voluntatem agnoscimus eorundem causam esse, quà libera est, non dicimus quà vertibilis; Nam humana voluntas competit esse vertibilem, nempe ad crucem in gradibus [illegible] & capistratu (itaque [illegible]), licet in crucem abeat; libertatem hominis decreto divino nequaquàm laedi sed confirmari potius, praesertim cum decreverit actus humanos non nisi liberè fieri à voluntate humana. Multa praedicere potest Deus tanquam futura, quae eventura non sunt. quales erant mors Ezechiae & Ninivitarum intra quadraginta dies excidium; quae tamen nunquam evenerunt juxta praedicta; & licet ruina Ninivitarum non evenerit propter *arbitrij vertibilitatem* ut Rhetoricatur Waldensis, non tamen propter vertibilitatem arbitrij factum est quod ultra ad quindecim annos Regi Ezechiae vita prolongata est. Sed jam de propheticis [illegible] praedestinationes, praescientias, & comminatoria postquam Thomam Aquinatem disserentem accepimus, Thomae Waldensis Specilegium quis esse [illegible] videtur. Esto verò, Ninivitae provisi sunt in exitium ruituri nisi resipuissent. Sed & prius nos est hunc in modum praevidere futura conditionata, quae tamen nunquam eventura esse probè novimus simplici intelligentia nostra, sine ullo ex scientia media suppeditato nobis adminiculo. Novimus enim omnes electos quotquot in vita [illegible] sunt damnandos fore, si modò in infidelitate aut impoenitentia vitam cum morte commutarent. Rursus reprobos omnes quotquot in lucem ederentur, salvandos fore si modò credituri essent & poenitentiam acturi. Interea nec quenquam ex electis damnandum, nec quenquam ex reprobis salvandum esse compertissimum habemus. Et si ubi futurum aliquod cognosci à nobis, quod tamen revera non est futurum, nec tamen credo hâc nostra sententia [illegible] in apologiam tuae, de scientia media. Qui decretum Dei negamus necessitatem imponere rebus scitis, quanto minus dicturi sumus necessitatem imponi rebus ex Dei praescientia. Si verò dicat Waldensis multa, aut aliqua à Deo praesciri futura, quae ipse non ordinavit ut fierent, licet hoc confirmatum dederit authoritatibus Hieronymi & Augustini (licet verba Waldensis hoc praestantia dissimulare maluerit Penottus quam proferre) tamen sine dubio hoc fecerit refragante Penotti authoritate. Quippe qui jam professus est decretum Dei causam esse omnium futurorum contingentium, quod etiam confirmat authoritate Augustini Enchirid. 95. ubi profitetur Sanctus Pater, *Non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Quanto minus probabile est, aut Augustinum aut Hieronymum, vel Waldensem ipsum censuisse aliqua evenire contra praeordinationem divinam. Cum profiteatur Augustinus *DEO tam facile esse, quod vult facere, quam quod non vult esse, non sinere.* Et Waldensem minimè latuerit, DEUM *secundum* Aquinatem sicut *non vult mala fieri, ita etiam neque vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri*, 1. quaestione decima nona, articulo nono, ad tertium. Esto, sentiat Waldensis (quod tamen fide dumtaxat Penotti assentior) *contradicimus praescientiam futurorum contingentium non esse fundatam in divino decreto*; quod quidem mihi minimè displicet, nec mihi fit probabile decretum Dei magis commodare certitudinem scientiae Dei; quam scientia Dei contribuit irresistibilitatem decreto Dei. Sed ostendat Penottus, ubi doceat Waldensis, rem aliquam, quam dicit futuram, cum natura sua sit tantum possibilis, aliunde habuisse aut habere potuisse quòd ex conditione rei merè possibilis transierit in conditionem rei futurae idque ab aeterno, quàm ex decreto Dei.

Penott. *Ruardus Tapper. art. 7. pag. 15. dicit incertam esse an vocatio secundum propositum (quam Augustinus vocat congruam vocationem) sit certa solum ex eo quod Deus videt hominem, prout aptus est sequi suadentem suæ assistenti: vel ex eo quod dirigit hominum directione & dispositione imperscrutabili, qua tamen nihil ponit in homine nisi motus cordis qui sunt etiam in aliis, qui secundum hoc propositum non diriguntur: vel ex eo quod impediuntur cogitationes, & motus animi, quibus impediri & retardari posset vocatio. His dicendi modis plane hic Author, qui quoque pro fide catholica contra Hæreticos scripsit, manifeste supponit in Deo notitiam, qua scivit quæ vocatio futura esset congrua, non ante ulla physica prædeterminatione, sed ingenio cujusque assistente; & quæ vocatio futura esset congrua impediendo cogitationes & motus animi; & quæ cogitationes, qui motus forent in impedimentum vocationis congruæ, nisi impedirentur: quæ non potuit in aliquo decreto præcognovisse, cum nullum tale decretum prædefiniendi tales motus concipi possit in Deo decernente potius tales motus impedire.*

Respons. Quatenus habenda sit ratio Ruardi Taperi in quæstione scholastica, lector intelligens consideret. Præsertim cum scientiæ Dei nullam omnino rationem habeat in proponendi speculatione sua; sed totus sit in scrutanda vocationis ejus forma, quæ dicitur vocatio secundum propositum, & tribus modis proponit, secundum quos efficax esse videatur, incertum esse ait utri ex illis vocationis illius efficacia tribuenda sit, nullam fateor habet rationem physicæ prædeterminationis, sed & nihilo majorem rationem habet concursus divini: Imo cum receptissimum sit Deo constitutum esse movere creaturas suas congruenter naturis ipsarum. Si fieri posset ut aliqua vocatio ad fidem & resipiscentiam congrueret homini renato (quod meo judicio monstrum est opinionis Christianæ) posita tali vocatione necesse esset ex constitutione Dei ut eum vocatione ista congrua concurreret, sive concursus ille commendandus sit per viam prædeterminationis, sive concomitanter, sive subsequenter. Ad eundem modum si motus impediendi hujusmodi essent, ut positis illis nequaquam congrueret motio Dei naturis creaturarum suarum, nisi secundum motus illos creaturas suas ageret & moveret. Prævisio motuum illorum efficaciæ ad impediendam vocationem efficacem non tam concursum Dei cujuscunque generis fuerit, excluderet, quam juxta motus illos futurum præsupponeret. Verum extra controversiam est, decretum Dei nihil commodare ad promovendam Dei scientiam; sed duntaxat requiri ad constituendas res cognoscibiles in genere futurorum. Ostendas igitur ex Ruardo, si potes, quomodo res natura sua tantum possibilis evadere posset in conditionem rei futuræ, idque ab æterno sine decreto Dei; aut an præter Dei decretum fingi possit aliqua causa istius transmutationis. Quid quod ista apud Taperum excogitari non possunt ad ejusmodi futura conditionata, quæ nunquam eventura sunt, sed duntaxat ad ea quæ ipsa aliquando producenda sunt. Dubius est fateor Taperus in Vocationis efficacis genere exponendo. At de scientia futurorum conditionatorum, unde suam repetit originem, ne per somnium quidem meditatus esse videatur.

Penott. *Massilius Ingenuus aperte probat tandem scientiam futurorum conditionatorum in 1. quæst. 25. articulo 1. part. 1. conclus. 4. in fine. Dominicus Soto fol. de doctrinæ author, tandem probat libro 3. suarum summularum Logicarum cap. 8. fol. 2. & Driedo libro Concord. præd. cap. 4 ad 5. Thomas Stapletonus, qui adversus hæreticos pro veritate Catholica, & verbo & scripto usque ad nostra tempora pugnavit, eadem scientia futurorum conditionatorum usus est in commentar. ad caput 11. Matth. circa illa verba:* si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ &c. *Et ad caput nonum ad Romanos 9. Deinde alii.*

Resp. Nemo solebat negare res futura conditionata, si modo futura dicenda sunt, quomodocunque à Deo cognosci; Nam quicquid cognoscibile est, necesse est ut à Deo cognoscatur. Verum in hoc cardine vertitur ista controversia; An scilicet aliquid dici possit futurum quomodocunque modo, idque ab æterno citra decretum Dei; cum manifestissimum sit, res quæ dicitur esse futura, natura sua tantum esse possibiles & indifferenter se habentia, tam ad non futuritionem quam ad futuritionem. Sed & incredibile est, aut Dominicum Soto, aut quemquam cordatum Theologum unquam affirmasse aut affirmaturum esse, posse rem aliquam ab æterno transire ex conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ, ex ulla alia causa præter decretum Dei. Et licet prodigiosa ista fictio de scientia media Pelagianorum doctrinæ ad amussim congruat, quam olim damnatam ab Ecclesia, quasi ex orco revocant inter Pontificios Jesuitæ, quorum qui se illius sectatur Penottus; tamen haud crediderim Pelagianis aliquem antiquitus eo provectum esse, ut assereret, rem mere possibilem natura sua citra Dei decretum evadere potuisse in rem futuram, idque ab æterno.

Penott. *Cardinalis Bellarminus, cujus in Ecclesia Catholica autoritatem, pro eadem Ecclesia contra illius hostes laboris ab illo calamo exarati sint alia laudatori testantur, eadem scientia non semel usus est in suis controversiis eruditis, maxime lib. 2. de amissione gratiæ & statu peccati cap. 17. ut omittamus Ludovicum Molinam, Franciscum Suarez, Gabrielem Vasquez, & alios ejusdem instituti doctissimos viros.*

Resp. Certe Jesuitæ illi sunt, quorum humeris tanquam Atlantis incumbit hujus doctrinæ moles. Bellarmini vero sententia longe diversa est à novitiorum Jesuitarum doctrina de scientia media. Profitetur enim Bellarminus, *Deum novisse hominem casurum esse si conderetur*; de rerum indice, ex cujus positione casurus esset (quæ sententia est Penotti, & novitiorum Jesuitarum) nihil habet Bellarminus. Sed & enormem hanc Bellarmini sententiam jam suo loco castigandam suscepi. Sed & adversus eandem Vasquius; profitetur ille inventionem istam nuperam esse; cujus etiam laudem arrogat ipse sibi; Penottus vero cap. 24. num. 4. negat esse nuper excogitatam, sed communem sententiam esse vult omnium Theologorum; quippe qui dicat certitudinem divinæ notitiæ de futuris contingentibus sumendam esse ex illorum præsentia in nunc æternitatis. Nempe ne nunc primum verecundiæ fines transiliisse putemus Novatiensem; Neque enim fieri potuit, ut prima assertione tam insignē et impudens evaserit. Nempe probe novit Dominicanos ferè ad unum omnes docere *veritatem rationem de futuris*

turis

[illegible] sortem esse in alterum [illegible] [illegible] quisquam est ex Dominicanis [illegible] qui amplectantur illam doctrinam, de qua tamen [illegible] quam nuper excogitata quondam professionem (quam [illegible]) [illegible]. Hinc pergit ad doctrinam (quam [illegible]) Theologiæ astruendam in quibus ad [illegible] Theologiæ [illegible] ingenium [illegible] explicat mirificentissimè.

Penot. *[illegible] probari potest eadem propositio [illegible] Theologiæ [illegible] quarum prima sumi potest ex propositione [illegible] absoluta & futura contingentia [illegible]. Nam præscindendo a quocunque decreto divino [illegible] Deo certa scientia [illegible] antecedenter [illegible] eadem ratione præsciri [illegible] decreto [illegible] in Deo scientia futurorum conditionatorum. Consequentia est evidens; Non enim est [illegible] est major ratio de uno quam de altero genere futurorum contingentium. Antecedens probatum est supra c. 23. & nunc iterum confirmatur authoritate Thomæ de verit. q. 6. art. 3. & 1. p. q. 23. art. 7. ubi dicit, quod certitudo divinæ prædestinationis supra providentiam addit certitudinem ordinis & causalitatis. Sed hoc est verum, ergo providentia communis saltem quoad actus liberos & contingentes [illegible] certa [illegible] præscientia; ergo præscindendo a quocunque decreto est in Deo certa præscientia futurorum contingentium & actuum liberorum, quia certitudo divini decreti est certitudo ordinis & causalitatis.*

Resp. Rationem Scholasticam præfert Penottus, desinit tamen in nodum Aquinatis authoritatem: nos minimè negamus futura tam conditionatè quàm absolutè à divina scientia cognosci posse præscindendo à divino decreto, si modò præscindendo à divino decreto dantur aut dari possent aliqua quæ futura essent vel absolutè vel conditionatè. At hoc impossibile esse dicimus; propterea quod quæcunque futura sunt, quocunque modo futura dicantur, ab æterno futura erant; & proinde cum natura sua non magis futura erant quàm non futura, ut ab æterno daretur hujus rei causa (nempe quod ex rebus merè possibilibus evaserint in conditionem rerum futurarum) necesse est. At ab æterno nihil fuit extra Deum; Ergò in Deum ipsum tanquam in causam omnis rerum futuritio rejicienda est; & consequenter in ipsam Dei voluntatem, cum neque per essentiam Dei, neque per scientiam ejus, sejunctâ voluntate ipsius fieri possit, ut res aliqua è conditione rei merè possibilis transierit, (idque ab æterno) in conditionem rei futuræ. Et vobis solenne est, hunc statum quæstionis passim declinare. Quid præstiteris c. 23. superiori, jam examini subjecimus, omnis lectoris eruditi judicio liberrimè permittimus. Locus Aquinatis de verit. q. 6. art. 3. tibi nihil proficit, quippe cum non dicat certitudinem divinæ prædestinationis supra providentiam simpliciter addere certitudinem ordinis & causalitatis, sed duntaxat secundum quid, nempe ratione finis particularis; & usus illam certitudinem causalitatis quam admitit providentiæ respectu finis alicujus particularis, tantum admitit respectu causarum secundarum. Quoties sc. natura intendens perfectam membrorum configurationem, desinit aliquando præter intentionem suam (naturæ scil. naturantis, h. e. causæ secundæ) in configurationem prodigiosam; quam tamen configurationem prodigiosam ibidem fatetur disertè à Deo ordinatam esse. Et quis sobrius atque eruditus hac de re dubitaret, nempe ne monstra quidem in rerum natura evenire præter intentionem Dei?

Secunda ratio sumi potest ex divina providentia. Pertinet namque ad perfectam providentiam, qualem in Deo ponimus [illegible] quo modo agendi sit aptior ad assequendum finem, quave ratione [illegible] ipsum finem facilius assequatur, & ad hoc maxime conducit scire, quid ex utroque modo agendi sit secuturum, si hoc vel illo modo agendi utatur. Unde & videmus homines providos maxima sollicitudine [illegible], quo modo magis sit idoneum ad fines quos intendunt assequendos, & ob hanc causam sæpe plures modos assequendi eundem finem ad invicem conferre, & explorare, an iste an ille sit convenientior. Penot.

Et quis non videat ratiocinationem istam procedere tam magis præscindendo à decreto prædeterminandi, quàm præscindendo à decreto Dei concurrendi; nec tamen providentia humana, modo pia sit, aliter procedat consultando, quàm conatus omnes quantumvis industrios subjiciendo consilio Dei. Resp. Minimè tamen negamus, nec omnino opus est ut negemus, Deum prænoscere *omnes modos & circumstantias agendarum*, aut ad rationem divinæ providentiæ sufficere putemus quod voluntas divina sit de se efficacissima; sed Deum prudentem etiam & providum agnoscimus omnia sapientia & prudentia moderantem, & in mundo gubernando etiam respicere, *quo modo agendi, quid naturæ cujusque rei magis conveniat.* Sed sicut nihil obstante ista Dei providentia, vos fatemini nihil à Deo fieri posse sine concursu Dei, ita nos dicimus, hac ipsissima Dei providentia nequaquam obstante, nihil omnino fieri posse sine prædeterminatione Dei; & sicut non sunt futura nisi per decretum Dei, ita neque videri possunt à Deo unquam futura nisi in decreto Dei. Quod & vos agnoscitis verum esse de decreto Dei tanquam causa futurorum partiali; nos autem demonstramus verum esse de decreto Dei tanquam causa integrali; Quia cum quæ futura sunt ab æterno futura fuerint, nec tamen natura sua sed ex causa aliqua extrinseca (quippe cum natura sua non magis futura essent quàm non futura) necesse est ut hujus futuritionis causa ab æterno esset; neque enim quod non est, futuritionem istam causare potest. Et cum nihil ab æterno fuerit præter Deum, consequens est, ut in Deum rejicienda sit illa futuritio tanquam in causam, idque tanquam in causam integralem. Et consequenter etiam in voluntatem Dei cum nec in scientiam nec in essentiam rejici possit tanquam in causam. Neque n. aut scientia aut essentia Dei facit res transire ex conditione rerum merè possibilium in conditionem rerum futurarum.

Tertia ratio sumitur ex mundi creatione & constitutione ordinis universi, vel [illegible] in eo opere [illegible] divinus direxit voluntatem, vel è contra voluntas direxit intellectum. Secundum dici non potest, quia hoc esset ordinem rerum pervertere, & ponere caecum ad ducendum eum qui videt. Si dicatur primum, Ergo antequam voluntas divina decerneret mundi constitutionem, oportuit intellectum divinum optimè præ[illegible] quid melius foret agere, quid omittere, quis ordo rerum esset pulchrior & magis idoneus ad Dei sapientiam, potentiam & bonitatem prædicandam & de omnibus agendis judicium absolutissimum & tale judicium absolutissi- Penot.

 Hæc

Respons. Hæc omnia prudentiam extra oleas vagantur; hæc enim Dei sapientia præsupponit omnipotentiam Dei, secundum quam omnia ordo possibilis dicitur esse possibilitatem omnipotentiæ istius execution subjiciuntur voluntati Dei. Nec fieri potest ut in actum exeat nisi voluntate Dei determinante. Et consequenter nec scibile est quicquam horum tanquam futurum, nisi præsupposito divino decreto de futuritione ejusdem. Ante autem hujusmodi decretum intelligentur omnes illi ordines duntaxat tanquam possibiles, scientia simplicis intelligentiæ; nullus autem intelligitur ut futurus scientia visionis. Nec in eo solum est differentia inter DEUM & creaturam, quod divinus intellectus de rebus agendis format judicium omnino certum & rectum, non sic autem intellectus creatus: sed quod intellectus divinus conjunctus sit cum voluntate omnipotenti & infallibili, non sic intellectus creaturæ.

Event. *Quarta ratio [illegible] ex humanis consultationibus. [illegible] omnibus hominibus insitum à natura, ut de futuris eventibus divina oracula consulant. Omnes autem consultationes humanæ supponunt esse in Deo notitiam illorum contingentium conditionatorum v. g. quid faciat miles, si ad bellum proficiscatur, an villæ dominus revertatur, an occidatur. Quid faciat nauta si mare [illegible] & alia id genus.*

Respons. Pollicitus est nobis rationes Scholasticas, sed prorsus nihil attulit à rationibus Scholasticis alienius. Instantiâ potis de rebus ab hominibus faciendis, desinit tamen in successu rerum ab homine faciendarum. Certè novit Deus utrum victoriam reportaturus sit miles, an secus, quippe cum teste Propheta Deus is sit, qui principibus victoriam tribuit. Novit etiâ an nauta domum remigraturus sit successu prospero. Nempe Deus is est cujus benedictione prosperè succedunt nobis omnia sive domi sive foris, Lev. 26. Deut. 28.

1. Sam. [illegible]
Psal. [illegible]

Event. *Quinta sumitur ex coordinatione malorum quæ eveniunt in mundo: vel enim Deum permittit fieri mala, quia novit quibus bonorum usibus illa valeat accommodare, & h. e. quod nos attendimus; vel quia solum novit, quod per suam omnipotentiam, ex quolibet malo possit bonum elicere, & defectus ex malo provenientes recompensare: & qui sic dicunt, non possunt rationem reddere, cur magis Deus velit elicere hoc bonum ex permissione hujus mali quàm alterius. v. g. cur potius voluerit elicere bonum incarnationis Filii Dei ex peccato Adæ, quam ex peccato Angeli, & cur potius voluerit elicere bonum humanæ redemptionis ex peccato Judæ & Judæorum quàm ex abnegatione Petri, vel lapsu Magdalenæ. Imò permissio hujus vel illius mali in individuo, aut etiam in specie, non esset [illegible] à divina providentia, cum per se [illegible], ex permissione cujuslibet mali, per solam efficaciam divinæ voluntatis quodlibet bonum elici possit. quod tamen est contra doctrinam Augus. in Enchirid. cap. 25. & 96. & alibi.*

Respons. Agnoscimus Deum permittere mala, quia novit quibus bonorum usibus illa valeat accommodare; h. e. gloriam suam etiam in mali permissione variis modis conspicuâ facere. Posse tamen illustrare gloriam suam ex permissione mali; causa est remota duntaxat permissionis mali; velle illustrare est causa prima. Sed negamus hoc omninò aut causæ [illegible] prodesse, aut obesse nostræ. Etenim nosse Deum quibus bonorum usibus mala valeat accommodare, nihil facit ad scientiam mediam, ad scientiã futurorum conditionatorum præscindendo à decreto Dei. Nam posse aliquid à Deo bonis usibus accommodari nullius est fundamentum præscientiæ divinæ rerum futurarum præscindendo à decreto Dei. Neq; n. illa accommodatio sciri potest à Deo tanquam futura, nisi cum fieri voluerit Deus. Rursus distinguit ea Penottus quæ distinguenda profecto non sunt. Quid enim aliud est, Deum scire quod valeat mala bonorum usibus accommodare, quàm scire quod per omnipotentiam suam ex quolibet malo possit bonum elicere. Nobis absurdè videtur affirmare Deum ex peccato Adæ elicuisse bonum incarnationis Filii Dei; quasi verò in peccato Adæ latuisset incarnatio Filii Dei, unde elicienda fuerat. Verumtamen ad satisfaciendum non modò pro peccato Adæ, sed & pro peccatis omnium electorum Dei, multo congruentiorem dicimus esse incarnationem Filii Dei, quàm ad satisfaciendum pro peccatis Angelorum. Rursus Judæ peccatum prodentis Dominum in manus eorum qui crucifixionem ejus meditati sunt, viam sternebat naturaliter ad crucifixionem ejus, non sic peccatum Petri Dominum suum abnegantis, aut lapsus Magdalenæ. Quod autem crucifixio Christi cessit in generis humani redemptionẽ mero Dei beneplacito tribuendum est, constituentis gloriam suã illustrare per modum misericordiæ, cum justitia temperatæ. Neq; nos solam divinæ voluntatis efficaciam rerum omnium administrationi præficimus, sed eam cum sapientia Dei, gloriæ divinæ patefaciendæ modos repræsentante, conjunctissimã esse censemus; Quemadmodũ & Augustinus, cum ait Deum novisse ad omnipotentissimam suam bonitatẽ pertinere potius ex malis benefacere, quã mala esse non sinere; licet in hoc bonitatis tantũ omnipotentissimæ mentionem faceret, non autem sapientiæ.

Sexta sumitur ex cognoscibilitate actuum moraliter malorum, Deum, cognovit quoslibet actus moraliter malos futuros etiam ex hypothesi, cognovitq; ab æterno, quod si homines & Angelos condidisset in eo statu, in quo illos condidit, illi peccaturi essent, ut omnes Patres concedunt. Hoc verò non potuit cognoscere in solo decreto permittendi eos lapsus si voluissent, neq; in aliquo alio decreto certum voluntatis physicè prædeterminantis, ut supra ex cap. 23. ex August. probavimus. Event.

Dicimus Deum actus moraliter malos futuros cognoscere ex decreto permittendi eosdem, non quod decretum Dei quicquam conferat ad expediendam cognitionem ejus, quasi non per se sufficiens esset ad cognoscendum quicquid cognoscibile est; sed duntaxat quatenus per decretum Dei unumquodque contingens, natura suã, ex Dei decreto habet, quod sit futurum; & consequenter etiam quod sit cognoscibile in genere futuri. nihil enim fingi potest quod faciat rem natura sua mere possibilem & indifferentem ad futuritionem vel non futuritionem, transire in conditionem rei futuræ, idque ab æterno præter decretum Dei. Et cum dicitur Deus decrevisse permissionem mali, perinde est acsi diceretur decrevisse ut malum fieret permissione sua, juxta illud Augustini: *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Respons.

Septima sumitur ex cognoscibilitate, & determinata veritate eorundem contingentium futurorum ex hypothesi: omnis Event.

[illegible] à Deo [illegible]; sed [illegible] determinatam [illegible].

Respons. Nihil magis in votis habemus, quam in hac specie [illegible] quo vel maximè viget propositio quæ [illegible]; neque enim quisquam dubitare poterit, quin scientia Dei cum sit infinita, de se [illegible] omne cognoscibile, in quocunque genere cognoscibili, futuri sive in genere possibilis, sive in genere [illegible], præsentis, aut præteriti. Sed negamus [illegible] contingentibus, quæ futura vocantur, esse futurum, præscindendo à decreto divino; & consequenter negamus esse cognoscibile in genere futuri. In quocunque ordine ponatur Petrus ad largitionem eleemosynæ; nam non magis sequitur largitionem eleemosynæ per manus Petri futuram esse, quam non futuram, secluso Dei decreto. Ratio est, quia cum natura sua sit tantum possibilis ista largitio Petri & indifferenter se habeat tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem; fieri non potest ut ex indifferenti ista conditione transeat ad conditionem determinatam sine causa aliqua extrinseca, & cum fuerit futura ab æterno, necesse est ei causa istius transitionis ejusmodi assignetur, quæ fuerit etiam ab æterno; Nam non extra nulla est actio, nulla causatio, At extra Deum nihil reperitur quod fuerit ab æterno. Ergo in Deo hujus rei causa quærenda est. At nec in essentia, nec in scientia Dei reperitur hujus transitionis causa aliqua idonea, superest igitur ut decretum Dei sit hujus transitionis causa, minimè quatenus est à Deo volitum, ut existat aliquando, eatenus est futurum, nec aliquatenus aliàs. Ubi vero disseris, *Petrum vel dabit eleemosynam, vel illam negabit, vel manebit suspensus, & quodlibet illorum, erit actus determinatus*, admodum pueriliter argumentaris; nam jam olim disseruit Aristoteles istam consequentiam falsam esse in futuris contingentibus, vel dabit vel non dabit indefinitè, sed definitè neutrum verum est, quod quidem verissimum est, secluso decreto Dei. Certe si existeret aliquis actus, esset ille determinatus; sed negamus sequi ullum actum extiturum definitè, sed tantum sequitur vel daturum eleemosynam fore, vel non fore indefinitè.

IN
GABRIELIS PENOTTI
Propugnaculi humanæ Libertatis
LIBRI TERTII CAP. XXX.
In quo argumenta solvenda proponit.

Penot. *I. Scientia media nullum habet fundamentum in Scriptura, aut Patribus, estque novum figmentum ante paucos annos inventum.*

Respondent ex jam dictis patere sufficienter hanc scientiam quoad rem habere evidens fundamentum in Scriptura, idemque usum fuisse omnibus seculis in Ecclesia receptum. Quoad nomen vero scientiæ mediæ, non esse admodum antiquum, sed hoc nihil refert; Neque enim antiquum est nomen scientiæ liberæ, neque nomina liberi arbitrii, actûs exercitæ, signati, exerciti.

Respons. Ex dictis patet, hanc tuam sufficientiam, quam venditas, ne flocci quidem faciendam esse. Nomen scientiæ mediæ vix centum annos antiquum esse, licet non admodum; sic antiquum dicimus. Ante Vasquium aut Fonsecam doceas si possis, an unquam auditum fuerit nomen scientiæ mediæ, nec tamen de nomine litem movemus, sed de re. Quis unquam aliam scientiam Deo tribuendam esse censuit, quàm quæ sit, aut simplicis intelligentiæ quæ possibilia omnia comprehendit, aut visionis, quæ futura complectitur, præsentia, & præterita.

Penot. *II. Testimonia divinæ Scripturæ, quæ in speciem videntur favere isti scientiæ mediæ, debent exponi de notitia dispositionis secundarum causarum, non de notitia futurorum eventuum; sic enim exponit Glossa interlinear. in 1. Reg. 3. & August. de prædest. Sanctor. cap. 14. illud Sap. 14.* Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus.

Respondeo, non posse consistere in Deo solam notitiam dispositionis, & ordinis causarum contingentium, sine notitia exitûs, & extrinsecæ talis ordinis; quia prima notitia sine secunda incerta est, & conjecturalis, ut docet Thomas de veritate q. 12. art. 10.

Hoc est Glossam interlinearem, & Augustinum, non interpretari, sed rejicere. 2. Etsi exitus & executio nosci possit futurorum absolute, at ut exitus futurorum conditionatorum tantum nosci possit, impossibile est, ea enim nunquam eventura esse ponuntur; dicere autem Deum *videre exitum ipsorum causarum, si illa non impedirentur*, quemadmodum sua lingua disertus est Penot. c. 20. nu. 8. quàm superat omnem sobrietatem eo loci declaravimus. 3. Sed & talis notitia Dei non est conjecturalis præsupposito decreto Dei, de regendis, atque agendis causis secundis juxta hanc ipsarum dispositionem. Respons.

III. Futurum quod revera non est futurum certæ præscientiæ objectum esse non potest, ex Augustino de prædest. Sanct. cap. 4. lib. de orig. animæ cap. 12. Penot.

Respondetur, Augustinum accipere nomen præscientiæ juxta strictam, & rigorosam acceptionem, quo pacto dicit relationem ad id solum, quod revera futurum est: & tum hoc stat, accepto nomine præscientiæ non ita strictè, Deum præscire etiam ea quæ futura sunt, non revera & absolutè, sed solum ex Hypothesi.

Est hæc responsio Suariana, sed nullius pretii, neque enim præscientia magis infert rem futuram esse, quàm scientia à præscientia distincta infert rem præsentem esse, aut præteritam; accepta præscientia & scientia tanquam ejusdem significati cum prævisione & visione; & quemadmodum videri nequaquam possunt quæ non sunt, ita neque prævideri possunt, quæ futura non sunt; Et Valentianus disertè profitetur istiusmodi scientiam potius esse simplicis intelligentiæ, quàm visionis. Respons.

IV. Rejicitur ab Augustino tanquam dogma Semipelagianorum, & ab Hilario responsi. contra recitatur. Penot.

Resp. Ex superioribus invicem collatis judicium fiat.

IV. Falsum est, quod ait Augustinum non negasse, Deum certò nosse futura conditionata. Nam diserta est Augustini sententia pro parte negativa; illud Sapient. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, interpretantis, tanquam dictum secundum pericula hujus vitae, non secundum praescientiam Dei:* & rationem subjicit, *quippe qui hoc praescivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Quare etiam hoc tanquam erroneum disertissimè taxat Augustinus; licet in alium eundem errorem plurimum invehatur, constituentium scilic. praedestinationem, & reprobationem ex meritis praevisis. Sic & Prosper, non modo eundem errorem damnavit, sed novum absurditatis genus appellat, dum sic ait, *In tantum quidam, cumque commentatis meritis electionem Dei subjiciunt, ut praeterita quae non extant, futura quae non sunt futura confingant: novoque apud illos absurditatis genere & non agenda praescita sint, & praescita non acta sint.* Etiam Damascenus illiusmodi praescientiam, *non tam praescientiam esse, quàm imposturam* affirmavit. Falsum est quod ait Augustinum admittere scientiam futur. conditionator. his verbis, *etiamsi fallaci fuisse praescitus sit;* etenim manifestum est, Augustinum tantum disserere ex hypothesi, nec sequitur, quisquis dicit *bona opera licet ea facturi fuisse praevisi sint aliqui, non esse causam praedestinationis,* proinde hoc modo differentem agnoscere praescientiam eorum quae nunquam fient. Nec tamen nego Augustinum praecipuè contra istum errorem Semipelagianorum disseruisse, statuentium sc. praedestinationem & reprobationem secundum opera quae facturi erant, si superstites fuissent; sed & obiter taxant errorem illum alterum Augustinus, & Prosper de scientia sc. futur. conditionator. Hanc tamen responsionem suam ait Penottus *opertasse se longius persequi, ne relinqueretur suspicioni locus in doctrina Augustini,* ut jam strenuè se partes suas egisse, lectori persuasum velit, quo omnem suspicionem expectaret, quasi aliter videretur in doctrina Augustini. Sic nimirum decet circulatorem conclusionem suam fiducia sua, quasi bellissimè res gestae essent, corroborare; Haec methodus disserendi Penotto propria est.

Penott. V. *Deus non potest ante decretum suae voluntatis scire quod angeli vel homines essent futuri, si vellet aliquem mundum creare. Ergo probatur consequentia; quia sicut omne id quod Deus operatur immediatè ad extra, pendet intrinsecè ex decreto suae voluntatis: ita quod operatur mediantibus secundis causis, pendet etiam intrinsecè ex divina voluntate, quia divina causalitas & providentia se extendit ad quodcunque ens in particulari.*

Respondeo, primo distinguendo antecedens, quia vel intelligitur ante decretum conceptum in Deo ex hypothesi, & sic est verum, sed non ad rem; vel ante decretum absolutum existens actu in ipso Deo, & sic est falsum. 2. Secundo respondetur negando consequentiam. Nam ea quae Deus operatur se solo immediatè ut causa totalis sine aliis causis, ut sunt gratia, creatio mundi, & similia, pendent etiam à Deo, & ab ejus voluntate, ita ut non expectentur concursus aliarum causarum: & ideo de talibus oportet esse divinum decretum antecedens. At quae fiunt à Deo mediantibus causis secundis liberis, non pendent à Deo, ut à causa totali, & ideo de iis non est decretum antecedens. Unde formaliter dicitur, licet tam quoad ea, quae Deus operatur mediantibus secundis causis, quam quoad ea quae operatur se solo immediatè, requiratur divinum decretum; non tamen requiritur idem decretum, neque eodem modo se habens. Nam ad ea quae se solo operatur, requiritur decretum antecedens: ad alia vero sufficit decretum concomitans.

Resp. Propositum decretum ex hypothesi, quatenus ex hypothesi poni potest, nempe non ex parte decernentis, sed ex parte rei decretae. Hypothesis est. Si vellet mundum creare; tamen in hac hypothesi, nisi accedat aliud decretum de numero Angelorum aut hominum condendorum, nequaquam sciret Deus quot Angeli aut homines futuri essent, nam horum effectuum, scilicet Angelorum, totalis causa Deus est. Si autem falsum est, quod arguens urgebat, ante decretum absolutum; tum ejus contradictorium est verum, nempe Deum ante decretum absolutum novisse quot Angeli & homines futuri essent, si modo vellet mundum creare: ergo novisset hoc antequam decrevisset certum numerum Angelorum atque hominum. Ergò certus numerus Angelorum & hominum futurus erat, ante decretum Dei de futuritione eorundem. Quaero igitur, unde hic numerus Angelorum atque hominum habuerit futuritionem suam? Non à seipso, nam numerus ille ex natura sua tantum possibilis est, & indifferenter se habens, tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Unde igitur factum est, ut hic numerus Angelorum atque hominum ex conditione rei merè possibilis migraverit in conditionem rei futurae. Neque enim sine causa fieri potuit illa migratio; At praeter decretum Dei nihil uspiam est, quod tantae migrationis causa esse ulla probabilitate fingatur.

II. Secunda responsio prorsus aliena est: neque enim quaeritur de causa rerum existentiae, sed de causa futuritionis rerum. Causae secundae cum Deo concurrere possunt ad causandam rei alicujus existentiam, quandoquidem & simul cum Deo existunt, & activae sunt. At nulla causa secunda cum Deo concurrere potest ad causandam rerum futuritionem; quia futuritio rerum facta est ab aeterno, rebus natura sua merè possibilibus evadentibus in conditionem rerum futurarum, idque non sine causa; At nulla causa secunda potest causare aliquid ab aeterno; Neque enim quod temporale est, potest esse causa ejus quod aeternum est. Ostendat Penottus causas secundas cum Deo concurrere ad causandam futuritionem rerum ab aeterno, & in hac causa superiorem esse cum facile concedemus.

VI. Argumentum. Propositiones de futuro contingenti non habent determinatam veritatem. 1. Perihermen. Ergo ut sint scibiles etiam à divino intellectu, oportet illas praedeterminari per divinum decretum. Penott.

Respondeo ex dictis supra ca. 11. & aliàs satis constare, quod futura contingentia etiam absoluta habent determinatam veritatem praescindendo etiam à decreto divino antecedente, de quo arguens intendit. Habent enim determinatam veritatem non ex effectu illius esse futuri, quod habent solum in secundis causis, sed ratione esse praesentis, quod pro aliqua temporis differentia habebunt in seipsis extra causas suas ut centies dictum est. & eadem quoad hoc ratio est.

de

de futuro dicebant, & de futuro [illegible] supposuerunt, [illegible] Thomas [illegible] contingentia habere deter- minatam veritatem [illegible] decretum praedeterminan- [illegible] causae: sed habere illud esse praesens a- [illegible] quod illa habent aliquando in seipsis ex- tra suas causas.

Respons. An quisquam solitus dicere sententiam aliquam ex veritatem esse, aut quamquam majoris ponderis habere, propterea quod centies affirmata fuerit? Si habet, res lucem, cur non etiam abeat in veritatem, & veritas in falsitatem degeneret, modo & centies affirmetur illa, & ista centies negetur. Sed sibi credo consultum esse voluit Penottus, cui in more positum est, conclusiones suas frequenter inculcare. Sed quae ad se dicta sunt jam expendimus, & quam falsa atque vere lectori facillime diligenter manifestum fecimus. Absurda sententia nulla distinctione promovet. Alii aiunt, habere determinatam veritatem non in causis secundis sed respectu esse praesentis, quasi vero si determinatam veritatem non habeant in causis secundis, consequens sequatur, habere veritatem ratione esse praesentis. Quis ignorat, quae futura sunt, ab aeterno futura fuisse; an vero in secundis causis obtinere putaverim hoc quicquid est prerogativae, ut ab aeterno transierint e conditione rerum mere possibilium, in conditionem rerum futurarum; cum causae secundae nequaquam fuerint ab aeterno? Sed vide quaeso summum hominis; negat habere suam determinatam veritatem respectu esse futuri, sed habere vult respectu esse praesentis. Vide tamen quam descriptionem subjiciat hujus esse praesentis; Nempe dicit esse praesens illud, *esse quod habebant in seipsis extra suas causas pro aliquo tempore designato.* Hic appello quemvis sobrium, utrum esse quod res habebunt in posterum, sit esse praesens, annon potius esse futurum. Pari sententiae congruentia dicere potuisset, contingentia futura habere determinatam veritatem ratione esse praeteriti quod olim habiturum, licet illud esse jam praeteritum, & quare quaeso non habent contingentia determinatam veritatem ratione esse futuri, quasi vero esse aliquid futurum, non perinde sit veritatis determinatae, atque esse aliquid praesens, aut esse aliquid praeteritum. Ego vero contendo, nullum contingens posse transire ex conditione rei mere possibilis, in conditionem rei futurae nisi per decretum Dei, idque tanquam causam migrationis istius solitariam. Ratio est, quia quicquid futurum est, illud ab aeterno futurum erat. At nihil extra Deum potest concurrere ad causandum aliquid quod fuit ab aeterno. Superest igitur ut solus Deus sit hujus migrationis causa; idq; per voluntatem suam, tum neque per essentiam, neque per scientiam ipsius hujus migrationis causa esse ullo modo voluerit. De Thomae sententia non quaerimus in praesenti, sed & hoc pensi quicquid est, in superioribus absolvimus, ostendimusque praesentiam rerum apud Deum ex Aquinatis sententia aliter intelligi non posse, quam de praesentia earundem apud Deum in esse volito, quemadmodum & olim Thomas Bradwardinus non Aquinatem solum, sed & alios interpretatus est.

Penott. VII. *A causa contingenti omnino indifferenti non potest provenire effectus certus, & determinatus, & certo cognoscibilis, nisi illa prius ab aliquo determinetur. Voluntas creata est causa indifferens, & contingens. Ergo. Sed illud determinans nullum aliud esse potest nisi Deus per suum decretum. Major est Averrois & Thomae; Minor secundi syllogismi probatur, quia si est aliquod determinans voluntatem, vel est objectum, vel Deus per suum decretum efficax; Non objectum, quia nullum objectum propositum voluntati potest illam determinare, quod evertitur, ut multis in locis probat Thomas; relinquitur ergo, ut illud determinans sit solus Deus.*

Respondeo, voluntatem in actu primo esse indeterminatam etiam quoad [illegible] ut lib. 1. cap. 19. 29. & fere per totum illum librum dictum est: & videamus ad hoc ut exeat in actum secundum determinatum, necesse est illam ab aliquo determinari; a quo vero determinatur ibi dictum est, tam determinari ab objecto specificative, & a seipsa, pro innata illius libertate quoad exercitium; addo etiam quoad actus moraliter bonos, maxime supernaturales, determinari quodammodo a Deo per modum excitantis, persuadentis, & adjuvantis; sed non efficaciter praedeterminantis physice, eo modo quo argutatur imaginatur.

Causas secundas cum Deo concurrere ad causandam multarum rerum existentiam extra controversiam est. At nullus est color concurrentiae causarum secundarum cum Deo ad causandam rerum futuritionem. Respons.

Sed & voluntatem dicis a seipsa determinari; an vero sine concursu Dei? Quomodo vero concurrit Deus nunquid modo nos velimus? at qui fieri potest ut concurrat ad volendum, modo non velimus sine manifesta contradictione? Hic ad incitas redacti sitis necesse est. Itaque negat Penottus Deum concurrere per subordinationem voluntati humanae, sed per coordinationem cum humana voluntate, neutra in agendo ab alio dependente. Et ne consequenter fortuitus evadat concursus iste; subsidium causae suae petit a scientia media; nempe Deum videre creaturam volituram modo Deus concursurus sit. At dico illud futurum conditionatum figmentum esse hominum praeter omnem sobrietatem disserentium. Nam volitio creaturae in quocunque ordine, modo Deus concursurus sit, est natura sua tantum possibilis, & indifferens tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Nec ex ista indifferentia transire potest in conditionem determinatam, nisi per causam aliquam extrinsecam. At nulla hujus rei causa fingi potest extra Deum; Quandoquidem ista futuritio facta est ab aeterno, & proinde requirit causam aliquam, quae sit ab aeterno. Nam non entis nulla est actio, nulla causatio activa; at extra Deum nihil fuit ab aeterno, & proinde Deus solus hujus rei causa censendus est.

Penott. VIII. *Ista scientia media ad nihil utilis est, non ad conciliandam nostram libertatem cum praescientia Divina &c. quia sine illa sciunt Theologi hoc omnia conciliare; non ad evitandas alias difficultates, quae per illam potius augentur. Nam illa admissa, sequitur tandem bonum usum liberi arbitrii reducendum esse in aliquid naturale, necessarium, vel in constitutionem, vel in proprietatem naturalem ipsius liberi arbitrii, vel in complexionem individualem, quae non sit in potestate hominis, ratione cujus asseritur, voluntatem in talibus circumstantiis congruam esse voluntati; ut si per illam excitetur infallibiliter sit praestitura consensum &c. At ista scientia dic utilis, ad Theologicas difficultates evolvendas, maxime ad determi-*

tam cavillos tollendos, & libertatem humani arbitrii cum Divina præscientia, prædestinatione, & efficacia Divinæ gratiæ conciliandam, credendam esse in arte versatis, & peritis juxta Regulam à Jurisconsultis traditam.

2. *Negatur sequi tale aliquod inconveniens, & cùm quæritur unde sit certum, quod Petrus sic vocatus infallibiliter sit præstiturus consensum. Respondeo id certum esse primò, quia Deus ita ordinavit secundas causas concurrentes ad illius salutem, ut licet omnes sint de se defectibiles, non tamen omnes de facto deficiant, præsupposita ista scientia per quam novit, quod, si illæ adhibeantur non omnes deficient, ut ait Thom. De verit. quæst. 6, art. 5.*

Secundò, quia Deus ita illum vocat sicut scit congruum esse, ut vocantem non spernat, ut ait August. libro 1. ad Simpl. q. 2.

Tertiò, quia objectum tale proponit, quod voluntatem excitabit, & illa se ad exercitium determinabit, & in hæc omnia resolvitur illa certitudo, non autem in aliquam constellationem, aut proprietatem naturalem, multò minùs in decretum Divinum physicè prædeterminans voluntatem Petri.

Respons. Facilè credo inventum istud ad hæreticorum (quos vocatis) oculos configendos excogitatum esse. Et quinam sunt illi in arte versati, penes quos de hujus inventionis utilitate judicium sit? numquid Dominicani? non credo: Sed potius Jesuitæ, & asseclæ Jesuitarum, qualis cum sui similibus Penottus audit, & id quidem meritissimè; nec sanè diffiteor duplici nomine utilissimam esse: primùm ad hæresim Pelagianam jam olim Orco damnatam, in superas auras revocandam, & quo plausibilior evadat incrustandam. Secundò ad miserandam hujus hæresis amasiorum, & patronorum, vertiginem majorem in modum detegendam. Nihil enim isto Dogmate vertiginosius esse deprehenditur, & tam execrandam hæresin tales sortiri patronos, atque assertores fuerat decentissimum: 2. Et sanè accuratè dicitur inutilem esse ad concordandam cum præscientia humanam libertatem. Etenim ita propugnatur eâ libertas humana, ut prorsus destruatur non modò Dei prædestinatio, qualem nobis exhibent Sacræ literæ, & gratiæ Dei efficacia, sed & ipsa Dei præscientia. Dum per scientiam mediam omne rerum futurarum cognitionis fundamentum prorsus evertitur. Finguntur enim contingentia futura esse, quæ futura non sunt, & consequenter finguntur esse cognoscibilia in genere futurorum, quæ reverà in eo genere cognoscibilia non sunt. videatur etiam, quàm ridiculè nobis repræsentet Divinæ cognitionis certitudinem. Primum hujus certitudinis fundamentum ponitur ordinatio Dei, quæ tamen ordinatio Dei nequaquàm statuitur isti Dei scientiæ præcedanea, sed duntaxat succedanea. Quis crederet adeò delirare potuisse hominem, in tanta hodie Scholasticæ eruditionis luce, præsertim hominem suo judicio dignum, qui in controversiis istis decidendis sese ingerat tanquam arbitrum honorarium. dicit Deum nosse non defecturas causas istas secundas, si omnes adhibeantur. undè autem hoc noscat Deus, nihil habet quod exhibeat. hoc tamen ostendendum aggressus est, & non modò, undè compertum habeat, sed & undè pro certo compertum habeat Deus.

Rursus dicit Deum tale scire, quia ita vocat, sicut scit concursurum esse pro vocationis congruitate; quod proinde est, ac si dixisset Deum inde nosse Petrum consensurum esse, quia novit consensurum esse. Nam si in congruitate vocationis acquiescimus, ibi subsistendum fuit; At Penottus isto minimè contentus (nempe probè novit, quàm minimè satisfaciat) progreditur ad aliud, nec advertit se, non tam ad calcem progressum, quàm ad carceres, undè egressus est, reverti. Sed & Augustinum gratiam seu vocationem efficacem in hoc positam esse jam docuimus non quod vocatio contemperetur affectibus hominis irregeniti. Sed quod ingenium, atque affectus hominis per inspirationem (hoc est, per regenerationem) contemperentur vocationi.

Denique coccysmum suum repetit, nec aliam quam manifestam advertit. Quærenti undè sit, quod Deus noverit objectum propositum, ita excitaturum voluntatem Petri, ut illa se determinet: respondet Penottus, tanquàm ex vertiginosi cerebri sui tripode, Deum inde hoc novisse, quod objectum propositum ita excitaturum sit voluntatem Petri, ut illa se determinet. Atque hinc quasi magnificè rem gessisset, ovantis instar concludit. *in hæc omnia resolvi illam certitudinem* (quæ tamen omnia sunt prorsus nihil) *non autem in aliquam constellationem aut proprietatem naturalem, multo minus in decretum divinum.* Nempe periode se gerit, ac si Galilæi alicujus instar, Novum orbem detexisset in corpore lunari, dignissimus profectò qui heroem illum jam prope defatigatum rabiosum quem sustegogeth, levare dignetur, cumque in honoratos suos transferat.

IX. *Ex positione istius scientiæ mediæ sequitur enervari efficaciam divinæ gratiæ & ex nobis ipsis posse assignari causam nostræ prædestinationis aut saltem causam seu conditionem, ob quam ratio ordinis mediorum in finem sortiatur rationem prædestinationis, vel retineat solam rationem communis providentiæ. Probatur consequentia, Quia prius est Deum prævidere Petrum constitutum in talibus circumstantiis, cum talibus vel talibus auxiliis consensurum esse pro sua libertate, quàm Deum prædestinare Petrum ad gloriam.* Tenent.

Respondeo. Quod spectat ad efficaciam divinæ gratiæ alibi tractandum est, neque etiam per scientiam mediam ea illa modo enervatur. Quod autem attinet ad divinam prædestinationem negatur consequentia. Quia enim dicit Deum prævidere si decerneret Petrum constituere in talibus circumstantiis præveniendo illum talibus auxiliis, vocando illum vocatione congrua, illum pro sua libertate consensurum. Prius ex hypothesi ponit auxilia divinæ gratiæ & vocationem congruam, quàm ex hypothesi videatur illum consensurum unde ad probationem consequentiæ dico.

Primo, ad hoc ut aliquid à Deo prævisum possit constitui causa prædestinationis vel reprobationis, non sufficit ut prævisum sit futurum solum ex hypothesi, sed oportet ut sit prævisum futurum absolutè ut August. docet contra Semipelag. locis citatis de prædestinatione Sanctorum capite 13. & de bono persev. capite 10. & aliis in locis.

Secundò, ad hoc ut bonus usus liberi arbitrii prævisus futurus ex hypothesi possit assignari pro causa nostræ prædestinationis, oporteret illum prævisum esse ut futurum ex solis viribus liberi arbitrii non excitati neque præventi, neque adjuti per divinum auxilium, & oporteret illum meritis Deum movisse esse ad gratiam prædestinationis hominibus præparandam: nihil autem istorum dicunt qui scientiam mediam defendunt.

Tertiò,

Tertiò [illegible], quod homo consentiat [illegible] [illegible] potestate [illegible], [illegible] liberum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] consentiret, quod est proprie praedestinatum.

Meo judicio multo compendiosius transigi posset negotium. Quid de efficacitate divinae gratiae hinc non vitae scrupulum non [illegible]: & quid sentiretur, potuimus [illegible] [illegible], modo libertas humana propugnetur. Et Canonicus ille tam facile de Canonica sua Sanctae Mariae de Pace per alas arbitrii sui transvolabit in caelum, quam Virgo Maria per gratiam suam. Sed de efficacia divinae gratiae alibi tractandum erit, (inquit) annon alibi tibi tractandum erat etiam de praedestinatione? quo nihil obstante respondendo, quod tibi videbitur de praedestinatione, non sic videbitur respondere de gratiae efficacitate. Non nihil hic procul dubio mysterii subest: Nempe facilius multò doctrinam suam component, & conspirare facient cum praedestinatione, quàm cum gratiae efficacitate. Expendamus tamen quae dicit: falsum est, quod ait Deum prius ponere in Petro auxilia &c. quam praevideat consensurum, si decerneret &c. prius saltem ponitur decretum ponendi auxilia, quam Deus praevideat Petrum consensurum absolutè, non autem priusquam Petrum praevideat consensurum ex hypothesi. Rursus falsum est, quod ait auxilia poni ex hypothesi; auxilia quoties ponuntur, ponuntur absolute, licet consensus non praevideatur nisi ex hypothesi auxiliorum. verumtamen istius phraseologiae absurditate passim laborat tanquam morbo Penottus.

1. Ergo non nisi praevisum aliquid absolutè ponatur causa praedestinationis, sed & consensus Petri post decretum constituendi ipsum in certo ordine praevidetur absolutè; & proinde nihil obstat, quo minus ille Petri consensus statuatur causa praedestinationis ejus ad gloriam, praesertim juxta Penottum; quippe, qui statuit praedestinationem ad gratiam priorem esse praedestinatione ad gloriam; in hoc Vasquium secutus, aequum enim est Theologum superficiarium deterioris partis, ut plurimùm, tenacem esse.

2. Sed remedium adhibet huic proximo, nempe consensum istum esse liberi arbitrii per gratiam adjuti, egregiam verò nobis gratiam auxiliatricem exhibet, quippe penes quam sit, non ut velit, sed ut possit si velit consentire. Etenim eadem per omnia gratia fieri potest ut alii non pauci fruantur nec tamen convertantur nec consentiant. Sed ex hac ista gratia qua dubitabit posse hominem consentire si velit, hominem velle si velit. Hoc est, secundam injuriam gratiae divinae impingere, neque enim gratiam Dei sua solum efficacia spoliatis, sed & per ludibrium efficacem esse dicitis. Quemadmodum à Pilati satellitibus per ludibrium coronatus est rex Servator noster. hanc ignominiam à militibus praetorii passus est Christus, eandem ignominiam à Canonicis istis & Jesuitis patitur hodie gratia Christi. Illi coronarunt Christum tanquam regem priusquam crucifigerent, isti gratiae Christi efficaciam prius crucifigunt, postea eam tanquam efficacem per ludibrium coronant. Sed & ista Penotti sententia est, consentaneus illius innuit Deum praedestinare hominibus gloriam, alias quando permisisset praemittere praedestinationem ad gratiam praedestinationi ad gloriam unà cum Gabriele Vasquio & Becano Moguntino Jesuitis.

3. Tertia responsio re ipsa sufficeret vindicandae gratuitae praedestinationi divinae ad gloriam, si modò praedestinationem ad gloriam praemitteret praedestinationi ad gratiam; quae tamen sua sententia non est, sed longè deterior: Vel invito Bellarmino & Francisco Suario, qui & Gabrieli Vasquio in hoc apertè refutationem opposuit. Et inter Jesuitas est quidem ille Suarez longe melioris notae propter methodum atque eruditionem scholasticam quàm sit Vasquez: sed facile patior Penottum pro eo quo est judicio atque eruditione partes facere propensiores, hoc enim adegit eum zelus suus quo mirifice aestuat in ruinam Antichristi sui, quem in praefatione sua lepidissimè nobis depinxerat, ut quàm facetus vir esset lector adverteret.

X. *Futurum conditionatum ante divinum decretum non est scibile, quia non habet esse necessarium & determinatum ut docet Thomas 1. parte quaest. 14. artic. 13. Respondeo, Ante divinum decretum concomitans vel absolute vel ex hypothesi, illud non est scibile: sed ante divinum antecedens bene est scibile; Non ratione illius esse quod habet in suis causis contingentibus, de quo loquitur Thomas in loco allegato; sed ratione esse praesentis, de quo satis ad superabundantiam dictum est.* [illegible]

At inquam licet operatio Dei admittat causam secundam concomitantem ad producendam rei alicujus existentiam, tamen decretum Dei nequaquam admittit causae secundae concurrentiam ad constituendam rei alicujus futuritionem. Ratio est quia existentia rerum temporalis est, & admittit causam secundam ipsi priorem, at futuritio rerum aeterna est, nec ullam causam secundam admittit sibi praecedaneam. Rursus ex doctrina de scientia media, futura conditionata à Deo praesciuntur ante omne decretum sive absolutum sive ex hypothesi: Nec satis in istius scientiae arte versatus esse videtur Penottus, dum hoc non advertit. Rursus sine causa fingit Penottus decretum Dei ex hypothesi scientiae mediae praecedaneam. [illegible]

Sed ista in superioribus explosa sunt, tanquam non modo non eruditionem ullam, sed ne sobrietatem redolentia, quae tamen infamnia sua tanti facit, ut ea satis ad superabundantiam (possumus dicere etiam ad nauseam) inculcet.

II. *Nullus effectus potest intelligi futurus in mundo, sive absolute, sive ex hypothesi absque divina decreto: Ergo ante illud nullum futurum conditionatum est scibile. Probatur Antecedens, quia nulla creatura potest esse in mundo sine divina causalitate, unde nihil infertur quod asserere ipsum scientia mediae auferant à Deo primã & veram causalitatem effectuum respectu actuum humanorum; quia secundum illos Deus est solum causa actuum humanorum quatenus ordinat causas secundas, non autem quoad illorum actuum substantiam non enim ita illos causat efficienter, quin illi prius essent futuri, ab humana voluntate, si illa poneretur in tali ordine, & cum talibus circumstantiis & quoad eorundem operationum superiora quod quia facit bonum, faciat Deus & non è contra: quod est* [illegible]

contra

contra Aquin. & contra veram philosophiam. Sequitur Penotti responsio.

Penot. *Respondeo effectus esse in duplici differentia. Quidam enim sunt, quorum Deus est principalis & totalis causa: quidam quorum etiam est causa, quae tali a secunda causa proficiscitur libere, ita tamen, quod iidem effectus sint etiam a Deo immediate agente cum secunda causa. Sic duplex est decretum in Deo, aliud quo decrevit secundas causas producere & omnia necessaria ad edendas suas operationes actiones illis tribuere, & suum illis concursum adjungere in actu primo, aliud vero quo decrevit cum secunda causa maxime libera ad singulos illarum actus concurrere in actu secundo. Primum decretum est antecedens, secundum est solum concomitans. Nullus autem effectus est futurus in mundo absque altero horum duorum decretorum, &c.*

Respons. Illa nequaquam concernunt præcipuum apicem controversiæ præsentis. Etenim exponunt isti conferre aciem disputationis suæ, de causis rerum quoad earundem existentiam, sed horrent inquisitionem instituere de causis rerum quoad earundem futuritionem. Causæ secundæ cum Deo concurrere possunt ad causandam nonnullarum rerum existentiam: at impossibile est, ut cum Deo concurrant ad causandam rerum futuritionem. Sed procedat Penottus ut volet: *Nullus* (inquit) *effectus est futurus in mundo absque altero horum duorum decretorum.* Imo (inquam) hoc falsum est: Nam determinatio causæ secundæ ad operandum sive ad producendum effectum suum ex neutro horum decretorum proficiscitur. *Effectus secundi generis pendent quidem* (inquit) *ab aliquo decreto antecedenti, nempe constituendi liberas causas in esse & in talibus circumstantiis & cum talibus auxiliis ad agendum & adjungendi illis divinum concursum.* At solum decretum concurrendi est causa cur ipsi fiunt, cætera sunt tantum causæ remotæ & sine quibus non, cujusmodi dici solent causæ [illegible]; Decretum vero concurrendi absolute præsupponit scientiam mediam rerum contingentium, tanquam futurarum, positis certis hypothesibus, quæ tamen positis illis hypothesibus non magis futuræ sunt, quam non futuræ natura sua; nec alia causa fingi potest, cur ex possibilibus evadant futuræ, ex indifferentibus evadant determinatæ, præter voluntatem Dei. A cujusmodi tamen voluntate Dei antecedenti prædeterminante physice pendere non vult Penottus, *quia hoc si foret, ex de secundarum causarum libertate interiret, & earum causalitas perverteretur.* Dicit hoc Penottus, sed præter omnem rationis analogiam, etenim causæ secundæ, qua secundæ, requirunt potius ut subordinentur in agendo causæ primæ, quam ut eidem coordinentur. Proculdubio vult hoc obtinere de causis secundis liberis, non qua causæ secundæ sunt, sed qua causæ liberæ. Atque hoc quidem exigit ratio, sed potius respuit; nam qua ratione causa secunda æqua est, ut subordinetur primæ, pari ratione nullo minus æquum est, ut etiam causa secunda libera subordinetur primo libero. Et posse Deum efficere, ut causa secunda libera producat actum aliquem particularem contingenter & libere, fatetur ipse Penottus, nec solum fatetur, sed & Doctrinam istam *habere verum, legitimum & catholicum sensum, qui a nemine possit negari libro 4. capite 15. numer. 3.* Imo, vel invito Penotto sequitur ex hac ipsius de scientia media sententia, libertatem causalitas non auferatur, primam tamen causalitatem à Deo auferri, quatenus Deus statuitur concurrere non antecedente aliqua ratione, sed motione dumtaxat concomitante; Sed & causalitas, quæ Deo tribuitur, nequaquam illi tribuitur, nisi inspecta libera determinatione causæ secundæ tanquam jam proxime futura, quæ revera futura non est, sed mere indifferenter se habet tam ad hoc ut futura non sit, quam ut futura sit: quatuor modos proponit quibus Deus author esse dicatur actuum humanorum, quoad substantiam actuum, qui tamen omnes, & singuli nullam habent congruentiam ad constituendam in illis causalitatem actuum humanorum, quoad substantiam eorundem. Nam dare esse voluntati, non est dare esse actui à voluntate pendenti magis quam avus dat esse suo nepoti. Sed neque dare voluntati vim agendi est causam esse actuu à vi illa proficiscentium, ut mittam dicere, quam absurde distinguantur ista duo: pari ratione neque qui conservat esse voluntatis & vim agendi, ulla congruitate dicendus est Autor actuum hinc emanantium; Quartus modus est, applicatio ad agendum, inclinando scilicet ad bonum universale. Atque hanc etiam Deo largitur tanquam motori universali: scilicet, & quid quæso distat illud à conservatione naturæ; cum omnia naturaliter appetant bonum, sive illud hominibus honestum fuerit, sive utile tantum, aut jucundum quantumvis inhonestum. At applicatio, de qua philosophatur Aquinas ejusmodi est. *Quemadmodum Artifex aliquis applicat securim ad agendum,* quæ quidem fit, & ad actus particulares, & de novo, prout aliud, atque aliud agendi se obtulerit opportunitas. Hactenus liberalis esse videri vult Penottus, ad modum Pontificis Romani [illegible], & [illegible] suos distribuentis, simulque profitentis sibi aurum, & argentum non adesse, sed qualia ipsi in promptu sunt paratum esse distribuere. Neque mirum cujus sub umbra degit, si ab ejus ingenio non nihil hauriat. Tandem ad actus etiam supernaturales Deum movere vult humanas voluntates, idque non solum moraliter, sed & physice; non tamen prædeterminare. Atque hinc in novam distinctionem sese induit (nec tamen novarores isti audiunt) nempe concedit Deum inchoare motum, vel largiri inchoationem motus ipsi voluntati ad bonum (videlicet, ad actum aliquem particularem) non tamen voluntatem, in termino motus constituere: hoc enim esset prædeterminare. Terminum autem humanæ voluntatis appellat consensum, vel dissensum. Quod si expostulet etiam, quid sit motus istius inchoatio, ad accuratam harum rerum explicationem nihil reliqui fecisset. verum hic illi hærebat aqua. Itaque distinctionem suæ explicatione volare vult in orbe Christiano ala unica; Sed & ipse motus physicus, cujus inchoationem quandam statuit, & terminum ponit esse consensum, vel dissensum, videtur admodum obscurus. puto tamen revocandum esse ad alterationem, nisi forte (cum sit ad actum supernaturalem) videatur potius dicenda generatio, si non potius dicenda sit creatio. At generatio, cum sit in instanti, non admittit distinctionem hujusmodi, videlicet inter inchoationem ejus, & terminum. Alteratio

ratio

[illegible] in tempore [illegible] tamen eam, potest fore [illegible] aliquo [illegible] inchoationem & terminū, sed [illegible] terminus à quo [illegible] distinguitur, ut terminus ad quem à termino à quo. Inchoatio autem nihil aliud est quam motus [illegible] qui quidem distingui potest in partes gradibus aut etiam in partes continuas motus enim [illegible] continuus est. Rursus motus continuus, & divisibilis in partes semper habet [illegible] ad [illegible] modum divisibilem in gradus: exempli gratia, Calefactio per durationis suæ continuationem [illegible] aliquem terminum videlicet calorem, majorem aut minorem, quem in subjectum, in quod agit, introducit: At terminus hujus motus (de quo Penottus) consensus videlicet, aut dissensus, gradus non habet. Rursus quā ratione Deo largitur motum inchoatum, eadem per omnia ratione largiri Deo potest ejusdem motus continuationem, usque ad productionem termini: Nam si physicè prædeterminet ad inchoationem motus, nihil obstat quo minus prædeterminet ad continuationem eo modo quo prædeterminat ad motum inchoatum necesse est, ut prædeterminet ad terminum ejusdem in aliquo gradu. Exempli gratia, quicquid inchoat calefactionem in aliquo subjecto [illegible] hoc ipso calorem, etiam in eodem subjecto secundum aliquem gradum. & nimis dissolutè dicitur Deum posse movere physicè voluntatem ad actum particularem, hoc est, ad consensum in particulare aliquid, non expectato consensu ejus: Nam sicut non potest constituere voluntatem in termino consensus, sine consensu completo, ita nec potest constituere voluntatem in principio consensus, sine consensu inchoato. Et quemadmodum calefactio inchoata dari non potest, nisi aliquid calefiat, ita et [illegible] consensus factio, vel inchoata dari non potest, nisi etiam detur quoque passio, secundum quam voluntas fiat consentiens. Sed nihilo minus admirabile videtur, quod ponit Penottus dari motum à Deo inchoatum ejusmodi esse [illegible], cujus terminus indifferenter esse potest, vel consensus, vel dissensus. Ex quo sequitur operationes aliquas posse esse irritas, & frustraneas. Sed ut una & eadem operatio indifferenter tendat ad contraria consensum scilicet aut dissensum, tam putida sententia est, ut mirer hominem philosophiæ imbutum, prout (interdum eruditionem suam prodit) adeo infatuè potuisse ac audere commentum tam absurdum, nec ingenium nec eruditionem [illegible], etiam Theologiam conspurcare. Adde his, tam Deo tribui inchoationem motus illius cujus terminum facit dissensum à fide, & resipiscentia, quàm motus illius cujus terminum facit consensum in fidem Evangelicam, in resipiscentiam. Tandem aliquando, hoc nimirum quoad [illegible] actus humani causalitatem Deo tribuit, nempe per modum concursus. cætera omnia præcisa inania sunt, & merè ludicra.

Ad extremum negat Deum velle, quia homo vult, magis quàm hominem velle, quia Deus vult, nempe vult hominem & Deum concurrere ad agendum ejus actus supernaturales tanquam concausas coordinatas atque ejusdem ordinis, ne scilicet ordo secundarum causarum liberarum invertetur, ut supra, præter [illegible] dissensus; quasi verò Deus non sit perindè primum agens liberum, atque primùm agens in genere; & quemadmodum ut primùm agens requirit omnia secunda agentia ipsi subordinata esse; ita etiam ut primum agens liberum nihil minùs exigit omnia agentia libera ipsi subordinata esse. Tandem ad suum artificium distinguendi redit, & quod attinet ad actus moraliter bonos, vult hominem eos velle, quia Deus vult, quia scilicet humana voluntas à Deo prævenitur auxiliis excitantibus, quæ tamen auxilia & motus per eis inchoatos, ratione termini sui habere possunt dissensum à bono proposito, quàm consensum in bonum: quemadmodum jam supra dictantem minimas suas, & subtilitates acerrimus Novatiensem. Quod videret obiter periculosum, & proinde fatetur concedi posse Deum non velle, si homo non vult, in sensu negativo. An verò in sensu affirmativo hoc concedi possit, licet suæ philosophiæ Minerva (vel invita propè methodi Minerva) insinuet, non tamen ex professo aperit. Tum verò de actibus moraliter malis, putat *concedi posse, Deum velle illos actus, quia homo illos vult, & non è contra.* Nempe in hoc se accommodavit scenæ suæ, cum par sit per omnia ratio, quoad omnem causalitatem physicam, cur tam homo velit actum moraliter malum, quia Deus velit, quam cur homo velit actum aliquem moraliter bonum, quia Deus velit; item cur Deus velit actum aliquem moraliter bonum, quia homo velit, atque adeo velit actum aliquem moraliter malum, quia homo velit. Dico quoad omnem causalitatem physicam, quod & manifestum est in omnibus instantiis causalitatis divinæ, quod attinet ad actum boni superius à Penotto memoratis, excepto unico, videlicet quarto, quod planè commentitium est. Imò cur non hoc dicam quod omnem etiam causalitatem moralem in suasione positam, malum actum Deo perindè atque homini tribuendam esse juxta istos Theologos, nam ad omnem suasionem moralem ad malum concurrit Deus, idque eadem omnino causalitate physica, quâ concurrit ad actum fidei, & resipiscentiæ: nam tantùm concursum suum commodat ad ingenerandam fidem, ac concursum suum commodat ad suasiones omnes, etiam Diabolicas, quibus ad quodvis flagitium, aut facinus perpetrandum accendimur.

Objectionem proponit de ipsius humanæ voluntatis influxu in actum, tanquam nequaquam à Deo ne per concursum quidem, prudentes objectionem expectamus quomodo diluat. Respondet itaque non esse hîc proprium locum de hac re disputandi, ast inquam locus hîc procul dubio tam competens est ad objectionem propositam diluendam, quam ad objectionem proponendam; Sed quia nonnulli putant (inquit) in hac instantia vim esse insuperabilem, quam tamen ille nullam, ne minimam quidem agnoscit. (Sic enim solet omnia in adversum ipsi nitentia depretiare, non modò hæreticorum (quos vocat) sed & pontificiorum. Est enim hoc artis hodiè contentam Argumentum repræsentare pro legitima Solutione.) Itaque respondet *primò quærendo à se argumentibus, utrum illi admittant secundas causas habere suam propriam causalitatem:* nec dubitat, quin habere concessuri sint. *Rursus* (inquit) *quærendum est, an causalitas se-*

cunda

causa causæ, at est secunda causa præcisè & propriè sit causalitas primæ causæ, nec dubitat, quin distinctam sint actionem incarnatam à creata, & creaturam à Deo. Addit loqui se de actione secundæ causæ propriè, ut est à secunda causa, sub hac enim (inquit) ratione non est à prima causa, nisi secunda causa sit prima.

Penot. *Denique quærendum est (inquit) an Causalitas secundæ causæ, & influxum secundæ causæ in effectum sint unum & idem, patet etiam adversarios respondere affirmativè. Si verò (inquit) hæc ita se habent, ex omnibus sequitur etiam in sententia argumentum, aut tollendam esse omnem causalitatem secundarum causarum aut illarum influxum ut est, ab illis sub ratione qua est à secunda non esse à Deo, & consequenter sit aliqua entitas, erit aliqua entitas in mundo, quæ nec sit Deus, nec à Deo.*

Dicendum igitur (inquit) quòd nulla est entitas creata, quæ non sit à Deo etiam ipse influxum secundarum causarum in suos effectus, non quod omnes causæ secundæ prædeterminentur ad suos effectus (nam ista prædeterminatio difficultatem non aufert) sed quia totum esse & ratio causandi causarum secundarum pendet à Deo etiam dum actu operantur, & sub eâ ratione qua actu operantur, & quia influxum secundæ causæ in effectum idem est omninò cum ipsa operatione ejusdem causæ secundæ, quæ cum sit immediatè tam à Deo, quàm etiam à creatura, etiam ipse influxus secundæ causæ in effectum erit à Deo, quod illum sustentare.

Porro aut admittere quod ipse influxum sub ea præcisè ratione, qua est à secunda causa, non sit à Deo, est temerarii timore, ubi non est timor, & nimis religiosum esse, sicut nimis religiosus esset, qui vellet Deum ita in omnibus operari, ut nullæ secundæ causæ ullam habere propriam causalitatem: sufficit enim, quod sit à Deo sub alia ratione.

Respons. Omnes, quos sciam, in hoc apice consentiunt, unã & eandem esse actionem primæ causæ, & secundæ, qua producitur effectum. Sed propter ordinem harum causarum in agendo, primæ videlicet & secundæ, dicimus Deum non modò cum causa secunda concurrere ad effectum aliquem producendum: sed & in ipsam causam secundam influere, eamque ad agendum determinare. Subtilitas autem Penotti nullius pretii est, qua vult influxum secundæ causæ esse quidem à causa prima: sed non quà est à causa secunda. Neque enim adversarium refellit aut ad aliquod incommodum impellit. Neque enim opus est, ut dicamus influxum secundæ causæ & esse à Deo, & sub hac ratione esse à Deo, quà est à causa secunda; quas rationes quæ Occidentes nobis explicabit? Sed neq; dicimus, aut influxu Dei esse & à Deo, & ea ratione esse à Deo, quà est à Deo, aut influxum voluntatis humanæ, & esse à voluntate humana, & ea ratione esse à voluntate humana, quà est à voluntate humana. Considerari possunt res sub variis rationibus. At absurdum nimis mihi videtur affirmare res produci ab agentibus sub una ratione, non autem sub alia, præsertim, produci ab agentibus, aut quatenus sunt ab illis, aut quatenus sunt ab aliis; Quid quod hujusmodi rationes, quæ præeunt productionibus rerum, potius succedaneæ sunt productionibus earum quam præcedaneæ. Itaque dicimus causationem, sive influxum causæ secundæ, non esse causationem, seu influxum causæ primæ, sed effectum potius causationis, seu influxus causæ primæ, non illius influxus quo influit in actum sibi cum causa secunda communem, sed illius, quo influit in ipsam causam secundam. Atque ita nemo loquetur aliquam entitatem in mundo esse, quæ non sit à Deo, quia scilicet influxus causæ secundæ, quatenus à causa secunda, non sit à Deo. Ubi enim est illa entitas, quæ non sit à Deo? Neque enim influxus causæ secundæ, hoc modo statuitur non esse à Deo, sed neque ratio secundum quam dicitur esse à causa secunda, statuimus enim esse à Deo; tantum negamus influxum secundum hanc rationem esse à Deo: & ne id quidem negatur, quia secundum aliquam aliam rationem sit à Deo, sed tantum quia absurdè dissentimus de rationibus procedendi ab aliquo, quoties rationes illæ subsequuntur potius productionem illam, quam præcedunt, si non tempore at saltem natura, dicimus & actum volendi esse à Deo: & quod homo velit hunc actum esse à Deo, juxta dilectissimam scripturarum phraseologiam, Ezech. 36. 27. *Faciam ut in statutis meis ambuletis, judicia que mea custodiatis, atque observetis:* quæ testimonia vos corrumpitis, respondentes ejusmodi operationem divinam, secundum quam, non tam Deus obedientiæ nostræ autor esse illa congruitate dicitur, quàm liberum nostrum arbitrium. Nam aut in motionem contractu moralis suasionis scilicet respiciendam censetis, aut si physica operatione fieri dicitis, eam non aliam esse vultis, quàm quæ longè frequentius effectu suo frustratur, quàm eundem sortiatur. Neque enim ultra progreditur apud vos efficacia gratiæ Divinæ, quàm ut obedire possit homo si velit. Hoc præcipitium ut declinetis, confugitis ad vocationis congruitatem, quam Deo notam esse fingitis per scientiam mediam, Commento præter omnem sobrietatem introductam; nempe rem contingentem, & natura sua non magis futuram quam non futuram, exemplari audacia sine omni causa futuram esse fingitis, ut sic in genere rei futuræ à Deo cognoscibilis sit.

Sed quia motio Dei, quà causas spirituales ad agendum ciet, natura est admodùm recondita, nobis præsertim, quos intelligentes phantasmata speculari necesse est, ut jam olim professus est Aristoteles intellectum nostrum ad sublimia illa caligare, sicut noctua caligare solet ad Solem, hinc est, quòd ad metaphysicas subtilitates nos revocent in hoc apice, ut difficultates fortè reddant inextricabiles. Sed ut eadem licentia grassari potuissent in motu projectionis, rerum etiam corporalium ad calculos revocando, est enim res expeditu difficilima. Interea non diffitentur Suarez, & Penottus posse Deum ita movere, & regere voluntates nostras, ut faciat eas liberè æque infallibiliter aliquid agere. Nec tamen adversum hoc ipsorum proloquium iisdem accuratè premi difficultatibus, quibus urgetur sententia nostra. Et quid absurdi est, affirmare Deum naturalibus agentibus ita præsidere, ut non modò ad operationes ipsarum producendas concurrat, sed & agentia ipsa applicet ad agendum, non tanquam motor universalis inclinans ad bonum universale (qualiter supra disserit Penottus de operatione Dei, qua physicè movet agentia rationalia) neque enim agentia naturalia distinguunt inter bonum universale, & particulare, sed ut agant in particulari quicquid agunt.

Con-

Concludo, simulque inanem Penotti ratiocinationem patefacio. Cùm (inquit) *operatio causæ secundæ sit immediatè, tum à Deo, tum etiam à causa secunda, etiam ipse influxus causæ secundæ in effectum erit à Deo quoad substantiam:* At (eo quo ipse) pari ratione concludi posset, etiam influxum Dei in effectum esse à causa secunda quoad substantiam. Nam & operatio Dei est immediatè tum à Deo, tum etiam à causa secunda unica operatione cum utrisque ad effectum producendum, idque immediatè ex ejus confessione.

XII. *Si Deus cognoscit omnia futura conditionata cum humanus intellectus possit formare infinitas hypotheses, & super illis Deum confiteri oporteret Deum illas omnes nosse, & quid ex unaquaque illarum esset futurum, quod videtur absurdum.*

Respondeo omnes hypotheses in quibus aliqua bonitas consequens est ex illationis, aut ex convenientia, & proportione inter illas & ea, quæ ex illis sequuntur, & omnia futura, quæ ex hujusmodi suppositionibus secutura essent, Deum certò & infallibiliter nosse: neque inde sequitur aliquod absurdum, sicut absurdum non est, Deum nosse infinita individua creabilia sub qualibet specie.

Hæc autem omnia dixerim, non quòd oppositam sententiam aliquâ notâ dignam existimem, sed ut quid in hac controversia veritati magis consentaneum arbitrarer, liberè ac sinceré aperirem.

Certè absurdum non est Deum cognoscere infinita, modo cognoscibilia fuerint; Sed nec intellectus humanus fingere potest infinitas hypotheses, sed finitas duntaxat, licet in infinitum & ab omnibus (ni fallor) concedatur finitum aliquid crescendo nunquam evadere posse in infinitum, & in consequentiis illis, quibus tu bonitatem tribuis, nulla omninò bonitas reperitur, quippe quibus res ponitur ex hujusmodi conditione futura, quæ posita non magis re ipsa futura est, quam non futura; nisi superaccedat alia causa aliqua, quæ futuritionis non factæ, sed fictæ, reverâ causa sit, ut in posterum non ficta futuritio, sed vera esse incipiat.

Quam syncerè te gesseris in illa sententia impugnanda, quam tamen nulla nota dignam esse existimas, Lector eruditus & æquus consideret, & sententiam ferat.

DIGRESSIO QVINTA,

In qua

Prodigiosa quædam Penotti sententia de decreto Dei ad modum sententiæ adhuc pendentis concipiendo, una cum aliis aliquot nihilo minus portentosis assertionibus ad partes vocatur, & refellitur

GABRIEL PENOTTUS

Propag. Libert. Hum.

LIB. IV. CAPITE ULTIMO.

EXordietur Penottus à quibusdam suppositionib[9], quarum prima est: *Omnes actus divini immanentes, sive intellectus, sive voluntatis, prout sunt in Deo, mensurari æternitate.* Agnoscimus actus illos omnes esse simpliciter æternos; cautionem autem illam *prout sunt in Deo*, futilem esse existimamus; neque enim aliter considerari possunt quàm ut in Deo: ea enim ratio est actionum immanentium, atque sub hac ratione distinguuntur à transeuntibus. Dum actiones istas mensurari ait æternitate, suæ plusquàm tautologiæ fucco vitiliter, in nullum quod sciam usum comparatæ. Secunda suppositio sic est: *In ipsa æternitate intrinsecè, non est neque præteritum neque futurum, sed unicum tantùm instans semper manens & semper præsens ut docent Theologi post Thomam 1. parte quæstione 10. articulo 2. & 3.* Quamvis limitatio illa de æternitate intrinsecè considerata, abundet; in hujus tamen suppositionis amplexum nos daremus; quam tamen in doctrinam Novatiensis illius hoc capite propositam adversis cornibus incurrere, mirùm quantus stupor hominem oppresserit ut non adverterit. Quippe cum dicta opera hoc agat, ut licet præteriti notionem divinis decretis abjudicet, totus tamen in eo sit ut futura esse contendat, non autem præsentia; nondum enim vult esse determinata. Decretum verò nondum determinatum non decretum quidem est; etenim rem esse à Deo decretam, est esse à Deo determinatam. Veruntamen percommodè accidit, quod limitatio illa de æternitate *intrinsecè* considerata diserté proponeretur; ut manifestum fiat ex arbitrio Penotti, dari adhuc aliam æternitatis considerationem, videlicet *extrinsecè*, qua scilicet & æternitas & quicquid in Deo est, considerari possit, tanquam coexistens rebus creatis, in cujusmodi coexistentia minimè negabit Penottus dari non tantum præsens, sed & præteritum & futurum. Sed progrediamur cum Penotto; *Hinc sequitur* (inquit) *divinum decretum quatenus est verè & propriè in Deo non transire in præteritum sicut transit decretum humanum, sed esse semper manens in præsenti, & semper ex parte rei esse concipiendum, ut nunc egrediens à divina voluntate; non autem concipiendum est tanquam sententia quædam, quæ jam transierit in rem, ut ajunt, judicatam.* At quid hoc, *divinum decretum quatenus est verè & propriè in Deo?* quasi verò de-

quam divinum [illegible] haberet rationem vere consideratae [illegible] subjecti nunquam [illegible]. Ipse [illegible] illa comparatio fuit decretum [illegible] quod, [illegible] ejus genii est, ut mox excidat homini five dormienti five vigilanti, modo aliud agenti, & identidem renovari possit, nam sic decretum divinum, quippe quod post quam factum est, idque non nisi ab aeterno, nunquam excidit, sed in aeternum manet apud Deum. Adverte sane Deus ipse & hodie est, & ab aeterno erat, & in aeternum mansurus est, ita & decreta omnia divina & hodie sunt, & ab aeterno fuerunt, & in aeternum mansura sunt. Sed quid tibi vis, cum ais decretum Dei concipiendum esse *tanquam egrediens à sua voluntate*? An sic egrediens esse vis, quasi nondum egressum? at hoc quid aliud est, quam aeternitatem adimere decretis divinis? Sed & egredi & egressum esse à voluntate divina prorsus idem sunt, neque enim secundum deliberationem, neclum si concum [illegible] ad quem [illegible], egrediuntur à Deo decreta ejus. Sed sicut Filius à Patre, Spiritus sanctus à Patre & Filio, egreditur & egressus est, idque ab aeterno, ita & decreta divina, & à divina voluntate sunt egredientia & egressa, idque ab aeterno, cum hoc tamen discrimine, quod illae emanationes sunt necessariae; hae verò liberae, utrae que tamen aeternae, & sine ulla successione. Quare decretum Dei semper concipiendum est, tanquam quod *transierit in rem decretam*, idque ab aeterno, non quidem ut *sententia quae transierit in rem judicatam*. Nam sententiae divinae & judicia divina non sunt confundenda cum decretis divinis, quod valde tamen & veteratoriè facitat Pennottus, sed ab iisdem distinguenda, juxta illud Gregorii: *Deus mutat sententiam, consilium nunquam*. Sententia fuit, *Adhuc quadraginta dies & Ninive subvertetur*; quam Ninivitis praedicare jussus est Jonas. decretum verò non fuit. Ex adverso punita Ninive [illegible] spatio nunquam subversum iri decreverat, idque ab aeterno; quippe cum negari cum [illegible] non possit ipsorum resipiscentiae Deum praescium fuisse, idque ab aeterno. Sed pergit Pennottus ut & nos vestigiis ejus insistamus, *Et quamvis divinae Scripturae loquentes de decretis divinis per nostrum temporis praeteriti, dicant: Quos praescivit & praedestinavit & elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: & alia similia, tamen in rigore sermonis aliter loquendum esset, nisi quod divina Scriptura ut valeat multa loquendi accommodatio nostrae modo intelligendi*. Vides Lector quàm parvissimum abfuerit, quin Apostolum Paulum & in eo loquentem Spiritum sanctum corrigeret Cannonicus iste, & de electione, praedestinatione & praescientia Dei rectius loqui institueret. Sed quid tibi videtur Pennotte; numquid electionem nostram vis non nisi post mundi constitutionem factam esse, aut saltem non ante mundi constitutionem? utrum horum mavelis, omnino in os Apostolo Paulo contradicens; quippe cum palam significet, *ante mundi constitutionem* factam esse electionem nostram? Quod si concedis, ut certè tibi concedendum erit necessario, modo electionem aeternam esse [illegible] videas, quid [illegible] omnes [illegible] *in rigore sermonis* potius dicendum sit *Deum nos praescire, praedestinare & eligere, ante mundi constitutionem*, cum Apostolo Deum praescivisse, praedestinasse, elegisse seu praeteritum de praesenti dicas [illegible] & [illegible] Communiter omnes Grammatici, ut hoc in causa re dispendium penes sententiam ferunt. Verum nisi me fallit conjectura nunquam satisfaciemus Pennotto, nisi verbis illis significationem praesentis cum tempore in verbis significationem futuri, dicendo scilicet Deum non tam ab aeterno praescivisse, praedestinasse, elegisse, quam ab aeterno praescire, praedestinare, eligere nos ante ipsam mundi constitutionem, quam Deum ab aeterno praescitorum, praedestinatorum electorum fuisse nos ante ipsam mundi constitutionem, imò & post ipsam mundi constitutionem; & hodie non tam eligere quam elegisse, & eos qui hodie in terris degunt, & eos qui postmodum nascituri sunt, relinquo lectorem diligenter advertere ex sequentibus an S. Scriptura esse deprehendat. Sed ex Augustino & [illegible] tam [illegible] & prodigiosae consimili praesenti, agendum illum videamus. *Dicitur* ergo D. Augustinus in Psal. 2. *in illa verba: Ego hodie genui, & iterum in Psal. 101. in illa verba: In generatione & generationem anni tui, ubi sic ait. Anni Dei aeternitas Dei est: aeternitas ipsa Dei substantia est quae nihil habet mutabile. Ibi nihil est praeteritum, quod jam non sit: nihil est futurum quasi nondum sit, sed non est ibi nisi est. Non est ibi fuit & erit, quia & quod fuit jam non est, & quod erit nondum est, sed quicquid ibi est, nonnisi est. Clarissimè Beda in illud Joan. 16. Adhuc multa habeo vobis loqui & judicare. Quamvis natura illa immutabilis non recipiat fuit, & erit, sed tantum est. Sunt propter mutabilitatem temporum in quibus versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus fuit & erit. Eandem doctrinam tradit Plato in Timaeo, dicens: At qui erat, & erit, quae nati temporis species sunt, non rectè aeternae substantiae assignamus: dicimus enim de illa, est erat, & erit, sed vera solum est tribuimus*. Certè praeteritum usitata sui notione significat quod esse desinitur & futurum usitatè significat quod nondum est. Itaque nunquam dicimus aliquid in Deo praeteriisse aut aliquid in Deo nondum esse, quod postea erit. Licet placeat Augustinus ascribi Deo & praeteritum & futurum, modo simul concedatur, in Deo adhuc esse quod praeteritum dicitur, & jam in Deo esse quod futurum dicitur. Nos verò tantum dicimus decreta ejus fuisse ab aeterno, quippe cum initium durationis eius nullum agnoscant, simul autem & eadem decreta manere dicimus in Deo, & in aeternum permansura; quippe cum facta sint ante mundi constitutionem testante hoc Magistro Apostolo Paulo. Ad eundem modum procedit Beda, non mendaciter (inquit) *dicimus fuit & erit*. Ergo verè dicimus; An verò vel Bedae vel Platoni placuisset grammaticaliter dici, Deum eligere nos ante ipsam mundi constitutionem, quàm Deum elegisse, supposita quod ante mundi constitutionem facta sit electio? Sed quid diceret Augustinus aut Beda, aut ipse Plato, si quem audirent ista pertinaciter asserentem, & nunquam taceret se dicentem ut potius negare Deum vel in praesenti eligentem esse aut praedestinantem, sed duntaxat electorum esse vel praedestinatorum [illegible] Ac hoc [illegible] est, eaque summè propositionis Navarrensis ilius sententiam proximis verbis patebit, dum sententiae suae summam & verum effigiem nobis his verbis delineat:

[illegible] sequitur divinum decretum de actibus humanis li-beris [illegible] non esse comprehendum ad modum sententiae definitivae, quae jam transivit in praeteritum. Nam [illegible] modo illud comprehenimus, [illegible] nullo [illegible] pa-ctoa [illegible] per illud imponi [illegible] necessitatem in suis acti-bus: sed [illegible] ad modum sententiae adhuc pendentis quodammodo, neque absolutè determinatae, antequam per liberum ipsius hominis arbitrium sint posita in esse, & in actu omnia, quae per illud poni debent.

IX. [illegible] facile erit intelligere divinum de-cretum [illegible] effectus, nullam omnino imponere neces-sitatem nostrae voluntati, etiam in [illegible] & si illud decretum divina praedefinitione [illegible] comprehendamus divinam praedefinitionem per modum sententiae quae ab aeterno transierit in praeteritum & [illegible] difficultatem [illegible] per [illegible] nostram libertatem [illegible]. [illegible] ab aeterno [illegible] à divina volunta-te [illegible] completam [illegible] ad terminum huma-nae [illegible] in quo solum intelligimus omnes effectus, qui praevisi sunt circa nostram salutem, posse fieri [illegible] esse, [illegible] [illegible] in nostri arbitrii pote-state & libertate positam esse nostram salutem & nostram dam-nationem. In hoc loco ineptum illius ingenium tanquam hominis novitatis [illegible] se prodit. Nempe dum in libertate humana ad liberum [illegible] propu-gnandam totus est, modo faciat homines liberos, nihil pensi habet, quomodo faciat sacrilegos. Ipsa Dei ma-jestatis gloriosa [illegible] prostituta est, & ad de-[illegible] imaginariam esse mandatae [illegible] de sua libertatis praerogativa ad [illegible] li-berè concepta periclitetur hominis. Videamus au-tem quomodo se gerat. Decretum (inquit) *divinum de a-ctibus humanis liberis non est comprehendum ad modum senten-tiae definitivae*, [illegible] loquendi licentia. Neque enim sententiae definitivae solent esse de liberis hominum actibus, sed potius de mercede liberorum actuum hu-manorum, idque vel per modum praemii, vel per modum poenae. Et sic [illegible] non tam decretum quam executionem decreti. Mitto illam differendi barba-riem, [illegible] decretum Dei de actibus humanis, non esse concipiendum per modum definitionis, [illegible] ta-men nihil [illegible] decretum divi-num non aliud sit quam voluntatis divinae definitio ipsa sive volitio, quia [illegible] hoc est [illegible] decernere, sive definire. Et quis crederet ho-minem scholasticum tam ob [illegible] procedere adeo absurditatem potuisse, ut negaret divinae volunta-tis definitionem concipiendam esse per modum de-finitionis? Sed ad compescendam [illegible] tam [illegible] simulationem, addit non esse con-cipiendam ad modum ejusmodi definitionis *quae transierit in praeteritum.* At inquam ut mos [illegible] divinae voluntatis decretum, sive definitionem, ita transire in praeteritum, quasi esse desineret. Dici-mus ab aeterno fuisse, hoc est, transisse tantum de-terminationem tamen [illegible] aut praeterire, sed manereque aliquid in aeternum. Quod si posita decretorum di-vinorum aeternitate [illegible] *nostrae [illegible] ut non [illegible] per illud imponi [illegible] necessitatem in suis actibus*; er-go si placet ne imbecillitati nostrae consulamus, & ut [illegible] concipiamus, nullam nobis imponi necessi-tatem in actibus nostris; missis ambagibus & fucato-rum [illegible], quid tu est eloquentur, & aperte profite-amur aeternitatem decretis divinis abrogandam esse, potius quam nobis de arbitrii nostri libertate peri-clitandum. Sed ne Penottus quidem hactenus au-sus est decretorum divinorum aeternitatem vel in quaestionem vocare; imo manifestum est confiten-tibus hoc etiam Jesuitis mediae defensoribus, ne fu-turorum quidem contingentium praescientiam aeter-nam Deo convenire posse, decretorum ejusdem aeternitate prostrata & profligata. Quae malum igi-tur haec est amentia, aeternitatem Dei decretorum concutere, ut libertatem nostram sartam tectam conserves; quasi nisi cum ruina unius [illegible] non possit altera. Ecce vero amentiam hominis prae-ter omnem sobrietatem lascivientis: quippe cum se admodum sollicitum esse praeferat ex decreto Dei transeunte in praeteritum, nihil omnino pensi habeat, quomodo eadem decreta Dei differat in futurum, li-cet jam nuper Penottum ipsum confitentem acce-perimus in aeternitate nihilo magis reperiri futurum quam praeteritum. Hoc autem agit vel maximè dum sic differit: *Divinum decretum comprehendum est ad modum sententiae adhuc pendentis quodammodo, neque absolutè deter-minatae, antequam per liberum ipsius hominis arbitrium sint posita in effectu in actu omnia quae per illud poni debent*: In qui-bus hoc agit ut phraseologiis suis sive forensibus & cerebro procedentibus, non magis alios ludificetur quam ip-se se. Licet enim juxta veritatem scholasticam *pendere* dicendum non sit, quod nondum est; tamen secundum illam loquendi forensem *pendere* dicitur sententia ju-dicis, quamdiu [illegible] abstinet, quo sen-su pendere dicitur quia nondum lata est; ergo & de-cretum Dei pendere dicitur à Penotto quatenus non-dum est constitutum. At inquam decretum nondum constitutum nec decretum quidem est, & definitio nondum facta, ne definitio quidem est. Eodem tendit, quod proxime subjicit, tanquam [illegible] negans esse *absolutè determinatum*: quae tamen phraseologia sobrii sensus prorsus [illegible] est. Neque enim decreto conve-nit determinatum esse, cum nihil aliud sit quam ipsi-us voluntatis ad modum potentiae conceptae deter-minatio per volitionem actualem. Sive autem abso-lutè facta fuerit ista determinatio, sive non nisi condi-tione quadam praecedente & impleta, tantundem est. Atqui Novatiensis iste, juxta subtilitatem praesentem, non vult esse determinatam, sed potius quasi in su-spenso pendere, & liberum hominis arbitrium expe-ctare priusquam fiat voluntatis divinae determinatio. Quare dum ait non esse absolutè determinatum quasi innuere velles determinatum esse (ne penitus omne decreto divino existentiam hactenus adimeret & tan-tum futurum esse, non autem praesens palam pronun-tiaret) hoc prorsus ad populum [illegible] candidum compa-ratum est. Neque enim vult omnino determinatum es-se decretum Dei *antequam per liberum hominis arbitrium sint posita in effectu in actu omnia quae per illud poni debent*, alias etiam [illegible] concipere vult *ad modum sententiae ad-huc pendentis*, juxta Penotti phraseologiam, ad usum lo-quendi forensem sese accommodantis. Obiter sentien-tiam liceat hoc unum à Penotto, nunquid *posita in esse non-dum in actu quae per liberum hominis arbitrium poni debent*, consequenterque decreto Dei juxta phrasim ejus ab-

solutè determinato, nunc demum decretum Dei dicendum sit transire in præteritum. Si asserat, ut in regulas ipse suas impingat necesse est. Etenim jam antea professus est in ipsa *æternitate intrinsecè non esse neq; præteritum neque futurum*. Sin neget ex absoluta decreti determinatione fieri ut transeat in præteritum, ergo inquam licet ab æterno determinatum fuerit idq; absolutè, nō sequitur propterea, decreti divini transitum aliquem fieri in præteritum. Vides Lector in quàm dilutum incidimus disertorem; enim-verò passim ita se gerit, quasi transigere cuperet omnia non argumentis sed phrasiologiis. Nondum tamen à Novariensis illius methodo non tam argumentativa, quàm phrasifica versandi manum subducimus. Decretum hoc divinum exhibuerat *de actibus humanis liberis*: fiat igitur instantia ad placitum sive de actu gratioso, sive peccaminoso. Sit hic actus Christi crucifixio; decretum igitur de Christo crucifigendo non fuit absolutè determinatum juxta Penottum *antequam per liberum humanum arbitrium fuerint posita in esse & in actu omnia, quæ per illud poni debent*. Exponat itaque nobis Penottus quænam illa sint, quæ ab hominibus poni debeant, ut divinum hac de re decretum evaderet absolutè determinatum. Hic ad incitas redigatur Canonicus iste necesse est; nisi enim inter alia quæ poni debebant numeretur ipsa Christi crucifixio, sequeretur decreti determinationem præcedere in obsequium libertati sive Judæorum sive Gentium in Christo crucifigendo, juxta sententiam Penotti placita vel deliramenta potius admodum magistraliter hic enunciata. Sin ipsa Christi crucifixio numeretur inter alia tanquam prius posita, quàm decretum Dei evadat absolutè determinatum (sequitur Deum absolutè determinasse Christi crucifixionem uno (minimum) momento postquam crucifixus esset. Adeo ut sanctitati divinæ nihil prorsus incommodet, determinare idque absolutè omnes actus scelestos quantos venditatur Penottus ineptus uno saltem momento, postquam ab ipsis summa cum pompa facta sint. Sic sunt sententiæ Canonici istius constitutio, cujus absurditatem ita deteximus, ut omnino nihil dubitem quin ab eodem sic in apricum producta & propriis lineamentis depicta, Autor ipse abhorreat; adeo ut ea sola, universæ illius dissertationi capite illo 14. libri 4 propositæ concutiendæ & labefactandæ sufficere potuissent, quia tamen occurrit ibidem etiam alia quædam thesis nihilo minus erronea, de Deo scilicet potente non velle quod vult sine omni sui mutatione, placet etiam reliqua omnia excutere. Addit itaq; Penottus (quasi jam omnia feliciter confecisset) *Ita si concipiamus facile esse intelligere divinum decretum quantumcunque efficax, nullam omnino imponere necessitatem nostræ voluntati etiam in ipso & exercitio*. Eadem nempe vertigo pergit hominem corripere & infatuare; quippe cum ex præmisso antidoto salutem spondeat, vel efficaciam quidem decreti divini quantacunque fuerit, minimè damnosam esse humanæ libertati. At quis non videt, Penottum ut nostram libertatem confirmaret, hoc egisse ut divinorum decretorum efficaciam, non tam enervaret, quàm prorsus è medio tolleret; quippe cùm decretum ipsum neget esse determinatum antequam *per liberum hominis arbitrium sint posita in esse, & in actu omnia quæ per illud poni debent*, ex quo manifestissimum fit, decretum Dei ne existentiam quidem aliquam habere, antequam actu fiat quod decernitur, quanto minus habere efficaciam. Esto vero, ut eodem momento, & hæc ab homine fiant, simulq; decretum Dei fiat determinatum; attamen vel hinc sequitur decreta Dei de liberis hominū actibus non fuisse æterna, nec ab æterno præsentata, sed duntaxat futura, donec à libero hominis arbitrio fierent quæ à Deo decernuntur. Nam decretum non esse determinatum, perinde est atque decretum non esse decretum. Nec omnino proderit Penotto, recurrere ad determinationem ejus conditionatam; tum quia decretum conditionatum non magis est de libero aliquo actu futuro, quàm de eodem non futuro, prout videlicet aut ponatur illa conditio aut non ponatur; tum quia conditio à Penotto significata non alia est, quàm actualis liberi arbitrii creati operatio, quæ fit in tempore, tum denique quia decretum divinum haud aliud est quàm actualis divinæ voluntatis determinatio, adeoq; si existat necesse est ut simul existat actualis divinæ voluntatis determinatio. Ut mittam hic quod Bradwardinus varia demonstratione contendat, nullam Dei voluntatem esse conditionatam, sed omnem esse absolutam, quod & verissimum est quoad actum volendi, licet quoad res volitas dici & possit & soleat esse conditionata, quod & aliis demonstrationibus nihilo minus illustribus quàm quibus usus est Bradward. adstrui quidem confirmari potest. Cætera quæ sequuntur nullius ponderis sunt. Negamus prædeterminationem liberi ab æterno factam, transiisse in præteritum, sed duntaxat in præsens. At Penottus perperàm discupit decreta divina de actibus liberis, non præsentia quidem esse, sed duntaxat futura, donec ponantur in esse actuali quæcunq; à libero arbitrio poni debere fingit, ad hoc ut decreta Dei fiant absolutè determinata. Nec omnino dicimus prædestinationem transire in rem judicatam, sed in rem decretam; quippe cùm judicium divinum sit potius executio decreti, quàm decretum ipsum. Et licet difficillimum fuerit *ostendere per hoc decretum non impediri libertatem nostram in exercitio*, modo tamen ostendatur, nihil omnino præjudicabitur sententiæ nostræ. Quod si nec omnino possit ostendi ad quietandum intellectum; attamen vel sic rebus stantibus, judicavit Cajetanus eo magis captivandum fuisse intellectum suum in obsequium fidei; atq; in hoc ipso Cajetanum doctissimè & piissimè locutum fuisse testatur Alvarez. Etiam ipsi Penotto permittitur, locus erit altitudinē consilii divini cum Apostolo meditandi, & cū eodem in admirationem erumpendi; *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & impervestigabiles viæ ejus*. Fatetur enim Penottus fieri posse ut hic modus conciliandi decretum divinū cum libertate nostra minimè capiatur, quo posito recurrendum monet ad illius altitudinis divinæ sapientiæ & scientiæ Dei meditationem. Addit insuper *omnes Doctores graves cum perveniunt in ejusmodi difficultatē, tandem ad hanc unicam veluti ad sacrā anchoram confugere*, quod statim in se demonstrandū accipit. Si velit graves Theologos acquiescere solere in altitudinis divinarum sapientiæ & scientiæ divinæ contemplatione, nihil equidem impedio quin per me verum sit; sin velit

omnes

[illegible] Theologum à Janse[nio] [illegible] concionandi [illegible] cum humana libertate tecturere, nihil [illegible] quae subjicit.

Nam [illegible] Augustinum [illegible] [illegible] Dei [illegible] libris de [illegible] Sanctorum, de bono Perseverantiae, de Gratia & libero arbitrio, de Correptione & gratia, & in [illegible] [illegible] Andream Vegam lib. 12. in Concil. Trid. de justificat. cap. 22. ita scribentem. Et hoc saepe optavi, ut Augustinus palam & aperte [illegible] praedestinationis & gratiae [illegible] populo, quod [illegible] & segniores eos & tardiores redderet ad studia virtutum, magis quam alacriores & ferventiores.

Hactenus proposuit nobis Penottus decretum divinum *de actibus humanae liberis*; nunc autem delabitur in decretum Dei de hominum salute. Ex quo manifestum fit decretum Dei de salute hominum concipiendum esse *non ad modum sententiae definitivae, sed ad modum [illegible] per libertatem hominis arbitrium [illegible] & [illegible] per illud poni debent.* Quod cum nihilominus sit quam finalis in fide perseverantiae; sequitur Deum nullam salutem definire seu decernere ante mortem ejus; unde fit, ut decretum & executio decreti sint contemporanea, neutrum vero aeternum. Est haec splendida Novantiqua istius Theologia, ad quam tanquam ad sacram ancoram recurrendum sit, ne alias de libertate nostra commodè propugnanda, juxta [illegible] Penotti periclitemur. Enimvero tanto zelo flagrat propugnandae libertatis humanae, ut vel divinorum decretorum aeternitatis jactura redimendam censeat ejus incolumitatem. Ad Augustinum quod attinet quem hic tanquam adversariorum objectionibus succumbentem exhibet, a quo in [illegible] fuerat, ut loca repraesentaret objectiones istas continentia, simulque doceret quomodo eas Augustinus aut intactas dimisisset, aut solutionibus parum appositis [illegible] requievisset. [illegible] enim me dedissem ad tanti Theologi famam [illegible], cumque à sinistris istis suspicionibus, quibus eum [illegible] Canonicus iste vindicandum. Ego vero nihil usquam agnoscere possum objectum Augustino, cui tamen Theologus succubuerit, aut quod non solidè refutaverit. Nec omnino dubium, quin repraesentasset Penottus si quid hujusmodi compertum habuisset, quod justam tantae accusationi materiam [illegible]. Sed generali criminatione contentus acquiescit Penottus, *multosque & graves, ut comprimis [illegible] Theologos* ait hoc ipsum observasse, nullam videlicet dubii propositi solutionem usquam inveniri apud Augustinum. Veruntamen hi omnes apud Penottum evadunt in unicum tantum Theologum Andream Vegam; cujus etiam verba recitare ex 12. lib. ejus in Conc. Trid. de justificat. c. 22. Illa autem verba suo judicio probant unde desumta sint (quod quidem tanquam candidè factum gratulor Vegae, non Penotto) nempe ex lib. Augustini *de Dono perseverantiae cap. 15. Sed quaeso* (ut scribit) *[illegible] correptionis [illegible] audientibus [illegible] praedestinatione definita sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate, venientes ad fidem, vel accepta perseverantia maneatis in fide; caeteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia nec dum vos adjutorium gratiae miserantis erexit. Veruntamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua praedestinavit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & sitis electi; & si qui obeditis, si praedestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis.* Summa est, doctrinam Augustini de praedestinatione Sanctorum adversam esse utilitati praedicationis, quippe cum locum non faciat correptionibus & exhortationibus, sed Auditores *segniores & tardiores reddat ad studia virtutum, quam alacriores & ferventiores*, ut loquitur Vega. Videamus proximè quàm verum sit quod ait Penottus, candidam hujus dubii solutionem nusquam inveniri apud Augustinum. Mihi certè nimis ex adverso videtur, ita se gessisse Augustinum in erudita & scholastica & plena hujus dubii solutione, ut nihil prorsus apud Penottum occurrat quod cum illa Augustiniana in comparationem venire mereatur. Etenim imprimis respondet, pari argumento contendere eos potuisse *non esse confitendam Dei gratiam*, qui contendunt non esse confitendam Dei praedestinationem. *Ista* (inquit) *cum dicuntur ita nos à confitenda Dei gratia, id est, quae non secundum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam praedestinatione Sanctorum deterrere non debent* &c. Omnibus autem orthodoxis visum est praedicandam esse Dei gratiam, id est, *quae non secundum merita nostra datur*, nihil exinde metuentibus ne *segniores aut tardiores redderentur Auditores ad studia virtutum.* Etenim dogma illud *Gratiam dari secundum merita in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipse Pelagius capitale crimen abjecit, quod ipse Pelagius non quidem amore veritatis Dei, sed tamen suae damnationis timore damnavit*, ut loquitur Augustinus eodem libro cap. 21. Quis autem sobrius superioris argumenti solutionem pleniorem exigeret; quippe quod comparatione facta cum gratia Dei, tanquam summè inconsequens Ecclesia universa damnaret. Hic tamen neutiquam acquiescit Augustinus, sed porro disputat pari argumentatione probari potuisse, ne praescientiam quidem Dei praedicandam esse. *Ista* (inquit) *cum dicuntur ita nos à confitenda secundum Dei gratiam praedestinatione Sanctorum deterrere non debent, sicut non deterremur à confitenda praescientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: Sive nunc rectè vivatis, sive non rectè, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse praescivit, vel bonos si bonos, vel malos si malos. Nam quid enim si hoc audito, nonnulli in torporem [illegible] vertantur, & a labore proclives ad libidinem post concupiscentias suas eant; propterea de praescientia Dei falsum putandum est esse quod dictum est? Nonne si Deus illos bonos futuros esse praescivit, boni erunt, si autem malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur?* Nempe temporibus Augustini receptum erat ab omnibus, habere Deum rerum omnium futurarum quantumvis contingentium praescientiam, cumque

 nihil-

infallibilem. At hodie contra comparatum est. Neque enim desunt ex Christianis aliqui iique non pauci, qui actionum humanarum præscientiam Deo adimunt; prout nuper non citra tantæ blasphemiæ admirationem ex prælectionibus Sociniani compertum habeo; quorum etiam vestigiis insistunt ex Arminianis aliqui; nec omnino video quid impediat quominus eodem prolabantur ad unum omnes quicunque scientiæ mediæ assertores audiunt sive Jesuitæ fuerint, sive Arminiani. Neque enim ulla cum probabilitate aut expediant aut expedire possunt, quomodo res natura sua mere possibiles transire possint in conditionem rerum futurarum, ut sic scibiles fiant in genere futuri. Et quis demum expectaret, ut à Deo sciantur quæ ne scibilia quidem sunt, sicut etiam nemo expectat ut à Deo fieri possint quæ possibilia non sunt. Sed progreditur Augustinus ostenditque doctrinam orthodoxam de præscientia Dei perinde rapi posse in occasionem torporis & segnitiei, atque doctrinam de prædestinatione Dei. *Fuit* (inquit) *quidam in nostro monasterio, qui cum corriperetur à fratribus cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret respondebat: qualiscunque nunc sim, talis ero qualem me Deus futurum esse præscivit. Qui profecto* (sicut idem Augustinus) *& verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum sed usque adeo profecit in malum, ut deserta Monasterii societate fieret canis reversus ad suum vomitum, & tamen adhuc qualis sit futurus incertum est.* Tertio docet Augustinus, licet ex prædicatione prædestinationis arripiatur à quibusdam occasio torporis; eam tamen prædicandam esse, ne non prædicata eadem, etiam ad mala nihilo minora aditus pateat. *Nunquid ergo* (inquit) *propter hujusmodi ianuam ea quæ de præscientia Dei vera dicuntur vel neganda sunt vel tacenda, tunc scilicet quando si non dicantur in alios itur errores.* & c. 16. *Sunt* (inquit) *qui propterea vel non orant, vel frigide orant, quoniam Dominum dicente didicerunt, scire Deum, quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. Nam propter tales hujus sententiæ veritas deserenda, aut ex Evangelio delenda putabitur? Imo cum constet, Deum alia danda non orantibus, sicut initium fidei; alia non nisi orantibus præparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex se ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur, ne dum timetur ne tepescat hortatio extinguatur oratio, accendatur elatio. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua quæstio ut dicatur impellit, & capiant qui possunt, ne forte dum tacetur propter eos qui capere non possunt non solum veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere, quo caveatur falsitas, possunt.* Quarto probat idem Augustinus, quanquam ex illius doctrinæ prædicatione torpor seu segnities oriatur, scandalum esse non datum sed acceptum. Neque enim omnibus accidit ut hinc materiam torporis arripiant, capite 17. *Sicut autem ille quem castum futurum esse præscivit, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut castus sit, quoniam Dei dono se audit futurum esse quod erit, immo etiam gaudet eius charitas, nec inflatur, tanquam id non acceperit. Non solum ergo prædicatione prædestinationis ab hoc opere non impeditur, verum ad hoc adjuvatur, ut cum gloriatur, in Domino glorietur. Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, & de perseverantia per singula, hoc de omni obedientia, qua obeditur Deo, verissime dici potest.* Quinto

urgitur adhuc alio argumento quod hominum. Massilienses enim illi cum quibus agebat, initium [illegible] fidei & usque in finem perseverantiam in nostra potestate constituebant, cætera vero Deum dare concedebant, nec tamen ad ista dona exhortationes humanas, cæterorumque prædicationem destruxisse prædestinationem mittebant impediri. Quod si reponerent, ea licet Dei dona statuerentur, non tamen esse prædestinata. *Ergo* (inquit Augustinus) *ea dantur à Deo, aut ea se daturum esse nescivit (etiam prædestinare jam antea definivit non aliud quicquam esse, quam Deum in sua quæ falli mutarique non potest præscientia, opera sua futura disponere.) Quod si* (inquit) *& dantur & ea se daturum præscivit (Deus) profecto prædestinavit. Sunt ergo ipsi hortatores quoque ad castitatem, charitatem, pietatem & cætera quæ Dei dona esse confitentur, eaque ab illo esse præcognita, ac per hoc prædestinata negare non possunt, nec dicunt exhortationes suas impediri prædicatione prædestinationis Dei, hoc est, prædicatione de hisdem futuris præscientiæ Dei: sic videant nec ad fidem nec ad perseverantiam impediri exhortationes suas, si & ipsa, quod verum est, esse Dei dona, eaque præcognita, id est ad donandum prædestinata esse dicatur.* Demum vero ostendit quid reipsa impediatur prædicatione illa, nimirum pestiferum illum doctrinam & gratiæ Dei summè inimicam; Quod scilicet gratia Dei secundum merita nostra detur; his verbis: *Sed impediri potius atque subverti hac prædestinationis prædicatione illum tantummodo perniciosissimum errorem, quo dicitur gratia Dei secundum merita nostra dari, ut qui gloriatur, non in Domino, sed in seipso glorietur.* Superius autem argumentum quoad hominem fusius prosequitur, per totum illud caput 17. Sexto premit eos autoritate Cypriani & Ambrosii cap. 19. *Isti* (inquit) *viri cum sic prædicarent Dei gratiam, ut unus eorum diceret in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit; alter autem, non est in potestate nostra cor nostrum & nostræ cogitationes: non tamen hortari & corripere destiterunt, ut fierent præcepta divina. Nec timuerunt, ne diceretur, Quid nos hortamini? quid & corripitis, si nihil boni habemus quod sit nostrum, & si non est in potestate nostra cor nostrum.* Et in fine capitis: *Porro si hoc Deum ita voluerunt dare, ut non ignoraverit eum daturum se esse præscisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire, procul dubio noverunt prædestinationem, quam tanto ob obedientiam prædicantibus, & ut eam sibi quisque petere servanter hortandi, nullo modo tristè dicerentur: in non solis obedientiam adspicio nec accendit, in nostro corde suggerit; adhuc nobis istam Dei gratiam prædicare, qua Deus dare scientiam, qua ut nos faciamus hortamini.* Hactenus probavit Augustinus ab argumento ad absurdum summam inconsequentiam laborare, & prædestinationis prædicatione nihil omnino impediri exhortationes & correptiones capite sequenti nempe 20. probat prædicandam esse prædestinationem cap. 21. adeo ut in hunc finem, *ut possit vera Dei gratia, hoc est, quæ non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi.* Capite autem 22. docet insuper quomodo prædicanda sit, non quidem ad normam verborum superiorem, secundum quam procedebat objectio facta cap. 15. *Quamvis enim* (inquit) *hæc vera sint, non tamen ista modo dicenda sunt audientibus multis, ut sermo ad ipsos etiam convertatur, eisque dicantur illa ipsorum verba, quæ vestris litteris indidistis, & quæ superius interposui. Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei ut alii ex vobis de infideli-

[illegible] Quod ta-[illegible] Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: [illegible] Itemque quod [illegible] Cur enim non potius ita dicitur: Et si qui sunt nondum vocati, pro eis ut vocentur oremus? Fortassis enim sic prædestinati sunt, ut nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam qua velint atque efficiantur electi. Ad reliqua etiam [illegible] procedit idem Augustinus. Verumtamen [illegible] Andreæ Vega [illegible] agnoscere, prædicationem prædestinationis cum prædicatione gratiæ consociantis; quod non facit Penottus; sed totus est in exagitanda doctrina prædestinationis, cum tamen manifestum sit ea specie quidem magis comparatam esse ad fovendum torporem & segnitiem hominum prædicationem prædestinationis, quam prædicationem gratiæ. Exagitent itaque si placet etiam prædicationem gratiæ, (par enim utriusque ratio est, non modo testante sed & demonstrante hoc Augustino) tanquam hortationibus inimicam; quia vero fides & resipiscentia nequeunt esse dona Dei, nisi simul auferantur è medio omnia ministeria Evangelica: cum tamen ex adverso manifestum sit fieri non posse ut Deus illa in nobis operetur modo nimirum nobis congruente, nisi per suasiones & exhortationes. Ad primum vero quod attinet à Penotto propositum; non dicimus homines ullos jam judicatos; licet ejusmodi phrasiologia quandoque utatur Bernardus: damnatos homines affirmans, antequam essent nati. Judicium non tam est decretum quam executio decreti. Dicimus & vere, destinatos esse damnationi non paucos antequam nascerentur; Nam sicut electio, quæ non aliud est quam destinatio ad vitam, facta est ante ipsam

Ephes. 1. mundi constitutionem, ita & destinatio ad mortem [illegible] minime fuisse æterna, quod palam negare non audet Penottus, Theologum quanquam audacissimum ut vel ex hujus capitis facinore videre est. Verumtamen non dicimus quenquam ad mortem subeundam destinatum esse nisi propter peccatum, nec illo momento [illegible] destinationem ipsam quen-

ad actum destinantis præcedere prævisionem peccati. Et quid quæso dictum aut horribile sonat, si quis dicat Deum ab æterno destinasse homines non paucos ad mortem subeundam propter peccatum, finalemque in peccato perseverantiam. Responsio illa sive Augustini sive Prosperi Regiensis nequaquam [illegible] illud de quo garrit Penottus jam antea propositum fuisse Augustino: sed nec eadem est ratio dictorum, & articulorum falso illis impositorum; quod si propositum fuisset autore Augustino, non sequeretur eandem ejus solutionem ab Augustino nequaquam expeditam fuisse; propterea quod objectionibus suis rursum in Augustinum insurgerent. Ad Augustinum quod attinet, quem ex libris Hypognosticon inscriptis producit, quasi censentem se non habere responsionem quæ satisfaciat adversario; Libri illi vel Bellarmino hoc agnoscente non sunt Augustini: Phrasin Augustini non habent. sic Bellarminus; etiam uniuscujusque periti judicium appellare ausim an ulla Augustiniani genii scintilla in libris illis appareat. Passim occurrit apud Augustinum locus ille Apostolicus, de Deo volente omnes salvos fieri, quem nunquam [illegible] dimittit, ut hic Author, sed interpretationem aliquam partim analogia Scripturæ, partim ratione nitentem semper accommodat, è quibus una est in Enchiridio proposita, quæ nostris Theologis optimè satisfacit, quamque non modo [illegible] Scripturæ phraseologia sed & loci ipsius circumstantiæ maxime confirmant. Autori librorum de vocatione gentium longe cōgruentius attribueremus ejusmodi resolutionem quam Augustino; nisi quod libri illi Hypognosticon inter Augustinianos reperiuntur. Quid quod si in tantas angustias quas præfert Penottus, compingeremur, simulque animus esset iisdem nos extricandi, potius cum Pelagio sententiæ communionem coleremus quam cum Penotto; decentius enim est, ut æternitatem decretorum divinorum tueamur, præscientiam rerum ab hominibus gerendarum iis permittere, quàm docere in actu posita fuisse ea omnia quæ à libero hominis arbitrio poni debent, decretorum divinorum determinationem suspendere. Ex Pelagianorum vero de prædestinatione sententia, nihilo magis ostium aperitur aut desperationi aut præsumptioni, quam ex ipsa Dei præscientia; quare tam prona fertur sententia Penotti ad tollendam è medio tam præscientiæ quàm decreti divini determinationem, antequam *per liberum hominis arbitrium sint posita in esse & in actu ea omnia quæ per illud poni debent*; & quid est homines facere (ut loquitur) ut faciat liberos, si hoc non est? Sed videas insignem Canonici istius audaciam, nullo candore [illegible] ab impudentia singulari; Fingit enim Authorem librorum Hypognosticon in hanc suam rationem conciliationis tendisse, eamque me rotunde professum esse, nempe dum sic ait: *Ipsum (Gilbert Dei) erat potestatis judicium in nobis mutare damnationis, & gratiam prædestinationis indebitam prærogare.* Ex istis sic colligit Penottus; *Scitur igitur Augustinum, non sic esse [illegible] decretum divinæ prædestinationis, ut jam transferat in rem judicatam, [illegible] si admittatur, jam videtur nostra salus, aut saltem [illegible] nostram salutem dispen-*

rata ; sed contemperandum esse ut ut proferenti à divina voluntate egredienti, & ita egredienti, ut divina voluntate firma ac immobili manente, illud quatenus ad nos relatum mutari valeat, quemadmodum columna immobilis manens per solam mutationem hominis fit illi dextra & sinistra. Jam antè hæc talibus insomniis exercitatus sum, nunc tandem, unde hausta fuerint, [illegible] ex tripode Penotti, videre mihi videor ; quæ tamen non magis impuritatem quàm ab omni sobria ratione abhorrentia, si sententiam ipsam spectemus ; sed neq; majori cum candore tribuuntur Authori librorum Hypognosticon, cujus quidem sententiam hanc extuntem, sine dubio primus omnium est Penottus ille, qui perspexerit, & tanquam [illegible] ad orbem Christianum incredibilibus subtilitatibus erudiendum nobis communicaverit. Inprimis jam docuimus ex Augustino salutem nostram, libertatemque circa propriam salutem non magis deploratam esse ex doctrina Augustini de prædestinatione Sanctorum, quàm ex doctrina Ecclesiæ universæ de gratia Dei, quatenus non secundum merita datur; nam juxta hanc procedit sententia prædestinationis, uti non semel profitentem in superioribus accepimus Augustinum. Secundò qui sobrietate fingitur decretum illud mutari posse, quod nondum est? Nam nondum esse determinatum profitetur Penottus, & concipiendum esse *ad modum sententiæ adhuc pendentis*, hoc est, ad formam sententiæ nondum latæ ; At sententia nondum lata, ne mutabilis quidem est. Tertiò, ut decreta mutentur divina, per solam mutationem hominis, quemadmodum per solam mutationem hominis *columna fit illi dextra*, quæ antea fuit *sinistra* ; sententia est tam insensata, & comparatione præter omnem analogiam concepta nitens, ut utroq; genere vacatur exemplaris, & aut incomparabilis aut saltem [illegible] sua insuperabilis. Certè si Deus tam irrationalis esset quàm columna, capax esset hujusmodi mutationis citra mutationem sui, quemadmodum & columna? Situs noster ad arbitrium nostrum mutari potest respectu rerum finitarum ; At ut decretum divinum idque consimilem in modum mutari possit citra mutationem sui, superat omnem fidem. Ut vero Authorem Hypognosticon per vim rapuit in tam portentosi dogmatis communionem, *mutare judicium* apud eundem, contendit idem esse atq; mutare decretum. Eadem licentia atque audacia corrumpere potuisset & Gregorium, affirmantem Deum *mutare sententiam, consilium nunquam*, quemadmodum & mox eundem in modum corrumpit Ambrosium. At consilium Gregorio quid aliud est quàm decretum? quod nunquam à Deo mutari profitetur ; hoc vult, ne posse quidem mutari. Nempe judicium nihil aliud est quàm sententia damnationis denunciata, ni resipuerint homines, ni crediderint. Cujus quidem generis sententia interdum procedit nulla conditione expressa ; quemadmodum excidium denunciatum est Ninivitis, & mors Regi Hezechiæ ; quatenus tamen inhibita fuit executio, dicitur mutata secundum [illegible], cum revera nulla facta fuerit mutatio ; conditione quadam sc. implicita licet non expressa. Hac ratione, non aliâ, de mutato judicio aut sententia Dei loquuntur antiqui, non autem quispiam de mutato decreto. Sed viderat Penottus ex re sua esse terminos istos confundere ; Atq; hoc consilio non semel de decreto Dei philosophatus est tanquam transeunte (non in rem decretam sed) *in rem judicatam*. Videtur enim plausibilius negari posse decreti divini transitum in *rem judicatam* quàm in *rem decretam* ; de sententia apud Penottum trásfiguntur auribus potius quam argumentis. *Quid* (inquit) *significat judicium mutare, nisi decretum mutare? & ita quidem Grammatica ita docet, puto autem quod & aliorum.* At mihi fit incredibile, hæc apud Penottum ex animi ipsius sententia procedere ; quasi revera crederet aut hoc aliorum Grammaticam ipsi suggessisse, aut suam. Fateor apud homines judicii mutationem inseparabilem esse à mutatione decreti ; ut judicia mutare nequeant nisi mutent decreta ; at etiam in confesso est apud homines posse sua decreta mutari, priusquam accedant ad rem judicandam ; nec tamen diffiteor edicta principum dici posse eorundem decreta, tanquam decretorum symbola. Semper autem edicta & jussiones, sunt foris pronunciata, quæ distinguuntur ab internis animi determinationibus. *Hinc* (ait) *deductam esse sententiam illam communem ex Augustino allegatam : Si non es prædestinatus, ora Deum ut prædestinet.* Sed ubi demum occurrit illa sententia apud Augustinum? Hæc meminerit tanquam pulsis tandem tamen sententiam obtrudit nobis Franciscus à Sancta Clara Minorita provinciæ Angliæ prout titulos suos nobis communicat qui notabili stratagemate recens accessit ad nostros Anglicanæ Ecclesiæ articulos ita interpretandos ut nos omnes arripere cupiat in communionem fidei cum Ecclesia Romana. Sed laudo candorem hominis, in hujus sententiæ margine notam illam apponentis *Augus. ubi?* & quis non videt, si modo precibus nostris procuranda fuerit, utquaquam æternam esse sed in tempore durationis suæ principium sortientem prædestinationem. Nec tamen diffiteor, electionem interdum ea significatione capi apud Augustinum, ut quis volendo quod bonum est fiat electus. *Accipiunt tandem gratiam qua volunt & fiunt electi.* De bono persev. cap. [illegible] Nimirum electionem facit objectum prædestinationis non modo dum repetit sententiam ipsi à Massiliensibus ascriptam, loco modo producto, sed & dum tandem tanquam suam confirmat eodem libro capite 22. *Quamvis ergo ita se habeat de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei ut alii ex infidelitate accepta voluntate obediendi convertantur ad fidem, vel perseverent in fide : cæteri verò qui in peccatorum damnabilium delectatione remorantur, si & ipsi prædestinati sunt, ideo nondum surrexerunt, quia nondum eos adjutorium gratiæ misericordia erexit. Si qui enim nondum sunt vocati, quos gratia sua prædestinavit eligendos, accipient eandem gratiam qua electi velint esse & sint.* Ecce electionem constituit Augustinus objectum prædestinationis hoc in loco, quo manifestum fit, electionem ab eo capi pro electione temporaria (quæ apud Apostolum interdum confunditur cum vocatione) non autem pro electione æterna. 1.[illegible] 17. Nonne quispiam (quod sciam) usurpatur ab Augustino vox (prædestinatio), ut scilicet actum temporalem denotet, non autem æternum :

quantu

[illegible] Theologus [illegible] prædestinationem. Nec tamen diffitetur Penottus [illegible] quandoque distinguere inter [illegible] temporalem & æternam. Sic enim Gorranus in c. ad Rom. 11. *Simpliciter expedivit. Quædam temporalis, scilicet non appositio gratiæ: quædam æterna, scilicet [illegible] appositionis.* Ad eundem modum si Penottus liberet distinguere de prædestinatione temporali & æterna: temporali quidem appositio gratiæ, æterna, quæ sic voluntas apponendi, multo probabilius [illegible] sententiam [illegible] Augustino; *Si non [illegible]* (pro prædestinatione temporali quæ non aliud est quam appositio gratiæ) *erit ut prædestinentur.* Veruntamen, credibile non est vel hujusmodi sententiam aspirare [illegible] apud Augustinum, quippe cum perinde sit ac si quis *gratiam dicat secundum merita* palam pronunciaret: quod quidem dogma tanquam merè Pelagianum passim damnat Augustinus.

Hinc progreditur Penottus (quem etiam sequi videtur Franciscus à Sancta Clara) ad Ambrosium patris interpretationis facimus corrumpendum, ubi sanctus Pater lib. 2. in Lucam sic habet. *Nemo verorum consiliorum [illegible] [illegible] [illegible]. Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.* Hic etiam sententiæ mutationem idem esse vult Penottus cum mutatione decreti: cum tamen sententia de qua Ambrosius, tanquam sit comminatoria certo tempore proposita, qualis apud Apostolum occurrit illa. *Neq; fornicatores, neq; [illegible], neq; molles, neque [illegible], neq; qui [illegible], neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; [illegible], neq; rapaces regni Dei hereditatem possidebunt.* Nec tamen quicunque hujusmodi peccatorum [illegible] sunt, hæreditate cœlesti privabuntur, modò pœnitentiam egerint. Neq; enim sententia illa absoluta est quoad materiam, sed conditionata duntaxat; quæ tamen conditione silente nec expressa, quoties à damnatione immunes fiunt, consimilibus peccatis nequicquam obstantibus, sententia illa (quemadmodum & sententia illa quam pronuntiavit Jonas in Ninivitas) videtur mutari, sed re vera minime mutatur, quippe cum conditionata fuerit non autem absoluta. Hinc [illegible] ad Aquinatem pergit Penottus, & suis animus [illegible] hanc ipsius sententiam apertè profiteri, ut quem fulcit in 1. dist. 39. art. 1. *Cum igitur actus divinæ voluntatis semper sit in actu, & non pertransit in præteritum, semper est quasi in egrediendo à voluntate, & [illegible] libertas divinæ voluntatis [illegible]. Et ad primum [illegible] actus divinæ scientiæ non [illegible] in præteritum, sed semper est in actu & [illegible] libertas voluntatis. Et de verit. q. 6. art. 3. ad ult.* [illegible] *Ad [illegible] dicendum [illegible] Deus potest unumquemque prædestinare vel non prædestinare, aut prædestinasse vel non prædestinasse: quia actus prædestinantis, cum mensuretur æternitate nunquam cedit in præteritum, sicut nunquam est futurum. Unde semper consideratur, ut egrediens à voluntate per modum libertatis.* Libenter agnosco immutabilem Deo permanere aut cedere in præteritum, sive sit actus scientiæ divinæ, sive actus voluntatis divinæ. Veruntamen hoc palam agit Penottus, ut determinatio voluntatis divinæ nondum actu sit, sed duntaxat futura; nec prius existat quàm *per liberum ipsum humanum arbitrium sint posita in esse, & in actu omnia, quæ per illud poni debent*; quæ quidem non nisi futura sunt. Atqui sicut in divina natura nihil est præteritum, ita etiam in ea nihil est futurum. Decretum verò Dei concipi vult Penottus ad modum sententiæ adhuc pendentis, hoc est, nondum latæ sed quæ ferenda sit serendave sit; Atq; hic capit phrasiologiam illam Aquinatis; cum ait, *actum divinæ voluntatis semper esse quasi in egrediendo à voluntate, & considerari ut egredientem à voluntate.* Nempe egredientem esse mavult Penottus quàm egressum, idq; vel invito Aquinate, palam profitente divinæ voluntatis actum *semper esse in actu*; licet etiam addat, actum illum *esse quasi in egrediendo à voluntate*; & *ut egredientem considerari*; quod non alio consilio factitatum esse videtur à Thoma, quàm ut divinæ voluntatis libertatem nostræ comprehensioni familiarem reddat. Quæ enim in instanti fiunt & citra omnem successionem, quemadmodum à Sole procedit illuminatio, in iis idem omnino sunt egredi, & egressum esse. Sic & Spiritus Sanctus dicitur is esse qui procedit à Patre, licet ab æterno processerit ab eodem, non quidem per modum libertatis sed potius necessitatis. Atqui creata omnia non nisi per modum libertatis à Deo volita sunt, idque ab æterno. Sed & alia adhuc nititur Penottus, quibus auditoribus propitiis intimare discupit, decretum prædestinationis nondum determinatum esse, nec determinandum antequam *per liberum humanum arbitrium sint posita in esse & in actu omnia, quæ per illud poni debent*, Licet tantundem profiteri nondum audeat; Quemadmodum enim illa Thomæ phrasiologia de actu voluntatis divinæ considerato tanquam in egrediendo, seu tanquam egrediente à voluntate, lactuca fuit labiis ejus placentissima ita etiam nihil dubito quin illa altera Thomæ expressio de verit. q. 6. art. 3. ad ult. quod scilicet *Absolute loquendo Deus potest unumquemque prædestinare vel non prædestinare; aut prædestinasse vel non prædestinasse*; nihil inquam dubito, quin hoc illi mirificè arrideat, licet decretis divinis æternitatem palam abrogare verecundetur. Certè passim apud Scholasticos occurrit hujusmodi phrasiologia: quod sc. prædestinatus possit damnari, & reprobatus possit salvari; quæ tamen citra omnem decretorum æternitatis jacturam procedere posse nihil dubitant. Circa dist. 40. 1. sent. quærit Scotus *Utrum prædestinatus possit damnari.* & in partem negativam argumentatur hunc in modum, *Omne præteritum est simpliciter necessarium: quia secundum Philos. 6. ethic. Hoc solo privatur Deus, ingenita facere quæ facta sunt: sed prædestinatio hujus prædestinati transit in præteritum: quia Deus prædestinavit istum ab æterno: Ergo est simpliciter necessarium: Ergo non potest Deus non prædestinasse, & per consequens non potest ille damnari.* Ad hujusmodi autem argumentum sic respondet Scotus, *Dico quod argumentum procedit ex falsa imaginatione, cujus imaginationis intellectus juvat ad intelligendam veritatem propositæ quæstionis. Si enim per impossibile intelligeremus Deum nondum determinasse voluntatem suam ad alteram partem* (obiter advertas hoc à

Scoto

Scoto pro impossibili duci) *sed quasi deliberaret, utrum vellet istum prædestinare aut non; bene posset intellectus noster capere, quod contingenter ipsum prædestinaret vel non prædestinaret, sicut patet in actu voluntatis nostræ; Sed quia semper revertimur ad actum voluntatis divinæ quasi præteritum, ideo quasi non concipimus libertatem in voluntate illa ad actum, quasi jam sit positum absolute a voluntate* (ita habent exemplaria excusa; veruntamen ex manuscriptis Scotum recitat Bradwardinus in hæc verba) *Ideo quasi comparamus libertatem in voluntate illa ad actum, quasi jam sit positus a voluntate. Sed illa imaginatio falsa est. Illud enim nunc æternitatis, in quo est iste actus, semper præsens est, & ita ente sic genitum est de voluntate divina, sicut voluntate nostra est respectu objecti: sicut si per impossibile nunc inciperet Deus habere velle in isto nunc & ita libere potest Deus in nunc æternitatis velle quod vult, sicut si tunc nihil esset voluntas sua determinata. Tunc dico ad formam argumenti, quod prædestinatio hujus non transit in præteritum. Licet enim ipsa coexstiterit præteritis quæ transierunt, non tamen ipsa præteriit sed illa præterierunt, quæ coexstiterunt sibi. Unde sicut dictum fuit dist. 9. Verba diversorum temporum dicta de Deo (prout verissime competunt sibi), non significant partes temporis mensurantis illum actum, sed consignant nunc æternitatis quasi mensurans ipsum actum, in quantum coexistens illis pluribus partibus temporis, & ideo idem est Deum prædestinare, prædestinasse, & prædestinaturum esse, & ita contingens unum sicut aliud, quia nihil est ibi nisi nunc æternitatis mensurans illum actum, quod nec est præsens* (puta præsentia temporali) *nec præteritum, nec futurum, sed coexistens omnibus illis.*

Bradwardin. l. 3. c. 12. p. 84. 844.

Ibid. c. 12. p. 824. Itaq; Bradwardinus profitetur *apud Deum intrinsece æqualem esse contingentiam & libertatem respectu præsentium & præteritorum sicut respectu futurorum: & æqualem necessitatem respectu futurorum sicut respectu præsentium & præteritorum: apud causas vero inferiores* (inquit) *non est sic æqualis contingentia aut libertas, neq; necessitas sic æqualis.* Sed & eodem

p. 825. capite hoc agit ut explicet, quomodo *significent, differant & conveniant in ista materia, potuit, potuisset, posset & potest. Reputo secundum quod* potuit *dictum de Deo nequaquam proprie significat prioritatem temporalem, nec aliquam successionem, sicut ex præmissis apparet, sed prioritatem naturalem, seu causalem potentiæ liberæ, secundum contradictionem ad liberum actum suum, secundum quam prioritatem, sibi ex quatenus causa præcessit, sic actum potuit illum non libere producere. convenientius autem & consuetius dicitur verbum* potuit *præteriti temporis pro præterito quam pro præsenti* (audiat hæc Penottus qui totus est in aucupandis phrasiologiis, ad causam suam corruptissimam stabiliendam propriis) *sicut quod Deus potuit voluisse creare mundum in A. instanti præterito, quo creavit; & de creaturis similiter quanquam & de præsenti licet minus consuete possit dici* (at de præsenti tantummodo præcedens phrasis maxime facit ad palatum Penotti). *Potuisset autem, sicut cujuslibet animus acquiescit, eandem prioritatem significat, & hoc propinquius quam (potuit) hanc prioritatem causalem, secundum intellectionem humanam, & remotius a prioritate temporali, quod & dicitur convenientius de præterito quam præsenti (potest) etiam congrue designare potentiam nude & absolute consideratam, sive potentiam absolutam* (de qua philosophatur Thomas expresse loco citato) *aut non-repugnantia, ut si diceretur, quod iste potuisset hoc velle illud, hoc est, quatenus fuit de ratione potentiæ absolute, ita quod nulla repugnantia formaliter fuit ut ipse posset, vel posset, ut cujuslibet concipit animus, eandem prioritatem naturalem & causalem significat, propinquius tamen secundum conceptionem humanam hanc prioritatem causalem, & remotius a prioritate temporali quam potuit vel etiam potuisset, quod etiam satis apparenter significat potentiam absolutam & non repugnantiam, sicut de (potuisset) est dictum. dicitur autem convenientius de præsenti quam (potuit) vel (potuisset): est enim præsentis temporis, de præterito vero non dicitur, sicut illa: sed de futuro, sicut illa non dicuntur; est enim secundum Logicos verbum ampliativum, quare sub voce præsentis potest extendi ulterius ad futurum, ut si dicatur, Deus posset cras nolle quod cras volet, & facere quod non faciet: ubi tamen nequaquam proprie prioritas temporis, sed prioritas naturalis seu causalis, vel etiam potentia absoluta aut non-repugnantia designatur. (Potest) similiter pro duobus temporibus dicitur, de præsenti scilicet & futuro, quia est verbum extensivum seu ampliativum ut superius dicebatur. Si autem dicatur de futuro, ut Deus potest cras nolle quod cras volet & non facere quod faciet, non significat proprie prioritatem temporalem, sed causalem seu absolutam & non repugnantiam sicut dictum est de posset: Si vero dicatur de præsenti & pro præsenti, ut Deus nunc potest, & pro nunc nolle quod nunc vult, non ita plane significat prioritatem naturalem seu causalem prædictam; quare nec ita admittit dictam usu ad eamdem audientiam sicut si diceretur, potuit, potuisset, seu posset: sed erunt quodammodo & resistit.* Quis tamen sensus possit hoc etiam procedere, docet in sequentibus. *Cum hoc quod dicitur, Deus vel homo potest nunc & pro nunc nolle quod nunc vult, intelligatur de potentia nude & absolute considerata, quatenus est de ratione potentiæ, sive de potentia absoluta, aut non repugnantia, v. g. & veraciter concedendum, sicut potest haberi ex ostensione quinta veritatis præmissæ. Multum tamen libentius excipit animus ut dicatur cum (posset) quam cum (potest), eo quod significatio hujus facilius concipitur in (posset) quam in (potest). Etiam pag.* 856. rationem nobis edisserit, quare prævaleant hujusmodi locutiones de Deo ac homine, nimirum hoc consilio duntaxat, ut quæ fiunt ab illis significentur fieri libere, non autem necessario. *Maxime quoq; causa, quare videtur dicendum quod Deus & homo prius potuit noluisse quod vult, est, ut salventur in iis contingentia & libertas, quæ videntur possibilitatem ad oppositum secundum prioritatem temporalem necessario importare. Verum non necessario hanc importat, sed tantum illam prioritatem causalem prædictam, sicut ex septima & octava veritate quinti hujus, & ex earum declarationibus satis hujus, & specialiter ex dictis Joannis Scoti positis ibi patet.* Sed ad Penottum regrediamur. Postquam dixisset Thomas, *Actum prædestinationis* semper considerari ut egredientem a voluntate, mox addidit; *tamen ex suppositione hoc efficitur impossibile; Non enim potest non prædestinare, supposito quod prædestinaverit. Hoc* (inquit Penottus) *absolutionem non facit; Hoc enim aliud est nihil dicere, cuiquid quatenus prædestinat, non potest non prædestinare & e contra, quod nullus potest negare.* Sed unde profert hanc suam verborum Aquinatis interpretationem? Prorsus nihil habet quod respondeat. Discursus Aquinatis ipso nititur, quod

subject

[illegible] unde [illegible] quod [illegible] velit, [illegible] [illegible] non possit [illegible] quod [illegible] voluntate [illegible] Quod [illegible] Aquinas lib. 1. cont. Gent. [illegible] *[illegible] autem habere potest, quod sicut Deus [illegible] necessitate velle [illegible], [illegible] [illegible] ex suppositione. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habet [illegible] [illegible] immutabilis [illegible] [illegible] [illegible] suppositione [illegible] velle [illegible] [illegible]. Deum autem velle [illegible] [illegible] sicut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Deum [illegible] [illegible] [illegible] ex suppositione [illegible] quicquid Deo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex suppositione [illegible] quod [illegible] sicut & velle [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possibile [illegible] [illegible]. Quae [illegible] ad hominem non [illegible]; [illegible] quod [illegible] velit, quod [illegible]; cujus tamen assertionis [illegible] alia esset ratio, quam quod hic fingit Penottus, quia vero dicere hominem *non posse velle quod volunt*, non aliud esset, quam *quatenus vult non posse non velle*; ac hoc quidem [illegible] potuisset negare. Nam sine dubio tam de homine verum est quam de Deo, *quatenus vult, non posse [illegible] velle*; sicut *quatenus praedestinat non potest Deus non praedestinare*. Sed nondum ad plenum [illegible] [illegible] Novariensis [illegible] disserendi rationem. [illegible] adeo [illegible] sit, *Deum non posse non praedestinare, supposito quod praedestinaverit*; quid igitur in mentem venit illi Canonico, ut mox ipse propositionem illam, non modo strenue neget, sed & evertendam proponat, & tanquam leve fundamentum ab illo positum Thomae [illegible] [illegible]. Sic enim scribit num. 6. *Secundo probatur ex [illegible] fundamenti oppositae sententiae. Totum namque fundamentum oppositae sententiae est, quod [illegible] supposito quod Deus aliquid decreverit, puta aliquem praedestinaverit, aut reprobaverit, ob immutabilitatem divinae voluntatis, non potest illum non reprobasse aut praedestinasse, ut D. Thom. [illegible] q. 6. art. 3. ad [illegible]. [illegible] fundamentum tam leve est, ut [illegible] Theologus ad [illegible] tractatur*; hoc autem evidentissime [illegible] possumus; quo quid [illegible] quod dignum [illegible] videbimus, [illegible] Theologum praesertim [illegible] [illegible] magis [illegible]; quippe cum postquam Aquinatis assertionem interpretatione sua corrupit, in eum sensum [illegible] [illegible] [illegible] posse [illegible], tum ipse [illegible] assertionem non modo negat, sed evidenter falsam esse contendit, idque in se probandum recipit.

Primo e Deum aeternam producit, sed nihil amplius [illegible] quam quod dixerit Aquinas, neque Deum posse [illegible] [illegible]

[illegible] quam praedestinavit. At hoc [illegible] explicatum exhibuimus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quasi Penotti doctrinam [illegible] [illegible] eodem scilicet candore quo [illegible] [illegible] [illegible]. At quis unquam, aut [illegible] Scholasticorum [illegible] [illegible] decretum Dei nondum determinatum esse, sed [illegible] esse per [illegible] sententiae [illegible] [illegible]? Quare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Theologorum authoritatem, quasi [illegible] doctrinae [illegible]. Nec majori [illegible] scripturam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] subsidium advocat; verbi gratia, Paulum illud *[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]*; quasi vero Paulus ipse nondum praedestinatus esset ad gloriam *per [illegible]*; sed forte per modum *[illegible] praedicentis*, hoc est, per modum sententiae nondum latae, seu per modum definitionis nondum definitae; ut non [illegible] omnes [illegible] verisimilitudinem [illegible] Canonicus. Nempe [illegible] Paulum nondum fuisse aut praedestinatum aut reprobatum; nec tamen audet [illegible] [illegible] decreta Dei temporalia esse & non aeterna. Ad illud Pauli *(ne [illegible] reprobus fiam)* respondeo; reprobationem etiam juxta [illegible] ipsum Penottum duplicem esse, aeternam scilicet & temporalem. Et quis [illegible] reprobationem aut electionem [illegible] [illegible] hominis non tam [illegible] quam [illegible] [illegible] subjectam dixerit: *ne reprobus fiam*, hoc est, ne Deus me rejiciat rejectione scilicet temporali, non aeterna; [illegible] ad aeternam reprobationem respectum habetur; ne malis meis moribus aeternae meae reprobationis documentum [illegible]; sed potius bonis moribus tanquam electionis fructibus, me jam ab aeterno ad vitam praedestinatum esse demonstrem; atque ita vocationem atque electionem meam meipsum atque alios certiores faciam. Illud Apoc. 3. *ut nemo accipiat coronam tuam*, passim objicitur a Scholasticis, quod quis ita interpretatur, non ut decretorum divinorum aeternitatem aut determinationem [illegible], sed ut [illegible] firmum maneat per praedestinationem fundamentum Dei. Nempe [illegible] [illegible] nisi quis in bono perseveraverit; sed per praedestinationem fieri ut in bono perseverent omnes [illegible]. Scholastici etiam volunt [illegible] [illegible] finaliter amitti posse; sed non praedestinationem; quae tamen est illa insulsa & prodigiosa sententia Penotti, [illegible] [illegible] non tam aperte & [illegible] de qua [illegible] & [illegible] [illegible] vellet Novariensis iste. Illud autem de praedestinatione quod praeterea [illegible] ex Ambrosio [illegible] [illegible], [illegible] ostendam, quam tamen interpretationem elevat Penottus, ut suum dogma, ab omni ratione longe abhorrentius, loco ejus substituat. Nos etiam [illegible] fatemur nasci homines non [illegible] sed [illegible], sed contendit Penottus et inculcare cupiat hominis nasci non destinatos aut salutem aut damnationem, sed destinandos. Atque eo objectum se gerit, quod sententiam tam prodigiosam palam profiteri verecundatur.

Tandem aliquando progreditur ad [illegible] illi oppositae fundamentum [illegible], [illegible] dumque

damque supposito quod Deus aliquem prædestinaverit aut reprobaverit, nihil tamen obstante divinæ voluntatis immutabilitate posse Deum hominem illum non reprobasse aut prædestinasse; vel ut paulo post repetit, *posse Deum nunc non prædestinare, quod ab æterno prædestinavit.* Hoc fundamentum leve esse proclamat Penottus; sed quo magis fundamentum illud elevat, eo magis impudentiam suam amplificat: vix enim alius est, (quod ausim affirmare) ex omnibus Pontificiis, qui cum Penotto tam absurdæ sententiæ communionem colat. Nec tamen diffiteor quin excandiat satis animose, postquam frontem suam bene perfricuisset; dicit enim *nullum esse Theologum qui fundamentum illud non solvere tentaverit.* Esto. tentaverit Penottus, quomodo autem solvat debitum, in eo sumus ut expectemus. Primò supponit *hominem vere constitutum in gratia vere esse objectum divinæ dilectionis, quod (inquit) negari non potest nisi negando Evangelium Christi dicentis, Si quis diligit me diligetur à Patre meo, Joan. 14.* Secundò supponit *hominem constitutum in statu lethalis culpæ, non esse objectum divinæ dilectionis secundum, quod similiter certum est ex divina Scriptura.* Horum primò minimè quidem resistendum censerem, quod attinet ad rei ipsius substantiam; sed duntaxat quod attinet ad ordinem, dum scilicet dilectionem divinam subjicit dilectioni nostræ, vel invito Iansenio quamquamvis Pontificio, etiam ipso Augustino. Videat enim Lector quid dixerat hac de re Iansenius ad vers. 21 capit. 14. Evangelii Joannis. *Cæterum dubium hic occurrit, quomodo hic Dominus diligentibus se promittat vicissim dilectionem Patris, dicens: Qui diligit me, diligetur à Patre meo, quasi nostra dilectio præveniat dilectionem Dei, cum ex Dei dilectione erga nos, detur nobis dilectio qua eum diligamus, & Joannes dicat, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexerit nos. Similem quæstionem movet D. Augustinus circa illud quod supra dicitur: Si diligitis me, mandata mea servate, & ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis. Ex eo enim significatur, quod per dilectionem & mandatorum observationem consecuturi essent Spiritum Sanctum, cum tamen dilectio & mandatorum observatio esse non possit nisi ex Spiritu Sancto, juxta illud Pauli, charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Respondet Augustinus, diligentibus & mandata servantibus promitti Spiritum Sanctum, quia eum largius & acceperunt & cognoscunt, sicut Apostoli Spiritum quem habebant, largius acceperunt in die Pentecostes. Ita & ad præsentis loci quæstionem etiam dicendum est quod absolute quidem prius Deus nos diligit, quam nos illum: quoad autem quosdam effectus, prius nos diligimus ipsum, quam Deus nos, nostra dilectione præveniente certos quosdam dilectionis divinæ effectus, ut puta plenitudinem gratiæ, donum perseverantiæ, intellectus illuminationem aliaque quæ meremur. Ratione ergo hujusmodi effectuum promittit Dominus diligentibus se dilectionem Patris & suam. Tunc enim Deus nova ratione suam exhibet dilectionem, cum novo homines afficit beneficio.* Sic Iansenius; sed & superat omnem rationem ut interna Dei dilectio quæ simul etiam æterna est, subjiceretur dilectioni nostræ quæ temporalis est; præsertim cum dilectio nostra sit ex charitate, quam quidem Dei donum esse fatentur omnes: & proinde ut ex Dei erga nos dilectione promanet, necesse est, quemadmodum disserit Durandus 1. sentent. dist. 17. q. 1. num. 5. *Effectus sequitur suam causam efficientem tempore vel natura, sed omne bonum habituale quod est gratis datum in homine est effectus ab eo, quod est esse Deo gratum vel charum: ergo omne bonum habituale sive gratia sive charitas, sive quodcunque aliud sequitur natura vel tempore id quod est hominem esse Deo gratum vel charum: ergo prius homo natura vel tempore est Deo gratus vel charus, quam habeat gratiam vel charitatem sibi formaliter inhærentem. Major de se patet. Minor probatur; Quia principium cujuslibet liberalis communicationis est Amor, Quicquid autem datur homini à Deo, datur liberaliter & non aliqua necessitate vel obligatione; ergo datur ex amore: sed esse Deo gratum vel charum, est esse à Deo amatum vel dilectum: ergo quicquid datur homini à Deo est effectus ab eo, quod est hominem esse Deo gratum vel charum.* Sic Durandus, ex quibus etiam evincitur, secundam suppositionem esse falsissimam quippe cum non nisi ex dilectione fiat quod quis ex statu letalis culpæ transferatur in statum gratiæ. Et quis sobrius non agnosceret dilectionem Dei perinde æternam esse atque electionem, præsertim cum electio, quam ante mundi constitutionem factam esse testatur Apostolus Eph. 1. 4. non alia sit quàm Dei dilectio; quemadmodum non velle alicui vitam æternam est eundem odisse juxta Scripturæ phraseologiam, teste hoc Aquinate in 1. q.23. art. 3. ad 1. Sed procedat Penottus: *Tertio hominem in gratia constitutum posse à gratia cadere, & de facto multos tales à gratia excidere, quod etiam est de fide. Quarto Deum diligere hominem constitutum in gratia, ut sic nihil aliud esse, nisi Deum velle homini in gratia constituto bonum æternæ vitæ, & quidem vere & ex corde, non autem ficte, neque per simulationem. Hæc si supponamus, quæ ex fide certissima sunt, sequitur in omni opinione Deum de actu odii transire ad actum dilectionis, & è contra, & de volente homini bonum gloriæ fieri nolentem, & id fieri sine ulla omnino mutatione contingente in divina voluntate, sed solum contingente in rebus volitis, & id quidem quotidie accidere.* Respondeo, præmissis suppositis, sequi quidem Deum *de actu odii transire ad actum dilectionis, & è contra, & de volente homini bonum gloriæ, fieri nolentem*; sed quod hoc fiat *sine ulla omnino mutatione contingente in divina voluntate*, nullus omnino aptus est qui confirmet, aut quod vel levissimam confirmationem ulla specie præferat; Imò in adversum omnia feruntur, eo tantum spectantia, ut Deum vel Proteo mutabiliorem esse statuam. Nam si transitus ab actu odii ad actum dilectionis & è contra, non est mutatio, nulla prorsus datur mutatio voluntatis quæ sub imaginationem cadit. Sed fortè in sequentibus præstabit quod nondum præstitit; dum sic philosophatur. *Modo hic te sisto & quæro, utrum sit majus inconveniens Deum posse nunc nolle quod hactenus volebat, quam Deum posse nunc non prædestinare, quod ab æterno prædestinavit. Et quam mihi responsionem dederis, ego eadem objectioni tuæ respondebo. Fateamur igitur omnes oportet, divina decreta semper esse in egressu, posseque hominem ex objecto odii fieri objectum divini amoris, nulla mutatione in Deo facta sed solum in objecto, quod declarat D. Anselmus in lib. concord. Exemplo gladii & coronæ sibi prædicatum*

[illegible] voluntate [illegible] posse [illegible] *Deum* [illegible] *sub voluntate praemiante,* [illegible] *sub voluntate punientis.* Expressâ ratione quâ [illegible] dici posse *Deum* [illegible] sed nihil minus praestitit Penottus. Neque [illegible] justificaturus est. Deum [illegible] immutabilem [illegible]. Tantum [illegible] *magis* [illegible]. *Deum posse nunc nolle quod hactenus volebat, quod Deum posse nunc non praedestinare, quod ab aeterno praedestinavit;* quasi [illegible] futuras esset, & nos in [illegible] quibus nullus pateret exitus, [illegible] & [illegible] opinasset. Nos autem [illegible] qua sumus simplicitate non alium agnoscimus actum praedestinandi, quàm actum volendi, proinde responderemus; primùm nullam majorem esse in [illegible] dicatur *Deum posse nunc nolle quod hactenus volebat, sive posse nunc non praedestinare quod ab aeterno praedestinabat.* Nam utraque propositio supponit actionem Dei tanquam jam transeuntem, aut potius qui jam transierit in objectum; Licet autem Thomas professus fuerit *posse Deum unumquemque praedestinare vel non praedestinare; aut praedestinasse vel non praedestinasse.* [illegible] tamen addidit ipso Penotto referente quod *ex suppositione hoc efficitur impossibile: non enim inquit potest non praedestinare, supposito quod praedestinaverit;* quod & ipsummet fuisse confessus est Penottus, quia nullus negare poterit. Quod & à Thoma [illegible] divinae contemplationis dictum esse probavit 1. cont. Gent. c. 83. Nec [illegible] quae impulerit Penottum, ut de responsione dubitaret; nisi forte videat, [illegible] esse praeferre semel acceptam [illegible]: cum revera nihil haberet in adversum quod exponeret. Hae sunt artes hominis talis ad Theologicas controversias tractandas accedentis potentibus potius quàm argumentis. Animose tamen concludit & satis Thrasonicè Pyrgopolinices aliquis instar *[illegible] oportere divina decreta semper esse in egressu;* quod nihil omnino facit ad propositum, & quidem fuerit, tamen non concluditur ex praemissis in quibus rationem parturienti similis esse voluit Penottus, sed rationem nullam nedum [illegible] est, sola responsionis adversariae imputatione sese munivit, (quod tamen ignorari potuisse ne credibile quidem est) ut sic replicationi suae (quasi in [illegible]) [illegible], simulque celandae locum faceret. In quo prudentiam hominis audacissimi laudo, non [illegible]. Ad rem ipsam tamen quod attinet, agnoscimus decreta divina hodie perinde libera esse, atque fuerunt ab aeterno; etiam atque fuissent, si modo non & non facta à Deo facta fuissent. Agnoscimus tamen cum Bradwardino non dari in Deo prioritatem temporalem aut successivam respectu decretorum suorum, sed duntaxat naturalem seu causalem, juxta quod dici solet à Scholasticis *quod Deus potest vel potuisset vel posset noluisse creare mundum in aeternitate praeterita quo creavit;* quibus omnibus nequaquam prioritas temporis, sed potius naturalis seu causalis, vel etiam potentia absoluta aut non-repugnantia designatur. *Si vero dicatur* (inquit idem Bradwardinus) *de possibili & pro praesenti, ut Deum nunc potest, & pro nunc nolle quod nunc vult, non ita plane significat prioritatem naturalem seu causalem praedictam; quare non ita admitti istud dictum videtur auctoribus, sicut si diceretur potuit, potuisset, seu posset, sed exinde [illegible] &* [illegible]. Tua verò Penotte hominem profundissima sententia est, quod ex suppositione *Deum aliquid decrevisse quasi hominem praedestinasse aut reprobasse, tamen nihilominus stante divinae voluntatis immutabilitate, Deum posse eundem non reprobasse aut praedestinasse.* Hoc inquam asseris, hoc in te probandum suscepisti, nullo tamen hactenus rationis colore probatum das. Nam & Aquinas fatetur divina decreta semper esse in egressu (non tamen ita in egressu quasi nondum completa fuerint sive determinata, quod tu rapere videris Aquinatem) qui tamen non obstante mox pronunciat, *Deum non posse non praedestinare, supposito quod praedestinaverit.* Apparet autem omnes [illegible] contrarium hic tenere, non tam ut probes divina decreta non esse perpetua (neque enim quisquam occurrit qui hoc asserat) quàm ut confirmes ea nondum esse praesentia sed duntaxat futura. Neque enim concipienda sunt (te judice) *ad modum sententiae definitivae, sed potius ad modum sententiae adhuc pendentis.* Verumtamen hoc adeo paradoxum nulla hactenus ratione munitum firmasti; sed ad extremum sola Anselmi authoritate te munis, affirmantis *posse hominem confugere de sub voluntate praemiante, & currere sub voluntate punientis;* quasi verò hae duae voluntates circa eundem hominem fuissent ab aeterno tanquam duo receptacula ad quae pro libitu suo vel recipere se possent homines, vel in ea se projicere. Ut sic ex objecto odii fiat aliquis objectum amoris divini, nulla mutatione facta in Deo. At facillimum est Anselmum interpretari, de praedestinatione sc. conditionata qualem Deo tribuimus [illegible] ex parte rerum volitarum, praemii videlicet & poenae. Neque enim cuiquam infligenda est damnatio nisi in poenam peccati; nec salvatio conferenda nisi in praemium finalis in bono perseverantiae. Sed cum haec omnia nota fuerint Deo, idque ab aeterno, quisque futurus sit uniuscujusque exitus, simul etiam necesse est ut uniuscujusque praedestinatio sive ad vitam sive ad mortem jam ab aeterno facta fuerit, & proinde concipienda sit non tam ad modum sententiae adhuc pendentis, quàm ad modum sententiae definitivae, vel invito Penotto. Hactenus perstrinxi insulsam Novarensis istius disserendi rationem, manifestam divinae voluntati mutationem impingentis ex permissis suis suppositionibus. Jam proximè superest ut de suppositionibus ipsis aliquid dicamus: Itaque quod attinet ad suppositionem tertiam, negamus hominem in gratia constitutum, considerata Dei immutabilitate, posse à gratia cadere, negamus ullos esse qui à gratia excidant finaliter aut totaliter. Non electos, quippe quos ut seducant falsi Prophetae, ne possibile quidem esse testatur Salvator Mat. 24. Sed neque reprobos, ut quos nunquam adducit Deus ad salutem spiritalemque poenitentiam, qua homo Deo reconciliatur in Christo, sive illis ampliorem patientiam sive non impertitam praebeat, teste Aug. l. 5. cont. Jul. Pelag. c. 4. Sed nec ista responsione acquiescit, licet nobis ut Pontificiis in doctrina de perseverantia Sanctorum oppositis abunde sufficiat. Ostendit insuper ne Pontificios quidem

ap[illegible] illam Sanctorum prædicentes illa argumentatione ulterius communiret. Negabimus enim hominem in gratia constitutum objectum esse dilectionis divinæ, quatenus dilectio significat (juxta priorem ejus à Penotto factam interpretationem) voluntatem Dei qua vult alicui vitam æternam. Nec pigebit illi[illegible] rationis olim ante centum & sexaginta annos à Bradwardino factam refutationem in præsentibus exhibere. Argumentum sic fuit; *Quando Iudas fuit in charitate & gratia, Deus volebat eum salvare; hæc enim secundum Augustinum de Trinit. 15. sola est quæ dividit inter filios Regni æterni & perditionis æternæ, & gratia efficit gratum Deo. nunc autem vult eum damnare, & ita universaliter de justis cadentibus, & injustis surrecturis, & finaliter permansuris.* Huic argumento Bradwardinus occurrit, distinguens primum de charitate increata, & creata; Increatam tanquam præsentem [illegible] intervinientem [illegible] ad voluntatem Dei gratuitam: deinde de voluntate divina distinguit, prout accipitur vel pro favore Dei, vel pro signo sive effectu ejus. Deinde juxta distinctiones præmissas ad argumentum respondet. *Cum arguitur in argumento, quod Iudas fuit in charitate & gratia, Deus volebat eum salvare, loquendo de charitate & gratia increata specialiter, quatenus S. Deus habet aliquem sibi charum & gratum ad vitam æternam, non est verum; quia Iudas nunquam fuit in tali charitate vel gratia; quia Deus nunquam habuit eum gratum aut charum ad vitam æternam. Si autem loquatur de charitate, gratiaq; creata, & de voluntate Dei proprie & essentiali, non est verum, quia Deus nunquam sic voluit Iudam salvare: & cum hoc probatur, quia sola charitas discernit inter filios Regni & perditionis, loquendo de charitate creata, non est verum: (Multi enim peccatores fuerunt illam & permansuri finaliter illam habent:) Sed sola charitas increata, qua hos habet charos ad regnum & hos non habet, dividit inter filios regni & perditionis; & de illa charitate loquitur ibi Augustinus, ut patet capitulo allegato, & capitulo sequenti diffuse. Si autem loquatur de voluntate signi, seu effectu voluntatis divinæ, cum præmittitur, quando Iudas fuit in charitate Deus volebat eum salvare verum est: & cum arguitur ultra; Nunc non vult eum salvare, ergo voluntas Dei mutatur, loquendo consequentiæ bene concludit, sc. quod effectus & signa voluntatis divinæ mutantur, nec [illegible] contra 23. capitulum, quatenus illud probat immutabilitatem voluntatis, & voluntatis divinæ essentialis & intrinsecæ, beneplaciti & perfectæ. Aliter potest dici, videlicet quod Iudas quando fuit in charitate & gratia, fuit charus & gratus Deo, secundum præsentem suam justitiam, quia bonus erat, & sic scriptus fuit in libro vitæ, sic q; Deus volebat eum salvare, non autem præcise absolute: & hoc patet per B. Ambrosium super illud ad Rom. 9. ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparavit in gloriam, sic dicentem: Sunt quidam quibus gratia data est in usum, ut Saulo, Iudæ, & aliis discipulis, quibus Dominus dixit, nomina vestra scripta sunt in cælo, & post abierunt retro. Sed hos Dominus de gratia propter justitiam tunc desertos vocabant, ut sciretur. Digni esse nunc vita æterna, quia erant boni secundum præscientiam vero in numero malorum erant &c.* Ista cum perpendo simulque in Penottum oculos reflecto, subit exclamare, [illegible] insipidum & infelicem dissertatorem, qui non alio argumento fretus ad sententiam suam [illegible] prodiisset [illegible] quod jam [illegible] quod [illegible] [illegible] Bradwardinus, [illegible] amplius [illegible] Conventum [illegible]. Quid quæso [illegible] Penotti; quod [illegible] [illegible] hominis [illegible] [illegible] animadvertentur; Superest ut uno verbo [illegible] quod ad [illegible] ejus suppositionem [illegible] [illegible]. Itaq; Deum diligere hominem constitutum in gratia, non modo est velle eidem vitam æternam, sed & in gratia perseverantiam [illegible], & nisi [illegible] velle ei perseverantiam in gratia finalem, nequaquam erit velle illi vitam æternam.

Tandem disputando ad Tricesimum devenis Penottus; cui quidem non alia arma nobis retundenda fuerit, quam quibus muniti esse solemus adversus portas inferni. Videmus enim ipsum Diabolum tanquam miles gregarium sub isto duce & Capitaneo Penotto stipendia mereri. *Tandem* (inquit) *ex Diabolo ipso summo potest comprobari nostra sententia. Sint utique Dæmon, quod sic esse ex & immutabile divina prædefinationis decretum: hoc autem non obstante immutabilitate, nullam omittit occasionem, nullam artem hominis perdendi, sine mora, sine mollitie, sine distinctione. Sane si Diabolus crederet omnes actus nostros ita esse à Deo per decretum efficax & immutabile prædefinitos, ut illud amplius mutari non possit, nunquam intelligeret animi & profectus esse amore conatus, aestus labores, &c. quibus contra humanam salutem tantopere desudat? Sciret enim omnes quos Deus salvare decrevit, tandem non obstantibus hujusmodi tentationibus, salutem fore assecuturos, ut frustrentur divinum decretum omnes eiusdem qui reprobi sunt, ut in reprobatione tandem damnandos [illegible], aliquo ejus labore, neque nullam interveniente illius molestiam aut operationem. Ipse vero non obstante divini decreti immutabilitate tanta labore omnium adhuc ruina. Scit igitur divinum decretum jam non transferri non justificatum, sed quam diu homo est in hujus vitæ curriculo posse eum prosilire vel salutem ex Dei gratia aut ipsius ad interitum propria voluntate præcipitare. Et sic contra quod ipse credit, hominem sentire, jam apud Deum esse decretum tali modo definitum sanctorum per [illegible] eiusdem, ut hoc etiam modo sola sicut apparat ad homines fit sibi perdendis.* Sic fuit argumentatio Penotti, Diabolum ipsum in communionem decreti secum trahere cupientis, ut tanta subsidio usus ad suas pendentiæ defendendos institutione aggrederet. Obiter advertant Lectores Penottum ipsum non alia ratione fidem ipsorum sollicitare, quam qua gloriari possunt, se ex suis partibus fautorem fuisse ipsum Diabolum. At quanto plausibilius fuisset Angelos lucis in fidei suæ societatem advocare, quam Angelos tenebrarum? Quicquid tamen fuerit, prætermissis cum eo minime commentationibus ingrediatur, quod hic in medium affert Penottus, videamus; Esto, sicut Dæmon, quam *sit esse tale & immutabile divinæ prædefinationis decretum*; damus etiam [illegible] hac immutabilitate, Diabolum nullam omittere occasionem, nullam artem hominis perdendi, sine mora, sine modo, sine distinctione. Ergo quid tum postea? At hic sibi Penottus, & aliis sic [illegible], videlicet ad præscientiam omnium actuum nostrorum; cum tamen exordium esse à prædefinitione, quæ quidem communiter accipitur pro prædestinatione

ad salutem. Si sibilisset in prædestinationem ad salutem, respondere vemus, primo quod Dæmon sciatem, respondere? nec sciri, quod Dæmon sciret quosdam prædestinatos esse ad salutem, nec fieri posse ut non consequantur vitam æternam quinquot ad eam prædestinati sunt; nullam tamen omittet occasionem non corrumpendi, & peccatorum laqueis constringendi; tum quia minime novit quinam illi sint qui prædestinantur ad salutem; tum quia licet hoc innotesceret ipsi, attamen pro eo quo est in Deum odio, nunquam desineret omnia tentare quibus Deum dehonoret; quod quidem maxime fit peccatis & contumeliis electorum suorum. Sed quia transilit Penottus à prædestinatione ad actuum nostrorum singulorum præfinitionem; argumentum ejus in formam sic collego. *Si Diabolus crederet omnes actus nostros ita esse à Deo per decretum efficax & immutabile prædefinitos, ut illud amplius mutari non possit, hoc ipso intelligeret vanos & prejectos esse omnes conatus quibus contra hominum salutem tantopere desudat*; At non intelligit omnes ejus conatus vanos & projectos esse; Nam si hoc intelligeret, insidiis amplius struendis supersederet. Ego verò longe disparem expectabam conclusionem; huic autem jam responsum est: duplici nomine; nempe Diabolum ignorare quinam sint prædestinati ad salutem; Secundò, licet hoc illi innotesceret, non tamen desisteret, quia licet præstare non possit ut salutem eorum impediat; tamen haud infrequenter obtinet, ut Deus blasphemetur. Ego autem alterius generis argumentum formabam apud animum meum, à Penotto nobis objiciendum, videlicet in hanc formam: *Si Diabolus crederet omnes actus nostros ita esse à Deo per decretum efficax & immutabile prædefinitos ut illud amplius mutari non possit*: hoc ipso conatus ejus omnes & insidias quibus nos in peccatum trahit, vanos & inanes futuros esse dignosceret; tum quia vel sine conatibus ejus fieret quicquid à Deo prædefinitum est: & invitis omnibus ejus conatibus, non omnino fieret quod à Deo præfinitum non est ut fieret, simulque fieret infallibiliter, quicquid à Deo definitum est ut fiat. Consequentiam istam libenter concedo (quod si hinc progredi libitum fuerit Penotto; ad negationem consequentis, dicendo; At non dignoscit Diabolus vanos futuros conatus ejus omnes & insidias; neque enim probabile est Diabolum eo amentiæ provectum esse ut studiis tam infructuosis incumberet; respondeo; non deesse aliquos qui existiment hoc indicium esse peccati ejus in Spiritum Sanctum; novimus autem esse eum summè obstinatum unde fieri potest, ut hinc ipso gaudeat quod partem habeat in blasphemiis illis omnibus quibus Deus dehonoratur procurandis. Secundo respondeo, concedendo minorem; consequenterque fatendo Diabolum non credere *omnes actus nostros ita esse à Deo prædefinitos &c.* hoc enim si crederet, crederet etiam omnes actus suos quantumvis flagitiosos aut facinorosos, à Deo etiam eundem in modum prædefinitos. Et ut ingenuè fatear quod res est, nunquam meruit ut apud me tantæ authoritatis esset Diabolus, ut me in communionem fidei cum ipso colendam transferret. Libenter illis lumen naturæ tribuo tantum, quantum competit ipsis Angelis electis; at lumen supernaturalis gratiæ, etiam ante casum eorum tanta mensura communicatum est ipsis, quantum voluit Deus. Nostri Theologi dicere solent, magnum esse divinæ providentiæ mysterium. Primi motoris libertas in agendo fugiebat Aristotelem; Marcus Cicero Dei præscientiam negare maluit, quàm non astruere hominis libertatē. Etiam actuum humanorum futurorum præscientiam Deo adimere nequaquam erubuit Faustus Socinus, quod & ex prælectionibus ejus nuper compertum habui. Ego verò ut liberè prodam quid sentiam, existimo Diabolum in hoc ipso apice esse Socinianum; nec ullam viam patere liberandi Diabolum ab hoc errore, nisi concedat omnem actum humanum esse à Deo volitum idque ab æterno; quandoquidem ne fingi potest ulla causa, qua fiat ut res natura sua merè possibiles transeant in conditionem rerum futurarum, præter divinæ voluntatis determinationem. Nec ullam aliam demonstrationem dari crediderim qua tanquam lumine naturæ convinci possit, Deo competere futurorum purè contingentium cognitionem; Nam nisi futura sint, ne cognoscibilia quidē eorum in genere futuri: Sola autem Dei voluntas, illa est, qua fit, ut res merè possibiles natura sua indifferentes tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, transeant ex conditione rerum merè possibilium in conditionē rerum futurarum, & consequentes fiant cognoscibiles in genere futuri. At ex sacris Scripturis compotes sumus præscientiæ rerum futurarum contingentium Deo tribuendæ, quam & experientia rerum in comparatione posita cum divinis prædictionibus confirmat. Ex his tandem aliquando fieri potest, ut vel invita sua obstinatione convincatur Diabolus, res etiam contingentissimas à Deo ab omni æternitate præsciri, consequenterq; à Deo volitas fuisse, idq; ab æterno; etiā lapsum Angelorum, stantibus electis & confirmatis, quia sc. amplius adjuti fuerant ut jam olim testatus est Augustinus. Atq; hinc fieri potest, ut eo magis fremant belluones illi infernales, cōperta tandem aliquando non tantum in personas sed & in voluntates ipsorū quantumvis liberas (sed pro sorte creaturarum) potestate Dei; adeoq; in hanc Dei providētiam omne virus suum evomant, & homines quantum poterant eo adigunt ut eandem blasphement; & in gratiam Dei efficacem pro mero Dei beneplacito, negatā aliis, aliis indultam, stomachem suum contumeliis plenissimum exonerent. Quid vero tibi videtur Penotte, nunquid concursum divinum ad omnem actū humanum sive bonum sive malum, præsertim prout à vobis formatur, à Diabolo & Angelis ejus etiam approbari gloriaris? Ego vero non facile crediderim vel Angelos tenebrarum adeo obbrutuisse, ut vobiscum sentiant. Enimvero vel lumine naturæ demōstrari posse judico vel nullū omnino Dei cōcursum ad actus nostros agnoscēdum esse, vel non nisi determinantē voluntatem creaturę. Neque enim concursus vester commentitius, citra adminiculum scientiæ mediæ constare potest; & quomodo quæso probaveris opinionis vestræ de scientia media consortem etiam esse Diabolum? Haud credo sententiam magis infamē, magisq; convincibilē infamiæ, idq; clara ratione

convincibilem, inter Theologos Scholasticos unquam obtinuisse. Ad extremum, esto, credat Diabolus nullos actus nostros liberos *ita esse à Deo per decretum efficax & immutabile prædefinitos, ut illud amplius mutari non possit*; Nunquid verò tute ipse audebis teipsum profiteri tam absurdæ opinionis participem cum Diabolo? quid enim, nam vis palam profiteri decreta divina esse mutabilia? Atqui hactenus ab istiusmodi opinionis blasphemia abhorrentem te præbuisti. Sed verbis tantum fucum facere contentus fuisti, nullum autem documentum solidum edidisti, quo te ab hac blasphemia immunem esse fidem faceres: hic autem sine tergiversatione significas decretum Dei non adeo efficax esse & immutabile, quin amplius mutari possit; tantundem etiam antea professus, cum diceres *Deum de actu adj transire ad actum dilectionis; & è contra, & de volente hominis bonum gloria fieri nolentem*; non tamen citra compunctionem conscientiæ, cum mox subjiceres, *& id fieri sine ulla omnino mutatione contingente in voluntate divina*; ut sic demum quantacunque mercede te redemptum præstares à stimulo conscientiæ, nimirū vel manifesta contradictione; quo tamen homini Scholastico & disseritori fidelii nihil contingere potuit propudiosius. Tandem tamen animosior factus decretum divinum mutari posse palam profiteris.

In sequentibus argumentis Molinæ sibi profliganda proponit. *Habet illa* (inquit) *argumentum contra eos, qui ponunt in Deo potentiam ad præteritum respectu actuum immanentium 1. p. q. 14. art. 13. disput. 16.* Equidem haud existimabā operæ pretium fore ad ista etiam discutienda progredi; sed quoniā occurrunt hic nonnulla quæ mirabar hactenus ab eo prætermissa; simulq; agnosco Theologum istum animo si quis alius sincerissimo, atq; ingenio maximè despicabili & rationibus admodum superficiariis instructum, ad divinam veritatē corrumpendam accedere; etiā hunc laborem in me suscipiendum judicavi, ut quæ sequūtur examini Scholastico subjicerem. Sic itaq; disserentem Molinam nobis exhibet Penottus. *Si actus divinæ scientiæ & divinæ voluntatis ita sunt in libero egressu ut quem Deus scit salvandum, & quem Deus prædestinat ad salutem, possit non fieri salvandum, & non prædestinare ad salutem, sequitur dari in Deo potentiam ad præteritum comparatione eorum saltem effectuum, qui jam sunt extra suas causas, ut v. g. quod mundus non fuerit creatus, quod potest esse falsum. Si dicatur, divinam voluntatem non manere amplius liberam ad se determinandam respectu talium effectuum, quia jam sunt egressi extra suas causas. Contra: Prius non dependet à suo posteriori; divina voluntas ante egressum effectus à causa est libera, ergo etiam post. Nam ille egressus est quid posterius.*

Secundò, voluntas post egressum effectus non est magis determinata, quam prius, quia ut sic mutabilis esset. Sequeretur adhuc, illam in nunc æternitatis non esse semper in libero egressu, contra quod nos supponimus.

Vt ad horum explicationē aliquid conferam; videtur hoc sibi propositum habere Molina, non magis posse Deum non prædestinare quem prædestinavit; quàm posse non creare mundum quem creavit; quod & verissimū esse judico. Et cum in adversum objiciant creationem h. e. actum transeuntem vergere in præteritū, non autem actum immanentem, puta decretum ipsum creandi; hoc quicquid fuerit discriminis nihil momenti esse judico ad superiorem propositionem infirmandam. Nam licet decretum ipsum intrinsecè consideratum nequaquam transit in præteritum, tamen connexio ejus cum creatione jam transiit in præteritum perinde atq; ipsa creatio. Et si ante creationem factam, potuit Deus nolle creare quod tamen ab æterno volebat; ex eo sequeretur creationem prius futuram ita potuisse futuram esse desinere, ut nunquam fieret præsens; & consequenter quod præteritum est, posse ita desinere esse præteritum, quasi nunquam fuisset præsens; & consequenter etiam, ut ipsa creatio nunquam fuerit facta, quod & confirmat Bradwardinus, dum palam profitetur *quod apud Deum intrinsece est æqualis contingentia & libertas respectu præsentium & præteritorum, sicut respectu futurorum: & æqualis necessitas respectu futurorum, sicut respectu præsentium & præteritorum.* Superest ut consideremus quàm solidè Molinam refellit Penottus.

Respondeo (inquit) *primò, confusionem inesse argumento, dum eodem modo ratiocinatur de divina scientia & de divina voluntate, quod fieri non debet: nam scientia respicit suum objectum sub ratione Entis intelligibilis, quod ad hoc, ut sit objectum divini intellectus, sufficit ut pro aliquo tempore contineat determinatam veritatem; quod enim semel est verum, ab æterno fuit verum: & licet objectum secundarium divini intellectus varietur de esse in potentia ad esse in actu, & de esse futurum ad esse præsens & præteritum, hoc tamen non facit variationem in scientia divina, ita ut Deus de non sciente fiat sciens, vel è contra, sed facit solum, ut quod fuit esse præsens, fiat esse præteritum.*

Placet ista expendere priusquam ad alteram partem comparationis progrediar, quæ procedit de voluntate divina; Suspicor enim nihil occurrere in universa hac dissertatione Penotti, quod non sit corruptissimum; placet itaque pedetentim procedere & sigillatim omnia librare. Etenim inter omnes Scholasticæ Theologiæ corruptores, neminem ne ex Jesuitis quidem cum Noraciensi isto judico conferendum. Dico itaque Molinam rectè facere, dum in hoc apice eodem modo ratiocinatur de divina scientia & divina voluntate. Agitur n. de scientia libera, quæ quodammodo sequitur voluntatem. Exempli gratia, Deo per voluntatem decernente creationem mundi, sequitur Deum per intellectum cognoscere creationem futuram; quod si potuerit Deus creationem illam nolle, postquam voluerit eam, sequitur Deum per intellectum suum non cognoscere creationem futuram, postquam eam tanquam futurā cognovisset. Ad eundē modum posito quod Deus decreverit conferre alicui fidem, charitatem, in ii/que perseverantiam finalē & vitam æternam, sequetur Deum per intellectum suum cognoscere quod talis quisquis fuerit consequetur aliquando fidem, charitatem, inque iis perseverantiam finalem & vitam æternam: sin fingamus Deum postea non velle huic homini (puta antequam natus fuerit) fidem, charitatem, perseverantiam & vitam æternam, sequetur DEUM ex cognoscente fieri non cognoscen-

gnoscerem; sive enim DEO ista volente, facta est Deus cognoscens illa omnia tanquam futura; invicem Deo deinceps illa nolente, factus est Deus illa non cognoscens tanquam futura. Adversationem autem quomodo Penottus se gerat in adversum nostrum, & annon hoc agat ut nebulis suis, & sibi & aliis tenebras excitet, quo minus ad veritatem hac ex parte claris nos irradiantem via pateat. *Certè scientia respicit suum objectum sub ratione entis intelligibilis*, sed scientiæ liberæ ea ratio est, ut objectum suum non sit intelligibile aut scibile (puta in genere futuri de quo agimus) nisi per decretum Dei; quod extra controversiam ponitur de ejusmodi futuris omnibus quæ pendent à sola voluntate divina, cujus generis est creatio; nos autem de omnibus futuris obtinere, idque luculenta demonstratione confectum dedimus. Quare quod objectum scientiæ liberæ determinatam habeat veritatem pro aliquo tempore, hoc in solidum referendum est divinæ voluntatis determinationi, quæ quidem si mutari potest, quod jam palam profiteri non erubuit Penottus, sequitur veritatis prædictæ determinationem etiam mutari, consequenterque Deum nequaquam cognoscere, quod prius cognoverat. Etiam sequitur quod semel est verum, non fuisse ab æterno verum; Nam si Deus nolit quod prius volebat (quod fieri posse censet Penottus, nempe non prædestinare quem prius prædestinavit, hoc est, non velle salutem ejus cujus salutem prius volebat) sequitur verum illud quod ex Deo sic nolente sive non prædestinante oritur, non fuisse ab æterno verum, sed noviter ortum. Secundò, licet aliquid verum fuerit ab æterno verum, puta quod sequitur, ex eo quod Deus aliquem ab æterno prædestinaverit, non tamen semper verum erit, quia fieri potest secundum Penottum ut non prædestinet eum Deus, quem ab æterno prædestinaverat. In sequentibus notabilem impostorem agit Penottus, dum in re prorsus aliena instantiam ponit; videlicet de mutatione rei: *de esse in potentia, ad esse in actu; & de esse futurum ad esse præsens & præteritum.* At nos non contendimus hinc ullam mutationem fieri in intellectu, sed longe aliam ex Penotti sententia mutationem Deo tribuendam esse dicimus: nempe priusquam adsit tempus præsentiæ aut actualis existentiæ rei alicujus, fieri posse ut eadem res prius futura postmodum evadat non futura. Nam si Deus prædestinet aliquem ad fidem, charitatem, perseverantiam finalem & vitam æternam, sequentur hæc omnia futura esse; quod si detur, Deum non prædestinare eum quem ab æterno prædestinavit (quod fieri posse scribit Penottus) sequitur quæ ab æterno futura erant postmodo futura esse desinere, idque antequam advenerit tempus existentiæ eorundem actualis, & consequenter mutationem fieri in intellectu divino, quod attinet ad scientiam ejus liberam; Nempe quod prius intellexerit futurum esse, postmodum intelligit non esse futurum; idque non quatenus ex futuro factum est præsens & actualiter existens, cujusmodi mutationem solam introducit Penottus ad obscurandam veritatem (est enim impostor cum primis nobilis, nec credibile est hoc ab ipso fieri potuisse, nisi invita conscientia, tam notabilis est impostura) sed antequam actualis præsentiæ tempus advenerit, nempe dum ex conditione rei futuræ in conditionem rei non futuræ migrare fingitur à Penotto; Deo scilicet non prædestinante quem ab æterno prædestinaverat, idque dum in vivis agit ille, quem ab æterno prædestinatum esse supponit. Jam tandem ad alteram comparationis partem de voluntate Dei procedentem considerandam progrediamur. Sic itaq; Penottus.

Sed voluntas divina respicit objectum secundarium sub ratione boni & mali moraliter & sub ratione agibilis, quæ ratio variari potest in ipso objecto, & sic variata ejusmodi ratione, Deus etiam de volente fit nolens, & è contra: nulla tamen mutatione facta in voluntate divina sed solum in objecto. Nam Deum velle aut nolle aliquod objectum nullam addit novam entitatem supra nudam essentiam, nisi respectum rationis ad hoc vel illud objectum, quo posito vel ablato, nulla fit variatio in re ipsa. Quod verum est de ipsa voluntate, etiam quatenus includit rationem causæ ad extra: nulla enim mutatione facta in divina voluntate, DEUS factus est de volente creare mundum, non volens, scilicet post ipsam creationem, & de non creante creans; quia esse creatorem nullum respectum realem ponit in DEO ad creaturas, sed tantum rationis. Unde male quoad hoc parificantur divinus intellectus & divina voluntas. DEUS enim non potest de intelligente fieri non intelligens, aut è contra, quia ratio intelligibilitatis quæ est veritas, si semel supponatur inesse objecto, semper illi inest: At Deus de volente potest fieri non volens, & è contra, quia ratio ob quam objectum est volibile, potest variari, neq; si semel inest objecto, necesse est illam eidem objecto semper inesse.

Scribit Apostolus se cum bestiis Ephesi congressum esse; quidam hoc interpretantur, de hominibus sed instar bestiarum irrationalibus à cujusmodi adversariis ut liberetur, idem Apostolus alibi Deum obtestatur; credo autem ad tractandam Theologiam Scholasticam & controversias Theologicas nunquam accessisse bestiam aliquam isto Penotto impuriorem & magis irrationalem; ad quam ejus conditionem detegendam & in apricum proferendam nunc procedo. Imprimis itaque respondeo, sit ea quam fingit Penottus objecti secundarii divinæ voluntatis ratio, quæcunque ratio fuerit nihil omninò refert. Modo velit aliquid Deus sub quacunq; ratione, hoc ipso futurum erit, consequenterq; ab intellectu divino cognoscetur in genere futuri; quod si dehinc non voluerit aut noluerit Deus quod ab æterno voluit, sequitur hoc ipso nō esse futurum, simulq; quod prius ab intellectu divino cognoscebatur tanquam futurum, nunc cognoscitur ab eodem tanquam non futurum; quod vel ipse Penottus minimè negaret, fieri non posse citra mutationē in intellectu divino. Secundò cum dicit voluntatem divinam respicere *objectum secundarium sub ratione boni & mali moraliter, & sub ratione agibilis*, mira phrasiologia sibi adblanditur, quod quid quo tendat non satis assequor, nisi fortè ut opinionem sobriam judicandi de scriptis ejus rationē lectoribus suis expectoret.

Quid enim? an convenit Deum fingere respicientem objectum voluntatis hæc sub ratione mali, & agibilis? An forte ratio boni tantum erit ratio agibilis; ratio verò mali, ratio non agibilis? Rursus quid sibi vult ratio boni moralis? Constat enim rationem boni moralis quoad nos ejusmodi esse quæ nos obliget ad agendum; Num verò Deum ipsum obligatione quoque morali constringendum esse judicabit Penottus? At jam dixerunt Durandus Deum nequaquam ad aliquid agendum obligari obligatione justitiæ; Quid quod jam olim dixerim apud Aquitanum justitiam Dei (seclusa scilicet divinæ voluntatis determinatione, ex qua oritur justitia fidelitatis) non aliam esse quàm ipsam Dei sapientiam, qua convenienter omnia & singula disponit in fines suos. Ad hæc, quodnam erit illud objectum voluntatis divinæ, in quo ratio boni & mali fingitur esse variabilis, atque ita variabilis, ut ex volente objectum illud Deus fieri possit non volens. Jam numero sexto dixerat Penottus *posse Deum non prædestinare quem ab æterno prædestinaverat.* Ego primùm sit hæc prædestinatio voluntas conferendi alicui vitam æternam: hic occurrit duplex objectum; videlicet objectum rei sive quod vult, vita æterna; deinde objectum personæ, sive cui vult vitam æternam, persona nempe prædestinata. Objectum personæ non habet rationem agibilis in hujusmodi decreto, sed tantum objectum rei, vita videlicet æterna; hæc enim ea est quam statuit agere, seu conferre alicui. Hujusmodi autem boni agibilis ratio quomodo varietur aut variari possit nondum intelligo. Neque enim variari potest nisi ab eo penes quem est eandem aut conferre, aut non conferre, hoc est ab ipso DEO. A DEO autem non variatur nisi quatenus Deus ipse fit nolens eam ex volente. At hæc non est illa variatio, de qua philosophatur Penottus, sed supposita præmissa variatione objecti, secundum Penottum consequens est, Deum ex nolente fieri volentem. Unde concludo variationem istam quam præmittit Penottus non reperiri nisi in persona cui prædestinatur vita æterna conferenda; sed admodum incongruenter, tum quia ut dictũ est in voluntate conferẽdi Petro vitam æternam, Petrus non est objectum agibile sed potius vita æterna. Secundò ut quàm mollissime & candidissime tractemus Penottum illum in explicanda germana sententiæ ejus constitutione; fingamus objectum de cujus ratione variata disserit esse hominem ipsum prædestinatum, puta Judam; fingamus etiam in Juda rationem aliquam congruentem ad hoc ut à Deo prædestinetur ab æterno, qua variata (puta post Domini sui proditionem) Deus illum ad vitam æternam prædestinare desinat. At inquam licet in gratia constitutus fuerit aliquando Judas; non tamen in gratia constitutum, sed in gratia finaliter perseverantem ad vitam æternam ab æterno prædestinare censendus est DEUS; quemadmodum & supra disserentem Bradwardinum repræsentavi, hominem ante centum & septuaginta annos Pontificium. Rursus cum ab æterno prævideret Deus quinam finaliter perseveraturi essent in gratia, quinam non perseveraturi, quàm minimè consentaneum est rationi fingere Deum ab æterno prædestinantem tùm non finaliter perseveraturos in gratia, quàm perseverantes? At hæc, annon DEUS unumquemque electorum suorum prædestinat tam ad statum gratiæ finalemque in ea perseverantiam quàm ad vitam æternam? Cur igitur non perinde fingis Deum ex volente statum gratiæ finalemque in eo perseverantiam fieri non volentem, idque ob rationem objecti variatam, atque fingis eandem ob causam ex volente vitam æternam fieri non volentem? Quod si & hoc tibi fingendum videatur, simul etiam opus erit ut explices nobis variationem illam, ob quam Deus ex volente fit nolens sive non volens. Tertiò, principaliter cum dicis *Deum de volente fieri nolentem & è contra, nulla tamen mutatione facta in voluntate divina, sed solùm in objecto*; videtur hoc à te dictum invita prorsus Minerva, licet forte non tua; imò etiam vel invita Minerva tua. Nempe jam numero septimo significasti, Diabolum minimè credere *omnes actus nostros ita esse à Deo per decretum efficax & immutabile prædefinitos ut illud amplius mutare non possit.* Dare igitur omnes actus nostros per Dei decretum prædefiniri posse, modò cautum sit ut decretum illud mutari possit: & quomodo quæso mutari, nisi dum *de volente fit nolens aut è contra*? Hic subit nova ratio in sententiam istam Penotti, quâ nunquam credo vidit Orbis insaniorem, dicta: Neque enim agitur in præsenti de voluntate Dei qua vult homini vitam æternam, sed de voluntate Dei qua vult omnes actus humanos; licet causæ suæ opportunitatem secutus desultorem ad placitum agat Penottus, versatur enim in conciliandâ libertate humanâ cum divinorum decretorum efficacia, hoc est, ut ostendat quomodo idem actus hominis possit & à Deo decerni, & hoc non obstante, ab humana voluntate libere proficisci. Quare supponamus Deum destinasse Judæ fidem; quo nihil obstante, vult Penottus fieri posse ut Deus *de volente fidem Judæ, fiat nolens*, idque ob variatam rationem objecti; non rei volitæ, hoc est, fidei, sed personæ potius cui vult fidem. Quare considerato Juda tanquam in certa conditione constituto voluit illi fidem; hac autem conditione variata noluit illi fidem. At inquam hoc perinde est ac si diceretur, Deum constituisse fidem in corde Judæ accendere, modò aliqualiter se fecisset idoneum ad consequendam fidem: At hoc purus putus est Pelagianismus, perinde ac si palam professus esset; gratiam dari secundum merita. Deinde si non nisi sub conditione conferenda fuit fides; deficiente conditione illa quoties DEUS fidem non confert, minimè censendus est de volente fieri nolens, quod præter omnem sobrietatem comminiscitur Penottus; sed potius ex suspenso & ancipiti utrum velit fidem conferre aut non velit, tandem aliquando pro rebus gestis creaturæ, fieri aut volentem fidem conferre aut nolentem. Quartò, quoties Deus ex volente fit nolens aut è contra, necesse est ut mutetur voluntas divina; idq; dupliciter, tum quia desinit esse quod prius erat; tum quoniam incipit esse quod prius non erat. Nempe desinit esse volens quod prius erat, & incipit

... quod esse noluit quod prius noverat. Alias enim [illegible] quidem [illegible] fieret muta- tur Deus. Fatemur quòd Deus manifestam facere voluntatem suam promissione aliqua potest de [illegible] de [illegible] perseverantia & vita æterna; si modò possit de volente perseverantiam homini, fieri nolens citra mutationem, possit etiam promissiones suas violare atque irritas facere citra omnem mutationem. Hucusque nemo omnium post homines natos [illegible] intellexit mutationem voluntatis, quæ ut ejusmodi sit, [illegible] quis ex volente fiat nolens aut è contra, modò voluntas præcedat absolutè, sine conditione, tum non antea fiet volens quàm impleatur conditio; consequenter quòde novo incipiet esse volens, atque ita mutabitur. Nec tamen obstat, *quòd Deus velit aut nolit aliquod objectum, nullam addat novam entitatem supra nudam essentiam nisi respectum rationis ad hoc vel illud objectum.* Nam & scientia Dei pari ratione fit ex sciente non sciens, qua voluntas Dei fit ex volente non volens; quemadmodum supra demonstravi: nec tamen vel diceret Penottus, hoc fieri per novam entitatem superadditam scientiæ; vel negaret mutationem hoc modo fieri in intellectu divino. Etiam si voluntas humana per possibile aut impossibile, ex volente fieret nolens aut è contra, citra novam aliquam entitatem in ipsa superadditam: nequis sobrius negaret voluntatem mutari? Quare licet Deus pro ea qua est summa atque infinita stabilitate perfectione velit quicquid vult citra actus aliquos (qui distinctus sit à voluntate) productionem; tamen si à volente fieret nolens, aut è contra, nihilominus mutabilis censendus esset, quàm si per novam alicujus entitatis productionem hoc fieret. Neque enim vulgus hominum tam subtiliter distinguunt de homine volente quod prius nolebat, vel nolente quod prius volebat, per novi actus productionem, attamen quoties hoc fit, extra controversiam ponunt hominem illum esse ingenii varii & mutabilis, vel invitis omnibus istis Penotti calculationibus. Denique si Deus potuisset ex volente fieri nolens, & è contra, [illegible] fieri posset ut vel per extraordinariam quamcunque revelationem, quispiam certus esset de salute sua futura; quo tamen posito quid quæso [illegible] nobis inde accederet, quod scilicet licet Deum ex volente hominis perseverantiam in fide, posset fieri nolens, ex volente etiam æternam posset fieri nolens; rursus ex nolente illi apostasiam & condemnationem posset fieri volens; attamen hæc omnia fierent citra omnem in voluntate divina mutationem. At in subsidium sententiæ tam absurdæ, subjicit Penottus. *Deus nullam mutationem facit in voluntate divina factum esse de volente creare mundum non volentem, futuro post ipsam creationem.* At inquam voluntas creandi quidem est immanens in Deo, & proinde *mensuratur æternitate* secundum Penottum hoc ipso in capite num. 1. Supponit autem ibidem *in ipsa æternitate nec esse [illegible] neque præteritum neque futurum:* atq; hinc concludit *divinam æternitatem non transire in præteritum.* Ergo inquam nec actus volendi, quo Deus constituitur volens, transit in præteritum; quod tamen falsum est si modò Deus ex volente fit non volens. Quicquid enim fuit & non est transit in præteritum. At Deus fuit volens & non est volens secundum Penottum, ergo actus volendi quo Deus constituitur volens, transit in præteritum. Huic autem obsisti non aliter moderatur quàm suam ipse sententiam corrumpendo, quasi dictum prius exponens ejusque rationem subjiciens in hæc verba (*fuisset post ipsam creationem, & de non creante creans.*) *quia esse creatorem nullum respectum realem ponit in Deo ad creaturas, sed tantum rationis.* At inquam aliud est, *de volente creare mundum fieri non volentem*; aliud & longè aliud, *de non creante mundum fieri creantem*: Etenim voluntas Dei non nisi per modum actus immanentis & æterni denominat Deum volentem, at per modum actus transeuntis & temporalis denominat Deum creantem. Quare licet in tempore transire possit Deus à non creante in creantem, attamen in tempore transire non potest à non volente in volentem, aut à volente in non volentem. Voluntas ab æterno facta sufficit quocunque tempore mundo creando citra mutationem; at nec voluntas ab æterno facta desinere potest, aut nova voluntas exoriri citra mutationem, nec quod huic contrarium est vel [illegible] ulla ratione confirmatum dare Penottus. Falsum est Deum ex volente creare mundum, post creationem factum esse non volentem; voluntas enim creandi mundum sicut in Deo semper fuit ita etiam in Deo semper manet; alioqui transiret in præteritum; quicquid enim fuit & non est transit in præteritum; at quæcunque mensurantur æternitate (cujus generis est voluntas creandi mundum) non transeunt in præteritum secundùm dictata ipsius Penotti. Sicut esse creatorem ita etiam esse volentem creare *nullum respectum realem ponit in Deo ad creaturas.* Quare non sequitur quod hinc concludit Penottus *nihil quoad hoc perfici divinum intellectum, & divinam voluntatem.* Nam jam probatum dedi, si Deus posset ex non volente fieri volens, etiam ex non intelligente fieri posset intelligens. Nam si velit homini perseverantiam in fide finalem & salutem concedere, sequitur fidem & salutem illius hominis futura esse & à Deo cognosci tanquam futura; quod si Deus ex sic volente fiat non volens, sequitur ne futuram quidem esse illius hominis in fide perseverantiam finalem aut salutem; & consequenter nec à Deo cognosci posse in genere futuri adeò ut mutata rei veritate quoad scibilitatem, necesse est mutetur intellectus divinus. Sed & falsum est, *Deum de volente fieri posse nolentem*, quod & varia ratione demonstravi, & insulsam Novariensis illius in adversum disserendi rationem in apricum produxi; & quàm absurdè philosophetur sic de ratione (ob quam objectum est volibile) variationis compotes. Et quam lubricè se gerat & desultorem agat, dum ab actu creaturæ tanquam à Deo volito (de cujus generis volitione sola procedit præsens dissertatio) ad vitam æternam tanquam à Deo volitam transilit præter omnem congruentiam. Sed & ratio ob quam finget vitam æternam à Deo hominibus destinatam, non est omnino variabilis; Neque enim alia esse potest ratio illa, quam finalis in fide perseverantia; at impossibile est nulla varietur. Sed & illa [illegible] voluntas non alia est quàm voluntas conditionalis, quæ quidem si consideretur quoad actum volentis, nunquam erit

in actu priusquam conditio ponatur; quæ cum non nisi in tempore ponatur, sequitur omnem hujusmodi voluntatem Dei nequaquam æternam esse, sed merè temporalem. Sequitur directa responsio ad argumentum Molinæ. *Ad argumentum itaque dicendum est, quod divina voluntas debet concipi ut semper egrediens in actum determinationis ita ut possit non egredi, nisi postquam ponimus in illa respectum actualem ad effectum ut jam actu productum ad extra; tunc enim non potest amplius concipi ut egrediens, sed debet concipi ut jam egressa: est enim impossibile illam simul concipere sub ratione causæ actu relatæ ad effectum jam productum, & sub ratione causæ solum aptitudinaliter relatæ ad effectum ut producendum,*

Dicit Aquinas *actum divinæ voluntatis semper esse quasi in egrediendo à voluntate;* advertat Lector Thomæ phraseologiam, *quasi in egrediendo,* etiam quorsum tendat advertat; nempe ut divinæ voluntatis libertatem ad nostræ rationis & conceptionis modulum contemperet. Non dicit Aquinas, nondum esse egressum; Sed nec hactenus prodidit ipse Penottus, huc trahendam esse sententiam Aquinatis. Imò in adversum testatur Thomas actum divinæ voluntatis semper esse in actu; falsus quidem est, nunquam cedere in præteritum, *sicut* (inquit) *nunquam est futurum.* Attamen aliquando suspiciones nostras confirmavit Penottus; nam ab initio ita se gessit ut manifestum fieret ita eum decretis divinis abrogare præteritionem, ut interim futuritionem ipsis concederet, quicquid in adversum idque verbis disertis prætexere visus fuerit. Hic enim palam & sine omni tergiversatione profitetur divinam voluntatem concipiendam esse *ut nondum egressam in actum determinationis.* Nam postquam *ponimus in illa respectum actualem ad effectum, ut jam actu productum ad extra; tunc* (inquit) *non potest amplius concipi ut egrediens, sed debet concipi ut jam egressa.* Ergo, antequam producitur effectus ad extra, concipienda est ut nondum egressa. Hujusmodi est portentum opinionis Novatianæ illius; ut scilicet interna voluntatis determinatio, non sit prior externa voluntatis executione, Nempe non prius decrevit Deus mundum creare, quàm creavit; nec prius decrevit hominem donare gratia, quàm donavit; nec prius constituitur aliquis electus ad gloriam aut vitam æternam, quàm gloriam & vitam æternam consecutus fuerit. His non obstantibus, decreta divina passim æterna esse præfert, quæ tamen temporalibus ipsorum executionibus coæva facit. Rursus quid tibi videtur Penotte postquam voluntas divina egressa fuerit in actum determinationis, posito nimirum in illa *respectu actuali ad effectum ut jam actu productum ad extra,* nunquid eâ voluntatem divinam sive actum determinationis ejus transire in præteritum? Ita proculdubio est, talem in hoc apice te minimè renitentem habituri fuimus; Nam quamdiu fuit egrediens & nondum egressa, nolebas transire in præteritum, at postquam egressa fuerit, æquum est ut te sentiente sententiam transierit in præteritum. At in adversum stat Aquinas, etiam cum ipse in adversum stas, ubi apparet ex duabus tuis suppositionibus, idque quia quicquid in Deo est mensuratur æternitate, *in qua neque præteritum est neque futurum, sed ambitu tantùm instans semper manens & semper præsens, ut docent Theologi,* agnosce quæso dissertationem ipse tuam meam. 1. Sed quia cautiosus dissertor es, non sine quibusdam limitationibus processerant illa, quæ meo judicio supra omnem humanam dissertionem excogitaris, prout mihi videbantur, cum in iis examinandis essem. Dixeras enim hoc intelligendum esse de ipsa æternitate *intrinsecè,* innuens aliter se rem habere considerata æternitate *extrinsecè:* hunc enim in modum subtilitates tuas nobis communicasti; quasi vero aliquid dici posset in æternitate reperiri dupliciter nempe vel *intrinsecè* vel *extrinsecè.* Ad eundem modum poterit aliquid in domo reperiri dupliciter hoc est, vel intra domum, vel extra domum. Hac ratione de Penotti ingenio dici poterit sobrietatem in eo reperiri dupliciter vel intrinsecè vel extrinsecè, adeò ut licet nulla sobrietas in eo reperiatur, reperiri tamen possit majorem in modum extra ingenii ejus pomœria; quæ tamen dum talibus distinctionum minutiis abundant, necesse est ut admodum latè pateant; illud sobrietatem admittit extrinsecè non intrinsecè, juxta subtilitatum ab ipso excogitatarum elegantias. Eodem acumine pronuntiavit *divinum decretum quatenus est verè & propriè in Deo non transire in præteritum;* hoc ipso significans, divinum decretum considerari posse dupliciter, vel quatenus est verè & propriè in Deo, vel quatenus est verè & propriè extra Deum. Quare licet non transeat in præteritum, quatenus est verè & propriè in Deo, tamen permittit libenter ut transeat in præteritum, quatenus *est* verè & propriè extra Deum. Jam tandem in mysteriorum ejus altiora penetravi; Nempe actus externus à Deo productus, puta creatio, dici potest secundum momenta distinctionum Penottæarum, esse in Deo *extrinsecè,* hoc est extra Deum; & esse decretum divinum, non quidem quod verè & propriè sit in Deo, sed quod verè & propriè sit extra Deum. Quæ postquam lingua & dialecto Penotti propria dicenda esse didicerimus, explicamus in hunc modum; Quamvis dicat Penottus voluntatem divinam, *postquam ponimus in illa respectum actualem ad effectum ut jam actu productum ad extra,* non posse amplius *concipi ut egredientem, sed debere concipi ut egressam,* hoc tamen juxta grammaticam Penotti intelligendum esse de voluntate sive decreto divino non *quatenus est verè & propriè in Deo* (sic enim testante ipso nunquam transit in præteritum sed semper est egrediens) sed de voluntate & decreto divino, quatenus est verè & propriè extra Deum, quod actus aliquis externus qui dicitur (exempli causa) creatio, aut quæcunque alia decreti divini, seu divinæ voluntatis executio. Quare licet creatio egressa fuerit & transierit in præteritum, tamen nec voluntas Dei nec actus ejus internus, (quippe cùm mensurentur æternitate) omnino transeunt aut unquam transibunt in præteritum, sed semper concipienda est voluntas per modum egredientis in actum, consequenterque tam libera est ad creandum post positam creationem, quàm fuit ante creationem. Quæ tamen sequuntur agnosco veritatem habere, nempe cum ait *impossibile esse, voluntatem simul concipere sub ratione causæ actu relatæ ad effectum jam productum, & sub ratione causæ solùm aptitudinaliter relatæ ad effectum, ut producendum.* Dico ista vera esse quoad substantiam eorum quæ dicuntur, licet efferantur ab eo perturbatissimè pro more; etenim

passim

[illegible] tamquam Davus [illegible] qui perturbet [illegible]. [illegible] nihil plus valent [illegible] quod [illegible] Aquinas ; nempe postquam di[illegible], *[illegible] praedestinatum [illegible] praedestinatione [illegible] aeternitate, [illegible] futurus [illegible] voluntate per modum [illegible] ex suppositione hoc [illegible] impossibile [illegible] praedestinatum, supposito quod praedestinaverit.* Nam & eadem ratio est quod attinet ad internam voluntatis determinationem. Nam & illa concipitur sub ratione causae actu relatae ad effectum futurum, & per consequens impossibile est ut [illegible] concipitur sub ratione causae aptitudinaliter relatae ad effectum producendum in esse futuro; Nam quae ratio est effectus jam producti, ad effectum producendum in esse praesenti; eadem per omnia ratio est effectus jam producti ad effectum producendum in esse futuro, & ex utraque parte perinde impossibile est ista simul concipi: & sicut per actum voluntatis externum producitur effectus in esse praesenti; ita per actum voluntatis internum producitur; [illegible] effectus in esse futuro. Nam esse volitum a Deo ut sit, est esse futurum. Quare sicut posito quod Deus mundum creaverit, impossibile est ut non creetur; ita secundum Thomam, supposito quod Deus praescit secundum [illegible], impossibile est ut non praedestinaverit aliquem. [illegible] non pauci reperiuntur qui [illegible]. Ex hominibus non pauci reperiuntur qui ad insaniam redacti fuerint inviti; at vix unquam praeter Penottum repertus est qui tam operosam navarit operam, ut volentibus aliis omnibus ipse in summam insaniam devenire; dedi tamen operam si fieri possit ut ad se redeat, & postquam edormierit hoc vitium, evigilaret & compos sui fieret. Nondum tamen ostendi, quam perturbate se gerat in enunciatione sententiae hujus. Illud autem emicat in membrorum comparandorum dispari ratione; comparat enim causam actu relatam ad effectum cum causa aptitudinali relatam ad effectum; ubi vox actu determinat vocem (relatam) sequentem, at vox (aptitudinalis) determinat vocem (causae) antecedentem. Aut enim comparanda fuit causa actualis cum aptitudinali; aut relatio actu comparanda fuerat cum relatione aptitudinali. Pergit Penottus.

II. *Et cum dicitur, quod prius non dependet a posteriori. Respondetur illud esse verum quoad esse absolutum, non autem quoad esse respectivum. Implicat enim Deum referri ad creaturam respectu actuali sub ratione creatoris & non esse creaturam.*

Haec est Penotti gloria, futilibus distinctionibus omnia transigere. Satis constat non relata secundum esse, non tamen esse priora aut posteriora altero. Sed verum est, Deum non referri ad creaturas alia relatione quam rationis; unde sequitur Deum quoad relationem rationis pendere a posteriori nempe a creatura; At quid hoc ad libertatem Dei? num illa nihil aliud notat quam relationem rationis? & libertatem Dei nequaquam pendere ab egressu effectus, contendit Molina, non autem relationem rationis Deo tributam. Quid igitur dicet aliquis? numquid peraeque libera est voluntas post egressum effectus atque ante ejusdem egressum? Audiant hic Ferrariensis in 1. Cont. Gent. cap. 83. *Respondetur ex doctrina Thomae 1. p. q. 25. art. 4. ad secundum, Quod quicquid Deus potuit potest, quantum est ex parte ipsius potentiae, cum variationem non suscipiat: non tamen quantum est ex parte factibilis, quia aliqua habuerunt rationem possibilium, dum erant facienda, quae dum facta sunt, desinunt a ratione possibilis. Ideo propositio sic est intelligenda: Quicquid de numero possibilium Deus potuit, potest, si illud possibile remaneat, non autem si transeat in impossibile prorsus.* Rursus considerandum, voluntatem Dei nunquam ita esse egredientem in actum, quasi nondum esset egressa, omnis enim actus divinae voluntatis cum immanens sit, est aeternus. Est tamen liberrima Dei voluntas & prior actu, non tamen prioritate temporali, sed sola prioritate naturali & causali si prout distinguit Bradwardinus. At & postquam effectum productum est, semper manet voluntas Dei prior illo prioritate naturali & causali, atque hunc in modum perinde libera etiam respectu effectus producti, atque prius fuit: Nam ab aeterno determinata est voluntas ad actum volendi, qua non obstante libere operatur ad extra quicquid operatur; ipsa voluntate semper manente libera, & libere volente, non tamen prioritate temporali, sed naturali & causali. Cum autem dicit Penottus *implicat Deum referri ad creaturam respectu actuali sub ratione creatoris, & non esse creaturam*; non advertit hinc minime sequi, propterea libertatem Dei perire respectu creaturae, cum omnis libertas conjuncta sit cum prioritate non temporali, sed naturali duntaxat & causali. Rursus impossibile est Deum referri ad creaturam actu interno volente eam pro futuro, & creaturam illam non esse futuram; At si nondum determinata esset voluntas Dei ad volitionem creaturae, ne futura quidem hactenus esset creatura. Sequitur apud Penottum.

Cum etiam dicitur voluntatem divinam post creationem non esse magis determinatam ad creandum; dico hoc constare esse manifeste falsum. Ad probationem dico, quod probat solum, illam non esse magis determinatam per aliquid realiter illi advenitus, aut per novam & realem mutationem illius tam quo stat esse magis determinatam per novam entitatem productam in effectu, & per novum respectum rationis advenientem ipsi voluntati.

Dixerat Molina, *voluntatem post egressum effectus non esse magis determinatam quam prius*, non dicit nihilo magis determinatam esse ad creandum, quemadmodum dicta ejus ad placitum effigiat Penottus; Non sic dicit (inquam) Molina, non quia agnoverit talem aliquam determinationem voluntatis, licet de alterius generis determinatione verba fecerit: sed quia non aliam agnovit voluntatis divinae determinationem, quam qua vult aliquid esse pro certo tempore. Hoc enim ipso sequitur quod fiet, cum voluntas Dei sit omnipotens, extra aliam omnem voluntatis determinationem. Et cum voluntatem Dei magis determinatam esse scribit Penottus, per egressum effectus, quam prius, cujus quaeso generis est illa determinatio? Nempe per novam entitatem productam in effectu, & per novum respectum rationis advenientem ipsi voluntati. Harum prima est potius determinatio creaturae quam determinatio voluntatis Dei; sed ad amussim fateor congruit ista resolutio superiori distinctioni

de divino decreto quatenus est verè & propriè in Deo, sic enim non transit in præteritum; si autem consideretur ut verè & propriè extra Deum, sic transit in præteritum, atque ita noviter determinata est, non intrinsecè sed extrinsecè, juxta illam aliam distinctionis à Penotto factæ subtilitatem; videtur enim res olim dissociabiles in se uno conjunxisse. Nam & orator est admodum vehemens, testantibus hoc præfationibus ejus unicuique libro præfixis, iisque elegantibus; & disputator subtilis, unde fit ut abundet distinctionibus etiam minimè necessariis. Altera verò determinatio est per relationem rationis. Et sic indies ab unoquoque determinatur vicibus infinitis, concurrente scilicet Deo (quomodocunque) ad quemlibet actum creaturæ, unde exurgit relatio rationis secundum quam dicitur operator. Et finita hujusmodi operatione, ad suam indeterminationem rursus redit. Sic fuit argumentum Molinæ primum, sequitur secundum.

Sicut voluntas nostra postquam est in uno instanti temporis determinata in unam partem, non potest efficere etiam in eodem instanti, ut si in alteram partem determinaverit, quia postquam est in unam partem determinata, non potest non esse determinata: ita postquam divina voluntas in nunc æternitatis est determinata in unam partem, non potest illam egressam non esse in illam partem determinatam. Quod multò intelligemus, si concipiamus determinationem divinæ voluntatis esse unum actum indivisibilem, & mensurari mensuratione indivisibili, simul egreditur & egressum est. Ad hoc argumentum duo habet Penottus, quæ reponat.

Respondeo (inquit) primò argumentum petere principium, arguendo ex paritate inter actus voluntatis nostræ, & voluntatis divinæ: nam nostræ voluntatis operationes mensurantur tempore, cujus nullum est instans permanens; propterea voluntate nostra semel in aliquo instanti ad unam partem determinata, effici non potest etiam per divinam potentiam, quin illa fuerit determinata: quia illud instans non fuit permanens, sed transivit statim in præteritum, & idem fuerunt illam determinationem egredi & egressam fuisse. At divinæ voluntatis operationes mensurantur instanti semper manente, & nunquam transeunte in præteritum, unde quamdiu non consideratur nisi ipsam voluntatem, & effectum ad extra actualis respectus creationis & effectionis, semper divinæ voluntatis determinatio est concipienda, ut in præsenti egrediens, tanquam si non esset egressa in præterito, & posset non egredi. Non itaque dicimus, Deum facere posse determinationem semel egressam non esse egressam, sed dicimus determinationem divinæ voluntatis semper concipiendam esse, ut in præsenti egredientem, & nunquam in præterito egressam, nisi quando jam actu refertur ad creaturam, ut productam ad extra; sed falsa illa imaginatio decepit Molinam, quia ut ait Scotus in 1. dist. 40 ad 1. multi decipiuntur, imaginantes determinationem divinæ voluntatis statim in præteritum transire, quemadmodum & nostram.

Certè argumentum hoc Molinæ procedit ex paritate inter actus voluntatis nostræ, & voluntatis divinæ; sed in hoc tantùm pares, quod non possint de iisdem verificari contradictoria secundum idem instans aut secundum eandem durationem. Æternitas verò qua mensuratur actus voluntatis divinæ *quamvis sit unum nunc indivisibile formaliter, continet tamen virtualiter plura instantia, & continet etiam virtualiter successionem.* Sic ipse Penottus pag. 136 ergo postquam determinata est voluntas Dei in æternitate, per omnem æternitatem determinatam esse necesse est, & consequenter quatenus correspondet universo tempori & omnibus in eo instantibus, in eis determinata erit, & per consequens ne concipi quidem potest ut indeterminata citra contradictionem. Quare licet propter variationem conditionis rerum in tempore, de eodem verificari possint contradictoria, secundum differentias temporis; cùm tamen ejusmodi variationi locus non sit in æternitate, fieri non potest quin quicquid aliquo modo se habet in æternitate, semper eodem modo se habeat. Quare quandoquidem divinæ voluntatis actus est æternus, sicut non transit in præteritum, quia semper manet, ita nunquam concipiendus est tanquam quiddam futurum, sed quod semper erat. Itaque falsissimum est quod ait Penottus, cum dicit, divinæ voluntatis determinationem concipiendam esse, *tanquam si non esset egressa*, sic enim conciperetur tanquam futura, & consequenter non esset æterna sine principio. Verum actus divinæ voluntatis semper est, teste Aquinate; & electionem ante Mundi constitutionem factam esse testatur Apostolus Eph. 1.4. Ergo semper egressa est divinæ voluntatis determinatio. Et quàm præter omnem rationem insanit Penottus, dum divinæ voluntatis determinationem intrinsecam, nullo momento præcedere vult ipsam executionem; quasi decretum creandi nullo momento præcederet creationem, nec prædestinationis decretum ullo momento præcederet glorificationem. Sed videas quæso ingenium hominis, cùm negat egressum esse, ut sibi causæque suæ consulat non argumentis sed phrasiologiis ad placitum formatis negat *egressum esse in præterito*. At inquam præteritum illud dicitur, quod fuit sed jam non est: At nemo unquam post homines natos dixit divinæ voluntatis determinationem ita factam fuisse ab æterno, ut jam præterierit, & esse desierit. Sed & postquam facta est creatio, quis sobrius præter Penottum diceret divinum decretum creandi Mundum ita egressum esse ut jam præterierit? Quippe cùm quicquid in Deo reperitur tam æternum sit sine fine, quàm æternum sine principio; nisi esset sine principio, aliquando esset futurum; nisi esset sine fine, aliquando transiret in præteritum. At æternam esse dicimus divinæ voluntatis determinationem, sine principio, sine fine, nunquam transeuntem in præteritum ut esse desinat, & nunquam induentem futuritionem, quasi jam non esset. Ex his videat Lector utrum horum deceperit imaginatio falsa, Molinamne? an potius Penottum ipsum? Non enim nos fingimus decreta divina tanquam aliquando transeuntia in præteritum, sed fingit ille decreta divina tanquam non egressa, sed egressura pro futuro. Nos non dicimus decreta divina habere finem sui; sed vult Penottus ea habere originem temporalem. Ad secundum argumentum Molinæ sic fuit Penotti responsio prima, sequitur secunda.

Respondeo secundò; Aliud est dicere Deum postquam semel voluit, posse non voluisse: aliud est dicere, id quod Deus vult, illum sine sui mutatione posse non velle. Primum est impossibile. Supposito enim quod voluerit, non potest non voluisse, ut notat D. Thom. de veritate quæst. 6. art. 3. ad ultimum. Secundum verò dicimus possibile esse, ut id quod semel vult, amplius

non

[illegible] hoc modo [illegible] tum ad [illegible] tempore [illegible] gratia [illegible] Deum velle æternam salutem [illegible] cadenti à gratia, non amplius velle æternam salutem. [illegible] Dei secretum inexplicabile. [illegible] in divina scriptura [illegible] : O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.

[illegible] primum horum esse impossibile, [illegible]. Idcirco enim [illegible] sententia reperitur [illegible] in scholasticorum authoritate Thomæ. Sed [illegible] Thomæ confirmat [illegible], quod [illegible] esse [illegible], nempe: Quod Deus vult [illegible] non vult. Ego vero in adversum [illegible] propositione sic colligo: Si potest Deus quod nunc vult, non velle, tum vel pro tempore [illegible] potest hoc non velle, vel pro futuro; si pro præsenti, [illegible] potest et contradictoria verificari de Deo; [illegible] ista contradictoria non fuit, [illegible] sine contradictione dici posse quod hanc propositionem non velit, quod pro præsenti vult. Sin pro futuro [illegible] velit Penottus, sequitur Deum pro futuro non velle posse quod prius voluit, quod tamen ipse Penottus habet pro impossibili. Secundo quicquid nunc vult Deus ab æterno voluit, [illegible] actus Dei non esset æternus. Ergo si Deus potest non velle, quod nunc vult, potest etiam nunc non velle quod prius voluit. Tertio, *si supposito quod voluerit Deus, non potest non voluisse*, tum supposito quod Deus hominem prædestinaverit, non potest illum non prædestinasse, aut prædestinare. At hoc invadit ipse Penottus hoc ipso in capite num. 6. tanquam leve fundamentum Theologorum ipsi Penotto in hoc apice oppositorum [illegible] nullum Theologum contraria illud sidere, sed & hoc evidentissimum fieri dicat suppositionibus quibusdam præmissis quarum posita hæc est, quam hic subjicit tanquam rem certam, nempe *Homini in gratia constituto Deum velle æternam salutem, & cadenti à gratia non amplius velle æternam salutem.* Quod si cadenti à gratia Deus non velit æternam salutem, quis non advertit, hoc ipso Deum non velle quod prius voluerat; adeo ut merito dicere possim, Theologum istum Penottum verecundiorem & sui magis immemorem, quique in sententias contradictorias tam præcipitem sese induat, vix usquam aut ullum [illegible] orbi Christiano, aut hodie cognosci, etc. Sed & hoc argumentum primum à protestantibus [illegible] quidem hodie Pontificiorum doctrina est non nostra, jam dudum à Thoma Bradwardino profligatum esse, pluquam [illegible] antequam natus esset Canonicus iste. [illegible] argumentum Molinæ tertium.

Voluntas divina jam modo est determinata ad productionem mundi, sed illa non potest determinari quando mundum produxit, quia nihil Deus potest incipere in tempore. Ergo ab æterno fuit determinata: sed postquam Deus suam voluntatem in unam partem determinavit, non potest facere ut fit non determinaverit. Ergo in nullo puncto temporis potuit ante creationem mundi efficere, ut se ad illius creationem non determinasset. Sequitur responsio Penotti. *Respondeo, argumentum hoc in eadem salebra & præcedens ex eadem falsa imaginatione, quod decretum de mundo creando ante illius creationem transierit in præteritum, quod falsum esse jam*

dictum est. Deinde dico, supposito quod decreverit mundum creare, non potuisse id non esse decretum: sed eo ipso quod illud restat. At quod decrevit facere, posse decernere non facere, sine natura sui mutatione.

Imo inquam Molina nequaquam fingit decretum Dei de quocunque transiisse in præteritum, neque enim hoc dicit Molina, sed nec credit [illegible] tale aliquid dictum Molinæ, neque possibile est virum scholasticum, in tam absurdam sententiam se dantem, ut aliquam divinæ voluntatis determinationem statuas desinere, neque enim præterita dicuntur, nisi quæ postquam fuerunt, esse desierunt. Verum semper hæret Penottus in immodestia sui fingendi quidlibet, & cuilibet affingendi rationem. Omnem divinæ voluntatis determinationem æternam ab æterno factam, sicut & electionem factam dicit Apostolus ante mundi constitutionem, nemo vero dicit, determinationem istam esse desinere. Eam tamen nondum incepisse vult Penottus, quoties de actu voluntatis divinæ tanquam novitium egregio philosophatur atque exhinc initium fuit ipsius suppositionibus, in quibus [illegible] in æternitate nec præteritum dici nec futurum. Quod ante hoc diceret possibile esse, hoc fieri. *Deus facere non vult quod vult*, hic autem aliquanto ulterius procedit, *significando Deum posse non velle quod voluit*: Dicit enim posse Deum decernere non facere, quod decrevit facere, tantum quod vult impossibile esse, sub hac forma propositionis: *Supposito quod decreverit mundum creare, non potuit id non esse decretum.* Ubi etiam à Deo decernente transit ad rem decretam. Quo tandem valent mutationes Penotti modo? Ad suppositionem quod attinet, & momentum in eo positum tendimus quilibet advertat, annon eadem suppositio fiat de præterito, quoties dicimus quicquid Deus voluit aut decrevit fieri non potest ut non velit, non decernat. Rursus, quæro an aliquod momentum habeat ista phraseologiarum variatio de præsenti *Quod Deus vult non potest non velle*; & *Supposito quod Deus vult non potest non velle*: quemadmodum idem est sive dicas *Supposito quod aliquid est, necesse est esse*; & *Quicquid est, necesse est esse cum est.* Quod si nihil habeat momenti de præsenti, certe nec aliquid habebit momenti de præterito. His omnibus contradictionem apponit Penottus in hæc verba.

Alia argumenta profert Molina ad probandum, quod non detur potentia ad præteritum, quæ adverti possunt; quia non militant contra nos, qui non ponimus in actibus divinis intellectus & divinæ voluntatis potentiam ad præteritum: sed solum dicimus divinum decretum de actibus humanis liberis merito vel necessario ad æternam salutem assequendam, nunc transisse in præteritum & sic non judicatum, atque omnino ex parte absolutum sit nostram negationem: sed sentimus, Deum in præsenti homines ita prædestinare, vel reprobare, ut quamdiu divina prædestinatio aut reprobatio, non possunt ergo suis omnis suos effectus, in nostra voluntatis arbitrio positum sit, vel supposita Dei gratia salvari, vel ex nobis damnari. Neque propter illi ponimus in divina præscientia incertitudinem, sed [illegible] mutabilitatem, neque in divina voluntate mutabilitatem, sed tantum in nobis. Scio, viderisne [illegible] præter hi [illegible] conventiones, eo magis quod cum Theologis [illegible] modum conciliationis videre poteritis apud D. Thomam, Bannez, Carrantam, & Zumel, [illegible] pro ratione.

[illegible] Sed patientur quasi aliorum tarditatem, qui alte [illegible] prævaleant & præferant illi [illegible], quem & [illegible] ex illis potentia & [illegible] [illegible] adventant, [illegible] nostrum excipiant, quia hic [illegible], quam [illegible] Deus qui corda hominum scrutatur.

Ideo inquam ponitur in actibus divini intellectus & divinæ voluntatis potentiam ad præteritum. non quidem ad præteritum quod esse desiit, sed ad ejusmodi præteritum quod ab æterno factum est, & quod ante Mundi constitutionem factum esse testatur Apostolus, licet non esse desinat sed in æternum perseveret; quod tantundem est. Nam electionem nostram ante Mundi constitutionem factam esse testatur Apostolus, & divinæ voluntatis actum semper esse testatur Aquinas, hoc est, sine principio, sine fine. Tibi verò placet posse Deum hodie non prædestinare quem ab æterno prædestinavit. Fateris posse Deum decernere non facere quod decrevit facere. Et quid est in Deo ponere potentiam ad præteritum si hoc non est? Molinam igitur cedo arbitrum. Deinde ponis in Deo potentiam non volendi quod vult; ergo ponis in Deo potentiam volendi quod ab æterno non voluit. Rursus ponis in Deo potentiam non volendi illud, quod à Deo volitum est ante mundi creationem, quæ quidem durationis notatio jam ante aliquot annorum millia præteritum est; & quid est potentiam ad præteritum in Deo agnoscere, si hoc non est? Denique jam dixeras sententiæ tibi oppositæ fundamentum esse, quod semel supposito quod Deus aliquid decreverit, puta hominem prædestinaverit aut reprobaverit, ob immutabilitatem divinæ voluntatis non potest illum non reprobasse aut prædestinasse. Hoc autem fundamentum excipitur tanquam levis momenti, quod quisque unusquisque Theologus solvere teneatur. Ergo tua sententia nititur in adversum, & quamvis supponatur, *quod Deus hominem prædestinaverit* vis tamen posse Deum hominem illum non prædestinasse, etiam posse nunc non prædestinare; quemadmodum disertè significas num. 6. Mihi verò placet [illegible] sententia; In Deo nimirum æqualem esse necessitatem respectu futurorum, sicut respectu præsentium & præteritorum; & licet idem fateatur æqualem etiam in Deo esse contingentiam & libertatem respectu præsentium & præteritorum sicut respectu futurorum; hoc tamen ita interpretatur, quatenus voluntas Dei prior est tam præsentibus & præteritis quàm futuris, non tamen prioritate temporali, sed duntaxat prioritate naturali & causali. Quod attinet ad divinum decretum de actibus nostris liberis, præsertim necessariis ad æternam salutem assequendam; quod decretum ad placitum interdum tantùm memorat Penottus, licet præsens dissertatio nequaquam procedat de decreto istius generis; quid illi in mentem venit, ut actus illos, de quibus procedit hujusmodi decretum minimè specificaret? Numquid veritus est, ne si decretum de fide danda, de resipiscentia conferenda proposuisset, in posterum sibi quo minus procederet, viam præcluderet? Itaque ut causæ suæ promovendæ opportunitatem sequeretur, generalibus acquiescere maluit. At qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Nos itaque planè profitemur, decretum de fide danda factum esse ab æterno, atque ita ab æterno transiisse in rem decretam, non autem in rem judicatam; quæ quidem phrasis [illegible] mentis nostræ oculos convertit, non tam ad contemplationem fidei & resipiscentiæ, quæ quidem necessariæ sunt ad salutem; quàm ad salutem ipsam, præsertim, cum non meminit sequatur prædestinationis, quippe quæ communiter accipitur pro prædestinatione ad salutem; sed tribuendum est hoc non verecundiæ Penotti, omnia misere cupientis, dummodo propositio ejus sententia nequaquam prodeat in lucem. Sed neque dicimus decretum de fide danda ita transiisse in præteritum, quasi esse desinat; quanto minus ita transiisse in præteritum, *ut jam omni ex parte absolutum sit negotium nostrum.* Sunt enim ex electorum numero non pauci, qui nondum crediderunt, iis itaque credendum est, sed & per Dei gratiam tempore præfinito dabitur iis fides. Aliis data est fides per quam crediderunt in Christum; licet autem hoc ipso absolutum sit negotium quod attinet ad ipsorum conversionem ad Christum per fidem, non tamen ex parte eorum absolutum est negotium, quod attinet ad eorundem perseverantiam in fide; quod quidem negotium nec ex parte ipsorum electorum, nec ex parte Dei absolutum erit ante mortem. Nam ut electorum est in finem perseverare, ita etiam ex Dei dono est ejusmodi perseverantia. Mox resilit Penottus pro more suo ad decretum prædestinationis; agnoscimus effectus prædestinationis, è quibus unus est perseverantia finalis in fide & resipiscentia, unde conficitur omnes prædestinationis effectus nequaquam ponendos esse ante mortem. At quod attinet ad effectus reprobationis, nolim hic de re Penottum philosophantem consequi, [illegible] de sententia ejus conjecturas meas proponere. Sit autem reprobationis effectus finalis perseverantiæ negatio juxta Penottum, hunc etiam effectum perdurare dicimus usque ad mortem. Unde conficitur tempus illud in quo ponendi sunt omnes effectus prædestinationis & reprobationis, haud esse minoris spatii quàm tempus vitæ uniuscujusque hominis. Durante igitur hoc spatio, vult Penottus *nostræ voluntatis arbitrio positum esse vel supposita Dei gratia salvari, vel ex voto damnari.* Hoc autem dignissimum est, in cujus inquisitione immoremur. Quænam igitur est illa gratia, qua supposita in nostræ voluntatis arbitrio positum esse vult, ut salutem consequamur? Non facile hoc [illegible] sententiam suam prodit Penottus; est enim animi quodam nullo candore tradentium à veritate & subdola disserendi ratione; in tenebris omnia transigere desiderat, quasi nihil magis metueret quàm ut in lucem prodeat. Hinc est quod salutem in nostræ voluntatis arbitrio positam esse velit. nimis absurdè, sed & hujus loci genio nimium incongruenter. Neque enim salus est actus liberi arbitrii, sed potius quiddam consequens ad finalem in fide perseverantiam. Rursus hoc in loco non tam agitur de decreto conferendi salutem, quàm de decreto conferendi fidem; agitur enim de conciliatione libertatis nostræ cum decreto Dei versante circa actus nostros liberos. Et jam præcipuè mentionem fecit decreti divini *de actibus nostris*

liberis

bitrii : non de salute sed de actibus humanis liberis : *nomine vero salutis ad aeternam salutem assequendam* ; nisi *voluntate* ipsi sint illi ad placitum se flectentem. Veruntamen talem procedit, attamen salus non aliter dicitur posita esse in nostrae voluntatis arbitrio, quam quatenus actio aliqua (ad quam consequitur salus) posita dicitur in nostrae voluntatis arbitrio. Cedo igitur *actionem* illam salutarem, quam in nostrae voluntatis arbitrio positam esse vult Penottus supposita Dei gratia. Hoc enim ago, & in hoc totus sum, ut vulpeculam illam latebris suis extrudam. Hic autem prorsus silet Penottus, & licet ex scopo capitis universi non de alio decreto sibi agendum proponat, quam quod versetur circa actus nostros liberos, universum tamen actuum liberorum in specie mentionem perpetuo declinat. At negari non potest, inter actus salutares nullum commentiorem occurrere, quam sit actus fidei. Ergo necesse est hoc velit Penottus, in humanae voluntatis arbitrio positum esse, quamdiu vivit, ut supposita Dei gratia credat. Jam tandem sententiam Penotti pandidimus & in apricum produximus. Hoc postquam eruerimus, sic progredimur. Actum aliquem positum esse in nostrae voluntatis arbitrio, haud aliud est, quam posse nos actum illum producere, si velimus. Huc igitur redit praesens sententia Penotti ; nempe supposita DEI gratia posse hominem in Christum credere, si velit. Dixerat olim ad Pelagianos Hieronymus *Sententias vestras prodidisse superasse est, patet prima fronte blasphemia.* Ego vero assertionem istam Penotti, non nisi multo labore in apricum productam sic invado. Etenim primo, vel seclusa Dei gratia, videmur posse hominem credere si velit. Omnes enim credimus cum volumus juxta illud Augustini, *Omnes Deo credere possunt, & ab amore rerum temporalium ad divina praecepta servanda se convertere si velint. de Gen. contr. Manich.* libro primo, cap. 3, & in Retractation. in eundem librum, hoc omnino verum esse profitetur. Idem Aug. *de spiritu & littera ad Marcellum cap. 31. videamus utrum quisque credat si voluerit, aut non credat si voluerit. Quod si absurdum est, quid enim est credere, nisi consentire verum esse quod dicitur ? consensio autem utique volentis est : profecto fides in potestate est*, & cap. 32. *Cum ergo fides in potestate sit, quoniam cum vult quisque credit ; & cum credit volens credit.* Neque enim fides est actus externus, ad cujus productionem requiratur non tantum ut velimus, sed ut *etiam voluntatem contraria concupiscentiam virtute Spiritus vincamus*, uti loquitur idem Augustinus de Correpr. & gra. cap. 11. Secundo qualis est illa gratia qua supposita possimus credere modo velimus, aut quem effectum in nobis producit ? Nunquid ejusmodi est, qua potentes evadamus ad credendum modo velimus ? At vide quanta absurditate procedat istud ; nempe supposita gratia qua possimus credere modo velimus, hinc sequitur posse nos credere modo velimus ? Jam tandem mirari desino, quare Penottus claram sententiae suae propositionem hactenus declinaverit, ne scilicet in faciem ipsius Authoris involaret. Tertio, nihil dubito, quin gratia ista de qua Penottus, sit gratia supernaturalis. Nunquid vero aequum est, ut gratia supernaturalis haud ultra sese extendere statuatur, quam ut possit quis credere modo velit ? At inquam, sic gratiam supernaturalem etiam virtute morali inferiorem facies : Neque enim virtus moralis constituit hominem indifferentem ad hoc ut bene agat modo velit, sed voluntatem ipsam afficit, & non nisi ad bene agendum disponit. Quanto magis hujusmodi censueris gratiae supernaturalis, quae scilicet voluntatem ipsam afficiat, disponatque ad agendum ea, quae DEO grata sint & accepta. Quarto, si ex gratia supernaturali fiat, quod quis possit credere modo velit, sequitur libertatem credendi hominibus, non nisi ex gratia supernaturali suppositam. At inquam, libertas omnis quoad exercitium est libertas contradictionis ; quoad specificationem, contrarietatis. Unde sequitur, ex gratia supernaturali fluere, quod quis possit credere si velit, & non credere si nolit, atque Evangelio ad placitum tam resistere quam morem gerere. Veruntamen impossibile est, ut talis aliqua conditio fluat a gratia supernaturali ; quippe cum supernaturalis gratia tantum disponat ad bonum idque supernaturale, non autem ad malum. Nam si virtus moralis tantum disponit hominem ad bonum morale, non autem ad malum morale ; quanto magis gratia supernaturalis disponet hominem duntaxat ad bonum spirituale, nequaquam vero ad malum. Rursus gratia supernaturalis tantum disponit hominem ad actus supernaturales ; at nullus actus supernaturalis est malus ; Si enim esset, principium hujus mali merito deputaretur ipsi DEO, cum omnis gratia supernaturalis non nisi DEO Authori deferatur. Quinto si gratia supernaturalis tribuit homini potentiam credendi, tum vel potentiam liberam, vel potentiam necessariam. Si potentiam liberam, quae scilicet contingenter agat & libere, cum libertas ista sit aut contradictionis minimum aut contrarietatis ; sequitur tam potentiam non credendi gratiae supernaturali tribuendam esse quam potentiam credendi ; rursus per gratiam supernaturalem hominem ita dispositum esse, ut vel Evangelio morem gerat vel eidem resistat. Ex quibus manifestum fit, in quam absurdam sententiam sese induant qui volunt ex gratia supernaturali fluere potentiam credendi liberam. Sequitur igitur potentiam credendi quae supernaturalis est gratiae, non esse potentiam liberam sed potentiam necessariam, quemadmodum etiam omnis virtus moralis disponit hominem duntaxat ad bene agendum moraliter, non autem indifferenter relinquit sive bene agere velit sive male. Haec enim conditio est potentiarum naturalium, nequaquam vero qualitatum moralium quae per modum habitus afficiunt voluntatem ipsam sicutque ut delectetur tantum iis quae bona sunt. Exempli gratia, justitia nequaquam disponit hominem indifferenter vel ad agendum juste si velit, vel si velit, injuste ; sed duntaxat habilem & idoneum facit ad agendum juste, unde etiam habitus moralis agere dicuntur ad modum naturae ; etiam consuetudo ex qua generamur habitus morales, dicitur altera natura, & secunda natura, sicque citra detrimen-

tum

tum libertatis naturalis. Semper enim indifferens manet ad dictamen rationis sequendum, & consilia quæcunque suggesserit amplectenda, eorum electionem liberè facit. Habitus enim morales tantùm disponunt hominem circa finem, cujus appetitio non est libera sed necessaria; quo nihil obstante integrum est homini de mediis ad finem condecentibus deliberare, & maximè condecentium electionem facere. Quanto magis gratia supernaturalis afficiet hominem rectéque disponet illuminatæ circa finem supernaturalem, hoc est, circa Deum in quem scilicet toto impetu feratur, ut eodem tanquam summo bono fruatur. Quemadmodum etiam scitè dictum est à quodam inter nos magni nominis Theologo etiam apicem Episcopalem jampridem assecuto, nempe ex quo regeniti sumus, motiones nostras factas esse naturales versus Deum; ante regenerationem naturaliter ferebamur in ea quæ mundi sunt, postquam verò vitæ supernaturalis spiraculum accepimus, naturaliter ferimur in Deum, & in ea quæ Dei sunt: sed pro modulo luminis veterem hominem nondum in totum exuentis, utpote in quo caro non desinit concupiscere adversus Spiritum. Hujusmodi potentia novam vitam insecuta, naturalis sit necesse est, nec aliter agens quàm naturaliter & necessariò, remorata tamen à carne patiente, adversùs Spiritū concupiscente. Sic fides non est potentia credendi liberè, sed potentia credendi naturaliter & necessariò, seu potius non tàm naturaliter quàm supernaturaliter. Ad eundem modum Charitas est potentia diligendi Deum non liberè (sic enim non magis esset potentia Deum diligendi quàm aversandi) sed naturaliter, seu potius supernaturaliter & necessariò. Pergit Penottus ad objectionem quandam anticipandam verba sequentibus. *Neq; propter hoc (inquit) ponimus in divina præscientia incertitudinem, ut lib. 3. monstrabitur: neque in divina voluntate mutabilitatem, sed tantum in rebus.* At inquam si ab æterno prævidit hominem credenturum, & consequenter salvandum, etiam ab æterno decrevit hominem & credituram & salvandum fore. Verum Penotti sententia est in adversum, Deum nequaquam decrevisse horum alterutrum priusquam *per liberum hominis arbitrium sint posita in esse & in actu omnia, quæ per illud poni debent* etiam decretum Dei nequaquam *concipiendum esse ad modum sententiæ definitivæ, sed ad modum sententiæ adhuc pendentis*, (hoc est nondum latæ) *neque absolutè determinatæ.* Hinc est quod actum divinæ voluntatis scribat esse egredientem, non autem egressum: Ad mutabilitatem quod attinet; palam fatetur Deum posse decernere non facere quod decrevit facere; etiam *supposito quod hominem prædestinaverit, posse illum* non prædestinasse; etiam *posse eum non prædestinare quod ab æterno prædestinavit.* Denique posse Deum *de actu odii transire ad actum dilectionis*; & quid quæso est, voluntatem mutabilem esse si hoc non est? Penotti testimonium libenter accipio; dum profitetur se scire, *hoc ejus commentum præclaro ingenio studiosum commentum visum iri.* Sed dum simul insinuat, potuisse Theologos *hunc modum considerandi* (quem scilicet ipse in sinu suo fovet tanquam amasium) *videre apud D. Thom. Bonaventuram, & Scotum*, licet illum reticentes silentio præterierint, admodum inverecundè se gerit; præsertim cum sententiæ sibi adversæ fundamentum, quod tanquam leve fundamentum exagitat & refellere conatur (sed admodum infeliciter) ejusmodi sit quod non modo à Thoma disertissimè probetur, sed & ab omnibus quod sciam scholasticis Theologis comprobetur; illud autem hujusmodi est, *supposito, quod Deus aliquid decreverit, puta hominem prædestinaverit, non posse illum non prædestinasse.* At Thomam ipse Penottus hunc in modum disserentem exhibet: *Non potest Deus non prædestinare, supposito quod prædestinaverit* 1. p. q. 23. art. 4. Videat Lector ex his, annon illa sit sententia Thomæ disertissima, quam tanquam sententiæ sibi adversariæ fundamentum exagitat iste Canonicus. De ingenio autem ejus quàm malè feriatum fuerit, deque animo sive sincero (qualem prætexere cupit) sive corrupto & gratia Dei plurimum iniquo, et solus ab eo gesta judicium esto.

Verum ut se dant principia, nequaquam hic se sistunt Theologorum Novatarientium ingenia, sed grassantur adhuc insolentius. Franciscus à sancta Clara; olim apud Duacenses in Collegio S. Bonaventuræ &c. S. Theol. Lector primarius, quemadmodum titulos suos ipse nobis communicat, in Anglicanæ nostræ confessionis Articulis commentando, & in obsequium causæ Pontificiæ subigendis inverecundus artifex, ultra Penottum progreditur ausis suis summè propudiosis. Quartum istum problema paucis exequitur sed mirabilibus, simulque tantorum facinorum in scolastica Theologia patratorum Author est perditus. Problema quod proponit hujusmodi est, *An voluntas divina possit velle aliquid novum sine mutatione sui*; tres. in an conslantia remittente, dum infaniam sententiam, cujus nativam imaginem ipse ferre non potuit, hoc agit ut fucata & minimè scholastica ejus repræsentatione contemperet. Neque enim unquam dubitatum est, quin non modò possit velle, sed velit Deus non modò novum aliquid, sed quicquid terrarum novarum aut Africa, aut alius aliquis terrarum angulus unquam apportaverit. Itaque non in hoc cardine vertitur quæstio, utrum scilicet velle possit Deus aliquid novum; sed in alio, videlicet isto, utrum scilicet Deus velle possit aliquid de novo, idque in adversum illi, quod antea voluerat, idque ab æterno, sine mutatione sui; Hoc illud est quod asserit Franciscus una cum Penotto, licet duobus adhuc apicibus Penottum ipsum inverecundia superet, quemadmodum in processu ostendemus. Ad hanc autem sententiam tam infamem adeo obstupuisse videtur ejus conscientia, ut nativa ejus imagine corruptionem, quam à primo etiam propriæ erudimentis & communis sensus discrimine redemptam caperet. Sic sisit problema, sequitur doctoris resolutio; *Quod sane non asserendo, sed disserendo proponendo, non videtur non posse admitti, quatenus est ab intrinsica ratione extremarum. Deus, verbi gratia, ab æterno voluit Iudam damnari, non video quare non possit Deus, eodem velle, in tempore ipsum salvare.*

Apertiùs se gerit in resolutione, quàm se gesserat in problematis propositione; veruntamen etiam hic misere cespitat, & anfractus quærit, quibus lectorem

[illegible] indifferentiam; nec ad promerendum [illegible] quod non alit, liberus accessit. Neque enim quæritur: An possit Deus Judam hodie salvare, quem ab æterno voluit damnari; multo minus quæritur an possit hoc facere eadem volitione [illegible]. Nam extra controversiam est, potentiam Dei eandem hodie esse quæ fuit ab æterno, & in æternum duraturam. Verum hoc quæritur, utrum supposito quod ab æterno voluerit Judam damnari, Deus possit in hodie velle ipsum salvare; hoc negamus, hoc mutatione fieri posse Deo cessante velle quod volebat ab æterno, & de novo incipiente velle quod non volebat ab æterno. Sicut & homo mutatur quoties non vult quod prius volebat, aut vult quod prius non volebat, sive diversis volitionibus hoc fiat, sive diversis [illegible] volitionis transitu. Neque enim mutatio voluntatis alia unquam agnita est aut à Philosophis aut à Christianis, quàm quando vult aut velit aliquis quod prius nolebat, aut nolit aliquid quod prius volebat. Neque solum ex parte voluntatis contingit hac in causa mutatio, verumetiam ex parte judicii quod intellectus est; Nam sicut ab æterno voluit ut Judas damnaretur; ita etiam ab æterno visum est ei secundum dictamen intellectus ut Judas damnaretur, alioqui voluntas Dei nequaquam fuisset rationalis. Quod si hodie velit ut Judas non damnetur, sed potius salutem consequatur; sequitur hodie nequaquam visum esse Deo secundum dictamen intellectus, ut Judas damnetur, sed potius ut salvetur: unde sequitur aliquid visum fuisse Deo posterioribus cogitationibus quod prioribus minimè visum fuit; & quis sobrius affirmaret tale aliquid fieri posse sine mutatione? Pari ratione dicere potuit Franciscanus iste, Deus verbi gr. ab æterno voluit virginem Mariam salvari, non video tamen quare possit eandem velle in tempore ipsam damnare. Idem de Abrahamo Patre fidelium dicere potuisset, & de sanctis omnibus; etiam de Archangelo Gabriele, licet Deus Angelum Gabrielem ab æterno voluerit salvare, non video tamen quare non possit Deus eodem velle in tempore ipsum damnare. Et postquam Franciscanus iste in cœlum beatorum sublatus fuerit, si quis illi diceret; Licet Deus te ab æterno voluerit salvari, non video tamen quare non possit DEUS eodem velle te hodie [illegible] cruciandum cum Diabolo & Angelis ejus prostituere; si Franciscanus iste [illegible], ex hoc quæsito problemate [illegible], nisi [illegible] potuisset. Et licet glorietur [illegible] Pennottus, quod Diabolum ipsum à suis partibus stantem habeat; siquidem pro certo statuere non possum, utrum vel ipse Diabolus tanti faceret doctrinam illam, ut ea se recrearet; si quis ei in solatium suæ miseriæ suggereret; Licet Deus ab æterno voluerit ipsum damnari, tamen Franciscanum dictum à sancta Clara non videre quare non possit DEUS eodem velle in tempore ipsum salvare; & quod potentius est ad infelicem illum Spiritum commovendum, Gabrielem etiam Archangelum loco ejus sublimare, & ad Inferni pœnas amandare.

Sed accedamus tandem ad explicationem tanti mysterii. Itaque sit Expendendum primò, ex acutissimo Lycheto secunda parte, distinctione 1. quæstione prima, quod mutari est aliter se habere nunc quàm prius, quinto Physicorum & hoc secundum esse reale: Sed aliter se habere nunc quàm prius, secundum aliquam relationem rationis, non dicitur propriè mutari, sicut Deus, qui Deus nunc amatur à me, & non prius, non mutatur, ut etiam fatetur Scotus prima parte distinctione 30. & alibi. Lychetus autem sic habet, Sicut Deus, qui nunc amatur à me & prius non amabatur, aliter se habet nunc quàm prius secundum respectum rationis causatum à me amante, qui tamen non mutatur, ut patet. Et sunt verissimum hoc; verumtamen sicut quoties Deus amatur à me qui prius non amabatur, aliter me habeo quàm prius secundum esse reale; ita etiam pari per omnia ratione, quoties Deus dicitur amare quem prius non amabat, necesse est ut fiat mutatio in DEO, sine omni mutatione in re amata, quia scilicet quisquis sic amatur cùm prius non amaretur, aliter se habet tantummodo secundum respectum rationis causatum à DEO amante.

Sequitur apud Franciscum: Supponendum secundò quod in voluntate divina est tantum unum simplex velle, idem realiter & substantialiter sibi, ex Doct. Subtil. prima distinct. secunda quæstione, & eodem velle creat, gubernat, prædestinat, reprobat, & omnia quæ vult. Est etiam ista suppositio Lichetiana; quam facile damus, seclusa authoritate Scoti, cujus hac de re disertationem frustra quæsiverit quisquis juxta Lycheti & Francisci quotationem eam quæsiverit.

Progreditur Franciscus in suis suppositionibus: Supponendum tertiò, velle divinum manens simpliciter idem in se, aliquando dici velle contingens, ut quando transit super objecta contingentia, ut cùm vult creaturam esse, & aliquando dicitur necessarium, quando transit super objecta necessaria ex Doct. 1. distinct. decima. Et illud velle diversificari secundum quod transit super diversa objecta contingentia; ita quòd talis diversificatio non est in entitate ipsius velle, sed in diversis transitionibus sive terminationibus sive relationibus rationis ex Doct. 1. distinct. trigesimâ nonâ. Ista etiam est suppositio Lycheti; distinctio autem hic memorata non reperitur apud Scotum loco indicato. Distinctione octava philosophatur de causa prima contingenter causante, nec tamen vel eo loci deprehenditur ista distinctio, quamvis possit admitti tanquam cum ratione satis consentanea. Quæ sequuntur de diversificatione hujus velle, secundum quod transit super diversa objecta etiam contingentia, diversis [illegible] transitionibus; omnino non occurrunt apud Scotum loco allegato, nempe distinctione trigesima nona. Quinque quæstiones ea distinctione proponit Scotus, quarum tertia sic est: Utrum DEUS habeat immutabilem notitiam de omnibus, quantum ad omnem conditionem existentiæ. Et arguit quod non, hunc in modum, A contradictorio ad contradictorium non potest esse transitus

sine aliqua mutatione, quia si nulla sit omnino mutatio, non videtur aliquo modo, quod illud quod semper fuit verum, fit modo falsum. Igitur si Deus sciens A. potest nescire A, hoc videtur per aliquam mutationem possibilem non nisi in ipso A. ut sciatur à Deo, quia nullum esse habet nisi in scientia Dei: & per consequens ejus mutatio non potest esse sine mutatione scientiæ Dei. Respondet autem Scotus concedendo majorem, quod scilicet non sit transitus sine mutatione. Sed in minori, dicit (inquit) quod hic nullus est transitus, nec esse potest: quia transitus non potest esse sine mutationis successione, ita quod oppositum succedat opposito; talis autem non potest esse in proposito. Sicut enim non possunt simul stare scire & non scire; ita non potest simul stare, quod aliquando sciat, & aliquando non sciat, sine quo transitus ab opposito in oppositum successivè non est mutatio.

Sequitur suppositio quarta: Supponendum quarto, quod velle quo vult quicquid vult, sic est idem essentialiter divinæ essentiæ, quod non potest ipse esse novum, nec elici de novo. Hæc etiam est suppositio Lycheti, sicut & præcedentes omnes; nec in his quicquam invenitur quod possit obtrectatori [illegible] poterit, quod demum ex his extundat Franciscus. Illud autem repræsentat in sequentibus.

Ex his sequitur, si Deus voluerit Judam salvare, potest eodem actu quo ipsum decrevit damnare, sine nova mutatione intrinseca, *sed solùm nova transitione in objecto*: Deus quidem non potest velle de novo, nova volitione reali, sine novitate ipsius velle: sed quod non possit esse novus transitus sine novitate in voluntate divina non video. Vide Mayronem nostrum 1. distinctione 40. dicit quod Deus non sic determinatè reprobavit aliquem quin semper possit illum prædestinare. Nos vero negamus istam consequentiam; negamus sine mutatione fieri posse, ut Deus velit Judam salvare, postquam decreverit ipsum damnare. Deus mutat sententiam, consilium nunquam, sic Gregorius, at juxta speciem quam fingit Minorita, quis non videt consilium Dei mutari: Immutabilis Dei conditio propositum nobis in sacris literis tanquam solamen consciencæ timoratæ; *Quia ego Iehova non mutor, ideo vos filii Iacobi, non consumimini*. Quod si postquam decreverit nobis salutem, fieri posset, ut destinaret nos damnationi, idque citra mutationem, quid hinc solatii nobis accresceret? qui tamen speciè consolationem etiam per easdem suppositiones subministrat Lychetus his verbis. *Dico quod voluntas divina posito quod ab æterno voluerit me salvum fore, adhuc ipsa eadem velle potest me nunc damnare*; & quod quasi solatii nobis accresceret ex eo, quod hoc à Deo fieret, non nova aliqua volitione, sed tantummodo nova volitionis quidem transitione. Potius redundare istud, atque unicè, in consolationem hominum impiorum & profanorum: Nam ex eo sequitur posse decretum divinum de puniendis infidelibus & impœnitentibus dare locum decreto divino iisdem salvandis. Ecce in hanc rem eadem verba Lycheti. *Similiter sicut eadem velle* *voluit ab æterno Judam fore damnatum, ita & nunc potest velle nova transitione, sive nova respectus ratione Judam esse salvum, & sic de aliis*; quemadmodum etiam instantiam ponit Franciscus. Modestius tamen se gerit Lychetus, quam Franciscus; neque enim tam audacter procedit Lychetus, ut præmissis suppositionibus concludat, dicendo: *Ex his sequitur &c.* quod tamen facit Franciscus. *Dico (inquit) sine assertione, quod voluntas divina posito quod ab æterno voluerit me salvum fore, adhuc eandem velle potest me nunc damnare*. Quare ponamus Deum promittere alicui vitam æternam juxta decretum prædestinationis; quis locus erit fiduciæ collocandæ in promissionibus divinis, cum juxta doctores istos cessare possit decretum illud prædestinationis, & loco ejus substitui decretum damnationis, idque citra omnem in Deo mutationem. Sed expendamus utrum ista magis accedant ad dictata sapientum quam ad deliramentum humana. *Fit hoc* (inquit Franciscus) *sine mutatione intrinseca, sed solùm nova transitione in objecto*. At inquam si fiat hæc nova transitione in objecto, fit etiam velle novum non eodem, hoc est, nova nec eadem volitione sive actu volendi, id quod ipsam Francisci suppositionem jugulat. Etenim voluntas non dicitur transire in objectum suum nisi volendo ipsum, sive volitione ipsius, secundum quam ipsum objectum denominatur volitum. Sed post Lychetum fingit Franciscus non tam voluntatem ipsam quàm ipsum velle sive volitionem ipsam admittere transitionem, idque adeodum insipidè. Quo tamen nihil promovet causam suam, cum enim velle divinum concipiatur ad modum actus immanentis in Deo, si modò novam transitionem admittat, necesse erit, ut novitas ista ipsi Deo adveniat, neque fiat in re aliqua extra Deum; præsertim cum transitum illum statuant etiam ante existentiam, sic enim habet Lychetus: *Potest me nunc damnare, etiam antequam producat in esse, & hoc si ponatur in esse, ipsa volitio determinationem erit nova transitione*. Licet fateatur, Scotum negare hoc fieri posse sine mutatione ipsius velle, quod & verum est, non juxta quotationem Lycheti & Francisci; sed 1. distinctione 1. quæstione, 2. §. de secundo membro; *Non potest (inquit) de novo non velle A. quod tunc esset mutabile*; & Paulo post: *Circa velle non potest esse novitas, vel mutatio ex parte volitionis, nisi esset aliqua mutatio ex parte illius volentis; quia illud velle idem & eodem modo se habens non potest esse aliquo novum volitum. Volitum enim non habet esse volitum nisi per actum volendi; & ita non est novum in esse volito, nisi per novum actum volendi*. Et quid quæso aliud denominabit Deum de novo volentem, quam novum velle, quod si velle illud idem fuerit substantiæ divinæ, sequitur mutationem hujusmodi in Deo longè majorem esse, quàm sit in creatura, videlicet quanto major est mutatio substantialis accidentali mutatione. Ad Mayronium quod attinet, si nihil conferat causæ tam propudiosæ sublevandæ, quàm quod nobis exhibet Franciscus, nihil certè videtur de Mayronio conterrum. [illegible] Non desunt quidam qui prædestinationem quam reprobationem suspendant, & determinatam esse negent, quod alterius est inquisitionis. Etiam Aquinas asserens

sciam, aut reprobationem in quempiam destinationem determinatam. Sequitur [illegible] illam assertionem, *Deum posse [illegible] prædestinare*; & dictis sui [illegible] stabilire; quia (scilicet) *si [illegible] prædestinationis [illegible] in posterum [illegible] futurum, [illegible] consideratur ut egre[illegible] voluntate per [illegible] libertatis*, verè tamen è ve[illegible] possibile [illegible] supposita [illegible] [illegible] *impossibile [illegible] potest non prædestinare, supposito [illegible] prædestinaverit.* Fortè supponunt alia non pauca apud Mayronium, casus quam Franciscus curtat ma[illegible] [illegible], quæ in suo Menoteo tam hunc referre pa[illegible], qualia forte conscientiam ipsius pupugerunt, nec omnino fallunt, et si Authorem in publicum [illegible]. Quæ ex Ochami Centiloquio prætérè [illegible] ejusmodi sint quæ ad mutationem in[illegible] intellectus divini [illegible] pertinent potius quàm ad mutationem voluntatis. Certè quæ præterita sunt non amplius novit Deus esse præsentia, ut dum futu[illegible] [illegible] tamen ea omnem intellectus divini [illegible] [illegible] [illegible] est apud Scholasti[illegible] [illegible] etiam aliter novit Deus facta quàm facien[illegible] [illegible] aliter loquimur ex parte scientiæ licet aliter lo[illegible] aliter ex parte rerum scitarum. Quippe cùm [illegible] Deus [illegible] in esse velut præterita tempo[illegible]; hoc ipso novit & futura esse donec tempus illud advenerit, & quam primum advenerit esse præsentia, denique postquam elapsum fuerit esse præterita. Sed non [illegible] fieri posse, ut Occhamus ista, quæ ex ejus Centiloquio depromsit Franciscus, dissruerit de ejusmodi intellectu divini, qui sequitur electionem aliquam à Deo factam de novo; quod si fecerit, eâ in[illegible] provectus fuerit necesse est, quò unà cum eo progredi Penottum piguerit. Fortè etiam hoc ab eo factu esse reclamantibus Theologis, Occhamum ipsum confiteri nequaquam piguerit. Quæ quidem manifesta in re scholastico-theologica innovationis indicia supprimere maluit Franciscus quàm in apri[illegible] proferre. Eadem etiam ad [illegible] inservire poterit responsio; præsertim cùm non aliter velit Deum desinere aliquid scire, quàm qualiter desinit aliquid posse, nempe quatenus illud desinit esse possibile. Ita nimirum vult Deum interdum desinere aliquid scire ratione contradictionis quia illud desinit esse scibile & verum. Et quid quæso est, quod nos vel tantillum moveat horum authoritas, quandoquidem haud ab[illegible] aberrant ista in theologia scholastica innovatio quàm ab Occhamo, Patre Nominalium, qui cùm supra Scoti subtilitates ascendere satagerunt, in me[illegible] nugas, & ineptias, imò saepe etiam in errores degeneraverunt. Quocirca minimè nos commovere debebunt Pusianensis oscitantiæ. Lychnum scilicet fe[illegible]. Sed quia fundamentum ejus, nobis communicat Franciscus, ad illud in examen revocandum la[illegible] accedo. Sic itaque de Pusianensi Franciscus: *Fundamentum quo est quia ex hoc quod Deus nunc in effectu [illegible], quem prædestinavit ab æterno, nulla videtur mutatio, sed in objecto tantum, quia scilicet nec in transitu actus an[illegible], sed nova terminatio in objecto quod est mutatio ration[illegible] & mutatio nulla est: quia forte potest negari, ut etiam aliquando Doctor insinuat*; & Scotum apponit in margine. At inquam absurdè dicitur actus volendi transi[illegible]

re in objectum ipsa voluntas transit in objectum per actum volendi, qui quidem actus formaliter est ipsa transitio seu transitus voluntatis in objectum. Unde fit, ut quicunque agnoscunt novum transitum voluntatis in objectum, agnoscant etiam novum actum volendi qui denominet objectum volitum, aliquid de novo: At omnis actus volendi est actus immanens in volente, qui si etiam novus actus in Deo fingitur non potest citra innovationem in ipsa natura divina. At Pusianensis in adversum, nulla ratione nixus, tantum dicit, *nullam videre mutationem in Deo sed in objecto tantum*; Nimirum, tempestivum erit, ut τὰ [illegible], in sphæra resoluti Pusianensis codex obtrudantur tanquam oracula; qualia tamen soli Authori sunt [illegible]. Rursus mutationem istam in objecto vult esse duntaxat mutationem rationis in quo veracitem esse contigit illum Scholasticum quàm habebat ipse, non enim quod dixerat resorbet, saltem resorbenti similis est, dum ait, *si mutatio nulla est, quia forte (inquit) potest negari*. Ut etiam aliquando doctor insinuat, at quid istis tergiversationibus opus est: [Fortè potest negari] quid tam insipidum aut insulsum est quod ab hominibus vestræ vertiginis non poterit affirmari? quæ dideò manifestum atque evidens quod non poterit ab iisdem negari? Neque tamen nihil mirari quod tam invitus accedat ad agnoscendam mutationem rationis in objecto; neque enim ulla datur mutatio rationis seclusis fictionibus, quæ non supponat mutationem aliquam realem, licet non in objecto cui tribuunt mutatio rationis, attamen in aliquo alio. Exempli gratia, Deus nunc amatur ab aliquo qui prius ab eodem non amabatur; datur hic sola mutatio rationis in Deo, realis verò mutatio datur in homine, quippe qui ab odio in amorem erga Deum transisse dicitur, in habitu mutationem reali, non solùm rationali. Ad eundem modum quoties res aliqua dicitur esse scita aut volita de novo, fit mutatio rationis duntaxat in re scita aut volita, at in sciente aut volente de novo mutatio realis est, non tantum rationis, etiam in ipso Deo. Ecce Scotum istius assertissimè suffragantem: *Circa velle non potest esse novitas vel mutatio ex parte volitæ, nisi esset aliqua novitas ex parte actus volendi, quia actus volendi idem & eodem modo se habens non potest esse alicujus novitas volitio. Volitum enim non habet esse volitum nisi per actum volendi, & ita non est novum in esse volito, nisi per novum actum volendi.* At Scotus in adversum citatur à Pusianensi fide Francisci. Scribit in eundem rem citatur Augustinus & in hæc verba, *Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris. Sed in margine habet Aug. Ubi?* laudo modestiam, sed cur non eodem modestiæ tenore ad Pusianensis illud ascripserat in margine *Sco. Ubi?* quod si fecisset, nihilo minus accessisset Authori lucrum ex modestia, quàm passus esset causæ suæ detrimentum. Perg. Franciscus. *Hanc sententiam* (inquit) *non repudiat Suarez, imò disertè asserit*, *quod ex illa nulla sequeretur mutatio physica in Deo, non tamen satis sequatur Suarez., quia inquit, sequeretur mutatio moralis, videretur enim Deus aut imperitus aut inconstans, si propositum mutaret: quod à Deo alienum est.* Hic rursus ad ingenium suum redit Francisc. nullum Suaresium in partes suas trahit, sed oscitanti laudatione contentus, locum non indicat ubi hunc in modum disse-

rentem experimur. Tenemus proculdubio, ne Suarezius inspectus atque explicatus, causae ipsius non tam commodaret, quàm incommodaret. Mihi verò non adeo placet ista distinctio Suareziana de mutatione morali, & physica; Videtur enim hoc velle, dari mutationem in homine quae non modò moralis sit, sed & physica, qualem fingit esse mutationem voluntatis humanae; quatenus scil. per quoties aliud atque aliud vult quod prius non volebat, aut non vult quod prius volebat, non nisi nova volitione aut nolitione hoc faciat: At in divina natura aliter se habere; licet enim praedestinet aliquem de novo, aut de novo reprobet quem prius non reprobavit, nequaquam tamen dari in Deo mutationem physicam, sed duntaxat moralem. Mihi verò probabilius videtur, si qua sit in Deo mutatio (qualis est mutatio propositi) physicam mutationem dicendam potius esse quam mutationem moralem. Nam cùm omnis nostra moralitas oriatur ex peculiari conditione nostra, quatenus creaturae sumus, & per Consequens Creatori nostro subjectae, aequum est ut à supremo moderatore legem accipiamus, cui morem gerere nos necesse sit; Deus autem superiorem neminem habet cujus imperio aut dictatis sit obnoxius. Etenim quid est id ipsum sit essentialiter, loquendo de attributis ipsum intrinsecus afficientibus, mutationem nullam admittere potest, quaequam sit essentialis. Rursus quoties homines fidem violant, neutiquam solemus scrupulosius inquirere de metaphysica aliqua voluntatis mutatione, utrum scil. hoc fiat eodem actu volendi sive diverso; verùm è vestigio concludimus hominem hunc indignum esse cui fides in posterum habeatur. Par ratio est. Si Deus propositum mutare comperiatur, nil cautae erit ut quilibet proposito ejus nitatur, aut quibuscunque promissionibus, aut juramentis indicatis acquiescat; idque vel maximè si citra mutationis labem hoc fieri posset; Qui enim à crimine factis immunior dum sit se gerit, eò ad nos falsa spe illaqueandos atque eludendos evaderet potentior, quandoquidem non modò citra noxam hoc praestare poterit, sed & citra infamiam. Neque mirum, qui ita se gerunt, ut indigni sint quibus fides habeatur, si hoc agunt, ut etiam Dei ipsius naturam mirandum in modum ita transforment, ut societatem minimè commendandam, has ex parte cum ipso colere videantur. Sed Suarezium invalidi Franciscus solum authoritate & ratiocinatione Posnaniensis; age dum quàm bellè procedat, videamus. *Sed hoc ratio ejus est debilis* (sic Franciscus) *ut rectè notavit Posnaniensis. Nam imprudentiae vel inconstantiae ratione non est, si quis proposito duobus bonis primò eligat minus bonum, & postea majus; nisi fortè ex passione, vel timore difficultatis, vel alia inordinata affectione id proveniat, ut patet de bono Caelibatus & Conjugii. Deus autem nullo modo obligatur, aut passionibus laborat, sed ex mera liberalitate, hoc non illud eligit; Ergo potest eligere sine nota inconstantiae.* Hactenus ille. Equidem haud existimabam, quempiam ex istis in scholastica Theologia Novatoribus sibi se recepturum, ut duobus bonis imparibus repraesentatis, Deum fingeret cessante electione boni minoris, electionem postmodum facere posse boni majoris; cujus fictionis universa constitutio meo judicio per-

quam absurda est, ut Deo tribuatur; ea namque verò ad sobrietatem aliquam fictione, dicendum videtur juxta Aquinatem rerum administrationem omnium à Deo decretam, nequaquam aliquam [illegible] Dei, sed alia rerum administratione simpliciter ejus nullo minus cunctarum creaturis exhiberi potuisse. Quare perinde est Deo, sive praesentem sive in aliam aliquam rerum administrationem gloriae ipsius patefaciendae nihilominus opportunam sibi induxerit. Posito autem quod decrevit administrationem praesentem, inconstantiae labem quo demum declinaverit, simulato proposito novam aliquam eamque priori contrariam eligere, idque citra [illegible] causam, quo quidem in eodem genere nihil fingi possit propudiosius. Itaque bonorum disparitatem commiscitur Posnaniensis, fingitque Deum primò minoris boni electionem facere, postmodum verò majoris; quod citra labem à Deo fieri posse contendit; quemadmodum si quis ex hominibus postquam electionem fecisset vitae conjugalis, rejecta forte illa, vitam in posterum caelibem traducturum, voto aliquo se obligaret. Prudentiam hominis non laudare non possumus ut sudis Pontificiis non modò Deum propitium pollicentur, sed & eum eisdem aliquatenus se conformare posse, audent profiteri. Ellis verò laude dignus sit apud Pontificios, qui propositum mundi conjugii, caelibatus suae commutare consultum ducunt; An verò sobrius aliquis, hoc humanae constantiae nihil obesse contenderit? Forte, inconstantiam illam laudabunt Pontificii publica quam virtute exhibent; Nam aut in illis similis aut minùs bona constantiam esse potius odio verti solet, quàm laudi duci; interea hic inconstantiae locum esse nemo sobrius negaverit, licet non aliam, quam qualis Deum deceat, istis Magistris eis discere possimus modo velimus. Rursus, unde est, quod iste vitam non tam caelibem quàm conjugalem traducere decreverit? Annon manifesta ratio in promptu est, quia nondum eorundem consiliorum compos fuerit, quibus postmodum usus, ad vitam caelibem conjugali praeferendam inclinaverit? Nunquid verò hujusmodi ignorantiam sive nescientiam Deo tribuendam censuerit Posnaniensis? Sed videas quaeso, utrum instantiae Lychetii cum canone isto Posnaniensis quicquam congruant, licet Lychetum ipse defendendum suscipiat Posnaniensis. Ecce igitur instantias Lychetii; una est hujusmodi, *Quod inconveniens esset, si voluntas divina Petrum nunc beatum damnaret, ita quod esset tandem nova transitio supra Petrum damnatum;* juxta Posnaniensis canonem, *continuatio salutis Petri est bonum minus ejusdem postquam beatus fuerit, damnatio bonum majus.* Altera haec est, *Certum est quod homo finaliter peccator secundum legem divinam est aeternaliter damnandus; & tamen non video, quin voluntas divina possit nunc ordinare oppositum, nulla mutatione facta in illa voluntate.* hic rursus juxta Posnaniensis canonem, proditoris finaliter damnatio est bonum minus, ejusdem verò salvatio etiam Judae, est bonum majus. Nam & hoc hodie fieri posse contendit Lychetus, his verbis Sicut (Deus) *eadem volitione velit ab aeterno Judam fore damnatum, ita & nunc potest velle nova transitione sive nova respectu rationis Judam esse salvatum.* Ecce quasi hircus

Theolo-

Theologorum sententia, vires eandem acquireret; neque quamvis Deus propositum damnandi Judam converteret in voluntatem salvandi Judam, hactamen fieret nullo modo sine reali aliqua mutatione, sed & sine nova ex parte ipsius relatione. Innocuit non profitear juxta illorum Theologorum placita, fieri posse ut Deus propositum suum mutet sine omni mutatione; Nam cum negaret Scotus necessario concedendam esse in Deo saltem mutationem moralem, licet non physicam, si propositum mutaret; Franciscus cum Poinsenio minime negant propositum mutari, tantum negant hoc fieri aliqua mutatione sive morali sive physica. Ergo secundum illos Theologos fieri potest, ut Deus propositum suum mutet, & consequenter etiam consilium sine omni mutatione. Illud Ambrosii, quod in sententiae suae firmamentum subjicit, *Novit Deus mutare sententiam si tu noveris emendare delictum*; nonnisi crassa ignoratione, & crassa interpretatione suum facit: Neque enim sententia Dei eadem est cum proposito, sed longe ab eadem diversa, juxta illud Gregorii, *Deus mutat sententiam, consilium nunquam*; sententia Dei saepe mutatur Jerem. 18, non consilium, non propositum. Catharinus distinguit de praedestinatione fixa & non fixa, cujus distinctionis meminit Sixtus Sinensis, & quam aliquandiu tanquam utilem praedestinationi se secutum esse profitetur, donec a gravioribus & maturioris judicii Theologis eductum tandem ab ea abstinuerit. Non fixa autem praedestinatio apud eum haud alia est quam conditionalis, ex motibus hominum dependens, ut sit absoluta quae tamen tum demum conficietur Deo nihil [illegible] de novo, postquam probatum fuerit, Deum nequaquam ab aeterno praevidere vias hominum, sed in tempore; At illud Antiquorum apud Scholasticos ut Esse omnes hactenus pervenit Deum non aliter nosse futura quam facienda. Concludit Franciscus his verbis: *Volui saltem interserere fundamenta de ista quaestione si forte Doctoribus attendentur, hoc saltem dico quod quantum ad principia Metaphysica non possunt convinci falsitatis; imo nec determinationibus Ecclesiae adversantur, in re tamen tam gravi & tam quasi omnino forte confusa, nihil definitive assero: sunt tamen Augustinus epist. 28. ad Hieronymum de origine animae dicit, sic ego: Licet non faciat opinionem ut verum sit quod verum non est, si tamen fieri posset, optarem ut hoc sententia vera esset, sicut opto. Hac ille, nulli an atque possibilium juvaret: sed fixo.* Fundamenta quae vocat haud alia sunt quam suppositiones Lychetus, ex quibus concludit Franciscus. *Si Deus voluerit Judam salvare, potest eodem actu quo ipsum decreverit damnare, sine nova mutatione conversum*: At non sic Lychetus [illegible]; neque enim ipse propositionem suam sententiam ex prioribus deducit; sed neque asseritur cum proponit, quod facit Franciscus, verum sic [illegible]: *Duo sunt assertiones, quod voluntas ut aeterna, posito quod ab aeterna voluerit me salvare, adhuc ipsa eadem velle potest me nunc damnare, etiam antequam producar in esse, & hoc si ponatur, in esse in velle divino, tantum veritas nova transeat.* Nec ullam rationem adhibet Lychetus in firmamentum sententiae tam prodigiosae. Sed mox Scotum oppositum asserentem contendam consequenter quidem asserere Scotum tantum proponitur a Lycheto hac indicatione loci ubi hoc asserat, apertam tamen 3. *sent. distinct.* 2. *quaest.* 2. 5. *de secundo membro*: ubi directe contradicit conclusioni quam Franciscus ex ea suppositione praemissis deducere consuevit, sed nihil inconsequentia. Verba Scoti disserta sunt: *Sed circa velle non potest esse novitas vel mutatio ex parte volentis, nisi esset aliqua novitas ex parte illius volendi, quia aliquis volendo idem & eodem modo si habens non potest esse alterius novitas volitionis. Voluntas enim non habet esse volitum nisi per actum volendi, & ita non est novum ipsum velle, nisi per novum actum volendi.* Ad haec autem admodum insulse respondet Lychetus *quod vel oportet ipsum exponere prout quod non loquatur secundum propriam opinionem; vel quod non possit velle de novo nova volitione reali sine novitate ipsius; sed quod non possit esse novus transitus sine novitate in voluntate divina ego non video.* Veruntamen ista apud Lychetum procedunt prorsus invita Minerva. Scotus enim disputat adversus Philosophos negantes creationem, dicentesque Deum necessario producere quicquid immediate producit & nullo praesupposito. Itaque probat Scotus Deum *causare omnia quae sunt ad extra contingenter & non necessario, & oportere, quod ubi est contingentia in effectu ibi inferatur possibilitas ad novitatem*, quod tamen a Deo (quippe cum sit immutabilis) fieri non posse contendebant Philosophi. *Sed instabis* (inquit Scotus) *huic rationi*, hoc est, contendere, non necesse esse, *ut ex contingentia in effectu, inferatur possibilitas ad novitatem*; idque hujusmodi argumento. *Deus contingenter vult a, & tamen non potest de novo non velle a, quia tunc esset mutabilis.* Ergo etiam licet contingenter producat a, non potest esse novitas in productione. Ad hoc autem argumentum vide quaeso quomodo respondeat Scotus, *Respondeo* (inquit) *Novitas potest esse in productione divina propter novitatem producti; sed non sic novitas in ipso producente. Sed circa velle non potest esse novitas vel mutatio ex parte volentis, nisi esset aliqua novitas ex parte actus volendi &c.* Ex quibus manifestum fit Scotum non nisi ex proprio sensu procedere, aliaque maxime tempestivum nullus hac occasione significare, quod ipse senserit in adversum, nempe posse Deum *de novo non velle a*, quod prius volebat, absque ulla mutatione, quo posito mox evanescet sententia in oppositum. Sed neque ullam mentionem facit distinctionis quam obtrudit illi Lychetus, videlicet de nova volitione reali & rationis. Haec omnia mera sunt figmenta Lychetiana. Etiam Philosophi nullam in Deo voluntatis mutationem agnoscebant, quod quidem licet etiam concederent Theologi Christiani, tamen a voluntate antiqua novus effectus produci posse contendebant. Addit Franciscus *quod quantum ad principia Metaphysica non possunt convinci falsitatis*, fundamenta scilicet, hoc est, *suppositiones* praemissae. At nec nos suppositionibus illis robur addimus, sed negamus illa juste consequentia ex illis suppositionibus confici posse, quod cupit Franciscus, etiam quanta trepidatione adeo etiam desperatione (quod attinet ad firmandum illa conciliandum) procedat ipse profiteri non dubitat. Ad fundamentum autem Poinsenii quod attinet, in eo convellendo jam dudum operam posui. Et quid quaeso opus est principiis Metaphysicis, quibus confirmatur Deum propositum suum mutare non posse sine mutatione: *Addo* etiam sine mutatione sui; quandoquidem ex principiis Metaphysicis satis constat

stat, propositum Dei haud aliud esse quàm ipsum Deum. Rursus si Deus propositum suum mutare possit, etiam singulis annis, addo etiam singulis horis, denique singulis momentis mutare posset propositum suum, hoc est, sæpius propositum suum mutare potest, quàm Proteus colorem. Interea tamen negat Deum esse mutabilem nempe ut olim Epicurus *Verbis Deos posuit, re sustulit*; ita hujusce illi Theologastri verbis Deum prædicant immutabilem, cùm interea factis negant, dum eum quovis Proteo mutabiliorem reddunt. Ad hæc dum Deus ab æterno reprobavit Judam, quæro utrum præsciverit se consilium sive propositum istud mutaturum, an secus. Si secus; sequitur futura contingentia Deo nequaquam nota fuisse ab æterno; Quod si dum reprobavit Judam præscivit se hoc propositum suum aliquando mutaturum, omnino frustra fecit dum Judam reprobavit; ut videas quàm gloriosa Dei natura indigna sint Theologorum istorum somnia; Neque enim in Angelum aut hominem incidit, adeo absurdè se gerere, ut decreta faciat ejusmodi, qualia jam tum novit à se postmodum abroganda esse & rescindenda. Interea non diffiteor nullas Ecclesiæ determinationes infaustis istis & ab omni sobria ratione alienis subtilitatibus violari. Neque enim in anathema pronuntiavit Ecclesia, qui dicerent Deum propositum suum mutare posse citra omnem mutationem; Neque enim quempiam in tam insulsam sententiam abiturum unquam præsagiit. Fatetur ista, fortè antiquitati esse minus consona; quod tamen desinit sententiæ suæ confirmandæ, cum suffragiis antiquorum, cum solidis argumentis, illud transfigi cœpit suis opinionibus. Addit tamen ad extremum, hanc ipsius sententiam, *[illegible]* multum adjuturam. Ad eundem modum Lycheus, *Breviter* (inquit) *sustinendo hanc viam possumus solvere multas difficultates quæ possent inducere rationalem creaturam in desperationem*; credo non modo homines sed Satanam ipsum, & Angelos tenebrarum consolaturus accederet Lycheus. Et non ita multo post, *Istis ergo bene intellectis judicio meo satis debili, nonnulla difficultates solvi possunt, quæ multorum impedimenta præstant in via Dei ambulare volentis.* At [illegible] in via Domini ambulare desiderant, hoc ipso prædestinationis suæ [illegible] consequi [illegible] nihil illis accederet solatii, stante [illegible] istorum Theologia; quippe cum doceret posse Deum illos addicere damnationi, quos ab æterno prædestinavit ad salutem. Hominibus impuris & flagitiosis velificatur ista sententia, animusque additur quia data porta licentiæ atque omnis generis intemperantiæ ruunt præcipitanter; Nam licet certum sit quod omnis finaliter peccator secundum legem divinam sit æternaliter damnandus, tamen profitetur Lycheus se non valere quin voluntas divina possit nunc ordinare oppositum; Pari ratione, quantumvis certum sit quod omnis finaliter fidelis & resipiscens secundum legem divinam sit æternaliter salvandus; eadem tamen sobrietate profiteri poterit se non videre quin voluntas divina possit nunc ordinare oppositum; nimirum de fidelibus ipsissimis de beatis ipsis tam Angelis quàm hominibus cælo excludendis; & ad æternum ignem cum Diabolo & Angelis ejus, abjiciendis; addo etiam vel solis sic abjiciendis; Diabolo & Angelis ejus in eorum locum substituendis, & ad gaudia cælestia admittendis. Nec tamen vel sic aut isti satis à desperatione muniti essent, vel illi ab omni consolatione præclusi; quandoquidem & illa sua juxta novam adhuc propositi divini commutationem satis contrariis rependi possint, juxta Ministrorum istorum oracula. Ista dum contemplor ingeniorum male feriatorum & luxuriantium excrementa, sæpe subit animum consideratio, utrum in die judicii gravius in homines exardescet ira Dei propter spurcitiem morum, an propter spurcitiem ingeniorum. Certè cum plurima hodie se prodant mundi hujus senescentis & ad interitum vergentis indicia; quæque Christi Servatoris ad judicium appropinquantis communefacere possint: nulla tamen hujus rei superiora illustriora documenta, quàm Theologorum deliria.

Guli-

GULIELMI TWISSI

DE

SCIENTIA MEDIA

LIBER SECUNDUS.

In quo

FRANCISCI SVARESII LIBER PRIMVS de Scientia Dei, ubi de Scientia futurorum contingentium absoluta disputat, refutatur.

Cum DIGRESSIONIBVS.

DIGRESSIONES
HUJUS LIBRI.

I. **V**Alentiani *Jesuitæ in Durandum de Ideis differentem incurrentis sententia ventilatur & rejicitur.*

II. *Quæ in Metaphysicalibus suis disput. 25. de Ideis disserit* Suarez *discutiuntur & à veritate aliena esse demonstrantur.*

III. Navaretti *dissertatio de Ideis examinatur.*

IIII. Ferrariensis *ad partes vocatur, quoad ea quæ in 1. Thom. Contra Gentes cap. 66. commentatur de rerum omnium existentia in æternitate.*

V. *Argumentum* Scoti *contra rerum existentiam in æternitate à comparatione immensitatis Dei cum ejus æternitate, quam inefficaciter à Capreolo diluatur, ostenditur.*

DE SCIENTIA MEDIA

LIBER SECUNDUS:

In quo

FRANCISCI SUARESII LIBER PRIMUS de scientia Dei futurorum contingentium absoluta examini subjicitur.

CAPUT PRIMUM.

Subjectum operis declaratur, & nonnullæ difficultates leviores expediuntur.

Suar. *Primum igitur statuendum est futura contingentia quædam esse talia secundum quid, seu per accidens, & ab extrinseco: alia vero simpliciter, per se, seu ab intrinseco. Dicitur enim effectus contingens qui ita fit vel efficiendus est à sua causa proxima, ut possit ab illa non fieri. Hoc autem ex duplici capite provenire potest. Primo ex impedimento extrinseco, & non ex intrinseca virtute causæ: & hoc tantùm modo invenitur contingentia in effectibus inferiorum causarum naturaliũ, quatenus eveniunt sine interventu alicujus causæ liberæ. Nam si consideretur virtus & modus agendi causæ proximæ talis effectus, nulla est contingentia in illo effectu, quia causa ejus non habet potestatem propriam & intrinsecam ad non efficiendum illum, sed ex intrinseca necessitate operatur, positis omnibus requisitis. Quia tamen causa illa imperfecta est, & per oppositionem alterius impediri potest ab agendo, ideo ex hoc capite potest ille effectus esse contingens. Contingentia vero illa dicitur esse secundum quid, quia est tantũ respectu unius causæ, ut impediri potest ab alia, non vero respectu totius collectionis occurrentium causarum. Dicitur etiam extrinseca & per accidens, quia non provenit ex intrinseca virtute causæ per se agentis, sed ab extrinseco impedimento. Altera vero contingentia propria est, quæ provenit ex libertate alicujus causæ, quæ merito dicitur esse per se, & ab intrinseco: quia provenit ex intrinseca potestate, quam per se habet ipsa causa proxima ad suspendendum suum concursum, positis etiam omnibus requisitis ad agendum: & ob eandem causam dicitur hæc contingentia simpliciter, quia posita collectione causarum omnium, vel impedimentorum concurrentium, adhuc effectus potest fieri & non fieri.*

In præsenti ergo non est futurus sermo de priori contingentia, quia de scientia talium futurorum nulla est difficultas, sed duo sunt clara: unum est, talem effectum ex vi solius suæ causæ proximæ non posse cognosci, ut certo futurum; quia licet talis causa ex se determinata sit ad faciendum effectum, impediri tamen potest, nec ex vi illius solius cognosci potest, an impedienda sit necne. Aliud est, comprehenso toto ordine naturalium causarum, quæ ad effectum promovendum vel impediendum concurrere possunt, evidenter cognosci, an ille effectus impediendus sit necne, ut recte docuit D. Thom. 1. con. Gent. c. 67. ratio. 3. & ibi Ferrariensis notavit. Et ratio est evidens, quia respectu totius collectionis causarum effectus non est contingens, sed necessarius: quia omnes illæ causæ necessario operantur, sive promovendo, sive impediendo: jam enim supposuimus nullam causam liberam intervenire, vel per se, vel per accidens vel applicando causam agentem vel impedientem. Cognitis ergo & inter se collatis omnibus illis causis simul sumptis, evidenter cognoscetur, an futurus sit ille effectus necne, ut in prædicta disp. 19. Met. sect. 10. latiùs dixi & Doctores Scholasticos adduxi.

Unde hinc obiter intelligi potest non solum posse hæc futura contingentia ab intellectu increato cognosci, sed etiam à creato, qui vim habeat comprehendendi totum illum ordinem naturalium causarum: qualis etiam creditur esse intellectus Angelicus: quanquam in hoc multum à divina perfectione distet, tum quia Angelus non semper considerat omnia, sicut Deus: & ideo facile potest contingere ut aliquid actu non advertat, ex quo effectus reddatur incertus: tum etiam quia licet talis effectus infallibiliter futurus sit ex suppositione, quod nulla causa libera interventura sit, tamen hoc ipsum non potest esse ita certum Angelo sicut Deo: & maxime latet Angelum, an Deus ipse immutaturus sit illum ordinem causarum: & ideo talis cognitio in Angelo regulariter tantum est conjecturalis. Nisi forte in his effectibus, qui ita pendent ex superioribus causis naturalibus, ut per nullam vo-

luntatem creatam talis ordo causarum immutari possit: de illis enim effectibus habere possunt certitudinem naturalem subordinatam tamen divinæ potentiæ & voluntati, ut sumi etiam potest ex his, quæ de Fato diximus in dicta disp. 19. sect. 11.



Accedit repertorum ea quæ quasi naufragio perierunt, nec tamen verisimile sit periisse, licet mihi certè perierint, infausta cujusdam studiosi socii; amantissimi (cujus fidei & curæ transcribenda commiseram) inopinatæ mortis occasione: Quomodo verò perierint, non fortassis divinare. Sperabam extremum hunc in hoc genere Scholastico salebroso admodum atq; aspero, mihi concedendum fuisse laborem; nam & memoria labat & vigor animi languescit, ingeniiq; acies obtunditur; & senescentem equum maturè solvendum esse monet Poeta, *ne peccet ad extremum ridendus & ilia ducat*. Sed quando sic volunt fortunæ meæ, ut aut ea quæ hinc inde interciderunt restituenda sint, aut reliquorum jactura facienda; agedum priores frustra susceptos labores redintegremus, & miserè discerptum atq; demembratum opus felicioribus, si Deo placet, auspiciis denuò aggrediamur.

Distinctio ista Suariana de contingentia vel ab intrinseco vel ab extrinseco, longè accuratius accommodari potuit ad causam contingenter agentē, quam ad effectum contingenter productum. Causa autem optime dicitur contingenter agere, vel ab intrinseco, quia scilicet principium est liberum actionum suarum; vel ab extrinseco, nempe quatenus ipsum principium licet fuerit ad agendum determinatū naturaliter ab extrinseco tamen possit impediri. Non sic effectus contingens, quippe cui tam extrinsecum sit principium ejus productivum quam principii illius impedimentum. Verum non difficile ut distinctam habeamus contingentium rationē, præsens negotium exigere. Itaq; duo possunt effectus contingenter operari ratione causarum à quibus producuntur idq; dupliciter, vel quatenus sint principia libera, neutiquam determinata ad agendum naturaliter; vel ut ut fuerit ad unum determinata, tamē quatenus impedibilia sunt in agendo, dicuntur effectus suos producere contingenter. Nam citra controversiam, agentia naturalia quatenus à rationalibus distincta sunt ad unum determinata necessitate naturæ, quorum tamen non pauca etiam à naturalibus agentibus aliis impediri possunt, ne agant ad quod agendum intrinsecè determinata sunt. Obiter tamen advertendum est, effectum contingentem ex causis naturalibus, interdū ne contingere, non quia causa ejus naturalis impediatur, sed quia nondum ad effectum illum producendum determinata est. Ipsa enim determinatio causarum naturalium ad effectus suos producendos, interdū reperitur esse contingens: exempli causa, quod hodie nō pluat, non tā ex inde est quod nubes impediantur ne pluviam demittant, sed fortasse hinc est, quod nondum determinatæ sint ad pluviam demittendam. Forte etiam ut plurimum sic, ut causæ naturales ideo nondum agant effectus suos, quia nondum ad agendum sufficienter dispositæ sint. Posita autē dispositione illa ad agendum proxima nec impedita, quomodo effectus ipsarum impediri possint saltem à causis naturalibus, (de quibus solis agitur in præsenti) difficile est expeditu, si nō præsupponamus impossibile dum causæ liberæ potestatem tribuit, suspendendi operationem suam, *positis omnibus requisitis ad agendum*, sic enim facit, ut secundarum causarum in agendo libertatem comparem faciat libertati causæ primæ. Sed nec Alvarez & Gibeuf hujusmodi definitioni libertatis acquiescunt. Nec qui in ea acquiescunt, eodem etiam sensu in ea acquiescunt, quo solent Jesuitæ. Etenim requisita ista omnia de causis secundis tantum ab agente rationali creato distinctis interpretatur Bradwardinus. Verum istis obiter tantum occurrentibus immorandum non est; quæ præsenti disquisitioni propria sunt, ea tantum persequemur.

II. Jam dixi, quomodo causa naturalis ad effectum suum producendū determinata cohiberi possit, idq; à causa aut causis naturalibus (aliarum enim causarum considerationem secludit Suarez) mihi videri admodum difficulter expediri posse, si omnino possit. Sed pace Suarii fruï liceat hoc apice conjecturæ; mihi probabilius videtur, ad eos effectus producendos causarum naturalium dispositionem proximam impediri potius, quam posita dispositione illa effectum à causis suis naturalibus emanationem. Et locus Aquinatis à Suario repræsentatus 1. contr. Gent. cap. 67. concl. tertia, causas illas *causas completas* nominat, quod perinde est si *determinatas* dixisset. Nec tamen de causis naturalibus tantum illo loci differit Aquinas, licet ita visum fuerit Ferrariensi, sed invita (meo judicio) sensus ipsius Minerva, uti adversus Prosperum disserui. Rursus dum hic disserit Suarez, secludit causarum liberarum interventum; at non sic Aquinas loco prædicto; quippe cum disserat de scientia divina futurorum contingentium, non ex suppositione tantum causarum liberarum tanquam nequaquam intervenientium, sed simpliciter, maxime verò de scientia contingentium illorum, quæ sunt contingentissima, nempe ex causis liberis proventura.

III. Cui usui inserviat ista scientia contingentium ex sola causarum liberarum seclusione procedens equidem non intelligo; cum certo certius sit jam ab initio causarum liberarum operando cum causarum naturaliter agentium operationibus intermixtas esse; Sed neq; juxta fictionem istam videtur mihi probabile, intellectum Angelicum futura illa universim cōprehendere, maxime propter animalium irrationalium omnis generis motus spontaneos; licet minimè diffitear intelligentia eorundē ad miraculum usq; admirabilem nobis videri; quam tamen ut intelligentia divina minorem faciat procedit Suarez conjecturis suis, aut incertis aut à proposito saltem absludentibus. Admodum incertum videtur, quod primo loco proponit de advertentia Angelica. Certè si more nostro intelligerēt, & memoria ipsis opus esset & ejusdem continuatione, ut quæ consideranda sunt, præsto haberent omnia; Ve-

num pure spirituales & intellectuales sint illi, nec eum pure spiritualis est, quippe cum sit solummodo sensitiva; (si quid ego judico) in eos cadit recordatio, & per consequentiam, hoc modo retentia. Cur non possit aliquid ita certum esse Angelo atq; Deo, rationem nullam exhibet, rei tanquam per se credibilis conditione contentus. Agnosco genus cognitionis divinæ, ab omnibus creaturis ipsius, plurimum abludere à cognitione nostra; ita & cognitio Angelica longe diversa est à cognitione humana. Patere tamē mihi tam certum esse in genere nostro, totum esse majus parte sua, quam sint Angeli in genere suo. Certè libet Angelum, an Deus sit immutaturus illum ordinem causarum; sed & nihilo minus cum latet, an à facto Angelo aliquo, aut etiam ab homine (quod fieri potest in pluribus) immutandus sit. Quæ tamen considerationes ad unum omnes alienæ sunt à præsenti Suarii instituto; quippe cum procedat ex *suppositione quod nulla causa libera interventura sit*, quæ prædictum causarum ordinē interturbet. Denique qui fiat illi effectus, qui ita à causis naturalibus pēdere fingit Suarez, ut per nullam voluntatem creatam talis ordo causarum immutari possit, me prorsus fugit. Causæ enim naturales sunt omnes corporeę; At naturam corporeā quoad motionē saltem subdi naturę spirituali, jā olim ex Augustino me docuit Durand.

Porro contingentia effectus quæ est ex causa libera subdistingui potest. Nam quædam est ex voluntate creata, alia ex increata seu divina. Neq; immorari eum oportet in controversia de modo loquendi; an effectus dici possit contingens propter solū respectum ad libertatē causæ primæ. Quam rem sufficienter attigi disp. 30. Metaph. sect. 16. n. 43. ubi dixi. Licet illa locutio videatur propter veridicā vocem contingentiæ *quæ indicare videtur imperfectionem, & eventum præter intentionē agentis; tamen si præcise significet indifferentiā in operādo, hanc reverā in divinis effectibus reperiri: qui ita manant à Deo, ut possit Deus illos non efficere si vellet. Cum ergò in præscientia tota difficultas, quæ esse potest in scientia futurorū contingentium, posita sit in indifferentia & potestate causæ ad utrumlibet, & non in aliis imperfectionibus; juxta subjectam materiam, rectè potest distingui de contingentia vel potius indifferentia in ordine ad voluntatem creatam vel increatam.*

Nihilominus tamen scientia hæc futurorū nullam difficultatem habet ex libertate effectus vel actionis ad divinam voluntatem. Duobus n. modis procedit effectus à Deo: primò ab illo solo, secundò ab ipso ut concurrente cū causa secunda. In priori modo effectus pendet quidē ex libero modo operandi solius divinæ voluntatis, non ad nullam aliam causam respectum habeat: tamen determinatio ipsa divina voluntatis est Deo facile nota est ab æterno & efficaci decreto voluntatis suæ. Nam ut Deus in tempore faciat talem effectū, necesse est, ut ab æterno habeat tale decretum efficax: quia neq; in tempore potest incipere illud habere, neq; sine illo potest operari; cum voluntarie & liberè operaturus sit, & sine concursu alterius causæ; Agimus n. de his effectibus, quos solus Deus per seipsum facit. Posito autē illo decreto, non potest Deus illud ignorare, cum actu & intime in ipso sit. Atq; ex certa scientia, & perfectissimo modo illud habeat. Neq; etiam illo cognito, potest Deus ignorare quin ex vi illius futurus sit talis effectus, cum voluntas illa efficax sit, & omnipotens, nec non immutabilis.

III. *In posteriori autē modo effectus pendet non solū à Deo, sed etiam à causa secunda, cui Deus præbet, vel offert concursum suum. Et ideo, ut cognoscatur effectus futurus, necessariū est cognoscere non solum concursum Dei & voluntatem concurrendi, quantum in ipso est, sed etiam influxum seu determinationem futuram causæ secundæ. Præbet autem Deus hunc concursum media voluntate sua; & consequenter, si in tēpore concursurus est, ab æterno habuit propositū concurrendi: quod propositum ipsi facile notum est, ut paulo ante dixi: & ideo ex vi illius facile præscit suum concursum paratum esse, ut talis effectus fiat. An verò hoc satis sit ad cognoscendā etiam determinationem liberā causæ secundæ, & effectū ejus, infra tractandum est. Tota ergo hæc disputatio versabitur circa effectus contingentes causarum secundarum liberarum quatenus ab earum influxu, & libera determinatione dependent. Et primò videndum est, an in propositionibus significantibus de futuro hos effectus contingentes sit determinata veritas, quæ in eis cognosci possit, & cognoscatur à Deo. Deinde quā via aut modo cognosci possit, vel cognoscatur à Deo: ex quibus tandē constabit, quomodo contingentia cum præscientia non repugnat.*

I. *Evenire præter intentionem agentis*, non tam est contingenter evenire propria notione, quām casualiter aut fortuitò. Nā hunc in modum definiri solent res fortuitæ. At contingentia sunt ejusmodi quę possunt aliter se habere. Hinc est, quod Durando visum fuerit, etiā ea quæ proveniunt necessariò, respectu causarum secundarum; non tam necessario quām contingenter evenire ratione causæ primæ, contingenter inquam non necessario; h. e. ita evenire, ut possint aliter se habuisse. *Non bene dicunt illi* (sic Durandus) *qui dicunt quod omnia de necessitate eveniunt per comparationem ad voluntatem divinam, quia ut visum est, omnia respectu voluntatis divinæ eveniunt libere, quāvis stante suppositione quod sint volita, non possunt non evenire.* Etiā Zabarella in Log. p. 997. ter. conc. tria genera facit. Ut alia ex iis ejusmodi sint quæ fiant *ut plurimum, alia raro, alia æqualiter. Ut plurimum fiunt illa quæ fiunt à natura, quandoq; enim incipiunt impedimentum; quæ autē rarò fiunt attribuuntur fortunæ; æqualiter verò dicuntur quæ fiunt à libero nostræ voluntatis arbitrio.* Certè Deus non agit contingenter, hoc est mutabiliter; sed nec ea quæ vel maximè fortuita, præter ejus intentionem fiunt. At sine dubio quæcunq; fiunt à Deo, non nisi libere fiunt, atque hoc etiam est contingenter fieri.

II. Certè voluntas Dei & efficax est, & omnipotens, & immutabilis, atq; ipsi Deo notissima, & proinde necesse est, ut quæcunq; voluerit ut aliquando fiant, ipsi etiam nota fuerint, idq; ab æterno, sive se solo faciente fieri velit, sive non solo sed concurrentibus etiam causis secundis, sive naturaliter agentib⁹ sive contingenter agentibus & liberè; quandoquidem non modo vult res fieri Deus, sed & modos rerum; atq; ea est voluntatis ejus efficacia, ut tam cōtingētia fiant contingenter sic volente Deo, quā quæ necessaria sunt, necessario. Sic Aquinas; *Cū voluntas divina sit efficacissima, non solū sequitur quod fiant quæ Deus fieri vult, sed quod eo modo fiant quæ Deus ea fieri vult.*

III. Concurrente cum Deo causa aliqua secunda ad effectum aliquē producendū, minimè negamus, Deo necessariam esse ad hujus effectus futuritionē cognoscendam, non modo ut cognoscat futuritionem concursus sui; verum etiam ut cognoscat futuritionem influxus sive determinationis causæ secundæ; Hoc autem nihilo majori difficultate fiet quàm

Durand. [left margin, beside "Porro contingentia…"]
Ex Durand. [right margin, beside "I. Evenire…"]
1. d. 38. q. 46. q. 2. [right margin, beside "Non bene dicunt…"]
1. p. q. 19. art. 8. in Corp. [right margin, beside "Sic Aquinas"]

luntatem creatam talis ordo causarum immutari possit: de illis enim effectibus habere possunt certitudinem naturalem subordinatam tamen divinæ potentiæ & voluntati, ut fusius etiam patet ex his, quæ de Fato diximus in dicta disp. 19. sect. 11.

Præfat. Accedo reparaturus ea quæ quasi naufragio perierunt; nec tamen verisimile sit periisse, licet mihi certè perierint, infausta cujusdam studiosi meique amantissimi (cujus fidei & curæ transcribenda commiseram) inopinæ mortis occasione: Quomodo verò perierint, non fert animus divinare. Sperabam extremum hunc in hoc genere Scholastico salebroso admodum atque aspero, mihi concedendum fuisse laborem: nam & memoria labat & vigor animi fatiscit, ingeniique acies obstupescit; & senescentem equum maturè solvendum esse monet Poeta, *ne peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.* Sed quando sic volunt fortunæ meæ, ut aut ea quæ hinc inde interciderunt restituenda sint, aut reliquorum jactura facienda; agedum priores frustra susceptos labores redintegremus, & mancum inceptum atque demembratū opus felicioribus, si Deo placet, auspiciis identidē aggrediamur.

Distinctio ista Suariana de contingentia vel ab intrinseco vel ab extrinseco, longe accuratius accommodari poterit ad causam contingenter agentē, quàm ad effectum contingenter productum. Causa autem optime dicitur contingenter agere, vel ab intrinseco, quia scilicet principium est liberum actionum suarum; vel ab extrinseco, nempe quatenus ipsum principium licet fuerit ad agendum determinatū naturaliter ab extrinseco tamen possit impediri. Non sic effectus contingens, quippe cui tam extrinsecum est principium ejus productivum quàm principii illius impedimentum. Verum non diffiteor ut distinctam habeamus contingentium rationē, præsens negotium exigere. Itaque dici potest effectus contingēter operari ratione causarum à quibus producuntur idque dupliciter, vel quatenus sunt principia libera, nequaquā determinata ad agendum naturaliter: vel ut ut fuerint ad unum determinata, tamē quatenus impedibilia sunt in agendo, dicuntur effectus suos producere contingenter. Nam citra controversiam, agentia naturalia quatenus à rationalibus distincta sunt ad unum determinata necessitate naturæ, quorum tamen non pauca etiam à naturalibus agentibus aliis impediri possunt, ne agant ad quod agendum naturaliter determinata sunt. Obiter tamen advertendum est, effectum contingentem ex causis naturalibus, interdū non contingere, non quia causa ejus naturalis impediatur, sed quia nondum ad effectum illum producendum determinata est. Ipsa enim determinatio causarum naturalium ad effectus suos producendos, interdū reperitur esse contingens: exempli causa, quod hodie nō pluat, non cā evenire est quod nubes impediantur ne pluviam demittant, sed forsitan hinc est, quod nondum determinatæ sint ad pluviam demittendam. Forte etiam ut plurimum fit, ut causæ naturales ideo nondum agāt effectus suos, quia nondum ad agendum sufficienter dispositæ sunt. Posita aut dispositione illa ad agendum proxima nec impedita, quomodo effectus ipsorum impediri possint saltem à causis naturalibus, (de quibus solis agitur in præsentia) difficile est expeditu, si nō prorsus impossibile dum causæ liberæ potestatem tribuit, suspendendi operationem suam, *positis omnibus requisitis ad agendum*, sua more facit, ut secundarum causarum in agendo libertatem comparem faciat libertati causæ primæ. Sed hoc Alvarez & Cabezud illiusmodi definitioni libertatis acquiescunt. Nec qui in ea acquiescunt, eodem etiam sensu in ea acquiescunt, quo solent Jesuitæ. Etenim requisita illa omnia de causis secundis tantum ab agente rationali creato distinctius interpretatur Bradwardinus. Verum illis obiter tantum occurrentibus immorandum non est; quæ præsentis disquisitioni propria sunt, ea tantum persequamur.

II. Jam dixi, quomodo causa naturalis ad effectum suum producendū determinata exhiberi possit, idque à causa sua consentaneè talibus (aliarum enim causarum considerationem excludit Suarez) mihi videri admodum difficiliter expediri posse, si omnino possit. Sed pace Suarii fretus in hoc apice conjecturæ; mihi probabilius videtur, ad certos effectus producendos causarum naturalium dispositionem proximam impediri potius, quàm posita dispositione illa effectuum à causis suis naturalibus emanationem. Et locus Aquinatis à Suarezio repræsentatus 1. cont. Gent. cap. 67. concl. tertia, causas illas *causas completas* nominat, quod perinde est si *determinatas* dixisset. Nec tamen de causis naturalibus tantum ibi loci disserit Aquinas, licet ita visum fuerit Ferrariensi, sed invita (meo judicio) etiam ipsa Minerva, uti adversus Penottum disserui. Rursus dum hic disserit Suarez, secludit causarum liberarum interventum, at non sic Aquinas loco prædicto; quippe cum disserat de scientia divina futurorum contingentium, non ex suppositione tantum causarum liberarum tanquam nequaquam intervenientium, sed simpliciter, maximè verò de scientia contingentium eorum quæ sunt contingentissima, nempe ex causis liberis provenire.

III. Cui usui inserviat ista scientia contingentium ex ficta causarum liberarum seclusione procedens equidem non intelligo; cum certo certius sit jam ab initio causarum liberarum operando cum causarum naturaliter agentium operationibus intermixtas esse; Sed neque juxta fictionem istam videtur mihi probabile, intellectum Angelicum futura ista universim cōprehendere, maximè propter animalium irrationalium omnis generis motus spontaneos; licet minimè diffitear intelligentiā eorundē ad mirabilem usque admirabilem nobis videri, quam tamen ut intelligentia divina minorem faciat procedit Suarez conjecturis suis, sed incertis aut à proposito saltem abludentibus. Admodum incertum videtur, quod primo loco proponit de advertentia Angelica. Certè si more nostro intelligeret, & memoria opus esset & ejusdem conservatione, ea quæ consideranda sunt, præsentia haberent omnia; Ve-

rum

tum puri spirituales & intellectuales sunt [illegible]; nec mensura egent, quippe cum sit solummodo sensibilitatis (si quid ego judico) sin cum cadit reconditio, consequenter; nec inadvertentia. Cui non possit aliquid ita certum esse Angelo atq; Deo, rationem nullam exhibet, vel tanquam piè credibilis conditione concutitur. Agnosco genus cognitionis divinæ, adeoq; certitudinis ipsius, plurimum abludere à conditione cognitionis nostræ; ita & cognitio Angelica longe diversa est à cognitione humana. Parere tamē mihi tam certos esse in genere nostro, totum esse majus parte sua, quàm sint Angeli in genere suo. Certè latet Angelum, an Deus sit immutaturus illum ordinem causarum; sed & nihilo minus cum latet, an à socio Angelo aliquo, aut etiam ab homine (quod fieri potest in pluribus) immutandus sit. Quæ tamen considerationes ad unum omnes alienæ sunt à præsenti Suarii instituto: quippe cum procedat ex *suppositione quod nulla causa libera interventura sit*, quæ prædictum causarum ordinē interturbet. Denique qui sint illi effectus, quos vita à causis naturalibus pēdere fingit Suarez, ut per nullam voluntatem creatam talis ordo causarum immutari possit, me prorsus fugit. Causæ n. illæ naturales sunt omnes corporeæ; At naturam corporeā quoad motionē saltem subdi naturæ spirituali, jā olim ex Augustino me docuit Durand.

Excip. *Rursus contingentia effectus qua est ex causa libera, subdistingui potest. Nam quædam est ex voluntate creata, alia ex increata, seu divina. Neq; immorari nunc oportet in controversia de modo loquendi: an effectus dici possit contingens propter solū respectum ad libertatē causæ primæ. Quam cum suspicionem attigit disp. 30. Metaph. sect. 16. n. 43. ubi dixit. Licet illa locutio vitanda sit propter periculū vocis contingentiæ quæ indicare videtur imperfectionem, & eventum præter intentionē agentis; tamen si præcisè significet indifferentiā in operando, hanc revera in divinis effectibus reperiri: qui ita manant à Deo, ut possit Deus illos non efficere si vellet. Cum ergò in præsenti tota difficultas, quæ esse potest in scientia futurorū contingentium, posita sit in indifferentia & potestate causæ ad utrumlibet, & non in aliis imperfectionibus, juxta subjectam materiam, rectè potest distingui de contingentia vel potius indifferentia in ordine ad voluntatem creatam vel increatam.*

Nihilominus tamen scientia hos futurorū nullam difficultatem habet ex libertate effectus vel actionis ad divinam voluntatem. Duobus n. modis procedit effectus à Deo: primò ab illo solo; secundò ab ipso ut concurrente cū causa secunda. In priori modo effectus pendet quidē ex libero modo operandi solius divinæ voluntatis, tam ad nullam aliam causam respectum habeat: tamen determinatio ipsa divinæ voluntatis ipsimet Deo facile nota est in æterno & efficaci decreto voluntatis suæ. Nam ut Deus in tempore faciat talem effectū, necesse est, ut ab æterno habeat tale decretum ipsius: quia neq; in tempore potest incipere illud habere, neq; sine illo potest operari, cum voluntate & libere operatiur sit, & sine concursu alterius causæ: Agimus n. de his effectibus, quos solus Deus per seipsum facit. Posito autē illo decreto, non potest Deus illud ignorare, cum actus & intimus in ipso sit atq; ex certa scientia, & perfectissimo modo illud habeat. Neq; etiam illo cognito, potest Deus ignorare quem ex vi illius futurus sit talis effectus, cum voluntas illa efficax sit, & omnipotens, & non immutabilis.

III. In posteriori autē modo effectus pendet non solū à Deo, sed etiam à causa secunda, cui Deus præbet, vel offert concursum suum. Et ideo, ut cognoscatur effectus futurus, necessariū est cognoscere non solum concursum Dei & voluntatem concurrendi, quantum in ipso est, sed etiam influxum, seu determinationem futuram causæ secundæ. Præbet autem Deus hunc concursum media voluntate sua; & consequenter, sive illo pro concursu fuerat ipse, ab æterno habuit propositū concurrendi: quod propositum ipsi facile notum est, ut paulo ante dixi: & ideo ex vi illius facile præscit suum concursum paratum esse, ut talis effectus fiat. An verò hoc satis sit ad cognoscendā etiam determinationem liberā causæ secundæ, & effectū ejus, ex professo tractandum est. Tota ergo hæc disputatio versabitur circa effectus contingentes causarum secundarum liberarum quatenus ab earum influxu, & libera determinatione dependent. Et primò videndum est, an in propositionibus significantibus de futuro hos effectus contingentes sit determinata veritas, quæ in eis cognosci possit, & cognoscatur à Deo. Deinde quā via aut modo cognosci possit, vel cognoscatur à Deo: ex quibus tandē constabit, quo modo contingentia cum præscientia non repugnat.

I. *Evenire præter intentionem agentis*, non tam est contingenter evenire propria notione, quàm casualiter aut fortuitò. Nā hunc in modum definiri solent res fortuitæ. At contingentia sunt ejusmodi quæ possint aliter se habere. Hinc est, quod Durando visum fuerit, etiā ea quæ proveniunt necessariò, respectu causarum secundarum; non tam necessario quàm contingenter evenire ratione causæ primæ. contingenter inquam non necessario; h. e. ita evenire, ut possint aliter se habuisse. *Non bene dicunt illi* (sic Durandus) *qui dicunt quod omnia de necessitate eveniunt per comparationem ad voluntatem divinam, quia ut visum est, omnia respectu voluntatis divinæ eveniunt libere, quā vis stante suppositione quod sint volita non possunt non evenire.* Etiā Zabarella in Log. p. 997. res. cont. tria genera facit, Ut alia ex iis ejusmodi sint quæ fiant *ut plurimum, alia raro, alia æqualiter. Ut plurimum fiunt illa quæ fiunt à natura, quandoq; enim recipiunt impedimentum; quæ autē rarò fiunt attribuuntur fortunæ; æqualiter verò contingunt quæ fiunt à libero nostræ voluntatis arbitrio.* Certè Deus non agit contingenter, hoc est mutabiliter; sed nec ea quæ vel maximè fortuita, præter ejus intentionem fiunt. At sine dubio quæcunq; fiunt à Deo, non nisi libere fiunt, atque hoc etiam est contingenter fieri. Respons.

1. d. 38. q. 2.

II. Certè voluntas Dei & efficax est, & omnipotens, & immutabilis, atq; ipsi Deo notissima, & proinde necesse est, ut quæcunq; voluerit ut aliquando fiant, ipsi etiam nota fuerint, idq; ab æterno, sive se solo faciente fieri velit, sive non solo sed concurrentibus etiam causis secundis, sive naturaliter agentib⁹ sive contingenter agentibus & liberè; quandoquidem non modo vult res fieri Deus, sed & modos rerum; atq; ea est voluntatis ejus efficacia, ut tam cōtingētia fiant contingenter sic volente Deo, quā quæ necessaria sunt, necessario. Sic Aquinas; *Cū voluntas divina sit efficacissima, non solū sequitur quod fiant quæ Deus fieri vult, sed quod eo modo fiant quæ Deus ea fieri vult.* 1. p. q. 19. art. 8. in Corp.

III. Concurrente cum Deo causa aliqua secunda ad effectum aliquē producendū, minimè negamus, Deo necessarium esse ad hujus effectus futuritionē cognoscendam, non modo ut cognoscat futuritionem concursus sui; verum etiam ut cognoscat futuritionem influxus sive determinationis causæ secundæ. Hoc autem nihilo majori difficultate fiet quàm

fitionibus futuritionis concursus proponi, modo velit Deus non modo concursum suum, sed & influxum sive determinationem causæ secundæ. Quare aut determinationes illæ causarum secundarum, prorsus eximendæ sunt volitioni atque efficientiæ divinæ, aut difficultas illa quam fingit Suarez, protinus evanescat necesse erit. Si enim influxum ille causarum secundarum natura sua sit tantum possibilis, & merè indifferens tam ad futuritionem quam ad non futuritionem, quî fieri possit, ut ex conditione rei indifferentis, in conditionem rei ad futuritionem determinatæ transierit idque ab æterno, citra voluntatem Dei, modo Suarez nobis expediverit scientiam hujusmodi futurorum contingentium, non modo summè difficilem, sed & prorsus impossibilem esse præstiturus est. Licet Suarii judicio non modo possibilis sit, sed & facilis. Sed & methodus Suariana ejusmodi est, ut difficultatem istam quam præfert, expediendi spem omnem præcidat. Etenim duo tantum proponit inquirenda, alterum, *An in propositionibus significantibus de futuro hos effectus contingentes sit determinata veritas quæ à Deo cognosci possit ab æterno. Qua via aut modo cognosci possit à Deo.* At posteriori huic præter omnem soliditatem proponitur. Nam quemadmodum posito rem aliquam esse possibilem, nimis absurde quæreretur, *qua via aut modo*, Deus possit illam facere: ita posita rem aliquam esse cognoscibilem (in quocunque genere) nihilo minus absurdè quæreretur *qua via aut modo* Deus posset illam cognoscere. Nam sicut qua omnipotens est facile fertur (modo velit) in illud (quicquid fuerit) quod est possibile: ita qua omnisciens, non tantum facile sed & necessario fertur in omne quod est cognoscibile. Quod verò priore loco proponitur inquirendum, ejusmodi est de quo nemo omnium modo Christianus sit, quæstionem moverit. Nisi enim contingentia aliqua futura essent non magis possibile esset, ut à Deo cognoscerentur tanquam futura, quam possibile est ut à Deo fiat aliquid quod possibile non est. Ubi demum igitur est illa difficultas, quam nos astruendâ futurorum contingentium præscientia divina præfert Suarez, ut libertate effectuum si non in ordine ad voluntatem divinam, at saltem in ordine ad voluntatem humanam? modo duo [illegible] explicitis dicantur, quorum alterum ejusmodi est de quo nemo dubitet, alterum ejusmodi, de quo quæstionem movere, sit præter omnem soliditatem. Interea quod maximè [illegible] est, prorsus dissimulat Suarez; videlicet, unde fiat quod quæ futura dicuntur contingentia, cum non magis futura sint natura sua quam non futura, sed ad utramque conditionem pariter indifferentia atque indeterminata: unde inquam ex indifferentibus atque indeterminatis evaserint determinata nempe ad futuritionem idque ab æterno. Licet enim communiter appellentur futura, tamen certissimum est, natura sua, nihilo magis futura esse quam non futura: & proinde fieri non posse ut in conditionem futurorum transirent nisi causa. Hujus autem mysterii explicandi ne spem quidem lectoribus suis facit Suarez. Quare probabile est Suario propositum fuisse veritatem obscurare & sopire potius, quam vel in lucem eruere vel operam aliquam utilem Scholasticæ Theologiæ dignam collocare. Nam quod ad tertium tractandum est nihil momentosum est in universum missum facit; quæ autem in controversia posita non sunt, eum sollicitè exagitat, nec in iis, sed in nullum prorsus rei usum, nobis aut confirmandis aut explicandis dominabitur; nempe ne Scholastica sua facultas veternum patiatur, & suo otio abutetur, & aliorum diligentia.

CAPUT SECUNDUM.

In propositionibus de futuro contingenti esse sufficientem veritatem determinatam secundum quam à Deo præsciri possint.

Suar. *Cum Deus in omni perfectione sua consummatus sit, & habeat quicquid sub vero conceptu talis perfectionis cadere potest, dubitari non potest, quin etiam in scientia summam, & infinitam perfectionem habeat, sicut habet in potentia & aliis attributis. Quapropter sicut in divina potentia, cum inquirimus, an aliquid sub illa cadat, non dubitamus de potestate ex parte Dei, sed de possibilitate ex parte rei, de qua est quæstio: Nam si illa in se est possibilis, seu non repugnans, non potest effugere omnipotentiam Dei, cum sit perfectissima & infinita simpliciter. Ita in præsenti ad examinandum an hæc futura contingentia cadant sub scientiam Dei, ex parte ipsorum inquirendum est an talia sint, ut cognosci possint. Nam si ipsa habent fundamentum cognoscibilitatis ut sic dicā, quæ est veritas, non effugiunt scientiā Dei, quæ infinita est & perfectissima quæ excogitari potest. Si verò in eis nulla est veritas, quæ cognosci possit, mirum non erit, quod sub scientiam Dei non cadant, quia id non erit major imperfectio in Dei scientia, quam sit in potentia, non posse id quod est impossibile.*

II. Nonnulli ergo Philosophi negarunt posse Deum cognoscere hæc futura. Cic. lib. de Fato, & 2. de divi. Qui ut ait Aug. 5. de Civ. c. 9. ut homines faceret liberos, fecit sacrilegos. Non enim existimavit præscientiā horum futurorū posse cum libertate conjungi. Fundamentū hujus erroris videtur posuisse Aristot. 1. de Inter. c. 8. ubi negat propositiones de futuro contingenti habere determinatā veritatē, donec ponantur in esse: nam hinc necessario sequitur, non posse præsciri priusquā eveniant: quia quod non est, non scitur: ergo quod non est verum, non potest præsciri esse verū: sed propositio quæ non est determinate vera, non est vera quia adhuc est quasi suspensa & indifferens ad veritatē & falsitatē: ergo non potest sciri ut vera: alioqui talis cognitio esset difformis objecto & falsa. Et eadē ratione non potest

potest talis propositio quasi esse falsa: quia non est etiam determinate falsa, sed indifferens: ergo manet talis propositio inquisibilis, siquidem de ea judicari non potest, an vera vel falsa futura sit.

III. Quod autem propositio de futuro contingente non sit determinate vera vel falsa, probatur ab Aristotele. Quia aliter tolleretur rerum contingentia, & omnia necessario evenirent. Sequela probatur primo, quia si talis propositio est determinate vera: ergo non est indifferens, quia indifferens & determinatum ad unum repugnant: ergo neque est contingens: quia contingens & indifferens idem sunt. Secundo, quia si aliqua propositio est determinate vera, ergo est vera secundum illud esse quod habet antequam fiat: quia veritas in esse fundatur: sed hinc non habet esse nisi in suis causis: ergo in iis potius habet determinationem ad esse quam ad non esse: ergo non habet indifferentiam: ergo nec contingentiam, sed necessitatem: quia illud dicitur necessarium quod est ad unum determinatum.

Quae disserit Suarez de summa attributorum divinorum à se invicem distinctione, probare non possum. Sed potius hinc colligo non minore absurditate quaeri, qua via aut modo cognoscere possit aliquid Deus, postquam constiterit esse cognoscibile, quam si quis quaereret qua via aut medio praestare possit aliquid Deus, ubi compertum fuerit esse possibile.

II. Qua ratione negaret Cicero praescientiam futurorum locus à Suario citatus recenset Augustinus in haec verba: *Videlicet quia si praescita sunt omnia futura, hoc ordine venient, quo ventura esse praescita sunt. Et si hoc ordine venient, certus est ordo rerum praescienti Deo: & si certus est ordo rerum, certus est ordo causarum. Non enim aliquid fieri potest, quod non aliqua efficiens causa praecesserit. Si autem certus est ordo causarum, quo fit omne quod fit, fato (inquit) fiunt omnia quae fiunt. Quod si ita est, nihil est in nostra potestate, nullumque est arbitrium voluntatis. Quod si concedimus, (inquit) omnis humana vita subvertitur: frustra leges dantur, frustra objurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur: neque ulla justitia bonis praemia & malis supplicia constituta sunt* &c. Contra S. Augustinus. *Nos adversus istos sacrilegos ausus atque impios & Deum dicimus omnia scire antequam fiant: & voluntate nos facere, quicquid à nobis non nisi volentibus fieri sentimus & novimus: omnia vero fato fieri non dicimus, imo nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomen, ubi solet à loquentibus poni, i. e. in constitutione siderum cum quisque conceptus aut natus est (quoniam res ipsa inaniter asseritur) nihil valere monstramus. Ordinem autem causarum, ubi voluntas Dei plurimum potest, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, nisi forte ut fatum à fando dictum intelligamus, id est à loquendo. Non n. abnuere possumus, esse scriptum in Literis Sanctis. Semel locutus est Deus, duo haec audivi; quoniam potestas est Dei, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes unicuique secundum opera ejus. Quod enim dictum est, Semel locutus est, intelligitur immobiliter, h. e. incommutabiliter est locutus, sicut novit incommutabiliter omnia quae futura sunt, & quae ipse facturus est. Hac itaque ratione possemus à fando fatum appellare, nisi hoc nomen jam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinari. Non est autem consequens, ut si Deo certus est omnium ordo causarum, ideo nihil sit in nostrae voluntatis arbitrio. Et ipsae quippe nostrae voluntates in causarum ordine sunt, qui certus est Deo, ejusque praescientia continetur, quoniam & humanae voluntates humanorum operum causae sunt*, &c. Et cap. 10. *Unde nec illa necessitas formidanda est, quam formidando Stoici laboraverunt causas rerum ita distinguere, ut quasdam subtraherent necessitati, quasdam subderent, atque in his quas esse sub necessitate noluerunt, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet non essent liberae si subderentur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quae non est in nostra potestate, sed etiam si nolumus, efficit quod potest, sicut est necessitas mortis, manifestum est voluntates nostras, quibus recte vel perperam vivitur, sub tali necessitate non esse: Multa enim facimus quae si nollemus, utique non faceremus. Quo primitus pertinet & ipsum velle: Nam si volumus, est, si nolumus, non est. Non n. vellemus, si nollemus. Si autem illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus ne nobis libertatem auferat voluntatis.*

Omnino credebat Cic. praescientiam futurorum, non nisi certo ordine causarum praecedentium niti, quem ordinem fatum vocabat. August. autem, certum causarum ordinem minime negat, sed in hoc ordine causarum Dei voluntatem statuit eamque praecipuam quae alias moderetur; sed fatum dici negat, nisi quatenus à fando dicitur, ita ad voluntatem Dei notandam accommodari possit. Suarez autem praescientiam futurorum introducit nullo causarum praecedentium ordine fundatam, ut non modo Ciceronem sed & Augustinum sibi repugnantem habeat. *Nec existimavit* (inquit) *Cicero praescientiam rerum futurarum posse cum libertate conjungi.* Sed nequaquam plenariam sententiamque hac de re Ciceronianam constitutionem repraesentat. Ciceronis n. sententia fuit prout dudum accepimus ab Augustino, non praescientiam futurorum simpliciter expositam cum libertate consistere non posse; sed praescientiam futurorum in certo causarum praecedentium ordine fundatam arbitrii libertati damnosam esse. Annon & hoc ipsi Suario visum est? certe nequaquam sic visum fuit Augustino. Sed & praescientiam futurorum haberi non posse nisi concederetur certus ordo causarum antegredientium, fuit etiam opinio Ciceronis, in hoc apice nequaquam reclamante Augustino; licet non Ciceroni tantum sed & ipsi Augustino reclamantibus hodie Jesuitis; quippe qui certo hoc ordine antegredientium causarum valere jusso, ad futurorum praescientiam Deo attribuendam sufficere judicant, quod aliquando in posterum res contingentes aut erunt aut non erunt. Non sic Cicero, non Aristoteles, sed neque sic Augustinus. Vereor etiam ne mentem Aristotelis in hoc negotio, vix capiant Jesuitae. Ad quam pro virili nostra elucidandam progredimur, prementes ipsa Suarii vestigia. *Aristoteles* (inquit) *l. de interpr. c. 8. negat propositiones de futuro contingenti habere determinatam veritatem, donec ponatur in esse.* Operae pretium fuerit illa diligenter advertere; *donec ponatur in esse*, nempe contingens illud futurum (quod dicitur) de quo sic propositio procedebat. At hic repones, propositionem illam falsse de re futura; exemp. grat. idibus Martii formo propositionem hujusmodi: Caelum pluvium erit Calendis Augusti. Hanc propositionem negaret Aristoteles (referente Suario) habere determina-

minatam veritatem donec illud ponatur in esse, hoc est, donec calendæ Augusti advenerint, & eo die cælum pluviam demiserit. At quomodo dicetur propositio illa de re post aliquot menses futura non habere veritatem determinatam, priusquam menses illi elapsi fuerint, & res illa (quam propositio enunciaverat) jam desierit esse futura. Non nego sic instituendam esse juxta sententiam Aristotelis, à Suario satis fideliter exhibitam. Sed nonnon [illegible] vindice nodus visus est Suario, vel tam difficilis interpretatio; quippe cum expositionem commodam videatur indigere? Dabo itaque operam, ut in hoc negotio Suaris vices suppleam: Sic itaque instituo. Propositio de futuro contingenti dici potest vera hoc est veritatis determinatæ vel propter determinationem antecedentem futuri contingentis existentiam, vel propter determinationem consequentem. Si propter determinationem antecedentem, qualis manifeste locum habet in futuris necessariis; (illa enim antequam fierent jam in causis determinata sunt ad existendum pro futuro) certe prius habet veritatem determinatam propositio de futuro contingenti, quam futurum illud contingens ponatur in esse. Sin nulla detur hujusmodi determinatio antecedens expectandus est eventus, & quam primum contingens illud ponetur in esse, dicenda est propositio illa determinatæ veritatis, non antea tamen: non quod veritas illius jam sit de re futura, sed potius de præsenti. Sententia hæc reddita, rem contingentem antequam determinetur ad existendum, nullam habuisse determinationem ad futuritionem, quippe cum non magis futura esset quam non futura, ad utramque conditionem indifferenter se habens. Fuit hæc sententia Ciceronis, fuit Aristotelis, addo idque bona cum ratione, vindicata ex suppositione nullius ordinis causarum antegredientium ad res contingentes producendas efficaciter operantium. Hæc etiam est Suarii & Jesuitarum ferè omnium sententia, modo congruenter loquantur; cum certissimum sit, disponentem Dei providentiam circa actiones humanas, nihilo magis agnitam esse à Jesuitis illis quam fuit agnita ab Aristotele aut Carneade, quod & me æquis rerum æstimatoribus demonstraturum esse confido. Fere totidem verbis hoc ipsum agnoscit Suarez, idque non semel; Etenim quæstione hac urgente, ut quomodo res merè possibilis evadit futura, lectoribus suis exponat; non aliter sese expedire solet, quàm dicendo quia erit; quod quidem nihil aliud est quam veritatis propositionis alicujus de futuro contingenti determinationem nequaquam antecedentem facere, ad futuri illius contingentis existentiam actualem, sed tantummodo consequentem introducere. Atque hinc sequitur [illegible], futura contingentia omnino præsciri non posse; non quia quod non est non scitur, prout nimis dilutè ratiocinatur Suarez. Nam & Aquinas dicta opera probat etiam non entium scientiam Deo competere, & juxta manifestam rationem, licet non entia sciri non possint, quia sunt tamen, & sciri possunt quod possibilia sint, atque etiam quod futura sint, licet pro præsenti sint non entia, sed quod non magis futurum est quam non futurum, quî fieri potest ut dum in isto statu manet, sciatur tanquam futurum? Et si res possibilis deter-minetur ad futuritionem non magis futura est quam non futura; At hujusmodi determinationem non magis agnoscit Suarez cum suis Jesuitis, quam olim Aristoteles agnovit aut Marcus Cicero. Quod autem dicit Suarez juxta Aristotelem propositionem de futuro contingenti nec veram esse nec falsam, ex positionis [illegible]. Nam si quis hodie dicat, Calendis Augusti pluet; si pluvia hodie [illegible] futura Calendis illis, nec sit hodie determinata ad futuritionem die illo, videtur ea propositio [illegible] non vera, sed & falsa, est [illegible]. Verum intelligendum est falsam quidem [illegible] enunciatio de determinatione ad futuritionem antecedente ad existentiam contingentis actualem. Verum cum procedat de determinatione ad futuritionem subsequente seu consequente ad existentiam ejus actualem, sicut non est vera, ita neque falsa, sed indifferens; Nam si [illegible], nunquam pluat calendis illis designatis, tum dicenda est illa propositio fuisse non vera; si vero pluere contingat, tum dicenda est fuisse minime falsa.

III. Certe sic colligit Aristoteles, *Si propositio de futuro contingenti sit determinate vera vel falsa*, impeditur [illegible] contingentiam; [illegible] de [illegible] determinatione intelligendum est Aristoteles, nempe de determinatione antecedente rei futuræ contingentis existentiam, qualem non communiter [illegible] determinationem ad futuritionem in contingentis [illegible] ipse existentia. Autem & hujusmodi consequentem [illegible] habent ipsi Jesuitæ: Ita ad contingentiam [illegible] [illegible] alium determinationem qua res natura sua merè possibiles evadunt futuræ, [illegible] ad actualem rerum existentiam [illegible] contingentes futuras esse prædicat Suarez quia erunt; hoc, quia certo tempore [illegible] ex potentia in actum [illegible]. Ad eundem modum intelligenda sunt illa, *Si talis propositio est determinate vera, [illegible]*, nempe si sit determinate vera antequam [illegible] illud contingens existat, idque propter certum aliquem causarum productionem ipsa antegredientium; sic enim illa intelligenda sunt secundum Ciceronem & Aristotelem. Et juxta hunc intellectum [illegible] Suarius ipse [illegible] consequentias illas omnes pro legitimis [illegible] agnosceret.

Dico primo, Deum præscire & præscivisse futura contingentia, est de fide; [illegible] Ecclesiæ [illegible]. Domino Deo antequam crearet omnia sunt cognita. [illegible] De quibus Psalm 138. [illegible] Isaiæ [illegible] Signa & monstra sua antequam fierent, & eventus seculorum & temporum [illegible] prænunciat futura. [illegible] propositum Dei, [illegible] 41. Annunciate nobis futura, & [illegible] quod de hoc contingentibus [illegible] *veritatem habet [illegible] ab homine vel ab Angelo [illegible] prædici possunt. Hæc etiam futura homo per conjecturas prædicere possunt, etiam valde probabiliter, [illegible] prædicere possunt, sed non sine periculo deceptionis. Deus autem [illegible] futura libera [illegible] prædicit [illegible] præscripsit [illegible]. Propter quod, [illegible] Tertullianus*

l. 2. cont.

l. = [illegible], Marc. [illegible] Deum quot fecit Prophetas, tot habere testes præscientiæ suæ. *Plura de hac veritate videri possunt in August. alis supra & 15 de Tri. c. 7. & seq. & 5. de Civit. ad lit. c. 15. & 18. & in Fulgent. de fide ad Pet. c. 41. & 53. Anselm. l. de præscient. & lib. arb. cap. 1.*

II. Rationes congerit D. Thom. 1. cont. Gent. c. 66. & 67. Et ratione id probatur ex divina perfectione; quia si hæc futura ignoraret, non posset mundum gubernare, & providentiam [illegible] gerere. Unde August. supra dixit, proprium ignorare [illegible], qui & Deum esse admittit, & Deum facit ignorantem futurorum. Et Plato Philos. in lib. de Theologia c. Ægyptiorum, inter beatitudines Dei ponit, quod scientia præoccupat quæcunque sunt. Præterea declaratur hoc modo; quia vel Deus scit hæc contingentia, quando ponuntur in esse, vel non: hoc posterius nemo dicit, quia Angelus vel homo hæc cognoscit, saltem quando sunt præsentia: ergo multo magis Deus: si autem tunc illa cognoscit, ergo & antea, quia scientia Dei augeri non potest, ita ut aliquid novum sub illam cadat, tum propter immutabilitatem, tum etiam quia paulatim discere, quocunque modo fiat, magna imperfectio est. Confirmatur, quia si Deus in tempore aliquid de novo inciperet velle, imperfectionem in illo indicaret: ergo multo magis si aliquid de novo scire inciperet. Tandem probatur à priori, quia hoc ad primum est scibile, & scientia Dei in se infinita naturaliter & necessario repræsentat omne scibile. Superest autem probandæ propositioni ultimò assumta.

Extra controversiam est apud Christianos omnes, futura omnia quantumvis contingentia Deo nota fuisse idque ab æterno; Neque mirum, cum nihil perfectum aut sit aut futurum sit in rerum natura, cujus productionem non operetur ipse Deus, idque in genere causæ efficientis, consequenterque, cujus productionem non ab æterno decreverit, qua de re nulla fere inter Christianos hodie saltem eruditiores viget controversia. Hanc autem rationem missam facit, quippe cum nullam congruentiam habeat cum illa quam hic exercendam censet Suarez historia.

II. Hujus Thesis rationes à Thoma congestas dicit 1. cont. Gent. c. 66. & 67. quarum tamen nullam commemorat. Certè Aquinas lib 1. cont. Gent. c. 63. septem rationes repræsentat, quibus aut adversarii aut inter eos aliquis induci potuisset, ut notitiam singularium divinæ cognitionis perfectioni subtraheret; quarum prima petitur ex conditione singularitatis eorum; secunda ex eo quod non semper existunt; tertia ex contingentia eorundem conditione; quarta ex eo quod libere sunt plurima, à voluntate rationali; quinta ex infinitate; sexta ex vilitate; septima ex multitudine eorundem. His omnibus occurrendum censuit Aquinas singularis solidè capitibus ad singularum reprobationem destinatis. Cap. 66. probat Aquinas Deum cognoscere ea quæ non sunt. Operæ pretium fuerit unam & alteram rationem ex multis repræsentare. Itaque secunda hujusmodi est: *Cognitio divini intellectus comparatur ad res alias sicut cognitio artificis ad artificiata, cum per suam scientiam sit causa rerum. Artifex autem sua artis cognitione, etiam ea quæ nondum sunt artificiata cognoscit: formæ enim artis ex ejus scientia fluunt in exteriorem materiam ad artificiatorum constitutionem.* Ratio quinta sic se habet, *Effectum aliquem in sua causa cognosci potest antequam sit: sicut cognoscit Astrologus eclipsin futuram ex consideratione ordinis cœlestium motuum, sed cognitio Dei est de rebus omnibus per causam. Se enim cognoscendo, qui est omnium causa, alia quasi suos effectus cognoscit, ut supra ostensum est,* nempe c. 49. quo in loco probat Deum cognoscere alia à se tribus rationibus, quarum extrema ex eo petuntur quod Deus sit causa rerum: media vero, ex eo quod sit exemplar rerum. Cap. 67. progreditur Thom. probatque etiam futura contingentia à Deo cognosci. In hujus autem probatione ita se gerit, ut vel maxime sollicitus sit, ne scientia divina rerum contingentium futurarum ita astruatur ut contingentiæ earundem præjudicetur. Tertia tamen ratio sic procedit; *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completa, si non impediatur: Sed cum Deus cognoscat omnia, ut ex supradictis patet, scit non solum causas contingentium, sed etiam ea quibus possunt impediri. Scit igitur per certitudinem an contingentia sint vel non sint.* Rationem istam Ferrariensis procedere vult *de effectu causarum naturalium, quia fortassis* (inquit) *de effectibus voluntatis, cognitio causarum & impedimentorum non sufficit ad certitudinem cognitionis, nisi cognoscatur ipsa causa, ut actu ultimate operans non impedita, quod est cognoscere effectum, ut jam est in suo esse, non autem solum ut est in causa.* At inquam, cur ergo tam sollicite distingueret Aquinas inter causam necessariam & contingentem, ex quarum nimium ad invicem comparatione argumentum illud extruit; cum satis constet quod seclusis agentibus rationalibus, cætera omnia agentia sint agentia naturalia & necessaria, licet impediri possint; sed & nulla causa adeo necessariè agit ut non possit impediri: licet alia minus aut magis aliis obnoxia sint impedimenti. Sed & ratio quam adhibet Ferrariensis nequaquam obtinet, nisi si clusa operatione causæ primæ. Et quamvis concederem tota tantum probat Deum hoc modo non tantum in causa, sed etiam in seipso cognoscere effectum concomitanter, quod quidem cognitioni ejusdem effectus in causa sua nihil præjudicat, sed tantum aliquid amplius addit: obiter advertas Ferrariensem in rationem quintam hujus capitis commentantem profiteri disertè, rem contingentem non esse *prius scibilem formam*, *quàm sit volita forma*. Cap. 68. probat Deum cognoscere motus voluntatis; Ratio autem tertia hujusmodi est; *Sicut esse* (divinum) *est primum, & per hoc omnis esse causa: ita suum intelligere est primum, & per hoc omnis intellectualis operationis causa. Sicut igitur Deus cognoscendo suum esse, vel intelligendo cognoscit esse cujuslibet rei: ita cognoscendo suum intelligere & velle cognoscit omnem cogitationem & voluntatem.* Concluditque dominium quod voluntas habet supra suos actus, nihil impedire quo minus detur congruum fundamentum divinæ cognitionis motuum voluntatis quod quidem ponit in influentia causæ superioris, idque in hæc verba: *Dominium autem quod habet voluntas supra suos actus, per quod in ejus est potestate velle vel non velle, excludit determinationem virtutis ad unum, & violentiam causæ exterius agentis: non autem excludit influentiam superioris causæ, à qua est ei esse & operari, & sic remanet causalitas in causa prima, quæ Deus est, respectu motuum voluntatis, ut sic Deus seipsum cognoscendo hujusmodi cognoscere possit.* Pergit Suarez in confirmatione ejus de quo Christianus nullus dubitat; *Probatur* (inquit) *ex divina*

perfectione, quia si hæc futura ignoraret, vix posset mundum gubernare, & providentiam convenientem illius gerere. Aquinas in quæst. de scien. Dei art. 12. in resp. Si Deus futura contingentia non cognosceret, non *haberet* (inquit) *providentiam de rebus humanis quæ contingenter eveniunt.* Suarez vero sententiam Thomæ nonnihil temperat cum ait, Deum si hæc futura ignoraret vix potuisse mundum gubernare & *providentiam convenientem illius gerere.* Quod tamen tantum dicitur, nulla verò rationis evidentia confirmat. Addit Augustinum supra dixisse, *proprium ignorare* [illegible], *qui & Deum esse admittit, & Deum facit ignorantem futurorum*; Verum hujus rei demonstrationem ex Augustino nobis non communicat; ex locis Augustini superius indicari videtur designare locum posteriorem ex 5. lib. de Gen. ad literam c. 5. ubi sic August. *non oportet eum* (puta hominem) *esse tam excordem, ut Deum, quæ non noverat, fecisse arbitretur.* Loquitur hic de operibus Dei; & jam professus est Suarez *scientiam futurorum nullam habere difficultatem ex libertate effectus vel actionis in ordine ad divinam voluntatem*; Hoc ipso significans omnem difficultatem versari circa effectus in ordine ad voluntatem creatam; de cujus generis effectibus nequaquam loquitur Augustinus de Gen. ad lit. lib. 5. c. 15. Verum si Deus is sit, quo nihil melius excogitari potest, & melius sit cognoscere futura & quicquid cognoscibile est, quam ignorare; videtur hinc sequi, aut Deum penitus negandum esse, aut scientiam futurorum contingentium ei tribuendam. *Bradwardinus* autem li. 1. c. 1. coroll. p. 10. sic disputat: *Cognoscit Deus se secundum suam essentiam, & secundum omnes suas conditiones, relationes, & circumstantias universas. Sed non est res aliqua, cujus Deus non sit causa principalis, & finis, sicut & Philosophi confitentur.* Rursus, *Si Deus quædam vera nesciret, posset desiderare & velle scire illa; omnis etenim rationalis natura naturaliter scire desiderat, quare & tunc per partem proximam haberet voluntatem universaliter effrenatam, posset illa scire & non noscere: quia tunc non semper esset actualissimus, scientissimus, perfectissimus, beatissimus, & immutabilis penitus contra tertiam partem & sextam. Necessario ergo æternaliter cuncta vera novit.* Ratio autem quam adjicit Suarez, licet etiam adhibeatur à Durando in 1. dist. 38. q. 3. his verbis. *Constat quod Deus cognoscit contingens dum est præsens, puta Socratem currere, alioquin ego cognoscerem illud quod Deus ignoraret: si ergo non cognoscebat hoc prius quando fuit futurum, sequeretur quod aliquid accrevisset suæ scientiæ quod est impossibile*; attamen non exiguam patitur difficultatem. Nam dum contingens præsens est, cognoscit Deus præsens esse; At præsens esse minimè cognoscebat Deus antequam præsens esset; An verò sequitur, quia Deus cognoscit contingens præsens esse dum præsens est, ergo etiam cognoscebat contingens futurum esse dum futurum erat? Imò nullum hic vestigium consequentiæ formalis; tam quia non modo natura Angelica, sed & humana cognoscit contingens præsens esse dum præsens est, nec tamen propterea sequitur aut hominem aut Angelum cognovisse contingens illud futurum fuisse quamdiu futurum erat. Sed & disparem harum rationem esse manifestum est, de quo Suarium ipsum appellare ausim. Nam dum contingens præsens est, habet certam causam quæ ipsum determinet ad existendum pro præsenti, cum antea potuisset non existere. At quamdiu contingens est, ipsum aliquid existeret, quæ demum causa hoc posset, quâ rem contingentem natura sua non magis [illegible] quàm non futuram determinet ad futuritionem sive ad existendum pro futuro. Denique si Deus pro ea qua est immutabilitate semper novit contingens præsens esse (quod tamen non diceret Suarez, licet hoc dicendum ipsi fuisse videatur) pari ratione propter eandem immutabilitatem, necesse est, ut & in æternum cognoscat. Futurum esse, quod semel futurum esse noverat; & ab æterno cognoverit præteritum esse, quod aliquando præteritum esse cognoverat. Nec tamen ignoro, quid profiteatur Durandus in 1. dist. 39. q. 2. num. 14. nempe *Deum ab æterno scire Antichristum nasciturum pro tali tempore, & nasci pro tali, & natum pro alio.* Sed quis non videt quam ea difficultates hinc emergant, & quam parum explicabiles? nempe hinc sequitur Antichristum ab æterno nasci, ab æterno natum; tum enim vera essent illa, ne a Deo quidem cognoscerentur. Imò dum ista ita se habere Deus cognoscere dicitur, Deus ipse (ut videtur) ne tam cognosceret quàm crearet. Nec tamen diffiteor [illegible] esse istas difficultates; sed rem eruditione sua dignam præstitisset Suarez, si difficultatem ex superiore argumentatione emergentem diluisset. Scio Durandum propositionem istam de Deo *ab æterno sciente Antichristum nasciturum pro tali tempore, & nasci pro tali, & natum pro alio* explicandam sibi proposuisse, & ad fidem sibi conciliandam reddendam comparationem; nec tamen adeo feliciter, ut nulla supersit difficultas. Meo judicio, scientia divina contingentia cognoscens, idcirco non tantum dum contingens præsens esse cognoscit, ne quia antea etiam præsens esse cognoverat, sed potius quia probè sciebat esse futurum. Idem enim, meo judicio, est cognoscere contingens tanquam futurum, priusquam existentiæ ejus actualis tempus advenerit, & tanquam præsens quum advenerit, & tanquam præteritum postquam desierit. Atque hæc omnia mihi videntur commodè revocari posse ad notionem unam; quæ sic cognitio contingentium in esse valido pro certo tempore. Quomodo hanc difficultatem solvendam considerandum esse censuerit Suarez, nondum assequor; verum hoc genus solutionis quod in medium attuli, quam parum faciat ad palatum Jesuiticum haud difficile est conjicere. Sed quanticunque pretii fuerit ratio superior, tamen à posteriori tantum procedere non dissimulat Suarez; itaque tandem in ratione alia aliunde sumpta & à priori petita potius acquiescendum esse judicat. Ea autem hujusmodi est, *Objectum* (nempe omne futurum contingens) *est scibile. Sed scientia Dei, cum sit infinita naturaliter ac necessariò repræsentat omne scibile. Ergo.* At parum accuratè ingenii Suarez dum sic philosophatur. Neque enim scientia repræsentat scibile; per scientiam enim Deus scit ea quæ scibilia sunt potius quàm repræsentat. Essentia Dei potius repræsentat res omnes tanquam scibiles, quam scientia; quippe cum essentiam suam cognoscendo cogno-

cognoscit etiam alia omnia, tanquam in essentia Dei [illegible]. Rursus licet essentia divina [illegible] repraesentet omnia scibilia, non tamen necessario repraesentat omnia naturaliter & necessario, sed ea tantum repraesentat naturaliter & necessario quae naturaliter & necessario scibilia sunt; quia scibilia sunt omnia in genere possibilium; alia vero non sunt naturaliter & necessario scibilia sed contingenter duntaxat & libere, qualia sunt omnia contingentia in genere futuri; quippe cum natura non magis futura sint quam non futura. Hinc est quod Durandus etiam profiteatur essentiam Dei non nisi quia volens est illa repraesentare. Hinc est quod Scholastici Deo tribuunt scientiam non modo naturalem, sed & liberam. Denique falsum est, contingens futurum scibile esse natura sua magis in genere futuri, quam in genere non futuri; & per consequens, nisi ostenderit Suarez quomodo ex conditione rei indifferentis transierit in conditionem rei ad futuritionem determinatae, licet Dei scientia sit infinita, tamen hinc non magis sequetur rem contingentem a Deo sciri tanquam futuram, quam tanquam non futuram. Sed cum Suario pergamus.

Futura hæc determinatam habent veritatem.

Dico secundo, Hæc futura contingentia, quæ a nobis per propositionem de futuro significantur, antequam in tempore fiant, atque adeo ab æterno habent determinatam veritatem, secundum quam cognoscibilia sunt, & a Deo præsciuntur. Ita docent frequenter Theologi in 1. distinct. 38. præsertim Gregorius q. 1. art. 2. Gabriel q. 1. art. 1. Bonavent. art. 2. q. 1. Ricard. artic. 1. q. 5. ad primum. Major & Occam. q. 1. Capreol. dist. 38. q. 1. art. 2. ad arg. cont. 6. conclus. & ibi Scot. q. 1. Marsil. q. 40. ad 3. Et mihi videtur sequi necessario ex principiis fidei, si in terminorum significatione conveniamus. Nam nominales multa fingunt de propositione determinate vera, ut Aristotelem interpretentur, quæ late refert Corduba l. 1. q. 54. dubio 2. & infra breviter attingam. Nam suppono propositionem de futuro contingente esse determinate veram, nihil aliud esse, quam veritatem & non falsitatem ei convenire & inesse, sive illa veritas ei necessario conveniat, vel absolute, vel ex suppositione, sive alio modo, & sive illa veritas occulta sit, sive nota: nam hæc omnia extrinseca sunt ut simpliciter & intrinsece dici possit, veritatem definite seu actu convenire tali propositioni.

§ 1. Hac igitur significatione supposita, patet conclusio: primo a posteriori, ex principio fidei. Nam Deus cognoscit hæc futura & ea revelat, & dicit Petrus peccabit: & tamen non cognoscit, aut revelat, aut dicit nisi verum: ergo hoc est simpliciter & actualiter verum, & hoc est esse determinate verum. Nam si Propheta enuntians talem propositionem determinate verum dicit, dictum etiam ipsum & secundum se & prius quam dicatur determinate verum est: hæc enim correlativa sunt. Confirmatur: nam si non esset hoc modo verum, non esset cognoscibile determinate potius hoc quam illud futurum, quia unumquodque cognoscibile est sicut est, si debet vere cognosci: ergo si ipsum in se non est determinate verum, ergo neque est determinate futurum: ergo non poterit hoc modo cognosci etiam a Deo; quia quod in se non est cognoscibile nec verum, implicat non cognosci; sicut quod non est fallibile in se, non potest falli etiam a Deo. Quin potius ulterius sequitur, quod si hæc futura non habent determinatam veritatem, judicium de illis ut determinate veris sit falsum, quia non habet conformitatem cum objecto. Nam stante ista suppositione, quod hæc propositio, Petrus peccabit, *non est determinate vera, judicare de illa in actu signato, quod sit determinate vera, erit falsum judicium: nullum ergo tale judicium determinatum habere poterit Deus de his futuris. Vel e converso, si illud habet, ut revera habet sicut ipsum judicium verum est; ita & in objecto ejus est determinata veritas. Unde antiqui Patres, quos infra referemus, ajunt Deum præscire hæc futura, quia illa futura sunt: si ergo illa futura sunt, propositio enuntians illa esse futura, determinate vera est. Nam ex eo quod res est, vel non est, propositio vera vel falsa est, idemque argumentum fiet licet cum aliis dicatur, hoc est futurum quia Deus novit esse futurum: nam saltem inde habebit determinatam veritatem: sicut ergo scientia Dei æterna est, ita hæ propositiones ab æterno habent determinatam veritatem.*

Hæc futura contingentia habent ab æterno veritatem determinatam, sic Suarez. Quid vero, an omnia contingentia sunt futura, an potius aliqua tantum? Probabilius non omnia; quæ tamen omnia quatenus contingentia, natura sua non magis futura sunt quam non futura, qualia sunt inchoata omnia quæ sunt a libero hominum arbitrio. Unde fieri [illegible], ut aliqua ex istis eaque comparatione cum aliis habita, paucissima sint futura, reliquis omnibus minime futuris. Etiam illa quæ vocas futura contingentia, quæ ut ad futuritionem determinentur, cum natura sua mere sint indifferentia tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Non dicimus Antichristi tyrannum futurum esse, Judæorum ad Christum conversionem per fidem & resipiscentiam futuram esse, quia scilicet horum utrumque a Deo decretum est & positive ad futuritionem determinatum, alias non magis futurum quam non futurum. Ad eundem modum temporibus Jeroboami, futurum fuisse dicimus, ut Josias prophetarum ossa super altare Bethelis combureret; etiam futurum fuisse ut Judæi captivi ducerentur in Babyloniam, etiam post septuaginta annos re-

versum; Ratio est, quia Deus hoc tempore præstituto fore decreverat. Verum sic instituere minimè placet Iesuitis; ostendam igitur qua æquitate contingentia quæ hîc futura vocent nisi aliunde possint expedire qui fiat, ut ex conditione rerum merè possibilium, & tam ad non futuritionem quam ad futuritionem indifferentium, migraverint in conditionem rerum futurarum, sive ad futuritionem determinatarum. Hic se in angustias compingi dissimulare non possunt Iesuitæ; è quibus tamen ut se liberet Suarez, respondere solet, ideo futura dici quia erunt. At inquam, hoc non est sese extricare, sed fallere aut saltem aliis imponere, dum liber videri vult, cum tamen nihilo minus compedibus constrictus sit quàm prius. Nam sicut contingentia non magis futura sunt natura sua quàm non futura, ita etiam consequens est de iis non magis dici posse quod *erunt*, quàm quod *non erunt*. Et qua quæso sobrietate dici potest, quod *erunt* potius, quàm non erunt, si modò non magis futura sint quàm non futura? Quare aut causa aliqua repræsentanda est per quã ad futuritionem determinata sint, aut non magis habenda sunt pro futuris quàm pro non futuris. Rursus cum dicit Suarez *hæc futura contingentia habent determinatam veritatem*, quæro in quo genere veritatem determinatam habeant, an quid in genere possibilis, an in genere præsentis actualiter, an in genere præteriti, aut futuri? In genere possibilis tam non futura determinatam veritatem habent quàm futura. Etenim omnia contingentia natura sua sunt possibilia; itaque si dicitur veritatem horum determinatam esse in genere possibilis, frustra dicitur. Rursus in genere actualis præsentiæ veritatem determinatam non habere ista contingentia certò certius est, sicut nec in genere præteriti; Nam & sunt & dicuntur futura, & proinde nec præsentia sicut nec præterita. Superest igitur ut veritatem determinatam habere dicantur in genere futuri. At inquam hoc nihil est quàm esse futura. Sicut aliquid habere veritatem determinatam in genere præsentis aut præteriti, nihil aliud est quàm esse præsens, aut esse præteritum. An igitur sobriè accessit Suarez, dum tanta cum gravitate dictat seu potius demonstrandam in se recipit thesin istam. *Hæc futura contingentia determinatam habent veritatem*, cùm hoc perinde sit ac si in se demonstrandum reciperet *futura esse futura*. Cùm potius hunc in modum disserendum fuisset Suario; *Quicquid futurum est, etiam cognoscibile est in genere futuri*; nam si futurum est aliquid, hoc ipso verum est dicere illud aliquid futurum esse; omne autem verum est cognoscibile in quocunque genere verum fuerit. *Quædam contingentia sunt futura*, ergo *etiam cognoscibilia sunt in genere futuri*. Sic autem si processisset Suarez, concessa propositione majori, de minoris veritate cum Suario collationem liberiùs haberemus. Nec tamen quoad ejus τὸ ὅτι, sed quoad ejus τὸ διότι, nempe unde factum sit quod cum alia contingentia non magis futura sint natura sua quàm alia quæcunque; adeoque nihilo magis propendeant ad futuritionem quàm ad non futuritionem, hæc tamen ipsorum indifferentia naturali nihil obstante dicantur esse futura. Necesse est enim ut ab extrinseco accedat hujusmodi determinatio de causa igitur determinationis istius videndum est. Rursus cùm satis constet determinationem istam factam esse ab æterno; (nam quæcunque futura sunt olim erant ab hodie futura, non nisi ab æterno futura erant) hinc sequitur determinationis illius causam fuisse etiam ab æterno. At inquam extra Deum nihil fuit ab æterno; ergo consequenter in ipso Deo causa determinationis illius investiganda esse. Ergo vel ipsam Dei essentiam hujus determinationis causam esse oportebit vel scientiam, vel voluntatem. Verum ad istam profunditatem rimandam nequaquam progreditur Suarez, sed ex populari modo loquendi veritatem causæ suæ. Vulgo enim ita loquimur de futuris contingentibus, ut futura ea vocemus, quæ tamen tradunt probè numinon magis futura esse quàm non futura natura sua. Et proinde licet vocentur futura, revera tamen habenda esse tantùm pro contingentes futuris, hoc sensu ut possint quidem fieri, sed & identidem fieri possit ut non fiant; hoc est nondum determinata in alteram partem sive ad existendum actualiter, sive ad non existendum. Imo Peripatetici determinationem contingentium ad existendum agnoverunt; determinationem eorundem ad futuritionem existentiæ ipsorum actuali præcedaneam nunquam agnoverunt; Agnoscunt tamen & hanc Iesuitæ, nec alio fundamento nituntur, quàm quo nisus est Aristoteles ad determinationem illam fundus evertendam. Fundamentum autem illud est, determinatio contingentium ad existentiam actualem.

II. Sed pergit Suarius probaturus quod in se receperat, idque primò à posteriori: Hoc lectorem velim diligenter advertere; Nam prima thesis Suariana fuit, *Deum præscire futura contingentia*, in cujus probationem unicam rationem exhibuit à priori, quæ quidem agmen claudebat. *Tandem probatur à priori, Quia hoc objectum est scibile, & scientia Dei cùm sit infinita repræsentat omne scibile. Superest autem*, inquit, *probanda propositio ultimò assumpta*: ea autem hæc fuit *Hoc objectum est scibile* cujus probationem agitat sectione ista. Quomodo autem probat? nempe *à posteriori, quia Deus tale objectum cognoscit*. Repræsentemus hic integrum Suarii discursum; Sic itaque habetur. *Deus præscit futura contingentia. Probatur à priori, quia hæc futura sunt scibilia*. Hoc autem probatur à posteriori, quia *Deus cognoscit hæc futura*. Ex his videat lector utrum sobriùs ad hanc argumentandi methodum accesserit Suarez, an potiùs vertigine percussus. Si modò candidè versaretur in hoc negotio Suarez; in accessendis hujus veritatis origine (quemadmodum à priori se quod susceperat demonstraturum præferebat) quis non advertat operam ei in hoc unum exponendam fuisse ut ostenderet causam scibilitatis in objecto isto; præsertim cùm objecta illa (nempe contingentia) cùm sint jam magis scibilia sint (tanquam futura) natura sua quàm tanquam non futura. At cum huc deventum est, nempe ad caput controversiæ, defugit terminum agit Suarez, & objectum hoc scibile esse à posteriori se demonstraturum profitetur. Et in hac probatione, quam nemo sobrius vel terminis redimendam censeret, admodum verbosus est. Omitto admirandus

est

[illegible] aliquid quod [illegible] ad instantiam à Sua-[illegible] fictione futuri contingentis [illegible] est, *Petrus peccabit*. Hic enim perpetuus [illegible] Jesuitæ, præsertim Suarius, et cum vera & falsa [illegible] definimus, à conditione [illegible] quæ [illegible], mendicent aliquid quod [illegible] propriè [illegible] & ad lectores [illegible] in [illegible] ipsorum præparandos idoneum. Advertamus hic astum Suarii [illegible]. Nihil ipsi [illegible] verè est, quàm ut [illegible] detrectet, ne divinæ voluntatis determinationem habeat tanquam causam, in quam rejiciendæ sit rerum contingentium [illegible]. Hæc est [illegible] in contingentibus [illegible], quorum auctorem esse non posse Deum, [illegible]. At Jesuitæ hoc etiam agunt, ut credi lectores [illegible] habeant, *nisi ut peccatum sit, & , aversum esse peccati*. Atque ad ista confundenda [illegible] tradidit [illegible] adversarios, & habent gratissimum. Ea [illegible] non ignorent, apud homines vulgares in Theologicis [illegible] valde rationabile videtur, ut [illegible] actiones [illegible] Deo [illegible] sunt, [illegible] Deo [illegible], futuras esse; vel [illegible] caverent sibi, ne rei contingentis institutionem aliquam exhiberent [illegible], ne sic hac [illegible] obessent sibi quam prodesse [illegible] altera. Itaque [illegible] hoc proponere *Petrus peccabit*, [illegible] *Petrus resipiscet*: Hæ sunt artes Jesuitarum; [illegible] causæ quam [illegible] nihil [illegible] petitationis illius [illegible], nihil [illegible], cum Deus statuerit hominem & tentationibus exponere & sic expositum gratia corroborare [illegible], cum esse peccaturum, quàm Deus statuerit gratiam ad resipiscentiam efficacem concedere, eundem esse [illegible]. Ad reliqua [illegible] pergimus.

[illegible] *Præterea assendo fieri non posse, ut hæ propositiones absolutè prolatæ nec sint determinatè veræ, nec determinatè falsæ; quia hoc ipso quod negatur esse veras determinatè, sequitur necessariò esse determinatè falsas; si determinatè affirmant fore vel non fore, quod tamen non est determinatè futurum, vel non futurum: [illegible] determinatè futurum, non esset vera propositio. Impossibile verò est omnes has propositiones de futuro esse determinatè falsas [illegible] quia alias Deus cognosceret illas ut falsas, quod [illegible] est [illegible] ipsi [illegible] hanc propositionem esse determinatè falsam [illegible] contradictoriæ [illegible] possunt esse simul falsæ. Vide Aristotelem [illegible] esse verum & necessarium, Petrus peccabit vel non peccabit. Et [illegible], quia [illegible] est vera hæc propositio Petrus peccabit, vel non peccabit [illegible] vera hodie, [illegible] alterius partis, quia ad veritatem [illegible] necessarium est, ut altera pars sit vera: ergo altera illarum propositionum est nunc determinatè vera, quamvis [illegible] non possit. Dicitur propositionem illam esse veram in sensu [illegible] & confuso, non verè in sensu [illegible] & determinato, [illegible] ut altera pars sit vera determinatè, sed solum ut alterutra confusè futura sit vera, quod non est contingens, sed necessarium. Sed contra hoc est, quia hoc confusio est ex parte cognitionis nostræ, quia nescimus determinatè in quo membro* [illegible]

[illegible] *verificandam sit, tamen in re ipsa [illegible] determinatam.*

Non sequitur propositiones absolutè prolatas de futuris contingentibus, esse determinatè falsas, si non sint determinatè veræ. Quod ut evincitur [illegible] conditione propositionum procedentium de effectibus necessariis tanquam futuris & effectibus contingentibus. De effectibus necessariis tanquam futuris si procedant, nisi sint determinatè veræ, sequitur eas esse determinatè falsas. Exempli causa, si quis dicat cras futuram esse eclipsin solarem in horizonte nostro, propositio illa nisi determinatè vera sit erit determinatè falsa, ratio est, quia causæ producentes eclipsin solarem nisi determinatæ hodie fuerint ad producendam die crastino eclipsin solarem, certè determinatæ sunt ad eclipsin hujusmodi minimè producendam. At causæ producentes effectum contingentem hodie neque determinatæ sunt ad producendum effectum contingentem secundum Suarium, sed neque ad eundem non producendum. Dico secundum Suarium, non dico ita esse secundum veritatem, nam voluntas Dei & ab æterno determinata est ad producendum effectus contingentes quotquot futuri sunt, & ab æterno determinata est itidem ad non producendum effectus contingentes quotquot futuri non sunt. Verum secundum Suarium non magis determinata videtur ad producendum actiones agentium rationalium, quàm secundum Aristotelem. Quare si dicam, Jesuita cras perduellem aget, si cum Jesuitæ voluntas non est hodie determinata ad perduellionem (non dico meditandam sed) executioni die crastino mandandam, ita nec hodie determinata est ad non exequendam, sed fieri potest ut sit determinata, fieri potest etiam ut non sit, atque hac ratione nec vera est hodie illa propositio determinatè, sed nec determinatè falsa. Videtur, uti videmur, invalidam hujus consequentiæ conditionem; idemque in supplementum addit *si determinatè affirmant fore vel non fore*. At inquam hoc subsidium planè [illegible] est, quasi verè unus esset in affirmationibus hujusmodi, [illegible] istam Suarianam procedere [illegible] vel determinatè vel non determinatè. Dicat alter eclipsin proximo mense futuram; dicit alter, eodem die [illegible]. Forma enuntiationis eadem est, neuter determinatè magis affirmat quàm alter. Uterque tamen affirmat id quod asserit fore, idque determinatè; neque enim alia res quoties dicitur fore, dicitur fore indeterminatè. Verum hæc sunt hominum malè feriatorum ingenia, quoties veritatem invadunt, et errores suos & cerebri sui figmenta tanquam [illegible] dogmata stabilire [illegible]; [illegible] cum [illegible], an præter omnem [illegible] philosophorum, [illegible] non [illegible]. Certè impossibile est, propositiones contradictorias de futuris contingentibus esse determinatè falsas, quocunque modo rationem determinationis rerum contingentium tuearis, sive atheisticè cum Aristotele & Ciceroni, etiam Francisco Suario, sive verè & piè Theologice. Ut minimè necesse fuerit operosam hujus rei demonstrationem instituere, ut est ingenium Jesuiticum argumentorum copia, ubi prorsus argumentis opus non est, abundare [illegible]

tionis humanae. Interea prorsus neganda est illa consequentia Suarezii. *Petrus peccabit vel non peccabit cras. Haec propositio est vera, ergo est vera hodie ratione alterius partis.* Nam nisi hodie detur determinatio aliqua, per quam illa pars altera ex natura indifferenti transeat in conditionem rei determinatae; nonnulla pars altera [illegible] vera non est. At hujusmodi determinationem nullam agnoscit Suarez. Sed exceptionem proponit Suarez quam refellat; Verum adeo infirmè proponitur, ut vix videatur sui compos fuisse cùm illa dictaret; nisi fortè errore Typographi factum fuerit (quod quidem existimus) ut *sensus disjunctus* priori loco positum sit, pro sensu disjunctivo; rursus *sensus disjunctivus* loco posteriori positum fuerit pro sensu disjuncto. Nam sensus disjunctivus idem videtur cum sensu confuso, rursus sensus disjunctus melius quadrat cum sensu determinato. Summa est, nullam partem disjunctivae propositionis ex contradictoriis constantis de futuris contingentibus, veram esse determinatè, sed dumtaxat alterutram confusè. Agnoscimus libenter rem ita se habere, seclusa divinae voluntatis determinatione, quam Aristoteles & Mar. Cicero ignorabant: est enim hoc divinae providentiae mysterium Christianis tantum & Dei populo notum, & ideo [illegible] quis in verbo revelatum, & sicut illi determinationem [illegible] istam ignorabant, ita Jesuitae non admittunt tanquam omnis futuritionis causam licet judicio nostro futuritionis rerum contingentium non modò causa sit, sed & causa salutaris licet cum discrimine; Etenim futuritionis rerum bonarum omnium contingentium causam esse dicimus quatenus decrevit eas facere; rerum autem malarum dumtaxat quatenus decrevit eas ut fierent permittere. Sic sua exceptionis recta constitutio; vide jam quomodo eam refellat Suarez. *Sed contra hoc est* (inquit) *quia hic sensus confusus est, ex parte cognitionis nostrae, quia nescimus determinatè in quo membro disjunctivae illud verificandum sit, tamen in re unum ex ipsis non esse determinatum.* Ex his manifestum est, data opera introductum esse à Suarezio sensum confusum, ut sic confusionem illam ad intellectum accommodaret, eoque commodius rejiceret ad intellectum humanum. At nos dicimus seclusa rei, natura sua, ad alterutram partem contradictionis indifferenter propendentis, determinatione ad alteram; rem semper manere in ista sua indifferentia, (quam propositionum significatam sensum confusum appellat Suarez,) donec actualiter existat. Nihil illo [illegible], quippe cum ex sola terminorum notione fidem concilient. Et cum nullam hujusce determinationis causam agnoscat Suarez perinde est illi, ac si nullam omnino determinationem agnosceret. Sequitur ratio Suarii naturalis.

Suar. *Quod ulterius sic declaro ex re ipsa: quia quando nunc fit effectus contingens, v. g. Petrus peccat, ostendit propositionem antea prolatam de tali futuro fuisse veram; ergo ante etiam fuit determinatè vera, & ab aeterno fuit talis. Nam eadem est ratio de toto tempore praecedente. Consequentia patet, quia ut dictum est, nihil aliud est esse determinatè verum, quam esse actu, & in re verum: Antecedens verò patet tum quia illa propositio non incipit esse vera in eo instanti, in quo Petrus peccat, sive tunc potius quodammodo desinit ejus veritas, & incipit veritas de praesenti; tum etiam quia illa futuri semper conformis fuit objecto, quia revera ita futurum erat sicut per ipsam significabatur.* [illegible] *veritatem propositionum, sed extendit eam quae [illegible]. Tandem ex ipsis [illegible] quaeso affirmat? vel enim affirmat talem Petrum esse indifferentem ad peccandum vel determinatum peccaturum. Primum est planè falsum, quia est contra rem veritatem, tum quia alias hae non essent contradictoriae, Petrus peccabit, & Petrus non peccabit, ut ipse Aristoteles fatetur; sed peccandum per terminos significaretur, quod est contra omnem sensum. Si vero dicatur secundum: ergo vel illud quod nunc praesens est conforme objecto, vel non est: ergo necessariò est determinatè verum, vel determinatè falsum. Dices nondum esse conformem vel difformem, quia nondum est aliud extremum. Sed contra, quia si est praesens in aeternitate, ut multi supponunt, jam satis est: vel etiam si nullo modo, sic praesens secundum existentiam realem, satis est quod necessariò altera pars determinata possit habere illam praesentiam realem, quia propositio non enuntiat rem praesentem sed futuram, & illud cum illa, ut sic, debet habere conformitatem. Hac ergo ratione, quod tenemur veritatem talium propositionum sic esse absolutè, necessariò est determinata, aut opposita falsitas determinata, vel necessariò contradictoriorum alterum esse verum sive determinatè verum.*

Expendamus tertiam Suarezii rationem: ea autem hujusmodi est, *Petrus peccat*, ponamus propositionem illam pro instanti [illegible] veram esse. At si vera sit (inquit Suarez) pro praesenti, *hoc ostendit propositionem antea prolatam de eadem re tanquam futura* [exempli gratia, *Petrus peccabit*] *fuisse veram; ergo antea etiam fuit determinatè vera, & ab aeterno fuit talis.* Summa est, si nunc verum sit Petrum peccare, ab aeterno verum fuit determinatè quod Petrus erat peccaturus pro tempore praesenti. Ego sic respondeo. 1. Consequentiam illam facit Suarez, non revelatione fidei, sed lumine naturae. At inquam Aristoteles, magnum illud lumen naturae, consequentiam illam [illegible] negavit. Itaque videndum est Suarezio, ut consequentiam illam probè confirmet, nec illam tanquam evidentem nobis, cum hoc ipsum Aristotelem, magnum illum naturae mysten, & in consequentiis logicis expendendis accuratissimum, fefellerit. 2. Rursus; in futuritione rerum naturaliter & non liberè provenientium, manifestum est futuritionem earundem nequaquam niti praesentia earundem actuali, quae futuritione posterior est; sed alio prius fundamento quod prius sit cum futuritione, quàm praesentia earundem actuali, nempe causarum naturalium ad agendum determinatione praesenti, quae secundum cursum naturae juxta temporum intervalla procreabunt effectus necessarios. 3. Videat quàm malè conveniunt enthymematis membra. *Petrum nunc peccare verum est; ergo antehac, idque ab aeterno determinatè verum fuit Petrum peccaturum.* Si dixisses, *Petrum nunc peccare verum est determinatè; ergo antea verum fuit determinatè, Petrum peccaturum fuisse pro hoc instanti*, multo congruentius illustrasses enthymematis illius membra. Sed adverte tamen: Petrum quidem nunc peccare (puta cum peccat) verum quidem est determinatè; Ipse enim Petrus se determinavit ad peccandum pro praesenti. Jam ostende si potes, causam consimilem, per quam Petrus jam ab-

tur determinatum esse ad peccandum pro futuro; & ipsa minimè repugnantes habuerit, quin etiam jam antea verum fuisse determinatè Petrum peccaturum esse, haud gravatè concedere parati sumus. Quod si peccatum Petri pro præsenti determinatum sit ad actualem existentiam, unde sequitur verum esse determinatè quod Petrus peccet; nulla autem causa fingi possit, aut peccatum Petri jam antea determinatum fuerit ad futuritionem, sive ad existendum pro futuro; æquum profecto non est, ut jam antea verum fuisse censeatur, quod Petrus peccaturus esset. quare prorsus inconsequens est ista consequentia (quam format Suarez) cùm omnino dispar sit harum consequentiarum ratio, quas tanquam compares sub eodem jugo venire vult Jesuita. Nam pro præsenti, peccatum Petri causam habet determinantem ipsum ad existendum pro præsenti; at ante hoc nulla causa fingetur determinans peccatum Petri ad existendum pro futuro. 4. Esto; Petrus jam peccet, sit hoc verum determinatè; sed simul etiam advertendum, Petrum dum peccat, nonnisi liberè peccare; ita ut ante hoc instans indifferenter se habuerit tam ad non peccandum, quàm ad peccandum, ex quo sequitur, Petrum non magis peccaturum fuisse, quàm non peccaturum: interea verum fuit aut peccaturum fuisse aut non peccaturum. Quare si Petrus sit peccaturus potius quàm non peccaturus, veritas illa ex alia aliqua consideratione oriunda esset, quàm ex solius indifferentiæ Petri consideratione. Agedum itaque de consideratione illa conjecturam faciamus. Nobis, fateor, videtur hæc consideratâ Petri indifferentia, non magis verum fuerat, eum peccaturum fuisse, quàm non peccaturum; attamen in considerationem veniente decreto Dei, Petrum tentationibus exponendi, & in tentatione derelinquendi, Petrum reverà fuisse, idque graviter peccaturum. Suarez verò considerationem istam, & ex ea factam consecutionem nequaquam approbat. Agedum verò, *Si quid novisti rectius istis, Candidus imperti.* Cedo igitur considerationem illam, qua fretus affirmas Petrum, utcunque ex se indifferentem tam ad non peccandum, quàm ad peccandum; tamen reverà peccaturum fuisse? Nihil autem hic habet Suarez quod exhibeat, nisi quod, licet in se tam ad non peccandum, quàm ad peccandum indifferens esset Petrus, unde non alia enuntiatio elici poterat, quàm Petrum aut peccaturum fuisse, aut non peccaturum; tamen consideratur, quod reverà peccaturus esset; hinc esse vult, quod propositio affirmans Petrum peccaturum esse, vera sit. At inquam, nos non tam quærimus, unde propositio affirmans Petrum peccaturum esse, veritatem suam habeat, quàm unde sequatur Petrum peccaturum sit; cum satis constat Petrum indifferentem exstitisse, tam ad non peccandum, quàm ad peccandum; atque hinc tantum sequitur, Petrum aut peccaturum esse, aut non peccaturum. Quod si dicas, Petrum nihil obstante ejus indifferentia tam ad non peccandum, quàm ad peccandum, ideo tamen reverà peccaturum esse, quia peccaturus sit, quam ipsius futuritatem appello, an hujusmodi rationis redditio lubrica sit. Quare prorsus neganda est ista consequentia Suariana, quam tamen ille venditat tanquam evidenter veram. At si evidenter vera fuisset, negari non potuisset ab homine vulgariter intelligente, & sui compote. Scimus tamen negatam fuisse ab Aristotele, cujus sententia hæc est. Contingentia omnia antequam fiant, nec futura esse determinatè, nec determinatè non futura, sed mere indifferentia tam ad existendum pro futuro, quàm ad non existendum. Nempe hoc discriminis intercedit, inter contingentia & necessaria; quod scilicet, ea quæ necessario producuntur, antequam extiterunt actu, determinationem habebunt in causis suis ad existendum pro futuro: sicut Astrologus ex motibus astrorum prædicit ecclypses futuras infallibiliter. Non sic contingentia; sed antequam fiunt, indifferenter se habent tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem. Summa est, ex eo quod Petrus nunc peccat, non sequitur, ergo ante hac, idque ab æterno peccaturus erat; sed potius ex eo quod Petrus peccat liberè, dum peccat, sequitur Petrum, antequam peccaret, indifferentem fuisse tam ad non peccandum, quàm ad peccandum, peccato quocunque impari cuilibet designato. Imo secundum Aristotelem neganda est illa consequentia Suariana, tanquam evidenter falsa; falsa inquam, non quia contradictoria ejus vera fuerit judicio Aristotelis; sed quia neutra pars contradictionis in futuris contingentibus vera dicenda esset juxta Aristotelem. Addo etiam, non modò secundum Aristotelem, sed & secundum veritatem negandam esse illam consequentiam, idque tanquam evidenter falsam, seclusa causæ alicujus determinatione, qua fiat, ut res natura sua tantùm indifferens, idque tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, determinetur ad futuritionem. 1. Nam cùm dicitur Petri determinatio libera sui ipsius ad peccandum est futura; hic futuritio tribuitur Petri determinationi liberæ sui ipsius ad peccandum, idque determinatè; ergo inquam peccatum Petri est determinatum ad existendum pro futuro; ergo vel ex natura sua, vel ex causa aliqua extrinseca. Non ex natura sua; cùm natura sua non magis determinatum sit ad existendum pro futuro, quàm ad non existendum. Sed nec ex causa aliqua determinatum est ad existendum pro futuro: nam si ex causa aliqua determinatum esset; certè vel ex causa secunda, vel ex causa prima. Non ex causa secunda, puta ex Petro ipso. Neque enim Petrus determinavit peccatum suum ad existendum pro futuro, potiùs quàm ad non existendum pro futuro; tum quia determinatio illa facta est ab æterno; (Nam quicquid futurum est, ab æterno futurum erat) tum quia non nisi peccando hoc determinare potuit Petrus. At peccando determinat peccatum suum ad existendum pro præsenti potiùs quàm ad existendum pro futuro. Sed neque ex causa prima determinationem illam fieri dici potest à Suario, quippe qui prorsus excludit determinationem causæ primæ tanquam futuritionem inferentem consequentem. 2. Secundò, idem probatur in hunc modum: Si propositio tribuens rei contingenti futuritionem, esset determinatè vera, tum congrueret rei significatæ. At non congruit, quod sic probo. Quicquid indifferens est tam ad non futuritionem, quàm ad futuritio-

futuritionem, non est determinatum ad futuritionem (nam quod est indifferens ad utramque partem contradictionis, non est determinatum ad alteram.) At res contingens est indifferens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem; Ergo. III. Tertiò, sic disputo; Si res contingens sit determinata ad futuritionem, tum est determinata ad existendum pro futuro; ergo vel seipsa determinata est, vel per aliquid aliud. Non seipsa; nam sicut, quando existit de præsenti, non est seipsa determinata ad existendum pro præsenti; ita quando est determinata ad existendum pro futuro, non est seipsa determinata ad existendum pro futuro. Sin per aliquid aliud; tum vel per causam proximam, vel per causam primam: non per causam proximam; neque enim Petrus ab æterno determinavit peccatum suum ad existendum pro futuro. Sin per causam primam solùm hoc fieri potest, cum seclusa causa prima, nulla hujus determinationis causa fingi potest; & consequenter, seclusa causæ primæ determinatione, nulla res contingens dici potest determinata esse ad existendum pro futuro. Atque hinc est quod Bradwardinus disserat, Si Deus non esset, nihil prorsus aut præsens esset, aut futurum, aut præteritum lib. 1. capite 14. *Coroll.* IV. Quartò; quicquid determinatum est ad futuritionem, determinatum est fieri; at si res determinata est fieri, etiam determinata est fieri ab aliquo agente. Quod si res determinata sit fieri ab aliquo agente; etiam agens ad rem illam faciendam aliquo modo determinatum esse necesse est. Ex cùm determinatio ista facta sit ab æterno; (nam ab æterno res censetur esse futura) quis demum determinationis istius Authorcenseri potest præter Deum? V. Quintò, rei præsentia cum sit, non est idonea causa cur antequam fieret, dicenda esset futura; quod probo multiplici ratione. 1. Quia quæ fiunt necessariò, quando futura erant, non ideo dicenda erant futura, quia aliquando forent (hoc enim dicendo mera nugatio committeretur, & proinde est ac si quis diceret, Res aliqua ideo est futura, quoniam est futura;) sed quia causæ jam antea determinatæ erant ad producendum talem effectum pro futuro: pari ratione & contingentia non propterea dicenda sunt futura, quia aliquando fient; quod perinde est ac si diceretur, ideo futura esse, quia futura sunt. 2. Sicut necessaria ideò futura sunt quia cursus naturæ determinatus est ad ea producenda pro futuro: ita quia cursus naturæ non est determinatus ad contingentia producenda pro futuro: ideo non omnino dicenda sunt futura antequam fiant. 3. Ex eo quod quid contingit liberè, tantùm sequitur, jam antea determinationem causæ ad contingens illud producendum fortè futuram esse. 4. Omnis veri contingentis datur aliqua causa; Petrum peccaturum esse verum est contingens; ergo hujus veri datur aliqua causa. At hujus causa rejici non potest in præsentiam ejus actualem pro futuro. Nam si potuisset, rectè inferretur, Quia peccatum Petri existet pro futuro, ideò pro præsenti verum est, Petrum peccaturum esse. At inquam, hoc modo, nequaquam infertur effectus ex causa, sed potiùs idem concluditur ex eodem. Idem enim est per omnia, sive quis dicat peccatum Petri extitet pro futuro, sive dicat, Petrus peccaturus est. Etenim utrumque nihil aliud significat, quàm futurum esse ut Petrus peccet; quæ autem uni eidem & per unum sunt eadem alicui tertio, sunt etiam eadem inter se. Quare argumentatio Suareziana superius proposita se habet ac si quis diceret; Ideò Petrus peccabit, quia peccabit; vel ideò verum est, Petrum peccaturum esse quia peccaturus est. Ex his conficitur evidenter, istius veri contingentis [*Petrus peccaturus est*] causam aliunde petendam esse. At nihil occurrit, quod hujus rei causa sit, seclusa divinæ voluntatis determinatione ad permittendum aliquando peccatum Petri. Nisi fortè dicamus, omnia etiam quæ contingentissima sunt fato quodam fluere, sive ex astrorum influentia pendeat fatum illud, sive ex cæca quadam & recondita causarum naturalium concatenatione, quasi necessitate quadam naturali constitutum esset, ut altera pars cujuscunque contradictionis vera esset determinatè idque ab æterno, cujus generis fatum Jehovam ipsum constringere necesse est. Atque hic est infaustus illius propudiosi Jesuitarum dogmatis exitus, *de scientia media*, unde pateat aditus in Atheismum, non minus præceps, quàm manifestus. Sed ad Suarium redeamus. Haud ille tam diserta, quam formavi & formatam averti, consequentia usus est, sed utramque enthymematis membrum in unam propositionem conflavit. *Quando existit* (inquit) *effectus contingens* [*ut Petrus peccat*] *affirmatur, talem propositionem de tali futuro fuisse verã.* Nos verò negamus istam Suarii propositionem. Sed potius quia liberè fit, ostenditur jam antea tantum indifferentem fuisse tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum. Sed propositionem hanc suam firmare nititur Suarez tribus argumentis; Primum est, quia (inquit) *illa propositio* [*Petrus peccabit*] *jam incipit esse vera in illo instanti, in quo Petrus peccat, imo tunc potius quodammodo jam desinit esse vera, & incipit veritas de præsenti.* Speciosa, fateor, est ista ratio, sed admodum diluta. Cur enim, quæso te vera est illa propositio de præsenti *Petrus peccat*, nisi quia peccatum Petri jã determinatum est ad existendum pro præsenti? At inquam, pari ratione, neque verum erat antehac, Petrum peccaturum esse, nisi peccatum Petri jam tum determinatum fuerit ad existendum pro futuro. Nihil autem hactenus protulisti, quod ullam fidem faceret, peccatum Petri, jam antea etiam ab æterno determinatum fuisse ad existendum pro futuro. Neque enim aliquid fuit ab æterno, quod istius determinationis causa esset præter voluntatem Dei, cujus quidem causæ assignationem data opera tu invadis. Quare fatemur peccatum Petri, non fuisse determinatè futurum, antequam fieret, nec determinatè non futurum, sed potius indifferens natura sua tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum, seclusa nimirum voluntatis divinæ determinatione de permittendo peccato Petri, hoc est, de Petro prosternendo tentationibus, & in tentatione gratia sua corroborante destituendo. Quid igitur? inquies. An contingentia nunquã futura esse dicenda sunt. Nam si non antequam existant, futura esse dici possunt, certè nunquam futura esse censenda sunt. Respondeo: inter ea quæ necessariò, & ea quæ contingenter eveniunt,

[illegible]unt; intersit discrimen, quod quæ necessariò proveniunt, ea jam antequam existerent in seipsis ad existendum pro futuro determinata erant in causis suis naturalibus. Exempli gratia; Motus sphærarum cœlestium ita hodie dispositi sunt, ut infallibiliter producturi sint eclipses lunares & solares, certis temporibus futuris. Non sic contingentia; quippe quæ nullam habent determinationem ad existendum pro futuro in causis suis proximis & secundis. Quare si nullam omnino determinationem habeant ad existendum pro futuro, nec in causis secundis, nec in causa prima; omnino censenda sunt indeterminata simpliciter ad futuritionem, & consequenter nec omnino dicenda esse determinatè futura. Neque enim ex statu rerum merè possibilium, & tantùm indifferenter se habentium, tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum (qualis est conditio rerum contingentium) fieri potest, ut transeant in conditionem rerum futurarum, sive ad futuritionem determinatam sine causa. Quare cùm Jesuitæ negent divinam voluntatem ullius determinationis causam esse, nec aliam ullam causam istius determinationis fingere possint, (nam dicere, quemadmodum Jesuitæ solent; ideo sunt futura quia sunt futura, non est causam determinationis illius repræsentare, sed meram nugationem committere) superest ut juxta ipsorum sententiæ tenorem, contingentia nunquam censenda sint determinatè futura, licet aliquando fiant determinatè præsentia; quippe cum tum desit illa determinatio, qua fiant præsentia; at ex Jesuitarum sententia nulla datur determinatio, qua fiant futura. Nos verò hujusmodi absurditate nequaquam constringimur, dum futuritionem rerum omnium in divinam voluntatem rejicimus; sive bonæ fuerint, sive malæ; sed aliter atque aliter, juxta illud Augustini. *Non aliquid fit, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Enchirid. capite 95. Verùm adhuc reponet aliquis; etiam secundum Aristotelem pari ratione videtur agnoscendum, nullum contingens dicendum esse futurum antequam fiat; quippe cùm nullam determinationem ad existendum pro futuro agnoverit Aristoteles magis quàm ipsi Jesuitæ. Respondeo; Aristotelem disertè prohibere nullam propositionem de futuris contingentibus esse determinatè veram, quod non alia ratione ab eo dicitur, quàm quod negaverit rem aliquam contingentem esse determinatè futuram. Dicuntur tamen interdum etiam ab Aristotele futura; sed pro ratione rei contingentis, cujus ea natura est, ut non aliter dici debeat futura, quàm ita ut contingere possit eam non esse eventuram; idque cum triplici discrimine, etenim alia contingentia sunt ejusmodi ut plerunque eveniant, alia vero ita comparata sunt ut plerunque non eveniant (in quibus locum habent casus & fortuna;) alia vero ita constituta sunt ut ex æquo vel eveniant vel non eveniant, qualia censentur esse ea omnia quæ liberis hominum arbitrio subjecta sunt. Ea vero quæ ita se habent ut plerunque eveniant; non tamen verum est determinatè quod futura sint. Etenim juxta illud apud Aristotelem adeo pervulgatum ex 2. de Generatione, *Futurus incedere non incedet;* licet namque ita comparatum sit ut incedat, tamen fieri potest ut naturæ cursus impediatur, quod & interdum usu venit; quantò minus dicenda sunt ea determinatè futura esse, quæ à libero hominis arbitrio proveniunt. Secunda ratio Suarii superest examinanda. *Tunc etiam* (inquit) *quia illa propositio* (nempe Petrus peccabit) *fuit semper conformis suo objecto, quia revera ita futurum fuit, sicut per ipsam significabatur; ergo existentia talis rei non dat de novo veritatem propositioni, sed ostendit illam eam, quæ antea erat.* Mirum est, potuisse hominem Scholasticum tanta aut cæcitate laborare, aut vertigine percelli, ut rationis tam alienæ ἀσυστασίαν nequaquam animadverteret. Nam tantum hoc agit, ut probatum det, quod nemo sobrius negaverit; quod autem unicè probandum fuerat, ne attingit quidem. Quis unquam in controversiam vocavit, an vera sit propositio affirmans rem futuram esse, supposito quod res ipsa reverà futura sit; Nisi enim hoc supponat Suarez, propositio nequaquam erit conformis objecto. Quisquis autem hanc de re quæstionem moveret; pari ratione quærere potuisset, an verum sit dicere Solem ortum esse, postquam ortus fuerit. Quod vero in præsenti controversia tantum versatur, hoc est, An scilicet contingentia quæ futura vocant, determinatam veritatem habeant in genere futuri, hoc est an determinatè futura sint; (Nisi enim determinatè futura sint, ne propositiones quidem affirmantes ea futura esse, veræ erunt determinatè) dico in hoc cardine vel maximè versari præsentem controversiam. Contingentia verò aliqua determinatè futura esse non tam probat Suarez, quàm supponit; atque ita vicem gerit non disserentis sed principium ipsum mendicantis. Rursus cùm quæritur, An illa propositio *Petrus peccabit* vera sit, nemo dubitat an vera sit, modò Petrus reverà peccaturus sit; tantùm quæritur, an Petrus reipsa peccaturus sit, hoc est, an peccatum Petri pro præsenti determinatum sit ad futuritionem, etenim aliter non est futurum, nec congruenter dici potest futurum. Dico autem idem esse futurum esse, & determinatum esse ad futuritionem: quia res contingens, cum sit indifferens natura sua tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem (unde sequitur, non magis futuram esse, quàm non futuram) indifferentiam illam amittere non potest sine determinatione. An verò sobriè disputare putandus est is, qui sic argumentatur; verum est peccatum Petri determinatum esse ad futuritionem sive ad existendum pro futuro, quia scilicet determinatum est ad futuritionem sive ad existendum pro futuro? Adultra Gades istos nequaquam progreditur responsio Suariana. Sequitur responsionis ipsius ratio tertia atque ultima, nempe familiari loquendi rationi [illegible] in cæteris, nec advertit, se in eodem semper absurdæ rationis gyro circumagi. *Cum dico,* (inquit) *Petrus peccabit, quid quæso affero? vel enim affirmo tantum Petrum esse indifferentem ad peccandum, vel determinatè peccaturum.* Quia permittis ut de assertionis tuæ sensu conjecturam faciamus; videas quæso quàm liberaliter tecum

agam, Scholasticum agis, hoc est, præfers te non modò Theologiæ, sed & Philosophiæ accurationis, hoc est Peripateticæ studiosum. Itaque ad te interpretandum accedam eadem æquitate qua accederem ad interpretandum ipsum Aristotelem idque ex animi ipsius sententia. Petrus (inquis) est futurus peccare; Petrus (inquit Aristoteles) est *futurus incedere*; quid verò, an necesse est ut propterea Petrus determinatè incessurus sit? nihil minus; *etenim futurus incedere non incedet* sic Aristoteles de generat. 2. ergo Petrus futurus peccare, non peccabit. Sed placet ut ad animi tui sententiam procedam ista; fac Petrum *determinatè peccaturum*, atque hanc esse vim assertionis tuæ; quid tum postea? *Ergo* (inquis) *vel id quod nunc profertur est conforme objecto vel non est; ergo necessario est vel determinatè verum vel determinatè falsum.* Respondeo, quod à te profertur, non esse conforme objecto determinatè, & proinde nec esse determinatè verum, nec tamen esse inconforme objecto determinatè, consequenterque nec determinatè falsum. Ex abundanti, hoc agam ut quæ præstringunt oculos tuos ne veritatis lucem irradiantem intuearis, evanescere faciam. Qui dicit eclipsin in nostro horizonte futuram calendis Augusti, si verum dicit, etiam determinatè verum dicit; ratio est, quia si verum dicit, ideo verum dicit, quia motus astrorum hodie determinati sunt ad producendam eclipsin calendis Augusti. Sin quisquis istud enuntiat falsum dicit, etiam determinatè falsum dicit; ratio est quia si falsum dicit, hoc nomine falsum dicit determinatè, quia scilicet motus astrorum hodie determinati sunt ad non producendam eclipsin calendis Augusti. Hæc est ratio veritatis propositionum de futuris necessariis; At longè alia est ratio veritatis propositionum de futuris contingentibus. Licet enim ponamus pluiturum esse calendis Augusti, attamen propositio affirmans pluiturum esse die illo, nec hodiè vera est determinatè, quia nondum determinatum est in causis naturalibus quod die illo pluiturum sit; sed neque determinatè falsa, quia nondum determinatum est in causis naturalibus, quod die illo pluiturum non sit. Hæc est sententia Aristotelis, clara ratione perspicua; & quæ argumentorum præter artem contextorum involucris obscurari potest, refelli non potest. At reponet hic aliquis, licet in causis naturalibus nondum determinatum sit, quod aut pluiturum sit, aut pluiturum non sit calendis Augusti, tamen fieri potest ut alterum horum jam determinatum sit in consilio Dei. Rectissimè dicuntur ista; imo alterum horum procul dubio jam hoc modo determinatum est. Sed patiamur Aristotelem hujus mysterii ignarum fuisse, cujus mysterii ad res humanas applicati, obsera se esse hodie profitentur Jesuitæ. Quare id quod à Suario profertur non est conforme objecto determinatè; non quia contradictoria illius propositionis sit conformis objecto determinatè, quo sensu esset determinatè falsa; sed quia neutra contradictoriarum divisim affirmata est conformis objecto determinatè, quippe cum objectum sit hactenus indifferens ad utramque verificandam, determinatum verò ad neutram; unde fit ut hæc nostra propositio sicut non est determinatè vera, ita non est determinatè falsa, juxta philosophiam Aristotelicam, idque juxta rationem manifestam suppositis iis quæ supponit Aristoteles, quæ etiam supponuntur ab ipsis Jesuitis. Sed propositio disjunctiva ex utraque complicata est vera; videlicet cum dico Petrum peccaturum esse, aut non peccaturum; cras pluiturum esse aut non pluiturum. Etenim effectus contingens dum fit, non nisi causa indifferente, ad agendum determinata fit; qua quidem determinatione sublata, non modò non fit, sed ne futurus quidem est determinatè (nisi aliunde accedere fingatur aliqua determinatio, puta à causa prima) licet forte se determinabit causa ad illum effectum producendum. Quia sublata determinatione causæ, & manente ejus indifferentia, in æquilibrio posita est, tam ad non producendum effectum illum, quàm ad producendum; unde tantùm sequitur, effectum illum vel productum iri vel non. Et rectissimè advertebat magnus ille naturæ mysta Aristoteles rem natura sua indifferentem, tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum, non magis futuram dicendam esse determinatè, quàm non futuram, nisi detur causa aliqua per quam determinetur ad futuritionem potius quàm ad non futuritionem. Quemadmodum videre est in iis quæ futura sunt necessariò, propter causas jam determinatas, quæ suo tempore naturaliter agentes, producent effectum aliquem necessarium, puta eclipsin lunarem aut solarem. Mysterium autem divinæ providentiæ prorsus ignotum fuit Aristoteli. Nempe *in DEI sapientia mundus non cognovit DEUM per suam sapientiam.* 1. Corint. 1. 21. Sed ut advertamus, quàm blandè [illegible] Suarez, vide quæso, quomodò respondeat objectioni à se formatæ. Ea autem hæc fuit, *Dicet nondum esse conforme vel difforme, quia nondum est aliquid extremum.* Sequitur responsio Suariana. *Sed contra; quia si est præsens in æternitate ut multi loquuntur, id satis est.* 1. At (inquam) ista præsentialitas rerum realis in æternitate Suario prorsus displicere, utpote in quam incurrit hoc ipso tractatu. 2. Qui præsentialitatem istam agnoscunt, eam non nisi determinationis divinæ consequentem faciunt; quam tamen prædeterminationem aversatur *Suarez*. 3. Seclusa determinatione divina, ad præsentialitatem istam nimis ineptè recurrit Suarez; sed & illa præsentialitas est indifferens tam ad præsentiam & præteritionem temporalem, quàm ad futuritionem. Itaque pergit Suarez, sed ita ut sibi conscius ad proprium suum latibulum se recipiat. *Vel* (inquit) *etiamsi nullo modo sit nunc præsens secundum existentiam realem, satis est, quod necessariò altera pars determinatè postea habebit illam præsentiam realem.* Et quis sobrius hac de re dubitaret, nempe si peccaturum sit, propositionem istam *Petrus peccabit* conformem esse objecto? Sed & quis demum, non dico Scholasticorum, sed hominum per trivias oberrantium, adeo absurdesceret, ut ejusmodi argumentationem in lucem

Lucem videret. *Petrus non salvabitur, quia aliquando peccaturus est*; vel verum est *Petrum peccaturum esse, quia peccaturus est*. Scilicet istis subtilitatibus gloriantur hodie Jesuitæ, & commentationes suas, tanquam super captum vulgarem sapientiam ostentant populo Christiano, cùm revera sint infra mentem sobriam, & quisquilias istas vix ausim mentiens aliquid quod mereatur esse contemnitur. Addit Aristotelem Metaphys. lib. 4. c. 7. *idem non tam sensisse, quàm, finxisse videri*. Nihil tamen ex Aristotele eo loco repræsentat. Certè dicit Aristoteles, *necesse esse alteram contradictionis partem veram esse, alteram falsam*. Quod & verissimum est; idque determinatè, quoties propositiones sunt de præsentibus, aut futuris necessariis. At aliter se res habet, quoties agitur de futuris contingentibus, quemadmodum jam docuerat Aristoteles libro 1. de Interpretatione. Deinde etiam dici potest de omnibus dicimus, quod altera vera sit; ita tamen ut de præsentibus & futuris necessariis non modò vera, sed & determinatè vera dicatur altera; de futuris contingentibus etiam vera est altera, sed indeterminatè & indefinitè; nempe propositio disjunctiva ex utraque complicata vera est. Sed Aquila non capit muscas, nec ad minutias istas distinctionum descendit Suarez, præsertim quoties è re sua non sunt. Quemadmodum Cardinalem Hispanum de Pontifice Maximo sententiam ferentem nuper accepimus, Pontifex, inquit, *Maximus loquitur elegantèr & disertè, sed non ad rem nostram*. Addit Suarez: *In universalibus locutionibus etiam de futuris contingentibus* Aristotelem hoc admittere libr. 1. *de Interpretatione* cap. 8. additque *tandem esse veram quæ rationem*. *Nam* (inquit) *si ex his duabus contradictoriis, Omnis homo salvabitur, aliquis non salvabitur prior verbi gratia est determinatè falsa, & altera determinatè vera, ratione alicujus determinati singularis, qui salvandus est; universalis est falsa & particularis vera, ut ex natura propositionis distributivæ & particularis per dialecticum demonstrari potest*. At nos tantum tibi molestiam facere non cupimus, ut te ad logicæ nostræ facultatis explicationem adigamus, aut ad ullum dialecticum discursum ex natura propositionis distributivæ & particularis. Facilè damus, si prior propositio sit determinatè falsa, & altera determinatè vera; etiam universalem esse falsam, & particularem veram: nam sine dubio prior propositio ita sunt universalis particularis altera. Citra controversiam, de salute humanam nihil disseruit Aristoteles, quippe qui tantùm versatus est in contingentium naturalium, non supernaturalium speculatione. Ea autem est natura contingentium (atque ita supponitur ab Aristotele) ut non semper eveniant, sed vel ut indifferenter se habeant tam ad eveniendum, quàm ad non eveniendum; vel ut magis inclinent in partem alteram, quàm in alteram. Unde ex natura contingentium necessariò, sequitur, alteram contradictionum esse determinatè veram, alteram determinatè falsam; nempe particularem semper esse veram, universalem verò falsam, non autem indifferenter alteram. Itaque quoties veritas ex altera parte reperitur, hoc minimè fit ratione alicujus determinati singularis, sed duntaxat ex natura contingentium universim considerata. Dicta sunt ista citra loci Aristotelici inspectionem. Sed consulto Aristotele, videtur mihi Suarius convincendus esse testimonii falsi. Neque enim omnino loquitur Aristoteles de universalibus locutionibus in contingentibus futuris. Etenim capite ultimo libro primo de Interpretatione tractaturus de veritate propositionum contradicentium, in materia futurorum contingentium, præfatur se hactenus disseruisse de affirmatione & negatione in iis, quæ sunt & quæ facta sunt; non autem in iis, quæ futura sunt. De propositionibus autem in hac materia versantibus, proximè tractaturus est. Unde, neminem futurum esse qui ista tua ad calculos revocaret, valde te, mi Francisce, confidentem esse oportuit, qui sic disseреres. Adeoque propositionem universalem de futuris contingentibus interdum veram esse contingere, falsam particularem. Sed ut rectè Aristoteles, *Futura invadere non necesse*, ita ista Suariana non refutantibus refutabit.

Quid Aristoteles sentiat hac in re.

Resp. *AD fundamentum in principio positum, primùm de Aristotele. Nonnulli Theologi illum excusant, ut ex Aureolo videre est apud Capreolum suprà, & distinctione 38. quæstione prima, articulo tertio, & ibi Palacius disputatione 2. Et Caietanus Opuscul. de præscientia & providentia. Unde quidam distinguunt inter propositionem veram & determinatè veram. Et aliqui dicunt eam propositionem esse determinatè veram, quæ vel nobis, vel naturaliter, est evidenter vera. Sed hæc omnia sunt conficta: & contra mentem Aristotelis, qui non solùm usus est particula* determinatè, *sed absolutè dicit has propositiones nec veras, nec falsas esse. Neque in re potest intelligi, quomodo illa duo distinguantur. Præterea quod dicitur, & indicatur à Richardo & Majore, propositionem illam vocari determinatè veram, quæ est necessaria contra mentem Aristotelis est, & veritatem: Rursus, quod veritas propositionis sit evidens vel nobis, vel naturaliter est omnino extrinsecum, & accidentarium, ut propositio dicatur determinatè vera, necne. Nam quod astra sint paria, determinatè est verum vel falsum, quamvis à nobis non cognoscatur. Alii tandem dicunt, propositionem de futuro, ut sic, non esse veram præsertim secundum rationem in principio factam & ita esse locutum Aristotelem, atque hoc modo, neque à Deo cognosci, sed ut præsentem æterni-*

tati

tatisfua: & hoc modo non esse ab Aristotele consideratam, quia fortasse hoc non est affectum [illegible]. Nunc dico, quod quamvis Deus simplici intuitu videat res futuras ut praesentes, nihilominus etiam cognoscit ab aeterno complexiones, vel propositiones de futuro formabiles tanquam esse determinate veras. Unde existimo, juxta principia fidei, non posse hoc negari, & Aristotelem in eo errasse, quod etiam senserunt Bonavent. Greg. Major, & alii antiqui supra citati.

Respons. In istis omnibus haud displicet aut sententia Suariana, aut sententiae alienae refutatio; etiam in hoc apice Aristotelem errasse existimo; verum in quo capite peculiari erraverit controverti potest. Mea sententia est, Aristotelis in hoc apice errorem neququam esse philosophicum (quod tamen videtur Jesuitis) sed merè Theologicum, quippe quod divinae providentiae tum creantis omnia, tum gubernantis, idque juxta aeterna sua consilia & decreta mysterium prorsus ignotaverit. Addo etiam, Jesuitas, negantes divinae voluntatis determinationem, causam esse futuritionis rerum, in eodem errore, seu Aristotelismo potius, magna ex parte, si non omni ex parte versari, necesse esse. Etiam rationes Aristotelis validas esse, atque insolubiles ab omnibus in doctrinam Jesuitarum, de scientia media, concedentibus. Itaque ad rationum Aristotelicarum solutionem à Suario tentatam refutandam me accingo.

Suar. *Ad rationes ergo Aristotelis respondetur, negando talem consequentiam. Ad primam vero probationem respondetur hanc determinationem veritatis contingentis non esse contra indifferentiam necessariam, ut effectus futurus sit contingens, quia non excludit indifferentiam causae & virtutis ejus, sed tantum actionis. Consequenter bene dicitur contingenter operari, vel esse operatura, quae nihil determinate operatura sit, sed quae ita est operatura, ut possit non operari.*

II. Unde ad secundam respondetur solum sequi, si hae propositiones semel supponantur verae, necessarium aliquando futurum esse, quod per eas significatur, necessitate consequentiae & ex suppositione, non simpliciter: quia absolute non fuit necessarium eas esse veras, quamvis supposito quod vera sint, fieri non possit, quin eo tempore verificentur, pro quo verae esse supponuntur; de qua latius in fine hujus libri.

III. Ad tertium respondetur, veritatem harum non esse sumendam ex causis sicut habeant se, sed ex determinatione earum, quam ut ab ipso instanti habebunt; quia per has propositiones non significatur causam posse hoc facere: hoc enim non spectat ad propositionem de futuro, sed de possibili tantum. Neque etiam significatur causam hoc effectum necessario: hoc enim tantum est, ut solum significatur per propositionem modalem, & non de inesse. Unde neque etiam significatur, causam nunc jam esse determinatam ad illud effectum, qui futurus dicitur: nam hoc necessarium non est ad veritatem talium propositionum, quae non conjungunt effectum cum causa pro tempore praesenti sed tantum pro futuro: solum ergo significatur, quod talis causa aliquando determinanda sit ad talem effectum, etiamsi nunc illa causa sit indifferens. Quae omnia satis ex superioribus constabant.

Respons. Quanquam à principio hujus operis nihil minus expectandum mihi fuit, quàm ut Aristotelem contra Pontificios defenderem, praesertim cum plerique superiorum temporum Scholastici suarum vestigia sequuntur Jesuitae, sed non pauci eorum plus fecisse videantur Aristotelem, quàm Apostolum Paulum; eò tamen huc devenimus sicut in investigatione veri, nec in Dei gratiam mens ending fit, est etiam cuicunque adsubeundam, quemadmodum in hominum gratiam facere solent non pauci: etiam hanc Spartam, quam nactus sum, ornandam esse video, & argumentorum Aristotelicorum examinationem, & solutionem Suarianam mihi considerandam, & examini scholastico subjiciendam.

Esse hoc futurum contingens non excludit (inquit Suarez) *indifferentiam causae & virtutis ejus, sed tantum actionis.* Certè contingentia effectus non excludit indifferentiam causae: Sed neque hoc in dubium vocatur. Tantùm quaeritur, annon determinatio effectus ad futuritionem, sive ad existentiam pro futuro, excludat indifferentiam effectus. Dico excludere, quod & nihilo minus clarum est quàm Solem meridie cum sudum est, lucere. Nam per indifferentiam effectus, intelligo ejus possibilitatem, sive aequabilem dispositionem (ex natura sua) tam ad non existendum pro futuro quàm ad existendum; hoc est, ad alteram horum meram indeterminationem. Accedente verò determinatione ad futuritionem sive ad existendum pro futuro potius quàm ad non existendum pro futuro, non ampliùs manet indeterminatus sive indifferens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum. Quare cùm ab indifferentia effectus transilit Suarez ad indifferentiam causae, manifestam causae suae diffidentiam prodit: cum tantùm agitur de indifferentia effectus, non autem de indifferentia causae. De hujusmodi (inquam) effectus indifferentia quaestio movetur, non autem de indifferentia causae. Verùmtamen etiam illa quaestio nos promovet ulterius, ut eidem de indifferentia aut determinatione causae disseramus: ad quam tamen considerationem haud libenter accessit Suarez; hic autem vel invitus ad istius disquisitionis rationem habendam revocatur. Nam cùm effectus natura sua merè possibilis & indifferentiam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem non possit ex conditione illa indifferenti transire in conditionem rei futurae sive ad futuritionem determinatae sine causa (Neq; enim res merè indifferens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem potest ipsa se ad futuritionem hoc est ad existendum pro futuro determinare) consequens est, ut si modò determinetur ad futuritionem sive ad existendum pro futuro, à causa aliqua determinetur. Unde conficitur, ipsam etiam causam, facta praedicta determinatione non amplius esse indifferentem ad determinandam

tum vel non determinandum, rei prædictæ futuritionem, sive existentiam pro futuro; non dico ad determinandam rei prædictæ existentiam actualem, sed futuritionem, sive existentiam ejus pro futuro. Nam de hujusmodi tantum determinatione quæstionem agitamus in præsenti. Dico causam ipsam non esse indifferentem amplius, cui quid in contrarium non tam differat, quàm dicet seu potius fingit Suarez. Nam quod factum est, infectum esse non potest. Verùm hic forsitan reponet aliquis, Ergo posita futuritione actionis alicujus liberæ; agens in tempore non erit indifferens ad illam producendam vel non producendam, & consequenter non fiet liberè, sed necessariò. Sed respondeo, imò indifferens erit, quia determinatio actionis ad futuritionem sive ad existendum pro futuro, est determinatio ejusdem ad existendum liberè pro futuro, nempe tanquam ab agente indifferenter operante, & liberè producendo. At, inquies, quomodo igitur jam ante determinata est ad futuritionem, determinata, inquam, idque ab agente aliquo seu causa, non amplius indifferente ad determinandum & non determinandum? Respondeo, determinatam esse ab Agente, qui fuit ab æterno, hoc est à causa prima, qui tamen decrevit, ut actio prædicta eveniret per causam secundam contingenter operantem & liberè, quemadmodum decrevit ossa prophetarum super altare Bethel comburenda jussu Josiæ, quod à Josia liberè factum fuisse quis dubitat? Sed & hoc necessariò concedendum est; etenim alioqui nulla omnino fingi possit causa, retinentis suam indifferentiam tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, determinans ad futuritionem, idque ab æterno. Suarez verò ut sibi consulat, ultra causam secundam considerationem suam non extendit, cum sic ait: *Causa autem non dicitur contingenter operari vel operatura quia nihil determinatè operatura sit, sed quia ita est operatura, ut possit non operari.* Vera fateor sunt ista de causa secunda, quippe quæ nondum operata est effectum futurum, sed operatura est, idque ita, ut possit non operari. Sed hæc non advertit Suarez, quàm à præsenti instituto aliena sint ista, aut prudens dissimulat. Nam determinatio, cujus hic meminit, est determinatio non præsens sed futura, quemadmodum ipse notanter indicat, cum ait, *Causam determinatè operaturam esse*, hoc est, virtutem suam determinativam effectus exerturam in posterum; nimirum tum effectum suum, quem dicimus futurum, producet. At nostri præsenti quæstio est de determinatione non futura, sed jam facta, non quidem de determinatione rei ad existendum pro præsenti, sed de determinatione rei ad futuritionem, sive ad existendum pro futuro; quæ tamen res natura sua merè possibilis est & indifferens, tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum. Hujusmodi autem determinatio à causa aliqua secunda procedere non potest, quippe cùm facta fuerit ab æterno, antequam causa secunda ullam omnino existentiam, aut facultatem ad aliquid causandum, ad determinationem aliquam præstandam adepta fuisset. Advertas adhuc aliam à proposito deviationem Suarianam, quasi nihil aliud ageret, quàm ut vim argumenti (cui ferendæ non est) declinaret. *Effectum* (inquit) *esse nihilominus indifferentem indifferentia necessaria ad hoc, ut sit contingens.* At inquam non quæritur de indifferentia rei ad eveniendum hoc vel illo modo, puta sive contingenter sive necessariò; sed de indifferentia ad eveniendum & non eveniendum. Et vide mihi quæso, si quid determinatum esset ad eveniendum necessariò, nequaquam illud indifferens esse diceretur ad eveniendum sive necessariò sive contingenter: pari ratione, quod dicitur determinatum esse ad eveniendum, dici non potest indifferens esse sive ad eveniendum, sive ad non eveniendum: quare ista responsio Suariana punctum controversiæ nequaquam attingit.

II. Ad secundam rationem quod attinet, ea fateor minoris est efficaciæ prout à Suario proponitur, ita tamen potest redintegrari, ut insolubilis evadat omnibus assertoribus scientiæ mediæ. Sic verò proponitur: *Propositio de futuro si determinatè vera est; ergo necessariò vera; ergo quod per illam futurum esse dicitur est necessariò futurum.* Respondet Suarez, *Necessariò futurum esse quod per illas propositiones significatur, necessitate consequentiæ, & ex suppositione, non simpliciter, quia absolutè non fuit necessarium eas esse veras, tamen supposito quod veræ sint, fieri non potest, quin pro eo tempore res eveniat, pro quo veræ esse supponuntur.* Nimirum eisdem etiam verbis licere nobis respondere, determinationem istam in Dei voluntatem rejicientibus; atque eo accuratius, quod revera ita sit, ut non absolutè sint veræ, modò non nisi ex libera Dei voluntate pendeat, quod veræ sint; nec tamen propterea sequetur, necessariò futurum, quod per hujusmodi propositiones significabatur; tantùm sequitur ex ista suppositione necesse esse ut futurum sit, sed quomodo? nimirum non necessariò sed contingenter & liberè; quippe cùm non modò futuritionem rei determinaverit Deus, sed & futuritionis modum, hoc est, ut quæ à liberis agentibus fierent non necessariò fierent, sed contingenter & liberè. At ex Suarii sententia confirmari non potest, effectus contingentes evenituros esse necessitate tantùm suppositionis, non autem absoluta. Nam cùm determinatio futuritionis rerum ab æterno facta sit; (quippe quæcunque eveniunt in tempore, futura erant ab æterno) & hujus determinationis causam nullam agnoscat Suarez; nempe ex qua factum fuerit, ut res natura sua merè possibiles atque indifferentes tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem transierint in conditionem rerum futurarum, sive ad futuritionem determinatarum: sequitur ista futura esse mera necessitate absoluta, eaque nihilominus absoluta, quàm sit illa necessitas, per quam Deus ipse existit; imò ejusmodi necessitate cui ipsa Dei decreta subjiciantur. Itaque hunc in modum redintegrari potest hæc ratio secunda: Si res contingentes erant determinatè futuræ ab æterno, & nulla hujus determinationis causa tolerabilis fingi possit; sequitur determinationem istam ab æterno factam esse necessitate absoluta, & simpliciter dicta, non autem ex suppositione & consequenter futura ista fuisse absolutè & ne-

cessariò futura, & non ex sui positione. At determinatio ista rerum ad futuritionem facta est ab æterno (Nam quæcunq; eveniunt in tempore, futura erant ab æterno) & secundum Suarium, omnesque assertores scientiæ mediæ, nulla vel tolerabilis causa fingi potest determinationis istius, qua scilicet factum est ut res natura sua merè possibiles atque indifferentes, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem evaserint futuræ, sive ad futuritionem determinatæ. Neque enim ista determinatio rejici potest in causam aliquam secundam, cùm facta sit ab æterno, nulla autem causa secunda extiterat ab æterno. Dicere autem ideo futura esse quia futura sunt, non est futuritionis causam reddere, sed meram negationem remittere. Causam verò primā tanquam futuritionis rerum causam nequaquam admittunt Jesuitæ. Superest igitur, ut res omnes contingentes ab æterno determinatæ fuerint ad futuritionē necessitate naturali atque absoluta, hoc est in summo genere fatali.

III. Succedit in considerationem ratio tertia. *Si talis propositio est determinatè vera ergo est vera secundum illud esse quod habet antequam fiat, quia veritas in esse fundatur: sed tunc non habet esse nisi in sua causa: ergo in ea habet potius determinationem ad esse, quàm ad non esse. Ergo non habet indifferentiam, ergo nec contingentiam, sed necessitatem; quia illud dicitur necessarium quod est ad unum determinatum.* Primò videamus, ratio ista quam belle instituatur. Ad extremum consectarium quod attinet, illud nullius pretii est. Nam necessitas illa cùm sit sequens rei determinationem, nihil efficit contingenti & liberæ ejusdem determinationi. Et licet præcedat rei existentiam, tamen eatenus tantùm sequitur, (ut jam diximus) necesse esse ut fiat eo modo, quo futurum esse determinatum est: quarè si determinatum est, ut pro futuro fiat contingenter & liberè; sequitur inde, necesse esse ut fiat contingenter & liberè. Superius etiam consectarium illud: *Si habet determinationem ad esse potius quàm ad non esse, non habet indifferentiam,* verissimum est, ut jam firmiquum dedimus responsione nostra exhibita ad rationem primam, unde tamen non sequitur futurum esse necessariò, sed tantùm necesse esse, ut aliquando fiat, idque eo modo, quo determinatum est ut fiat, id est contingenter & liberè. Verùm in prioribus omne responsionis Suarianæ momentum positum est. Ἀκυρολογία mihi videtur, dicere *rem antequam fiat non habere esse nisi in sua causa.* Nam in se habet esse, quod habet, hoc est, *esse futurum*; esse verò præsens nec in se habet nec in sua causa. Esse, quod habet in causa, potius est, esse possibile, quàm esse futurum; Et *esse possibile* rei videtur notare respectum ad causas, non sic *esse futurum.* Verùm licet res ipsa, antequam fiat, habeat esse futurum in se (cùm sit ista denominatio formalis) non tamen habet illud à se. Nam ex natura sua, res est merè possibilis, & indifferens, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem: Verùm ex causa aliqua habet, quod sit futura; & ab ea habet determinationem ad esse futurum. Unde enim transiret ex re merè indifferenti, in rem futuram, nisi à causa. Habere autem determinationem ad esse futurum, est habere determinationem ad existendum pro tempore futuro. Hoc verissimum esse dico, *& consequenter, non amplius habet indifferentiam tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem,* sive tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum. Tempus deinde est expendere responsionem ad hoc argumentum Suarezianam. *Respondetur (inquit) veritatem hujus propositionis non esse fundandam ex causis secundis, sed ex determinatione rerum, quatenus est per se futura;* [illegible] *quia per hoc propositiones non significatur causas posse sua facere: hoc etiam non sufficit ad propositionem de futuro, sed de possibili tantùm.* At inquam hæc responsio falsa est falsa, & ratio subjecta videtur parum solida. Responsio, inquam, falsa. Nam veritas propositionis fundatur in determinatione rei ad futuritionem; quæ quidem determinatio præsens est, sicut res futura de præsenti est futura, & ab æterno fuit determinatè futura. At determinatio præsens & quæ fuerat ab æterno, nequaquam petenda est à determinatione futura, quæ nondum extitit longè decretior est, determinationem illam, quæ futura est, utpote temporalis cùm sit, pendere ex determinatione præcedente, qua res ex natura indifferente tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, facta est futura, sive ad futuritionem determinata, idque ab æterno: præsertim cùm istius determinationis nulla causa tolerabilis fingi possit præter voluntatem Dei. Et esse à Deo volitum potius dicenda est causa, cur aliquando res existat, quàm quod aliquando existat, censenda sit causa, cur sit à Deo volita. Ratio autem non est solida. Neque enim de causis philosophamur, unde res fiant possibiles, quod sine absurditate procedere non potest: sed potius de causis, unde fiat, ut res natura sua merè possibiles, evadant futuræ, sive ad futuritionem determinatæ; quod cùm factum sit ab æterno, nullam aliam causam recognoscere potest, quàm quæ sit æterna. Non enim æternæ rei causa esse potest, nisi quod sit etiam æternum; cujus generis nec est, nec esse potest determinatio aliqua originem suam in tempore sumptura. Addit Suarez ad complementum rationis in subsidium absurdæ sententiæ, aliud quod sic notat; *Neque etiam significatur causas hoc efficturas necessariò.* At inquam propositio de futuro, nihil prorsus habet de causis, sed tota procedit de re futura, quam tamen non significat futuram esse necessariò, sed potius contingenter & liberè; ex consequenti, fateor, innuit propositio de futuro, sicut libera actio futura dicitur, ita etiam causam liberam eam producturam esse; nempe eodem modo quo actio futura esse significatur; hoc est contingenter & liberè. Ad eundem modum, quod attinet ad causas, unde determinationem illam nactæ fuerint, tantùm significat ab iis factum esse, ut causæ secundæ, per quas effectus isti producendi sunt, in illis producendis contingenter operaturæ sint & liberè. Rursus contendit Suarez, in eodem luto hærens, *non significare causas nunc jam esse determinatas ad illum effectum, qui futurus dicitur;* ubi videtur sibi posse facere, dum adverbium absolutè ad tempus præsens significandum usurpatis. Interea sola causarum confusione nititur, dum sic progreditur. Nam ad causas secundas quod attinet, verum est, illas nequaquam

quam

quam determinata fuit ab æterno causa, ad effectum, qui futurus dicitur, producendum. Neque minimum enim ab æterno verum esset, talem effectum futurum fuisse. At ab æterno causæ secundæ non erant, quæ determinarentur. At negari non potest ut à Suarez quidem, primam causam jam tunc determinatam esse, etiam ab æterno determinatam fuisse ad omnem effectum futurum, etiam singula suis temporibus, producendum; quatenus nimirum jam olim præfiniebat, ut fierent. Etiam illa, quæ Herodes & Pontius Pilatus, unà cum Gentibus, & populo Israelis adversus sanctum Dei Filium congregati faciebant. Quod si præfinivit Deus, ut fierent singula, etiam, ut à suis singula Agentibus fierent, præfinivit, quod si præfinivit ut fierent ab Agentibus, hoc ipso præfinivit, ut Agentes ista facerent. Nam fieri aliquid ab Agente, & Agentem illud facere, realiter idem est. Et quis solum dubitaret ita se rem habere, de actibus omnibus gratiosis, juxta illud Ezechielis 36.28. *Faciam ut in statutis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis & faciatis.* Quam gratiam ubi aliis negaverit Deus, quid aliud sequitur, quàm futurum esse, ut neque in statutis Dei ambulaturi sint, neque judicia ejus custodituri. Unde etiam est, quod Augustinus olim expressè professus sit, *Non aliquid fieri, nisi quod omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Enchirid. cap. 95. Atque hinc consequens est, etiam causas secundas jam ab æterno determinatas esse ad facienda, quæ singula suo tempore facturæ; determinatas, inquam, non quidem intrinsecè (neque enim ab æterno extiterant, ut hujusmodi determinationis capaces essent) sed extrinsecè; quatenus à Deo prædefinitum est, idque ab æterno, ut & existerent, & talia ab iis fierent; hoc est ut ipsa Agentia talia facerent. Unde consequens est, ut suo quæque tempore, etiam intrinsecè determinanda essent, ut talia facerent; determinanda inquam, sed convenienter singula naturis suis, nempe ut Agentia naturalia naturaliter agerent ac necessario; Agentia verò rationalia, contingenter agerent & liberè quicquid agunt.

CAPVT TERTIVM.

Futura Contingentia non posse in proxima causa præsciri, ostenditur.

Ostendimus habere Deum præscientiam futurorum contingentium: superest ut viam & modum illa cognoscendi inquiramus, & quoad fieri possit declaremus. In qua re, non est difficultas de medio ex parte cognoscentis: Nam constat Deum, per suam essentiam, tanquam per lumen, speciem & actum intelligendi, hæc singularia omnia cognoscere: sed difficultas est de medio ex parte rei cognitæ. Quia cum hæ veritates contingentes, neque per se notæ sunt, neque simpliciter necessariæ, vix potest intelligi quo medio perspiciantur. Seu, quod idem est, cum effectus contingens non maneat necessario à causa sua, nec causa ipsa de se sit determinata ad talem effectum, vix potest intelligi, quomodo certè cognoscatur talis effectus futurus antequam sit. Qua difficultate nonnulli Theologi superati, dixerunt nullam sufficientem rationem, aut modum hujus cognitionis posse à nobis in hac vita explicari, satisque nobis esse si ex infinitate divinæ perfectionis, Deum hæc omnia nosse concludamus, ut videre licet in Ockam. Gabriele & Greg. in 1. distinct. 38. & Marsil. quæst. 40. Sed quamvis verum sit, non posse nos excelsum mysterium hoc intelligere, aut explicare quoad modum ejus, nihilominus aliquam ejus rationem assignare possumus: & quod in aliis rebus divinis nobis contingit, facilius nobis est ostendere, quid non sit, quàm quid sit: Itaque per varios modos discurremus, eosque qui nobis non probantur, rejiciemus, ut ita tandem quid à nobis dici possit, concludamus.

Duobus igitur modis intelligi potest aliqua veritas, scilicet vel in alio, vel in seipsa intuitivè. Rursus in alio variis modis, quorum aliqui imperfectionem claram involvunt, & ideo non habent locum in Deo, ut est cognitio in testificante &c. Rursus potest aliquid in alio cognosci ut in effectu &c. Aliter verò potest unum in alio cognosci absque imperfectione, scilicet cum cognoscitur effectus in causa exemplari vel efficiente, vel proxima, vel remota &c. Quoniam verò sermo est de actibus liberis, suppono non habere aliam causam vel proximam &c. vel primam quæ est Deus &c. Itaque hic dicemus de causa proxima, & postea de prima.

Prima sententia est generalis, omnia hæc futura posse cognosci in causa proxima. Id est in voluntate non nudè sumta, sed ut applicata est hic & nunc, cum hoc judicio, hoc objecto, hac inclinatione, ac denique cum omnibus aliis quæ illam possunt vel impedire, vel determinare ad volendum. Ita sentit Durand. 1. distinct. 38 quæst. 3. & Thom. de Argent. in 1. distinct. 40. art. 5. ad argumenta, & aliqui moderni Thomistæ hoc sequuntur, & afferunt locum Thom. 1. contr. Gent. cap. 67 ratione 3. Sed illum locum supra explicui cap 1. de effectibus naturalibus contingentibus cum Ferrariensi ibidem. Durandus etiam & alii autores non satis rem explicant, quia adjungunt divinam voluntatem inter cæteras causas, de qua nunc non agimus. Potest fundari hæc opinio. 1. Primò, quia interdum videntur hæc futura revelari in causis suis ut Matth. 11. Si in Tyro & Sidone &c. 2. Ratione facta à Durando, quia Deus comprehendit naturam voluntatis, & omnia quæ illam possunt impedire & determina-

terminare: ergo si hæc omnia intueatur, videbit in quam partem sit determinanda voluntas, &c. 3. Quia Angelus virtute naturali, potest cognoscere futura in causa, probabilissima conjectura, & interdum moraliter certa. Ergo Deus qui infinitè superat Angelum &c. poterit certè in causis cognoscere.

Secunda opinio potest esse media & distinctione utens. Nam sunt quidam effectus contingentes, qui fiunt à voluntate sola virtute naturali, ex generali causalitate causæ primæ. Alij verò sunt effectus gratiæ, qui fiunt speciali Dei motione, vel auxilio. Priores effectus non possunt cognosci à Deo in causa proxima, scilicet in auxilio efficaci &c. Quinimo, alij extendunt hanc distinctionem ad actum liberum bonum vel malum, ut malus cognosci non possit in causa, omnis autem bonus possit &c. Tandem alij (coincidentes cum prima opinione) addunt, quod etiã mali actus non possint cognosci in causa proxima, ut habente positivam motionem, qua determinetur ad bonum; cognosci tamen in illa ut carente tali motione, quia hoc ipso quod non movetur & determinatur ad bonum, determinabitur ad malum &c.

Tertia opinio generaliter negat hæc futura cognosci in suis causis proximis; Hanc docet expressè Thom. 1. p. q. 14. art. 13. & infra q. 57. art. 3. & 86. art. 4. & 2. 2. q. 171. art. 6. ad 1. & 1. contr. Gent. cap. 66. & 67. Cajetanus & Ferrariensis his locis. Capreolus latè in 1. dist. 38. q. 1. ubi in hac conveniunt Scotus & Okam, cum sectatoribus & fere alij Theologi: & videtur indubitata sententia.

Respons. IN hoc capite contentiosum funem trahere minimè placet. Nam & Durandus affirmativam partem tenens in hac quæstione recurrit ad divinam voluntatem, prout advertit ipse Suarez, non tamen explicitè sed implicitè. Ad neotericos quod attinet; quotquot Deo tribuunt, ut etiam in causis secundis futura contingentia cognoscat, si aut Dominicani sunt, aut ni fallor Jesuitæ. Ad Dominicanos quod attinet; Navarretus Theologus cum primis nobilis, quæstionem istam in universum missam facit. Ferrariensis ita Thomam suum interpretatur, ut, ubi vel maximè videtur affirmativæ parti adhærere, locum illum de effectibus non tam liberis quàm naturalibus intelligendum esse moneat. Qui verò data opera contendunt Deum, etiam in causis secundis futura præscire, hoc ipsum de causis secundis non nisi completis obtinere volunt; ut non tam in causarum secundarum contemplationem, quàm in earundem completionem à Deo præscitam, cognitionem istam refundant. Unde fit, ut aut in Dei voluntatem, istius cognitionis resolutio fiat, aut saltem nova difficultas oriatur; unde scilicet istam causarum secundarum completionem sibi compertam habuerit Deus ab æterno. Veruntamen si quid ego judico; sententiæ Jesuitarum, de scientia media, is tenor est ut Autores ejus in hanc sententiam propensiores reddat. Nam cum voluntatem Dei nequaquam agnoscant causam futuritionis rerum; & tamen res contingentes, ex certa positione causæ secundæ, cum certis circumstantiis, futuras esse prædicent, (alioqui ne Deo quidem ipsi notum esse potuit (si Jesuitis credimus) quod futuræ essent) manifestò sequitur, sicut futuræ esse ponuntur, idq; infallibiliter, ex tali causarum positione; ita etiam ex tali causarum positione (Deo probè nota) ipsi Deo notum esse, quod futuræ sint. Adeò ut quicquid in adversum præferat Suarez, (quia fortè viderat, haud satis tutum esse hoc affirmare) tamen aut in hanc sententiam propendeat, necesse sit, aut lectores suos in hoc capite prorsus vacuos dimittat, nulla omnino ratione indicata, qui futura contingentia Deo nota statuatur ab æterno. Obiter igitur annotabo tantum ea, in quibus haud rectè pede incedere videbitur ipse Suarez.

Itaq; cum significet hoc tantum superesse ut *viam & modum futura cognoscendi inveniamus*: clanculum instillat lectoribus suis nullam aliam superesse difficultatem; cum tamen apicem illum, in quo vel maximè viget difficultas, prorsus dissimulet. Is autem hic est; Unde scilicet fiat, ut res merè contingens, ex conditione rei merè indifferentis tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, h. e. tam ad non existendum pro futuro, quàm ad existendum; transierit in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ. Hanc autem difficultatem, ejusq; enodationem in totum præterit Suarez. Hoc autem onere se splendidè levatam esse rebatur, ex quæstione præcedente ejusq; decisione, qui contendisse se judicavit alteram partem contradictionis in futuris contingentibus esse determinatè veram, quod Christianorum nemo negat; Unde verò fiat, ut res natura sua merè contingens, hoc est, tam ad non existendum pro futuro quàm ad existendum indifferens, determinetur ad existendum, enodare, *hic labor hoc opus est*. Videtur autem in hujus causæ derivatione non ulterius provehi, quàm ut dicat, res contingentes futuras esse, quia erunt; hoc est, ideo futuras esse, quia futuræ sunt. Vel saltem huc redit ejus sententia (quod tamen Suarez aut non intellexit, aut strenuè dissimulavit) rem contingentem revera nunquam dici posse futuram esse; sed postquam facta est, hinc orta denominatione secundum quam dicatur futura fuisse antequam existeret. Quare enim quæso res ulla contingens antequam existat futura sit, potius quàm non futura? Huic quæstioni nulla respondendi ratio subest Suarezio, nisi dicendo, quia scilicet futura est potius, quam non futura: quod non tam est rationem reddere, quàm in manifestam ἀδολεσχίαν præcipitem se dare. In obscuris autem suis fundendis, & tenebris obducendis, quibus obscurentur punctum ille, in quo vel maximè versanda fuit præsens controversia, vide quæso, quo-

modo

medio ex parte. Adduntque, *difficultatem non esse de medio ex parte rei cognoscibilis.* (*Nam constat,* inquit) *Deum per suam essentiam, tanquam per lumen, speciem, & aliam intelligendi hæc singularia omnia cognoscere. Satis ergo constat esse de medio ex parte rei cognitæ.* Cum dicere debuisset (modo veritatis aliquando studio caluisset) nullam difficultatem esse, (non de medio ex parte rei cognitæ, sed) *simpliciter ex parte rei cognoscendæ,* quomodo scilicet fiat cognoscibilis in genere futuri; quandoquidem ex æquo propendet natura sua, tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Posito enim, quod res sit cognoscibilis in genere futuri, & Deo minime desit lumen, species, atque virtus intelligendi, liquet infinitum, quis hominum ullam hac de re quæstionem moveret, quonam modo scilicet à Deo intelligatur. Itaque postquam Scotus assignaverat per solam divinæ voluntatis determinationem, res contingentes non amplius indifferentes esse tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, sed ad futuritionem determinatas, & consequenter cognoscibiles factas esse in genere futuri; hoc posito, nemo sobrius quærit quomodo à Deo cognoscantur, hoc est, quo medio ex parte rei cognitæ. Ad eundem modum posita Dominicanorum sententia, de rerum omnium existentia in æternitate, per quam futura fiant Deo cognoscibilia, non modo in genere præsentium in æternitate, sed etiam in genere futurorum in tempore; nemo sobrius quæstionem ullam renovaret, unde scilicet à Deo cognoscuntur, hoc est, quo medio ex parte rerum cognitarum. Sunt istæ ineptiæ Suarezianæ præter omnem sobrietatem excogitatæ, & ad obscurandam duntaxat veritatem comparatæ. Sed & indulget Suarez errori suo, dum rationem subjiciens ait; *Quia hæ contingentes veritates usque per se notæ sunt, nec simpliciter necessariæ;* cum dicere debuisset totam difficultatem esse simpliciter ex parte rei cognitæ, quomodo scilicet cognoscibilis fiat in genere futuri, quia veritas ista quam vocat Suarez, non magis veritas sit, quam falsitas; quippe cum res quæ dicitur futura, non magis futura sit, quam non futura natura sua; nec ullam tolerabilem rationem hactenus ediderit Suarez, unde fiat, ut ex re merè indifferenti, evaserit futura. Si autem veritates illæ, quas vocat Suarez, veritates essent, procul dubio per se sufficerent, ad constituendum idoneum objectum cognitionis divinæ. Nam hac ipsa cognoscibiles fiunt in genere futuri. Deus autem, sive divinus intellectus pro ea qua est perfectione infinita, sufficientissimè dispositus est, ad cognoscendum quicquid cognoscibile est, atque in quocunque genere cognoscibile fuerit. Neque enim ullo medio indiget Deus, ad ea cognoscenda quæ cognoscibilia sunt. In exaggeranda difficultate cognoscendi futura contingentia procedit Suarez, sed parum accuratè; dum primum ait, *effectum contingentem non necessariò manare à causa sua;* quod quidem si fieret; non omnino cognosceretur à Deo sub ratione contingentis, sed potius sub ratione rei necessariæ. Quod si contingenter producitur à causa sua, modo certò atque infallibiliter productus sit, & consequenter cognoscibilis sit in genere futuri; cur magis difficile intellectu videatur, Deum pro ea qua est scientia infinita cognoscere quicquid cognoscibile est; quam pro ea qua est potentia infinita facere posse quicquid fieri possibile est? Addit in cumulum difficultatis prætensæ, *nec causam ipsam per se determinatam esse ad talem effectum.* Hoc ipso innuens, determinationem causæ licet contingenter operantis, sufficientem esse rationem cognoscendi effectus ejus futuros. Quod tamen Suaresio minime placet; nam ex determinatione causæ ad agendum, sequi vult effectum ejus non tam futurum esse quam præsentem. Veruntamen nos distinguimus de determinatione causæ ad talem effectum; nam si intelligatur de determinatione causæ ad producendum talem effectum de præsenti, hanc determinationem causæ qui siquis cognoscit, hoc ipso cognoscit effectum tanquam præsentem potius, quam tanquam futurum; At datur determinatio causæ, qua determinatur ad talem effectum producendum non pro præsenti, sed pro futuro. Nam si Deus ab æterno determinaverit causam aliquam secundam effectum aliquem contingentem producturam, puta Cyrum, edicto publico facturum Judæis licentiam redeundi in terram Canaan; certè Cyrus ab æterno determinatus est ad hujusmodi edictum promulgandum, non determinatione facta per voluntatem Cyri, sed determinatione facta per voluntatem Dei. Nec omnino difficile est intellectu, quomodo hujusmodi contingentia Deo nota fuerint, idque ab æterno. Quare etiam licet effectus contingens non manet necessariò à causa sua; quemadmodum nec mundi creatio manavit à Deo necessariò; hoc tamen nihil impedit, quo minus ab æterno notum fuerit Deo, mundum ab ipso creatum iri. Pari etiam ratione, decernente Deo causam aliquam secundam effectum aliquem certo tempore producturam contingenter, quis sobrius affirmaret difficile esse intellectu, *quomodo certò cognoscatur talis effectus futurus,* antequam fit. Sed è re fuit Suareziana, difficultatem istam amplificare; ad fabulam suam de scientia media opportunius promovendam. Eodem tendunt quæ sequuntur apud eundem, dum significat Ockamum, Gabrielem, Gregorium, & Marsilium illa difficultate superatos dixisse, *nullam sufficientem rationem, aut modum hujus cognitionis posse à nobis in hac vita explicari; sed tamen nobis esse ex infinitate divinæ perfectionis, Deum hæc omnia nosse concludamus.* At Gabriel Vasquez horum sententiam aliter interpretatur. Nam ipso referente, rationem hujus ideo sufficientem reperiunt, ex perfectione & infinitate scientiæ Dei; tantum negarunt, *propriam rationem hujus certitudinis scientiæ Dei in hac vita assignari posse.* Sic enim Vasquez: *Primum Nominales, Ockam in 1. dist. 38. q. 1. non longè à fine. Gabr. q. 1. art. 2. circa finem dicunt, non posse certam aliquam & propriam rationem hujus certitudinis scientiæ Dei in hac vita assignari; sed hoc dicunt ad perfectionem & infinitatem scientiæ Dei spectare, ut futura etiam contingentia, & indifferentia ad utrumvis, non minus certò & determinatè cognoscat; quam ea, quæ naturali necessitate eveniunt.* Addit, *eandem Alensium fuisse videri in 1. q. 40. ante primum articulum quæstionis.* Sed & hujus conjecturæ suæ auctoritatem mox ipse debilitat, *tametsi* (inquit) *rationem planè expressa ex*

Thoma

Thomæ assertorum, ipsis quoque eo loco assignaverit. Gabriel etiam refert Occamum dicentem *modum, quo Deus evidenter & certitudinaliter novit omnia futura contingentia, non posse sufficienter exprimi ab intellectu creato, pro statu* [illegible]. Nota bene; tantum negat sufficienter exprimi posse pro statu isto. Mox tamen illas operam ut exprimat, idq; in hunc modum: *Ipsa Deus* (inquit) *sive essentia divina, est cognitio tam sui, quam omnium futurorum & possibilium, tam perfecta & clara, quod ipsa etiam est quædam evidens notitia præteritorum, futurorum, & præsentium: ita quod sicut ex notitia intuitiva extremorum nobis, potest intellectus noster evidenter cognoscere aliquas propositiones contingentes, ita ipsa divina essentia est quædam cognitio & notitia, qua non tantum scitur verum necessarium & contingens de præsenti, sed etiam scitur quæ pars contradictionis erit vera & quæ falsa.* Gabriel autem ipse nullam in expressione illa causatur insufficientiam, sed eam amplectitur sine scrupulo, ibi in resp. ad dub. 8. *Deus* (inquit) *non cognoscit aliquid per aliud sicut per medium; nec propriè essentia repræsentat cognita quasi species, nec primo cognoscit essentiam suam, & per illam quasi præcognitam medium cognoscit res alias; sicut beati cognoscunt creaturas relucentes in essentia, cognitione rerum in verbo. Sed ut supra tactum fuit in recitatione opinionis Ockami, Deus est essentia divina, & notitia intuitiva* [illegible] *omnium entium actualium & possibilium, & judicium* [illegible] *omnium verorum complexorum; &* [illegible] *essentia omnium possibilium, existentium, & non existentium.*

Prima sententia & rationibus explicari potuit, & tamen accuratius. Nam Durandus requirit non modo scientiam earum quæ voluntatem *possunt vel impedire vel determinare ad volendum*, sed & earum, quæ voluntatem determinabunt. Sic enim habet loco citato 1. dist. 38. quæ. 3. num. 9. *Sicut in causa necessaria præcognoscitur effectus necessarius certa cognitione: sic cognita causa impedibili & omnibus quæ eam impedire possunt, & insuper ea quæ eam impediunt, vel non impediunt, certitudinaliter potest cognosci quis effectus eveniet* [illegible]. *Et similiter cognita causa indifferenti & impedibili, si omnia cognoscantur omnia quæ eam determinare possunt & determinabunt, & omnia quæ eam impedire possunt, & quæ impedient vel non impedient, potest infallibiliter cognosci quis effectus eveniet. Nunc autem Deus non solum cognoscit causam contingentem in se & absolute, quia sic in ea vel per eam non cognosceretur infallibiliter aliquis effectus nisi tantum conjectura probabili* (ut bene dictum est) *sed cognoscit omnia quæ eam determinare possunt, & quæ determinabunt, insuper cognoscit omnia quæ eam impedire possunt & quæ impedient vel non impedient: Ergo Deus in causa contingente sic cognita potest certitudinaliter cognoscere effectum futurum contingentem.* Ad eundem modum probabile est philosophatum fuisse Thomam de Argentina cum eundem tanquam [illegible] cum Durando in hoc apice sententiam amplexum Durando [illegible] Suarez. Poterat etiam Valentianum Jesuitam tanquam tertium illis adscripsisse. Is enim in 1. p. q. 14. punct. 5. eadem ratione pro eadem sententia contendit, & in hoc Durandum D. Thomæ nequaquam adversatum fuisse testatur, licet illum tanquam Thomæ repugnantem citaverit Capreolus in 1. dist. 38. q. unica, art. 2. *Sicut* (inquit) *infallibiliter scitur effectus necessarius ex causa necessaria non impedita: ita infallibiliter & certe scitur effectus contingens, ex causa contingente, impedibili quidem, sed tamen determinata jam proxime ad agendum, & nunquam pro ulla causam impedita. Ergo sicut propterea ex assertione prima* [illegible] *contra Thomistas* [illegible] *effectum necessarium certo cognosci à Deo in causa necessaria; ita etiam concedi debet effectum contingentem certo cognosci à Deo in causa contingente proxime determinata, & non impedita. Consequentia patet, & antecedens probatur. Nā nulla potest* [illegible] *disparitas. Solum enim est discrimen quod effectus necessarius ad causam necessariam certo sequatur necessitate absoluta ex natura ipsius causæ; effectus autem contingens sequatur certè ex causa contingente proxime determinata, non quidem necessitate absoluta, sed necessitate quadam ex hypothesi, id est, posito quod causa proxima jam ad illum determinetur, & per nullam aliam causam impediatur.* Ad rationem illam quod [illegible] 1. contr. Gent. c. 67. tertio loco ab Aquinate propositam, illam fateor explicuit Suarez seu potius versum sit ad effectus naturales contingentes, quod & ante Suarium fecit Ferrariensis, sed quam [illegible] supra vidimus [illegible] superiore; Certè Cajetanus dum in Aquinatem commentatur [illegible] futura contingentia cognosci posse [illegible], hunc ipsum interpretatur distinctè de causis indeterminatis palam indicans etiam contingentia futura cognosci posse in causis determinatis, in 1. p. q. 14. art. 13. *Futurè* (inquit) *contingentia ut futura, ex causis indeterminatis non sunt scibilia* [illegible] *nec à Deo, nec à quocunq; alio; quia non sunt entia nec in actu nec in potentia; magis ipsa quam opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia juxta determinationem causarum.* Ex rationibus à Suario propositis sola media est idonea, quæ tamen à Suario parum fideliter exhibetur. Neque enim ut antea lectorem admonui Durandus & Valentianus, & alii Thomistæ eo solo nituntur quod *Deus comprehendit naturam voluntatis & omnium quæ illam possunt impedire & determinare*; sed etiam eo quod Deus comprehendat eadem illa non modo quatenus possunt impedire; sed quatenus de facto non impedient; non modo quatenus possunt determinare, sed & quatenus de facto determinabunt. Prima verò ratio est à Valentiano rejecta loco supra citato, & apparet consideranti diligenter esse admodum alienam. Neque enim hujusmodi conditionales, *Si in Tyro & Sidone &c.* ullam statuunt causarum determinationem, in qua præsciri possint aliqua contingentia. Sed & ratio tertia est parum in rem præsentem idonea. Neque enim causarum istarum contingentes agentium determinationem futuram aut futuri [illegible] ulla ratione concludere possunt Angeli. Neq; enim aut alibi videri potest illa determinatio futura, aut aliunde concludi quam in & ex divinæ voluntatis ab æterno facta determinatione.

Ad secundam opinionem quod attinet, quam tanquam mediam fingit Suarez, illa quidem frustra fingitur tanquam à superiore sententia distantes. Nec habuit Suarez, cui sententiam illam quam mediam vocat affingeret. Neq; enim cuiquam melius congruebat quam Durando; quippe qui licet quod

quod attinet ad actus luminis supernaturalis operationem fortasse divinam agnosceret regimen & moderationem voluntatis humanae, per gratiam videlicet efficacem cum naturalibus tamen omnibus, ac concursu quidem divino ad specierum actum liberum eliciendum aut imperandum opus esse professus est. Superior tamen sententia de scientia futurorum contingentium placuit Durando.

Tertiam itaque sententiam, negantem scilicet illa in causis praesentia cognosci posse, tribuunt Thomae, quod quo candore faciant ex his, si placet, lector judicet. Nusquam scribit Thomas futura contingentia cognosci non posse in causis completis & determinatis. Rursus est, ubi directe profiteatur futura contingentia cognosci posse in causis *completis*. Nempe *1. contr. Gent. cap. 67. ratione tertia*. Ferrariensis, agnosco, rationem illam Thomae accommodandam indicat ad effectus naturales, sed quanti fuerint rationes quos adhibet huic interpretationi firmandae, jam expendimus capite superiori. Sed utut in partes ejus Ferrariensis progrediatur, ac sine modestia Cajetanum in eandem trahat, cujus in adversum sententiam ex professo verbis ipsius novissime repraesentabimus. Vult tamen Suarez esse hoc indubitatum; quod tamen aliter visum est Valentiano, & Alvarez in partem adversam non modo Thomistas communiter, sed & Thomam ipsum allegat de auxil. disp. 12. etiam Penottus in hac quaestione, tanquam arbiter honorarius judicium suum interponit in haec verba: *Haec opinionum discrepantia bene inspecta, nisi penitus decipiar, potius est de verbo & modo loquendi quam de re ipsa: Nam pro prima opinione negari non potest, quaecunque & quandocunque, futurum contingens incipit habere veritatem determinatam, & esse determinatum, illud esse certo & infallibiliter cognoscibile secundum omnia veritate de se cognoscibile est. At quando causa contingens fuerit perfecte determinata ad aliquem effectum, jam ille effectus continebit veritatem determinatam, & determinatum esse: Ergo in causa contingenti determinata, ille erit certo & determinate cognoscibilis. Et certe nullus Philosophus negavit unquam effectum posse cognosci in sua causa, quia invicem nititur ut optimum omnes probant: sed solum negant posse effectum cognosci in causa nondum determinata.*

Notationes ad veram sententiam confirmandam.

[illegible] *Pro explicatione sententiae suppono primo, hic non esse sermonem de voluntate divina & praefinitione, vel concurrente per absolutum decretum suae voluntatis; sed solum de eo quod in homine inhaeret, vel inesse potest quod volendum vel nolendum, seu non volendum indicatur vel retrahitur; quod solum esse potest per se & proxime loquendo, in voluntate vel intellectu. Nam licet exteriora & appetitus sensitivus possint etiam conferre; tamen omnia debent per intellectum applicari, ut excitare vel movere voluntatem possint: omne autem illud, quod hujusmodi est, debet esse proximum ad actum contingentem & liberum, & consequenter ad ipsam actionem quae sit talis actio; nam in illa est formalis ejus libertas: debet ergo esse causa talis actionis, & consequenter aliquid ab ipsa distinctum.*

Secundo supponendum & explicandum est, quid sit effectum contingentem cognosci in causa, ne incidamus in aequivocationem qua aliqui utuntur, dicentes, hunc effectum cognosci in causa, non certae causae, sed in determinatione causae. Dupliciter enim potest haec determinatio intelligi: uno modo ut fiat libere & active ab ipsa libera facultate eliciente actum liberum, & libere se determinante: Alio modo potest intelligi passive, & absque ulla libertate, & consequenter ab alio principio intrinseco seu voluntate humana, quodcunque illud sit, & in quovis genere causae. Prior determinatio consistit in aliquo actu secundo: nam cum debeat esse libere & active a voluntate ut a proximo principio, nihil aliud esse potest nisi actus secundus: in voluntate enim nihil est nisi aut actus aut habitus, & si quid aliud esse potest per modum actus primi. Haec autem determinatio non est actus primus seu habitus; tum quia actus primus non proxime elicitur a voluntate, sed ad summum fit per actum: unde effectio ejus non est libera, nisi quatenus, ex quo resultat, liber est: tum etiam quia habitus non determinat voluntatem ad unum; habitibus enim utimur cum volumus: ergo illa determinatio non est nisi actus secundus a voluntate libere elicitus. Unde si effectus contingens qui cognosci dicitur, sit ille idem actus qui voluntatem determinat; cognoscere talem effectum in determinatione causae, non est cognoscere illum in causa sed in seipso, quia ipsemet est formalis determinatio causae: si autem ille effectus sit aliquis alius manans ab hac determinatione, vel tanquam actus imperatus tantum, ut motio brachii manat a voluntate efficaci, ablato impedimento, vel tanquam actus imperatus & elicitus simul a voluntate; ut dolor de peccatis ex voluntate efficaci poenitendi, vel denique tanquam actus elicitus tantum, & resultans ex alio, a quo tamen aliter tantum imperatur, ut intellectus modo necessario sequitur ex intentione finis. Hic omnibus modis verum est, hujusmodi effectum posse cognosci in determinatione causae jam supposita, & non ablata, nec impedita. Tamen ille effectus non cognoscitur ut contingens, sed ut habens necessariam connexionem cum tali determinatione, ex qua oritur consequenter effectus; Ergo in toto hoc argumenti genere, non proprie cognoscitur effectus contingens in causa libera ut sic, sed in actuali determinatione ejusdem; adhuc superest videndum, quomodo cognoscatur illa prima determinatio, in qua tota haec contingentia posita est. Et hoc est diligenter notandum in omnibus seriei effectuum contingentium, habentium inter se necessariam originem unius ab alio, ita ut primus sit contingens; illo vero posito alii necessario oriantur, tunc enim in solo primo quaerendum est medium vel modus quo cognosci possit: nam illo cognito, in illo poterunt reliqui cognosci, quasi jam non cognoscuntur ut contingentes, sed ut necessarii ex suppositione.

Cum nemo sit, qui neget futura contingentia cognosci posse in causis, nisi quatenus sunt determinatae, minime convenit ut a consideratione praesenti removeantur ea per quae causae secundae determinantur. Patimur tamen voluntatem divinam a praesenti consideratione removeri, quippe cum sicut dici solet de praedestinatione quod scilicet nihil ponat in praedestinato, ita etiam perinde dici poterit de volitione divina, quod scilicet qua talis, nihil ponat in [illegible]

volito;

volito; verumtamen si qua sit prævia Dei motio per quam causæ contingentes ad effectus suos producendos evadant determinatæ, ut ejus ratio in præsenti disquisitione posthabeatur minimè æquum esse censemus. Quæ tamen quam primum fiet, in intellectum & voluntatem creaturæ transibit, eisque quodam modo inhærebit quamdiu durabit creaturæ determinatio ad agendum.

Qui in virtute causæ, nondum ad agendum determinatæ, effectum aliquem contingentem præsciri posse dicant, quinam illi sint nondum assequor; verum probabile est Jesuitas ipsos ad hujusmodi sententiam aliquam communi secundum proximos accedere. Et nisi me fallit conjectura, saniora sapiunt, qui vel hoc saltem fundamento supereminent futurorum contingentium præscientiam quam Deo tribuunt, quàm qui nituntur omnino nullo; qualis meo judicio videtur esse scientiæ mediæ prout à Suario nobis communicatur. Enumeratio partium de determinatione causæ liberæ, quam Suarez exhibet, manca est & diminuta. Dicimus enim determinationem hujusmodi fieri posse & active & passive, sine ullo detrimento libertatis. Audeo dicere falsum esse quod ait Suarez, videlicet causæ liberæ determinationem consistere in aliquo actu secundo. Consistit enim potius in productione actus secundi. Actus enim secundus est elicitus, & proinde ab actione eliciendi hunc actum distinguendus venit, & meritò. Omnis enim actio est in prædicamento actionis: at actus agendo elicitus est in prædicamento qualitatis, speciei videlicet tertiæ. Aliud itaque est ab actu secundo; ipsa videlicet actio qua elicitur actus secundus. In voluntate quidem nihil est præter habitum & actum, hoc est per modum permanentia; datur tamen actus illius emanatio è voluntate quæ meritò distincta sit tam à voluntate ipsa quàm ab habitu & actu, qui emanat. Quare sicut determinatio causæ liberæ distincta est ab actu elicito; ita etiam cognoscere actum elicitum in determinatione causæ secundæ non est cognoscere actum elicitum in seipso. Veruntamen agnosco libenter etiam istam determinationem esse contingentem, nec eam tamen cognosci dicimus in seipso tantum, sed & in determinatione causæ suæ, hoc est præviæ motionis divinæ, quæ licet futura sit, tamen Deo probè nota est in æterna voluntatis suæ determinatione. Ad motionem brachii quod attinet, à voluntate efficaci manantem, & dolorem de peccatis à voluntate pænitendi & electionem mediorum ab intentione finis procedentem, nolim à te computari inter effectus necessarios simpliciter; ne pari ratione dicas ipsam mundi creationem olim factam, & consummationem olim futuram etiam inter effectus necessarios numerandos esse; neque enim magis contingenter eveniunt ratione voluntatis divinæ, quàm motio brachii, dolor de peccatis, &c. ratione voluntatis humanæ. At meminisse potes, effectuum contingentium à divina voluntate sola pendentium considerationem à præsenti quæstione removendam esse, te ferente sententiam, non quia contingentes non sint, sed quia eorundem præscientia Deo tribuenda facilem admittat expeditionem. Nempe rem eandem & simpliciter contingentem esse posse, & secundum quid necessariam, nempe ex suppositione, Scholastici fere universi consentiunt, itaque istam hunc in modum expeditam ad reliqua progredimur.

Posterius determinatio non potest intelligi in actu elicito à voluntate: nam vel esse liber, & [illegible] ad præcedentem modum; vel esse necessarium, & si [illegible] talem determinationem non esset cognoscere effectum contingentem, sed necessarium. Et consequenter si ex illo actu [illegible] quatenus illa cognosci possunt, tota hæc cognitio pertinebit ad necessarios effectus, non ad contingentes. Nisi quis fingat, à voluntate habitum & elicitum talem determinationem necessitantem, ex eadem posse oriri effectus contingentes qui in tali determinatione infallibiliter cognoscantur: hoc autem neque ab aliquo hactenus dictum est, nec satis potest mente concipi; & à Ferrer impugnatur ex dicendo: nam quod hic eadem est ratio de illo, quæ de passiva determinatione. Non igitur consistit hæc passiva determinatio in actu elicito à voluntate, sed in aliqua alia dispositione inhærente, vel ipsi voluntati: vel extrinseca, ratione cujus voluntas est ita determinata in actu primo ad hunc actum eliciendum, ut nullum alium & non alium effectura sit; & hoc modo propositione dicitur effectus cognosci in causa & in propria causa, quæ non habet actu determinandam voluntatem, non vero in ipsa voluntate, nisi quatenus apta est sic determinari.

Tertio suppono, [illegible] infallibili, ita ut aliter fieri possit, simpliciter [illegible] in sensu composito non ita fieri; nam de futuris contingentibus omnes dicunt, posse hujusmodi effectus in causa cognosci, ut patet ex D. Thoma 1. p. q. 14. art. 13. & supra alias. Et est per se manifestum experientia & ratione; quia voluntas licet sit ex se indifferens, ex adjunctis inclinatur magis ad unam partem, quam ad aliam, & frequentius sequi solet vel quod melius apparet, vel quod fortius apprehenditur, vel quod est consentaneum suæ naturali propensioni. Hæc autem cognitio non potest esse certa. Nam interdum potest voluntas, etiam positis omnibus requisitis ad agendum, manere ad utramque partem ita indifferens, & æquè propensa, ut neutra per conjecturam possit in ea cognosci quid actura sit. Solum ergo contingit hic modus operationis, quando adjuncta & circumstantiæ reddunt voluntatem magis propensam ad unam partem, quam ad aliam, tantoque erit major conjectura, quanto in hoc fuerit major inæqualitas. At divina etiam sunt hic modus cognitionis propriè à Deo removetur, quia [illegible] quia aliquo modo in tam convenerat non ipse ex parte divini judicii, sed ex parte tantum objecti: Nam ut Suarez in disp. 30. sect. 15. Metaph. dixit, Deus non habet probabilia judicia vel conjecturas, sed evidenter judicat quod causa vel signa magis indicant, & in hoc habet summam perfectionem, quia cognoscit in causa quid quod in ipsa est, & eo modo quo est. Et ideo Deus non sistit in hac cognitione, sed aliunde eam habet certam & infallibilem, per quam judicat quid futurum sit.

Determinationem actus voluntatis liberæ à Dei operatione nostam nullam agnoscimus, licet à Dei operatione efficaci fiat, ut dum quoties fit à principio aliquo ipsi voluntati aut homini intrinseco, licet fieri possit ut ex suppositione fiat necessaria, quæ quidem necessitas est secundum quid, & nihil obstat contingentiæ simpliciter sic dictæ.

Cum

Cum de scientia Dei philosophamur, quin de scientia certa atque infallibili quaestionem movemus nemo dubitat; non autem de conjectura-li; qualis in naturam humanam competit, etiam in Angelicam, at neutiquam cadit in divinam.

Deus non certo cognoscit effectus contingentes in proximis illorum causis.

Ratio *Hic [illegible] dicendum est, non posse Deum habere certam & infallibilem scientiam futurorum contingentium in proximis eorum causis. Hanc conclusionem probo primo generali ratione facta à D. Thoma supra, Quia effectus in causa cognosci non potest nisi secundum esse quod habet in causa: sed effectus contingens in causa sua proxima, etiam proxime disposita ad operandum, non [illegible], [illegible] non habet esse certum & determinatum, sed indifferens: quia virtus causae neque ex se est ad illum determinata, neque ex omnibus adjunctis praerequisitis sufficienter determinatur: ergo non potest talis effectus in tali causa tam certitudinaliter cognosci. Atque cum consequentia per se nota videatur, Minor constat ex dictis superiore capite & in disp. 19. Metaphys. de ratione causae liberae: est enim de ratione ejus ut positis omnibus requisitis ad agendum, maneat adhuc indifferens: causa autem propria & proxima horum effectuum contingentium est causa libera.*

Respo. Qui dicunt futura cognosci posse in causis ipsorum, non aliter in causis cognosci posse tradunt, quam quatenus sunt determinatae. Tolle itaque causarum illarum determinationem, & penitus evanescet omnis hac de re controversia. Secundo falsum est, causam secundam contingenter agentem, ex omnibus adjunctis praerequisitis, nequaquam sufficienter determinari. Nam & motio Dei praevia est praerequisita est, & ad voluntatem determinandam atque prime sufficiens. Cum additur esse de ratione causae liberae, ut positis omnibus praerequisitis ad agendum maneat adhuc indifferens; respondet Alvarez hujusmodi causae liberae definitionem, acceptam referri Nominalibus; quam & Gibeuf, scriptor Gallicus sibi displicere palam profitetur. Etiam Thomas de Bradwardinus licet eam admittat, tamen praerequisita illa restringit ad causas secundas, neutiquam vero ad primae causae operationem extendendam esse censet, quasi motio divina sit saltem ejusmodi praerequisita, quae voluntatem creatam indifferentem relinquat. Nempe alia, tam libera erit causa secunda in operatione sua, quam [illegible] in operatione sua. Interea semper manet voluntas creata indifferens in operatione sua neque quam determinetur ad motum agentium naturalium; semper enim retinet potentiam tam ab agendo supersedendi, quam aliud aliquid agendi.

Instan. *Praeterea [illegible] in [illegible] hoc modo; quia haec causa est voluntas, & in illa primae [illegible] certum est, & constat [illegible] non posse cognosci. Omnia ergo omnia quae adjunguntur voluntati, & librantur ita determinare illam in alia [illegible] ut [illegible] possit in ea cognosci effectus. Et veritatem [illegible] illa [illegible] necessitate naturae [illegible], ita ut [illegible] necessitate quadam naturali sive extrinseca in illo statu constituatur, vel cum contingentia & libertate sua? At hoc [illegible] dicatur; restabit quaerendum, quomodo cognoscatur voluntatem esse constituendam in eo statu non contingens sit? & si hoc ipsum dicatur cognosci in alia priori causa; rursus idem de illa interrogabimus; & nunquam erit quietandi terminus nisi sistamus vel in causa necessario agente, vel in effectu qui non possit cognosci in causa sua.*

Respons. Non omnia eveniunt necessitate naturae, licet enim ita fieri possit, quod attinet ad occasiones agendi, non tamen ejusdem conditionis sunt omnia; Neque enim deliberatio praecedens fit necessitate naturae; sed neque praevia Dei motio, per quam constituitur voluntas in eo statu, secundum quem dicitur ad liberè agendum determinata; quae quidem motio Dei praevia, Deo nota est in voluntatis suae ab aeterno facta determinatione; quae quidem voluntas Dei est agens non necessario sed liberè, etiam motio Dei praevia, est operatio non necessaria sed libera; determinat etiam voluntatem creatam ad agendum non necessario sed liberè, hoc est, facit ut agat liberè. Quod nisi concedatur, prorsus adimenda Deo est illiusmodi potentia, qua possit ita movere voluntatem ut hoc aut illud infallibiliter agat liberè.

Solu. *Si verò concursus illorum omnium quae determinant voluntatem dicatur necessitate quadam evenire, perit libertas; quia causa quae necessitate naturae determinata est ad unum, non agit liberè: nam haec duo sunt contradictoriè opposita: sed hoc causa necessitate naturae determinata est ad unum; quia necessitate naturali, vel extrinseca dicuntur illi adjungi, vel superaddi ea quae illam determinant ad unum: Ergo. Dixi semper necessitate naturali vel extrinseca; quia parum refert quod illa necessitas proveniat à causa naturali, vel à libera extrinseca, si respectu voluntatis ex necessitate inferatur, ut in lib. 1. praecedentis operis late prosecuti sumus.*

Respons. Jam dixi concursum illorum omnium quae determinant voluntatem nequaquam evenire necessitate aliqua simpliciter dicta, sed aliqua saltem contingenter & liberè. Verumtamen & hoc obiter admonere licet; licet Scotistis ea fuerit sententia, ut radicem contingentiae rejiciendam censerent in voluntatem Dei quatenus est libera, non tamen sic insistit Thomas, sed potius in divinae voluntatis efficaciam referendam esse censuit. Rursus Thomistae communiter existimant, quamvis causa prima statueretur agere necessitate naturali, hoc tamen nequaquam impediturum esse libertatem & contingentiam actionum humanarum; posito quod moveret voluntatem efficaciter ad agendum motione praevia. Quod autem ait Suarez, parum referre quod necessitas praedicta proveniat à causa naturali (puta intrinseca agenti, sic enim Suarezium interpretor) vel à libera extrinseca; tam demum obtinebit, quum aut perinde fuerit nonparum retulerit, quod attinet ad necessitatem agendi, sive quia deliberatè agat, sive ex intrinseca & naturali ad agendum determinatione, quemadmodum

modum ignis urit, aut gravis fertur deorsum & levis sursum. Sed dum parum referre vult, discrimen agnoscit, sed quasi volens nolens; itaque quantum potest debilitat. Interea negari non potest, tantum discriminis intercedere quantum inter impetum plusquam brutum, atque impetum rationalem & deliberatum.

Inst. *Solet ad hæc argumenta respondere per vulgatam distinctionem de sensu composito & diviso: nimirum voluntatem sic applicatam ad opus, infallibiliter operari & nihilominus libere, etiamsi omnes illæ circumstantiæ determinantes eam, antecedant usum libertatis, & ex illis sequatur infallibilis illa determinatio: quia tota hæc est necessitas ex suppositione, & non simpliciter. Sed contra hanc doctrinam late in superiore opere ostendimus ex alia doctrina Anselmi longe veriori, sensum compositum & divisum non recte alio modo applicari ad defendendam libertatem. Quia suppositio est antecedens usum libertatis, & est vera causa actus subsequentis, & talis ut illa posita infallibiliter, atque adeo inevitabiliter sequatur actus, talis sensus non salvat, sed evertit libertatem: cum usus liber, nec in ponenda tali suppositione, nec in emanatione actus à voluntate jam sic affecta contingere posset. Primum supponitur, cum dicatur talis suppositio antecedere usum liberi arbitrij: secundum vero dicitur, cum effectus infallibiliter sequi asseratur. Ex voluntate sic affecta; quia non potest illa infallibilitas fundari nisi in necessaria emanatione, saltem ex voluntate sic affecta: quod alij etiam fatentur, dum hanc vocant necessitatem ex suppositione. Quia hæc necessitas non est ex suppositione ipsius effectus ut sit sola necessitas consequentiæ; sed dicitur esse ex suppositione causæ, & ideo non potest esse nisi necessitas emanationis effectus à causa: est ergo necessitas simpliciter. Et ideo merito D. Thomas prima parte, quæstione decima quarta, articulo decimotertio ad tertium, dixit hæc futura, quæ cognoscuntur à Deo, non habere necessitatem prout in propriis causis considerantur.*

Resp. Negamus aut secundum veritatem aut secundum Anselmum suppositionem omnem antecedentem usum libertatis, præjudicare libertati creaturæ, licet vera causa fuerit actus subsequentis, & talis, ut illa posita infallibiliter atque inevitabiliter sequatur talis actus; inevitabiliter inquam ex suppositione, hoc est, non simpliciter sed secundum quid. Thomas Bradwardinus quamvis Pontificius ante ducentos fere annos fusè probavit, ne necessitatem quidem antecedentem detrimento esse libertati creaturæ. Imò hoc discrimine separat libertatem omnem creatam, à libertate increata; quod scilicet libertas creaturæ necessitatem aliquam antecedentem habeat, nullam autem libertas increata & divina. Sed nec in adversum ipsi trahi patitur Anselmum; necessitas antecedens libertati creatæ inimica non alia est secundum Anselmum quam qua necesse esse dicitur coelum moveri: hæc est autem necessitas pure naturalis quâ scilicet agentia naturalia determinantur intrinsecus ad agendum. Non sic decreto Dei determinatus fuit Cyrus ad populi Judaici dimissionem ex captivitate Babylonica; Sic autem Anselmum intelligendum esse fusè probat Bradwardinus libro tertio, capite vigesimo octavo, nam p. 724. *Idem etiam* (inquit) *videtur confirmare verbis & mente Anselmus de concordia & 2. Cur Deus homo, ubi supra allegatum. De concordia namque 2. negans necessitatem antecedentem in actibus liberis, eam tamen solam concedit.* Et 2. Cur Deus homo 17. *negans similiter necessitatem antecedentem à rebus liberi arbitrij concedit eam in volubili motu coeli. Nam violentia sicut dicit, naturalis conditionis cogit coelum volvi.* Et pag. 722. *Pro intellectu verò* (inquit) *Anselmi secundum quod stat secundum suam sententiam duplex est necessitas, scilicet præcedens & sequens, & utraque istarum triplex. Præcedens autem necessitas secundum eum est causa activa indeficibilis in agendo, quam scilicet positam necessario sequitur suus effectus: & hæc duplex, quia quædam compatitur libertatem, quædam verò perimit libertatem: & hæc duplex; quædam enim est talis necessitas naturalis, quædam verò est talis necessitas violenta. Hi autem tres modi ex secundo hujus & decima sunt satis nati, qui & ex 2. de Concord. possunt elici manifeste; ubi & in verbis liberi arbitrij primum istorum concedit, sicut caput præcedens recitavit & alios duos negat.* Ea verò quæ capitulum proximum recitasse dicit ex Anselmo, nempe capitulum vigesimum septimum, hæc sunt pag. 707. *Istam quoque necessitatem futurorum secundum causas superiores, non secundum causas inferiores, ostendit Anselmus de concordia, sub aliis tamen verbis. Ostendit enim futura non modo evenire ex necessitate, & alio modo ex libertate; quæ scilicet respectu voluntatis divinæ necessario eveniunt, respectu verò voluntatis creatæ nequaquam; Et quæ apud Deum, & in æternitate sunt immutabiliter constituta, sed apud creaturam & in tempore mutabiliter; alio capite secundo, Sicut* (inquit) *necesse est esse quicquid DEUS vult, ita necesse est esse quod vult homo, in his quæ Deus ita subdit humanæ voluntati, ut si vult fiant, si non vult non fiant. Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi vel prohiberi necessitate ad volendum, vel nolendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam & esse quod vult.* Quid illis evidentius ad Anselmi sententiam elucidandam, & ad necessitatem etiam antecedentem cum arbitrii libertate concordandam, atq; secundum Anselmum accommodatius? Addam his locum alterum ex eodem Bradwardino lib. 3. cap. 29. Nam cum in se demonstrandum recepisset, *Posse Deum necessitate quodammodo omnem voluntatem creatam ad liberam actionem suam, & ad liberam cessationem & vacationem ab actu lib. 3. cap.* 1. indeque conclusisset, *Aliqualem necessitatem & libertatem ac meritum invicem non repugnare.* Atque hinc progressus esset ad ostendendum, *Deum quodammodo necessitare quamlibet voluntatem creatam ad quamlibet liberam actionem suam, & ad quamlibet liberam cessationem ac vacationem ab actu, & hoc necessitate naturaliter præcedente.* Et corollarium adjecisset *Quod scilicet, aliqualis necessitas antecedens & libertas ac meritum non repugnant, & quod nulla causa inferior sed tantum superior scilicet Dei voluntas, est necessitas antecedens respectu sui effectus: & quod omnia quæ sunt, sunt & eveniunt de aliqua necessitate ipsam naturaliter præcedente.* Cap. 29. objectionibus numero-

[illegible] in adversum titulum [illegible] sibi proponit: & item vigesimo sexta [illegible] Anselmi videntur adversationis [illegible] in haec verba. *Item si omnia necessario eveniunt, respectu causarum superiorum hoc esse necessitate praecedente contra Anselmum.* I. Cur Deus homo 17. *ostendentem quod actus liberi hominum atque Christi non est, nisi fuit necesse sive necessitate praecedente, sed tantum sequente: Ut breviter dicam, praecedens & efficiens necessitas est cum dicitur coelum volvi, quia necesse est ut volvatur; sequens vero, & quae nihil efficit, sed fit, cum dico te ex necessitate loqui, quia loqueris. Cum hoc dico, significo nihil facere posse ut dum loqueris non loquaris; non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogit coelum volvi, te vero nulla necessitas facit loqui.* Et infra: *Haec sequente & nihil efficiente necessitate quoniam vera fuit fides & prophetia de Christo, quia ex voluntate non ex necessitate moriturus erat, necesse fuit ut sic esset; hic homo factus est; hoc fecit, & passus est quaecunque fecit & passus est; hoc voluit quaecunque voluit. Ideo enim necesse fuerunt, quia futura erant; & futura erant quia fuerunt; & fuerunt quia fuerunt; Et si vis nosse omnium quae fecit & quae passus est veram necessitatem, scito omnia ex necessitate fuisse, quia ipse voluit; voluntatem vero ejus nulla praecessit necessitas. Quare si non fuerunt nisi quia ipse voluit, si non voluisset, non fuissent; Sic itaque nemo tulit animam ejus ab eo, sed ipse posuit eam, & ipse sumpsit eam, quia potestatem habuit ponendi animam suam & iterum assumendi eam, sicut ipse dicit.* Item de Concord. 3.4. *Et 1. dicit vis liberi arbitrii, priusquam fiunt apud hominem, & per liberam voluntatem & in tempore posse mutari, sicut vigesimum septimum & vigesimum octavum hujus plenius declarabit.* Sic fuit objectio ex Anselmo proposita; Sequitur ad illa Bradwardini responsio pag. 741. *Ad aliud vero quod arguitur de necessitate antecedente respondendum per distinctionem de necessitate antecedente, vigesimo octavo hujus praemissam.* Distinctionem illam jam superius repraesentatam dedi. progreditur Autor: *Vel aliter, Anselmus, negans necessitatem praecedentem ab effectibus libere & contingenter factis, intendit illam negare à primo causalium, scilicet à voluntate divina, secundum modernam & dualitatem [illegible] hujus; & hoc verba sua videntur evidenter. Ait enim, Scito omnia ex necessitate fuisse; quia ipse voluit: voluntatem vero ejus nulla praecessit necessitas: qui & in talibus effectibus affirmat necessitatem sequentem, quia secundum cum fiunt à causa, scilicet à voluntate divina necessario, necessitate sequente, ut patet capitulo proximo: ratio autem hujus transsumptivae denominationis à causa ad effectum potest haberi ex praemissis vigesimo sexto secundo, nec repugnantiam adeo includit, eundem effectum respectu ejusdem causae esse necessarium necessitate sequente & etiam praecedente sicut per se patet, sicut & ejusdem sexta partis ejusdem hujus docuit evidenter.* Quintum illud capitulum hujus libri tertii *de causa Dei contra Pelagium*: quod circulatur ex praemissis 13. partes inscribitur; quorum sexta sic habet; *Quod contingentiae ad utrumlibet, & necessitas non repugnant. Quod ut clarius declaretur, paulo altius* (inquit) *ordiendum. Sciendum igitur, per proximam hujus praemissa, quod contingens dupliciter potest summi: uno modo per se, proprie & primo modo contingentiae; cujusmodi est actus primus & immanens agentis rationalis & liberi contra dictorum, puta velle: & talis contingentia & sequens necessitas non repugnant, sicut jam erat ostensum; Alio autem modo potest sumi contingens per accidens quodammodo, sive per aliud secundario, denominative, & in secundo gradu, quales est actus transiens & extrinsecus productus agentis descendens à primo, puta movere manum, baculum & percutere: (ubi & secundum propinquitatem & remotionem possunt assignari ulteriores plures modi;) qui alio dicitur contingens equaliter, quia à contingente hujusmodi derivatur. Talis autem effectus est necessarius respectu sua causa totali, sicut proximum hujus docet, & contingens simpliciter modo dicto: Unde & evidenter apparet quod contingentia sic accepta, & antecedens necessitas non repugnant. Ex quo & alterius clare colligitur, quod unus talis effectus externus in secundo gradu contingentiae potest dici respectu unius & ejusdem causae suae, puta velle, necessarius necessitate praecedente, & etiam denominative seu transsumptive quodammodo necessitate sequente, quia videlicet causa sua sic dicitur illud velle, est necessaria illo modo: Quapropter & sic idem effectus, respectu unius & ejusdem causae suae potest dici simpliciter necessarius & contingens, imo necessarius necessitate naturaliter praecedente, & contingens simpliciter modo dicto: quae omnia ex praemissis 26. secundo possunt lucidius apparere.* In illis apud Thomam Bradwardinum spatiis, & ad Anselmi sententiam eludendam conducentibus excerpendis & in unum colligendis eo prolixius [illegible] cujus [illegible] ut ea obstruerem illi fenestrae, qui praeter Anselmi auctoritatem primo fronte, & secundum superficiariam duntaxat considerationem ipsi propitiam, nihil habet quo vel credulum lectorem praeoccupet, & in partes suas propensiorem reddat. Est itaque fateor hujusmodi necessitas ex suppositione, idque ex suppositione causae, nec tamen qualis libertatem creatam debilitet, sed confirmet potius; quippe cum non modo ut fiat velit Deus, sed ut fiat contingenter & libere. Unde dicimus necesse esse idque necessitate antecedente & causali, ut quae fiunt à creatura rationali non modo fiant, sed & contingenter fiant atque libere.

Ultima vero ostendo à priori, nihil esse unde possit talis connexio, voluntatis effectus à causa infallibiliter oriri: quod facile fiet, discurrendo per causas, seu principia in ipso homine inhaerentia, quae possunt voluntatem determinare: illa enim, ut supra dixi, solum possunt esse intellectus vel voluntas. Rursus quae sunt in intellectu omnia reduci debent ad aliquod judicium; nam quae sunt per modum habitus tantum, ut sic, non movent voluntatem; & simplices etiam apprehensiones vel parum vel nihil movent, ut ex primo & secundo constat: totum ergo revocatur ad judicium. De quo Durandus sensit habere vim determinandi voluntatem in 2. dist. 24. quaestione 1. & 3. Processit autem ex falso principio, quia censuit intellectum esse potentiam formaliter liberam. Alii vero Theologi non idem sentiunt, licet fatentur intellectum non esse formaliter libertatem, non consequenter loquuntur, & libertatem evertunt, ut in disputat. 19. Metaphys. latius tractatur. Et hoc

Suarez.

ultèr ostenditur. Nam interrogo, an illud judicium sit naturale vel liberum? Si naturale, & illo posito voluntas sit determinata ad unum, naturaliter & necessario est determinata: Et illud effectum sequitur ex necessitate connexionis causarum naturaliter agentium: ergo non erit contingens neque libera: Si verò judicium est liberum aut imperatum ab alio actu voluntatis: Ex illo priori actu erit contingentia, & fiet idem argumentum; aut judicium illud est liberum per se & formaliter, seu elicitivè; & hoc supponit falsum principium, scilicet intellectum esse potentiam formaliter liberam: & praeterea tota contingentia erit in illo judicio. De quo iterum inquirendum erit, in qua causa cognoscatur: & redit etiam idem argumentum. Denique ratio à priori est, quia intellectus, seu judicium ejus non movet voluntatem nisi ex parte objecti: objectum autem non infert necessitatem voluntati quoad exercitium (de hoc enim loquimur) extra visionem beatam.

Respons. Si nihil sit in homine quod voluntatem ejus ad agendum determinare possit; quicunque dicunt futura præsciri posse in causis determinatis, proculdubio non dicunt præsciri in causis determinatis per aliquid in ipsis causis, sed per aliud aliquid quodcunque fuerit, per quod determinantur. Exempli causa, si judicium nequaquam determinet voluntatem (quod tamen & Durandi & aliorum dogma fuisse negare non potes) proculdubio quotquot volunt actus liberos à Deo præsciri in determinatione voluntatis, de determinatione voluntatis præjudicium intellectus facta, non sunt intelligendi. Et cum actuum liberorum causa non sit voluntas sola (quippe cum omnis actus liber sit, etiam rationalis) sed voluntas & intellectus, in utraque determinatione sine dubio constituunt fundamentum præscientiæ actuum liberorum. Obiter tamen advertendum, Suarum ipsum lib. 3. *de auxil. cap.* 16. num. 5 docuisse. *Non repugnare dari excitationem ita efficacem ut moraliter determinet voluntatem.* Moralis autem determinatio tantum fit per objectum ab intellectu propositum, sive per judicium intellectus practici. Etsi verò, ut secundum Bellarminum *nomine electionis non intelligatur præcise actus voluntatis qui sequitur post ultimum judicium, sed actio illa cum conclusione ipsius ultimi judicii, & propter hoc Aristoteles 3. Eth. cap. 3. vocaverit electionem consultativum appetitionem. & lib. 6. cap. 2. intellectum appetitivum, vel appetitum intellectivum, & lib. 7. capit. 3. dixerit electionem esse quasi conclusionem syllogismi practici; quia pro uno & eodem accipiuntur conclusio ultimi judicii practici, & actus voluntatis, qui inde necessario sequitur*; quemadmodum ad partes in hoc apice (utrum scilicet intellectus practicus necessitet voluntatem) dissidentes componendas disserit lib. 1. cap. 25. num. 2. Quo facit etiam illud Nysseni Suario referente) lib. 5. Philosoph. cap. 4. dicentis. *Electionem esse quid compositum ex consilio & appetitu*; etiam illud Thomæ 1. 2. quæst. 13. artic. 1. dicentis. *Electionem esse quidem actum elicitum à voluntate, tamen importare etiam actum rationis*; atque inde concludentis in hæc verba; *Sic igitur electio cum utrumque actum complectatur, judicii videlicet, rationis nimirum, & approbationis voluntatis, verè est actus mixtus, & est simpliciter ex utraque potestate & absolute & proprie libera*: quibus addi posset judicium Zabarellæ secundò [illegible] intellectum practicum esse ipsummet voluntatem. *De facultatibus animæ, c. 13.* ubi ex Joanne Gandavensi in q. 59. l. 3. de anima. Certè similis possibilis erit voluntatis determinatio; & à quacunque demum fiat, in illo futurorum actuum liberorum præscientiæ fundamentum ex horum sententia constituendum erit.

Deinde si voluntatem inquiro, quid sit illud quod determinat illam? quia non potest esse actus ab illa elicitus, ut in casu in secunda suppositione manifestè constat. Nam si actus ille sit liber, ad illum requiretur alia determinatio; vel si ex illo sequitur jam non cognoscitur in causa, sed in se. Si verò est necessarius, jam determinatio quæ ex illo sequitur, erit naturalis & necessaria. Neque etiam potest esse solus habitus, quia ut dictum est habitus subsistit, ut sit libera voluntatis, & alioquin determinatur ab objecto. Respondebis esse motionem divinam inhærentem voluntati. Sed hoc etiam facile excludi potest ex doctrina datis: Nam vel illa motio est ipsemet actus liber voluntatis creatæ prout est à Deo, vel aliquid distinctum ab illo prævium ad illum, determinans voluntatem ut determinatè efficiat illum. Si primum dicatur, non est ad rem præsentem: nam cognoscere actum in tali motione, non est cognoscere effectum in causa, sed in se, quia illa motio est ipsemet actus seu actio contingens & libera. Nisi fortè dicatur, Deum cognoscendo illam motionem ut est ab ipso, per illam cognoscere respectum ad voluntatem creatam. Quod tamen dici non potest de illa motione, ut est aliquid recipiendum in creatura. Nam ut alias ostensum est una indivisibilis à Deo & creatura, quam Deus simpliciter & perfectè adæquatur prout in se est. Unde non prius etiam secundum rationem videt illam ut esse, quam ut à creatura, vel è converso: non ergo cognoscit unum respectum in alio, sed videt simul simpliciter illam actionem cum utroque respectu. An verò in voluntate sua quatenus est causa alicui actionis possit Deus præcognoscere determinationem seu connotationem causæ secundæ, alia quæstio est postea tractanda. Si autem illa motio dicatur esse prævia, jam ex superiori opere satis probatum est talem motionem non esse necessariam ad constitutionem causæ primæ cum causa secunda; neque etiam spectare ad auxilia gratiæ, quod modo dare fides docet; ubique & necessariam non esse, & fore causa finge, & præterea repugnare libertati; talis ergo motio nihil ad futurorum contingentium cognitionem conferet.

Certè actus à voluntate elicitus potius est effectus determinationis ejus quam ipsa determinatio, etenim in hoc posita est formalis ejus determinatio, non quod actum ipsum habeat, sed quod eliciat vel producat actum. Actus autem & actio productio, integris prædicamentis differunt; quippe cum productio sit in prædicamento actionis, actus verò elicitus revocari soleat ad tertiam speciem qualitatis. Respons. Ipsam etiam productionem dicimus esse liberam indigentemque activæ determinationis divinæ: quod in actionibus moralibus verè bonis disertè testantur sacræ literæ [illegible] Deum facere ut in statutis ejus ambulemus, & judicia ejus custodiamus. Habitũ [illegible] naturalis lib. [illegible] de ratione verò habituũ supernaturaliũ quæstionẽ movere [illegible] est præsentis loci. Quod ad motionis divinæ conside-

considerationem [illegible] devenerim est, [illegible] spes enim est, rem [illegible] pro- [illegible] esse: Motionem istam negamus esse actum liberum voluntatis creatæ, dicimus esse [illegible] aliquid, quippe per quod influere dicitur in ipsam voluntatem faciendo ut eliciat actum suum liberum. In hac tamen eventu quod sine [illegible] [illegible] potuit, [illegible] Suarez Ad [illegible] quodammodo; dicimus aliam esse considerationem voluntatis divinæ prout ab æterno constituit [illegible] quidem in tempore sit operatura; aliam verò voluntatis ejusdem considerationem quatenus transit ad extra per ullumquem præmotionem præviæ. Quod prælitteris opere superius viderint Dominicani, imò jamdudum illi distinctionem etiam in hoc capite sub examen revocarunt. Certè motio prævia generalis non spectat ad auxilia gratiæ, sed dumtaxat specialis; est tamen ejusmodi judicio Dominicanorum citra quod causæ secundæ ad agendum aliquid determinari nequeunt, & proinde non sine causa ab illis introducitur, imo dicerem, non dico fingitur. [illegible] æternis actibus scientiæ mediæ suo jure sibi vendicandas liberè remittimus. Repugnare verò libertati non demum præstabilis cum efficacem ad liberè agendum operationem divinam, cum libertate creata pugnare comprobabitur.

Atq; hinc etiam facile impugnatur sententia eorum, qui dicebant in malis actibus futura contingentia cognosci in carentia divinæ motionis ad bonum: cum sermo esse potest vel de futuris peccatis, quæ consistunt in sola carentia actus; vel quæ consistunt in actu positivo. Prima carentia vel non potest cognosci illo modo, vel si cognoscatur non potest esse culpabilis & libera: quia aut motio illa Dei, in cujus negatione cognosci dicitur, est simpliciter necessaria ad agendum, vel non: si non est necessaria, ergo sine illa potest esse actus: ergo in negatione illius non potest cognosci negatio actus ut infallibiliter futura. Si autem ratio est necessaria; ergo impossibile est sine illa fieri actum: ergo non potest ad culpam trahi quod sine illa non fiat. Neq; effectum illum præmotum est contingentis respectu talis causæ privativæ, sed simpliciter necessarium. Dicetur fortasse esse culpabilem hominis talem carentiam actus; quia per illum fiat quo minus habeat illam motionem Dei. Sed hoc non dicitur consequenter, quia respectu illius motionis homo tantum passivè se habet: quia ut supponitur, illa motio non est ipsamet operatio hominis, sed aliquid prævium illi datum ut ita determinate operetur. Neq; fingi potest quod aliquam sit homo, ut recipiat hanc motionem; oportebat enim illud esse aliquod liberum, & ad illud indigebat alia motione. Unde [illegible], vel in motione, quæ sit à solo Deo, & non sit in potestate hominis, vel in aliqua alia bono libero, ad quem non sit necessaria talis motio; quod intendimus. De quo ex ipsa [illegible] diximus in libris de auxiliis. Et sere idem fieri potest de alio peccandi genere per efficientiam actus mali; quia vel ad actum malum est necessaria eadem præmotio divina quæ ad actum bonum; & sic ad cognoscendum illum non sufficit cognoscere carentiam motionis ad bonum: sed oportebat cognoscere positivam motionem ad malum: Nam fieri posset, ut neutra detur. Vel non est necessaria talis motio Dei determinans ad malum: & tunc ex sola carentia motionis ad actum bonum, non potest cognosci actus malus; quia adhuc voluntas manet indifferens ad agendum vel non agendum, & non supponitur determinata per aliquam motionem Dei; ergo nullo ex his modis potest cognosci actus malus vel bonus ex divina natura in sua causa.

Respons. Minus ergo sibi constiterunt & veteres, qui in sola carentia divinæ motionis ad bonum, in malis actibus futura contingentia cognosci dicunt. Etenim ex sola divinæ motionis ad bonum carentia tantum cognoscitur, quod quicquid fecerint sint, nequaquam facturi sint prout quod Deo acceptum sit. Quid autem facturi sint ex sola divinæ motionis ad bonum carentia cognosci non potest. Actus DEO accepti sunt supernaturales atque moralis quoad substantiam, seu quoad modum quo fieri debent, nempe propter Deum super omnia dilectum, sint supernaturales. Actus supernaturales secundum substantiam, verbi gratia, sunt actus fidei, spei, & charitatis; horum defectus in quocunque homine sit, non nisi in carentia motionis divinæ idque regeneratæ fontibus esse cognoscitur. An verò non imputabitur homini ad culpam quod non credat, non speret in DEO, non Deum diligat super omnia? Quisquis hoc dixerit pari verecundia nec corruptionem hominis natalem ipsi in culpam imputandam esse dixerit. Palam profitetur Apostolus DEUM misereri cujus vult, gratiam videlicet regenerationis impertiendo, & quem vult indurare gratiam tandem efficacem vocationem ac conversionem denegando; Quod si ipsum non pudeat hinc murmurari & objicere; Cur ergo conqueritur Deus? quis enim resistit voluntati ejus? nos minimè pudeat (monente hoc Augustino) cum Apostolo respondere. *O homo tu quis es qui respondeas Deo? numquid figmentum dicit fictori cur me fecisti sic, &c.* Actus verò naturales omnes quoad substantiam utcunque boni, possunt fieri ab homine motu illo citra gratiam specialem, quoad substantiam eorundem, licet non quoad modum eorundem, nempe propter Deum; Et proinde ex sola carentia motionis gratiosæ, minimè cognosci potest quod futuri non sint simpliciter, & definitè, sed tantum indefinitè, nempe quod aut non fient, aut non quo modo fieri debebant. Sic solutam dedimus primam partem argumentationis Suarezii, atq; sine subsidio quod pæne a qua est liberalitate nobis suppeditat Jesuita. Veniamus ad aliud peccandi genus *per efficientiam, scilicet actus mali*. Hic etiam respondeo; Ad actum malum quà malus est, nulla prorsus requiritur motio; Etenim malum qua tale juxta Augustinum de Civit. 12. c. 7. *Non habet causam efficientem sed deficientem*; Sed quod attinet ad substantiam actus, requirit motionem etiam divinam, non tamen eandem quam requirit actus bonus sive supernaturalis fuerit sive tantum naturalis quoad substantiam actus, quippe cum quatenus verè bonus & Deo acceptus includit modum supernaturalem, quatenus requiritur ut fiat propter Deum super omnia dilectum; Hæc autem omnia miscet Suarez veteratorem agens. Itaq; necessarium esse dicimus motionem Dei quæ determinet ad substantiam actus, atque in ista motione determinatè cognoscitur actus etiam malus futurus, nempe quoad substantiam actus.

Satisfit fundamentis aliarum opinionum.

Respons. *Superest fundamenta aliarum opinionum diluamus; Ad primum respondetur: illas locutiones, Si in Tyro & Sidone &c. & similes, non fundari in cognitione futurorum effectuum contingentium in causis suis, sed in præscientia conditionata futurorum contingentium, de qua an & quomodo sit, ipsa est disputatio nostra ex professo. Ad secundum argumentum, illud rectè procedit de futuris contingentibus, quæ pendent à solis causis naturalibus, quæ ab extrinseco determinari vel impediri possunt: ad causam verò liberam non rectè accommodatur. Nam positis omnibus quæ illam possunt commovere vel inclinare, ipsa per se potest vel determinare vel cohibere actum cum concursu Dei accommodato. Et ideo sicut hac ratione non potest in ipsa voluntate unde futuri cognosci effectus; ita neq; in illa adjunctis aliis requisitis, cum actus extrinsecus indifferentiam retineat. Ad tertium respondetur, Deum superare Angelos in perfectione cognitionis, quia potest multum comprehendere omnia, quæ vel ex parte creaturarum, vel ex parte ipsius Dei possunt inclinare voluntatem: tamen ex parte objecti non posse aliter effectum in causis cognosci quam ut ea continentur: & ideo quamdiu ipsa indifferens & indeterminata manet, non posse effectum in ea infallibiliter cognosci.*

Refut. Jam significavi quam parum appositæ sint rationes extremæ, prima videlicet & tertia. Etenim ad primam quod attinet, illa nequaquam exhibet instantiam causæ ad agendum determinatæ, aut unquam determinandæ; quippe cum procedat de re aliqua non nisi ex conditione futura, idq; ex ejusmodi conditione quæ nunquam futura esset. At præscientiæ quæstio versatur circa ejusmodi futura, quæ futura sunt absolutè. Observet adversus, quanto cum judicio procedat Suarez, cum dicit *illas locutiones, Si in Tyro & Sidone &c. & similes* fundari in præscientia conditionata futurorum contingentium. Quid enim? an veritas futurorum contingentium conditionatorum sobriè dici potest fundari in præscientia conditionata eorundem? an non potius præscientia conditionata talium futurorum pendere dicenda est à vera ipsorum futuritione. Neque enim futuritio rei absolutè futuræ pendet à præscientia ejus absoluta, sed potius præscientia ejus absoluta fundatur in vera ejus futuritione; neq; enim quia præsciuntur res futura esse, ideo futura est; sed potius quia futura est, ideo præsciuntur futura esse. Sed & illa præscientia futurorum conditionata nullum omnino fundamentum habet, sed figmentum est ingeniorum malè feriatorum præter omnem rationem & sobrietatem excogitatum; quemadmodum jam adversus Pererium manifestum feci, etiam adversus Suarium libro secundo ostensurus sum. Ad secundum quod attinet, si non rectè accommodatur ad causam liberam, certe neq; rectè accommodatur ad causas naturales; quippe cum causæ naturales obnoxiæ sint impedimentis, non tantum à causis ejusdem generis, hoc est, naturalibus, sed & à causis rationalibus. Sed neq; Durandus, neq; Cajetanus, neq; Valentinus præscientiam futurorum contingentium in causis determinatis ad effectus tantum naturales restrinxerint, verum etiam ad actus liberos creaturarum rationalium extenderunt. Cum verò profitetur *causam liberam, positis omnibus, quæ illam possunt commovere, vel inclinare, ipsam per se posse vel determinare vel cohibere actum cum concursu Dei accommodato,* dictata sua Jesuitica tanquam oracula quædam satis magisterialiter lectoribus suis obtrudit. Exigit enim Deum non aliter influere in actum liberum humanæ voluntatis, quàm *quasi sub conditione volendo, ut hic actus fiat à voluntate creata, si ipsa sese ad illum eliciendum determinaverit,* quemadmodum subtilitates hasce modò communicat *de concursu Dei, l. 1. c. 14. num. 3. p. 91.* At determinare se ad actum eliciendum, nihil aliud est quàm velle juxta eundem p. 91. *Ex eo voluntatem suo modo determinari* (inquit) *voluntatem creatam ad talem actum, nec illud absolutè, unde fit ut dependeat ejusdem actûs à proxima causa sive voluntate creata, & includendo implicitam conditionem, si ipsa consentiat voluntas.* Nempe sit actus ille creaturæ quem vult Deus, actus volendi consentire; hunc actum vult Deus modò creatura velit, quod perinde est ac si quis diceret, vult Deus hunc actum existere, modò existat. Vt videas quàm infeliciter summæ scientiæ solentur, nempe ut omnem judicii sobrietatem sibimet ipsis penitus expulerint. Ad tertiæ rationis solutionem accedo; verum est Deum superare Angelos in perfectione cognitionis; etiam in futurorum contingentium cognitione hoc nomine superare, quod causarum rationalium determinationem videat Deus, quam nec vident nec videre possunt Angeli; quippe cum ex motione divina pendeat illa determinatio, nequaquam verò ex motione Angelica. In causis autem indeterminatis effectus contingentes videri quis unquam affirmavit?

Suarez. *Ad fundamentum secundæ opinionis, quod attinet ad auxilium efficax, supposita doctrina præcedentis operis, respondeo breviter, efficaciam hujus auxilii non consistere in hoc, quod physicè & in sua determinatione voluntatem; sed in hoc quod est præscientia & libertate Dei datur, & ea opportunitate & tempore, quo Deus scit habiturum effectum: & ideo tale auxilium non potest esse prima ratio cognoscendi in illo effectum futurum. Nam potius supponitur præscientia futuri conditionata, quod si tale auxilium detur, habiturum est effectum.*

Nimirum in isto tractatu de scientia Dei tam futurorum absolutè quàm conditionatorum non pauca sunt quæ transigit Suarez, ex suppositione eorum quæ disseruit libris superioribus de auxiliis: efficaciam autem gratiæ divinæ in libris illis præcedentibus, commodius præstare non potest quàm ex suppositione præscientiæ conditionatæ, ad quam astruendam accessit libris illis hoc argumento, nempe de scientia divina futurorum contingentium, destinatis. Addo ut si vera sint, quæ libris superioribus docuit, vera etiam erunt & illa quæ duobus de scientia Dei libris absolvit. Rursus si vera sint quæ in istis disserit, vera etiam erunt illa quæ in superioribus disseruit. — — *Alterius sic*

Altera poscit opem res, & conjurat amicè.

Quis

Quis non miretur prodigiosam hominis, in cohæsi- onem sententiarum & argumentorum suorum oscitantiam? Sed videas tandem lectum, utrum hoc sit discrimen. Evigila igitur & non patiaris egregiam circulationem. Evigila vero tandem Jesuita & ad sanam mentem redi, quid quæso est, gratiam efficacem esse in posterum, quid inquam hoc aliud est, quàm habituram effectum? An verò ideo habitura est effectum, quia Deus præscit habituram effectum? An non multo rationabilius fuisset cuique videatur, quia habitura est effectum, ideo Deum præscire effectum habituram esse? Nam quia res futura est, & hoc nomine quod futura est, sit cognoscibilis in genere futuri, & consequenter cùm cognoscibilis sit, necesse est ut à Deo cognoscatur, quippe cùm omniscius sit Deus.

Ad aliam partem de actibus bonis respondetur, quoad physicum concursum primæ causæ, non aliter concurrere Deum ad actus bonos naturales, quàm ad actus malos, quoad entitatem eorum. Similiter tamen fieri, & esse auctorem bonorum, & non malorum, quia illi sunt per se intenti ab ipso, & non isti, illi sunt volita, isti tantùm permissa; illos præcipit & consulit Deus, hos verò non intendit sed potiùs prohibet, ut latè in 1. lib. superiori operis dictum est. Hæc autem omnia, nihil referunt ut actus boni possint in causa proxima cognosci potius quàm mali.

Imò inquam vestra sententia est Deum non aliter concurrere ad actus bonos quàm ad malos, non modo quoad entitatem ipsorum, sed & quoad bonitatem & malitiam eorundem. Nam tam malum actum, qui malus est, vult fieri modo creatura velit, quàm bonum qui bonus est. Agimus enim de concursu physico, non morali. Suadet quidem ad bonum, non autem ad actus malos, sed ejusmodi suasionem, quam tam infallibiliter sequitur, idque sæpius futurum actum malum quàm bonum; quoties videlicet suadet ejusmodi suasione quam novit futuram inefficacem, cujus etiam longe frequentius electionem facit, quàm suasionis ejus generis quam novit futuram efficacem. Qua igitur verecundia negat Suarez, actus malos perinde à Deo volitos, atque actus bonos? Nam quia ratione suasionis aliquem ad actum bonum ejusmodi suasionem eligit quam novit eventuram efficacem, evincitur Deum velle ut fiat actus bonus; eadem per omnia ratione, quoties suasionis ejusmodi suasionem, quam efficacem fore videbat, alteram eligit, quam novit futuram inefficacem, colligitur, Deum velle ut non fiat actus bonus, & consequenter ut fiat actus malus. Nam actum non facere præcipiente Deo suadenti procul dubio non modo non est actus bonus, sed revera dicendus est actus malus. Obiter advertas quàm fluctuantem animum prodat ipsa Suarii phraseologia. Negat simpliciter actus malos esse à Deo volitos, non negat simpliciter, intentos esse. Tantùm dicit non esse per se intentos. Quid verò hoc? aut quorsum tendit? numquid per accidens à Deo intentos esse vult? At quæ per accidens eveniunt potiùs præter intentionem evenire dicuntur, quàm secundum intentionem. Utinam hujus phrasis mysterium nobis enucleasset; procul dubio habuissemus hoc, si fecisset, in quod filum stringere possemus. Certè præcipit & consulit Deus actus tantùm bonos; verùm hoc tantùm indicium est voluntatis approbantis modo fiat, nequaquam verò ut fiat aliquid decernentis, quæ quidem & sola dici meretur voluntas Dei propriè dicta, de qua sic Apostolus: *Voluntati ejus quis resistit?* Ad extremum manus jungo; etenim libenter fateor in causa proxima non magis cognosci posse actus bonos quàm actus malos; nempe modo indeterminata fuerit neutri cognosci poterunt, sin determinata utrique, sed cum discrimine, nempe non nisi sancta determinatione cognoscibilem esse actum bonum; hujus autem carentiam posse complere determinationem ad malum, non quidem certum definitè, sed indefinitè aliquem, quia sine determinatione sancta quicquid fecerit voluntas creata, necesse est, ut aut malum faciat, quoad substantiam aut quoad agendi modum, idque sive committendo sive omittendo, certè aliquo modo ut delinquat necesse erit. Neque enim ut quis citra gratiam efficacem à peccato abstineat, fieri potest.

CAPUT QUARTUM.

Rationem cognoscendi futura contingentia ex divinis Ideis non satis reddi.

Dicendum sequitur de causa prima seu Deo ipso, an in se ut in causa sufficienter cognoscat hæc futura. Duplex autem ratio causæ potest in præsenti considerari, scilicet exemplaris & efficientis; nam causa finalis specialem hic difficultatem non habet. Ad causam verò exemplarem pertinent ideæ, ad efficientem scientia & voluntas: & ideo de his tribus dicemus. Nam de potentia, cùm à scientia, & potentia extrinsecè determinetur, clarum est per sese non posse esse rationem sufficientem hujus scientiæ: quia nihil operari valet nisi per scientiam & voluntatem determinetur.

De Ideis ergo fuit aliquorum Theologorum opinio; cognoscere Deum omnia futura contingentia in suis ideis, tanquam in proximo objecto determinante divinam scientiam ad judicium de hujusmodi futuris. Insinuat Alexand. Halensis 1. par. q. 23. memb. 3. art. 4. & memb. 4. art. 3. & communiter tribuitur Bonavent. in 1. d. 39. articulo 2. quæst. 3. Tamen hi autores nihil aliud dicunt, quàm Deum cognoscere futura per suas ideas. Quod verò ideæ concurrunt per modum objecti non declarant. Pro eadem sententia citat Henricum Corduba lib. 1. quæst. 55. dub. 8. sed non designat locum. Tribuit etiam Thomæ, sed immeritò ut ostendam. Cajet. verò 1 par. quæst. 14. art. 13. videtur apertè

decere hanc sententiam. Dicit enim Ideas esse immediatum obiectum, in quo Deus intuetur [illegible] futura. Et ita exponit Thomam, cum dicit Deum non solum cognoscere futura in [illegible] rerum, quatenus se habent, (ut quidam dicunt) sed etiam quia eius intuitus aeternus fertur ad ea ipsa. Intelligit enim Caietanus D. Thomam utramque rationem assignare, ut per se sufficientem.

Fundamentum esse potest, quia Deus cognoscit res alias in suis Ideis tanquam in obiecto proximo, ergo & haec futura, quia est eadem omnium ratio. Item, quia Idea, ut obiectum, adaequat divinam essentiam ut rationem intelligendi: sed divina essentia est ratio cognoscendi haec futura per modum principii: ergo Idea est ratio cognoscendi illa per modum obiecti proximi. Tandem quicquid Deus extra se cognoscit, immediatè cognoscit in seipso tanquam in obiecto proximo, ergo & haec futura: sed Deus non est obiectum proximum talis cognitionis nisi ratione Idearum. Ergo.

Ne nihil intactum relinquere videretur Suarez, nimia diligentia quasi frustra laborat, dum in Deo causæ exemplaris atque efficientis rationes distinguit, ad illam Ideas revocans, ad hanc scientiam & voluntatem. Quasi verò causa exemplaris ab efficiente distincta esset: artifex enim quicumque agit secundum artem, hoc est secundum scientiam artificis, non hoc ipse agere secundum Ideas, & quisquis agit secundum Ideas non hoc ipso agere et secundum scientiam artificis. Haud æquiore arbitro in hoc apice eius contendere, quam ipso Francisco Suarez in Metaphys. disp. 25. sect. 1. num. 31 pag. 445. *Dionysius (inquit) & Augustinus [illegible] essentiam aeternam, & propter eandem causam dicunt Theologi, Deum esse causam efficientem rerum per intellectum & voluntatem [illegible] scientia non [illegible] ad extra nisi per Ideam. Ergo si scientia est principium efficiens ad extra, etiam exemplar & [illegible]. Ad [illegible] voluntas & potentia [illegible]. Sed voluntatem [illegible] potentiam [illegible] ad genus [illegible] & ars [illegible] & determinatio [illegible] autem & determinat [illegible] exemplare: Ergo exemplar ad illud genus causæ pertinet. Confirmatur præterea, quia sicut agens naturale complectitur in ratione principii agendi per formam: ita agens intellectuale complectitur in suo ordine per exemplar. Nam sicut agens naturale per formam continet similitudinem effectus & determinatur ad illum: ita agens intellectuale per exemplar habet in se similitudinem effectus, & accipit quandam determinationem ad illum, saltem quoad specificationem.* De potentia verò nihil agens esse iudicat, ut inquiramus, an in illa cognosci possint futura contingentia, quippe cùm à *scientia, & potentia executiva determinentur*. At videtur fortius quisque quasi obiectare dictam potentiam Dei à potentia Dei determinari. Hanc incongruentiam primo dicit occurrentis [illegible] ut aliquam [illegible] ex parte [illegible] dicit potentiam à potentia executiva determinari, quasi notans, non eandem potentiam ita comparatam esse, ut ipsa se determinet, sed aliam [illegible] aliam ita inter se comparatas esse, ut altera determinet alteram. At quænam sit illa altera potentia, quæ determinat à potentia executiva minimè [illegible] Suarez, nec facilè credo, umquam ante Suarium auditum esse istam philosophandi licentiam! Sed nec scientia quidem idonea est, quæ determinet potentiam: Neque enim liberè aut determinat, cùm non sit facultas libera, aut naturaliter, neque enim minoris ambitus est scientia, quàm potentia. Melius congruentius dicitur, potentia per scientiam & voluntatem determinari (quemadmodum in extremis loquitur Suarez) & proinde *potentiam non posse esse rationem sufficientem huius scientiæ.* Nec tamen

[illegible] Suarez quæ iuxta Durandi sententiam [illegible] potentiam divinam principium operationis immediatius esse, quam scientiam & voluntatem. In eandem cum Durando sententiam amplexum esse Franciscum Suarium lib. 3. de Attrib. capite 9. et fere Pererium lib. 5. sui propr. [illegible] c. 15 num. 2. Atque hinc profectum esse videtur quod supra dicebat Suarez, *potentiam* [illegible] *à scientia & potentia executiva determinari.* Nisi fortè, ut [illegible] cogitationibus locus detur, per potentiam executivam nihil aliud designare voluerit Suarez, quam ipsam Dei voluntatem, quatenus scilicet induit rationem potentiæ, quemadmodum hanc rem explicat Aquinas 1. p. quæst. 25. art. 1. ad 4. Nam cùm scientiam, voluntatem & potentiam in Deo juxta propriam [illegible] sic distinxisset, *Nam (inquit) & quidem [illegible] in nobis est causa scientia ut dirigens, (quæ concipitur forma operis:) & voluntas ut imperans, (quia forma ut est in intellectu, non determinatur ad hoc quod sit, vel non sit in effectu nisi per voluntatem [illegible] nihil dicit de operatione) sed potentia est causa ut exequens, quia nominat immediatum principium operationis. Sed hæc omnia in Deo unum sunt* 1. p. q. 19. art. 4 ad 4. Idem tamen Aquinas 1. p. q. 25. a. 1. ad 4. duobus modis rationem potentiæ [illegible] eam in Deo, *Uno modo ut sit velut potentia executiva intellectus & voluntatis alio modo, ut sit ipsa voluntas [illegible] &c. [illegible] effectus*, ut loquitur Caietanus. Thomæ verò verba hæc sunt: *Ad quartum dicendum, quod potentia non ponitur in Deo, ut aliquid differens à scientia & voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem in quantum scilicet potentia importat rationem principii exequentis id quod voluntas imperat, & ad quod scientia dirigit, quæ tria Deo secundum idem conveniunt. Vel dicendum, quod ipsa scientia vel voluntas divina, secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiæ.* Et licet hanc posteriorem respondendi modum veriorem esse, sed [illegible] asserat Caietanus, cùm tamen manifestum sit Thomam eandem [illegible] non aliam esse potentiam nec operationem in Angelis & dæmonibus, nisi quæ sit intellectus & voluntatis, De malo quæst. 16. art. 1. ad 14. in hæc verba, *Dicendum quod in Angelis aliæ* [illegible] *ponuntur, non est alia potentia [illegible] nisi intellectus & voluntas:* & Paulo post: *Non est autem inconveniens quod Angeli aliqua corpora solo imperio voluntatis moveant, [illegible] localiter: Videmus enim quod anima humana solo intellectu & voluntate movet corpus [illegible] quanto verò aliqua substantia intellectiva [illegible], tanto habet virtutem magis universalem.* His itaque consideratis, minimè probabile videtur divinam aliquam præter intellectum & voluntatem, quæ habere potentia aliqua

qua

quæ executiva, per quam immediatè operetur, quàm per intellectum & voluntatem. Etiam advertendum est, distinctionem apud Aquinatem, de scientia ut dirigente, voluntate ut imperante, potentia ut exequente, tantum procedere de distinctione harum facultatum prout in nobis reperiuntur. Quare voluntas non modò imperat sub ratione voluntatis, sed & exequitur sub ratione potentiæ, quemadmodum supra locutum accepimus Aquinatem, utcunque hoc ita fieri potest, ut diceret Suarez, potentiam divinam *à potentia executiva determinari*, hoc est, à voluntate determinationem suam accipere, quatenus quidem voluntas seipsam determinat prout libera est ad agendum, sive opus aliquod exequendum sub ratione potentiæ. Alias non sine egregio solœcismo dixisset, potentiam à potentia executiva determinari. Neque huc provectus est unquam Durandus ut tale aliquid affirmaret, ut potentiam in Deo constituat tertium principium agendi, ratione distinctum ab intellectu & voluntate, atque immediatum agens. Cujus tamen rationes nullius ponderis sunt ad evincendum illam quam tuetur opinionem. Etenim prima ratione supponit, *actus scientiæ & voluntatis* secundum proprias suas rationes æqualiter se habere ad creabilia & non creabilia, hoc est, in utraque æqualiter transire, licet non secundum rem, sed secundum rationem. At, inquam, hoc plane falsum ex parte voluntatis. Scientia Dei, fateor, æqualiter transit, tam in non creandis, quàm in creabilia, sive creanda sint sive non creanda: non sic voluntas Dei. Neque enim transit in omnia creabilia, quanto minus in non creabilia. Nam si transiret, procul dubio forent aliquando, non modò omnia quæ fieri possent, sed & quæ fieri non possent: quod & sua luce perspicuum est, & ex Durando confirmari potest, ut qui docet effectum Dei quatenus scientis, repræsentare futura, non alia ratione, nisi quia voluntas transit in aliqua: hoc ipso facit ea esse futura. Et consequenter, si voluntas ejus transiret in omnia creabilia, & non creabilia, hæc omnia æqualiter repræsentaret, tanquam futura. Secundum argumentum Durandi sic procedit: *Quem ordinem realem habent inter se & respectu actionis scientia, voluntas, & potentia in nobis, in quibus differunt realiter, talem ordinem rationis habent inter se & respectu actionis in Deo, in quo solum differunt secundum rationem. Sed in nobis, in quibus ista realiter differunt, est talis ordo realis eorum, respectu actionis quod scientia est solum dirigens respectu actionis, voluntas verò inclinans ad agendum, sed neutrum horum immediatè elicit actionem per quam res producitur, sed hoc tantùm facit potentia motiva & executiva. Ergo similis ordo secundum rationem est inter ista tria, ut sunt in Deo, scilicet quod scientia est dirigens, voluntas inclinans, & neutrum horum est immediata ratio producendi, sed solum potentia executiva.* Respondeo comparationem, quam facit Durandus, esse nimis alienam. Nos etenim cum corpora simus, ad peragendas actiones materiales, egemus potentia realiter distincta ab intellectu & voluntate: non sic Deus. Ad formalem verò distinctionem quod attinet (ubi non opus est eandem distinctione reali) ea dijudicanda est ex rerum rationibus. Jam verò manifestum est, intellectum & voluntatem in tantum discriminari, secundum rationes formales, ut neque intellectus dici possit volens, nec voluntas intelligens. Itaque diversa constituunt attributa Dei. At non adeò discrepantes sunt rationes voluntatis & potentiæ, quin voluntas Dei commodissimè dici possit omnipotens. Unde fit ut in sacris literis proponatur nobis voluntas Dei tanquam irresistibilis. Rom. 9. 18. Nec tamen negat Aquinas voluntatem exequi quicquid vult sub ratione potentiæ, hoc est, quatenus omnipotens; verum nulla ratio occurrit, quare perinde distinguantur inter se voluntas & potentia in Deo, atque distinguuntur intellectus & voluntas. Rursus, licet voluntas, non nisi sub ratione potentiæ divinum opus exequatur, rationem tamen nullam video, quare potentia censeatur à Durando principium operationis immediatius, quàm ipsa voluntas; quandoquidem minimè sit omne quod facere potest Deus, verùm infallibiliter & irresistibiliter fiet omne, quod facere vult Deus. Et sine dubio omnipotentiam suam voluntas Dei determinat ad agendum. Dices fortasse, hoc ipso quod potentia per voluntatem determinatur ad agendū, videtur ipsa potentia principium operationis esse immediatius ipsa voluntate, quemadmodum calamus ad literas exarandas manu scribentis accommodatus, immediatius est principium exarationis illius, quàm ipsa manus. Respondeo, rem quidem ita se habere, quoties res determinata alia est à re determinante: At potentia Dei non est res distincta à voluntate Dei, sed neque formali ratione à voluntate distinguitur, quemadmodum à voluntate distinguitur intellectus. Quare voluntas quatenus libera est, ipsa se determinat ad agendum, sed ad agendum irresistibiliter quatenus potens est. Itaque Penottus, consideratis omnibus quæ à Durando, Argentinensi, Molina, Suario proferuntur, atque nihil obstantibus, quinto loco concludit. *Probabilius esse sententiam, attributum omnipotentiæ non esse distinctum ab attributo scientiæ & attributo voluntatis, aut saltem ab altero eorum. In hac conclusione videntur* (inquit) *convenire Thomas, Scotus, & alii multi supra citati in tertia opinione. Et quidem* (inquit) *quod hæc fuerit mens Scoti dubium esse non potest. Quod etiam idem senserit Thomas colligitur ex 1 quæst. 25. art. 1. ad 4. in secunda responsione. Ratio istius Conclusionis optima esse videtur, quia licet in substantia intellectuali quæ corpori juncta est, potentia executiva sit tertium quid distinctum ab intellectu & voluntate, tamen in substantia intellectuali quæ à corpore est omnino soluta nulla alia potentia videtur posse assignari præter intellectum & voluntatem. Vide & Averroem 12. Metaph. dicentem substantias abstractas per intellectum & voluntatem; & de Angelis hoc probat expressè idem Thomas 1. par. quæst. 54. art. 5. & quæst. 57. art. 2. & de Malo, q. 16. art. 1. ad 14. & 15. & quod lib. [illegible] q. 2. ubi art. 2. tum ratione, tum auctoritate Boetii probat, quod quicquid Angelus operatur per solum intellectum & voluntatem operatur. Eadem vero est ratio de natura Angelica, & de natura divina, & longè efficacior. Divina etiam Scriptura confirmat docere, Deum omnia operari per suam scientiam & voluntatem.* Possem his annectere quæ Thomas Bradwardinus disserit, De causa Dei contra Pelagium lib. 1. cap. 10. in Corollariis, cujus hæc summa est. *Quod ad Deum velle sufficit sic fieri quippiam, per se, vel*

per

[illegible margin note beside the left column, opposite "perspicuum est, & ex Durando…": 1. [illegible] 13.]

per aliud quodvis quovis modo, necessariò sequitur illud fieri illo modo nec modo nostro sonando aliàs ut videtur apparet nec est inter ultra intellectum distantem, & voluntatem consentientem alia virtus executiva ponenda. Agnoscit tamen, aliam virtutem executivam poni à quibusdam, contra quos disputat in hunc modum: *Si aliquid aliud, quàm Deum velle, requireretur ad facere, voluntas sua non esset per se sufficiens ad agendum, contra priora. Item voluntas Dei est aliquo modo operativa extra se, sicut voluntas nostra movet primum motum corporalem in nobis: & non tantùm finite: hoc enim prima suppositione, tertia parte primi, & quarta repugnat. Nec ulla est ratio quare potiùs sub uno gradu finito, quàm sub alio, ergo infinite. Non ergo exigit aliquam virtutem executivam posteriorem in Deo quasi defectus sua efficaciae suppleat eorum. Item, si talis virtus executiva ponatur, illa naturaliter mediat inter voluntatem divinam & opus, contra auctoritatem Bedae & Ambrosii superiùs allegatas: & est contra Damascenum dicentem, quod voluntate solùm transformavit &c.*

II. *De Ideis* (inquit) *fuit aliquorum Theologorum opinio cognoscere Deum omnia futura contingentia in suis Ideis tanquam in proximo objecto determinante divinam scientiam ad judicium de hujusmodi futuris.* Si vis sit in phrasiologia Suariana cum objectum introducit quasi determinans divinam scientiam ad judicium de hujusmodi futuris nemo omnium est quod sciam, qui sic philosophari soleat, ne Cajetanus quidem, quem circa controversiam proponit tanquam hujus primae sententiae fautorem, cui tamen non amplius attribuit, quàm quod statuat, *Ideas esse immediatum objectum, in quo Deus intuetur hoc futura.* Addit hanc primam sententiam insinuari ab Alexandro Halensi, & communiter tribui Bonaventurae, qui tamen, si Suario credimus, *nihil aliud dicunt quàm Deum cognoscere futura per suas Ideas; Quod verò Ideae concurrant per modum objecti non declarant.* At ipse Suarez Metaph. disp. 25. num. 5. universam illam de Ideis controversiam huc revocat. An scilicet Ideae statuendae sint per modum conceptus formalis, an per modum conceptus objectivi. Ipse vult Ideas notare conceptum formalem; reliquos omnes ab ipso discrepantes malè[?] revocare ad conceptus objectivos; quorum etiam duplicem tantùm sententiam commemorat. Primam eorum, qui volunt rem ipsam, quae facienda est ut in mente Dei existentem esse Ideam; alteram eorum, qui Ideam statuunt ipsam Dei essentiam tanquam imitabilem à creaturis. Quarè nisi cum ipso sententiae communionem colant Halensis & Bonaventura, necesse est, ut Ideam versari censeant in conceptu non formali sed objectivo. Rursus Vasquez, licet agnoscit communem esse Scholasticorum sententiam, quod ipsa Dei essentia sit Idea rerum omnium tamen hac de re sententiam huc revocat, quod aut res ipsas in mente divina existentes Ideas esse dicant aut ipsam Dei essentiam. Quarum utramque sententiam à sua discrepantem facit Suarez. Ad Bonaventuram quod attinet, quae fuerit mens ejus, verba ipsius satis indicant. Vult enim Deum per Ideas cognoscere omnia, ita certitudinaliter, sicut si essent praesentia; atque Deum *super omnes illas Ideas simul & praesentes se convertere.* At proculdubio cognoscit res potius convertendo se ad Ideas tanquam ad res cognitas, quam convertendo se ad Ideas tanquam ad cognitionem rerum cognitarum. Etiam si Henricus vult Ideam esse essentiam Dei, quatenus imitabilis est à creatura. Qui verò sic statuunt, non ponunt Ideam in conceptu formali juxta Suarium.

III. Ad primam rationem à Suario formatam quod attinet; videtur potior ratio statuendi Ideas futurorum per modum objecti, quàm Ideas praesentium; qualia sunt quidditates rerum, & res omnes quatenus possibiles. Etenim rerum quidditates quà tales, & res omnes quatenus possibiles, nunquam magis erunt praesentes, quàm ab aeterno fuerunt. At futura ejusmodi sunt quae nondum habent illud quod habitura sunt. Itaque majorem distantiam praesentium à scientia Dei quàm illa quae subjiciuntur simplici intelligentiae. Secunda ratio non satis accuratè proponitur; sic potius instruenda videtur. Sicut datur in Deo aliquid, quod sit ratio cognoscendi futura per modum principii, ita dandum est aliquid proportionaliter quod sit ratio cognoscendi futura per modum objecti proximi: quandoquidem sicut datur in Deo ratio qua intelligit, ita dandum est aliquid quod intelligitur, tanquam repraesentans ea quae nondum sunt, hoc autem quicquid fuerit, Ideam esse dicimus. In tertia ratione, supposita propositione majore, *Quicquid Deus extra se cognoscit, immediatè cognoscit in seipso, tanquam in objecto proximo;* Minorem subjicimus in haec verba; Sed futura sunt extra Deum & à Deo cognoscuntur, ergo etiam futura cognoscit Deus immediatè in seipso, tanquam in objecto proximo; & consequenter ipsa Dei essentia statuenda est Idea futurorum, quippe cùm in ea cognoscat futura, idque tanquam in objecto proximo.

Ad perfectam declarationem hujus quaestionis, oportet multa de Ideis praemittere: tamen, quia non est praesentis instituti supponi breviter, Ideas divinas non esse aliquid extra Deum sed in Deo ipso, & propriè esse in actu intelligendi Dei, & hoc modo esse in essentia, quatenus actus ipse intelligendi est ipsa essentia Dei propriè tamen Ideam ut sic, non habere rationem objecti, in quo tanquam in imagine objectiva repraesentante cognoscitur creatura: quia revera non est in essentia divina tali modo repraesentationis, ut intelligi potest ex his quae de Ideis ut causa exemplari diximus disp. 25. Metaph. sect. 1. & in 1. p. latius traditur. Unde respectu cognitionis directae ipsius creaturae nullo modo se habet Idea ut objectum sed ut formalis cognitio creaturae. Quatenus verò potest in Deo intelligi quaedam reflexio supra suam scientiam; sic enim se cognoscit creaturas, & habere Ideas illarum ut sic habet Idea rationem objecti. Suar.

Vir Ideam esse in actu intelligendi, puto formaliter, hoc esse ipsum actum intelligendi; & consequenter ipsam Dei essentiam, quatenus identificatur cum actu suo intelligendi. Quarè cum Halensis & Bonaventura, ut fatetur, professi sint, Deum cognoscere futura per Ideas, aut hoc perinde fuit, ac si dixissent, Deum hoc nomine cognoscere futura per Ideas, quatenus ea cognoscit (quod nimis absurdum dictu est) vel agnoscendum tibi erit, Scholasticos istos nequaquam censuisse Ideas constitutas esse in conceptu formali, sed potius in conceptu objectivo. Addis tamen, quasi ad mulcendos partis adversae

fariæ partionem, quatenus potest intelligi in Deo quadam reflexio supra suam scientiam, sic habere Ideam rationem objecti. Admodum ridicule; Neque enim aliò tendunt Ideæ, quàm ut sint nostræ rationes intelligendi, aut exemplaria, quorum intuitu agunt Agentia rationalia. At si Idea sit divina rei alicujus cognitio, nihil omnino opus est, ad rem aliquam intelligendam cognitionis istius, per reflexum quendam intuitum, contemplatione. Ad rationem verò exemplaris quod attinet, fatetur Suarez disp. Metaph. 25. sect. 1. num. 38. *ipsam directam repræsentationem, & quasi imaginem mentis creatæ, vel operationem faciendam sufficere ad distinguendam adsimilem.* Veruntamen quia Suarez profitetur hanc sententiam in Metaphysicis suis disp. 25. ab ipso probatam esse; nescio an operæpretium fuerit illa à Suario in Metaphysicis dicta examini subjicere; licet tamen etiam illa Metaphysicalia Suariana, Methodi Scholasticæ trutinæ librata lectoribus dijudicanda proponere. Verum priori loco commodum esse judico, ut levem velitationem instituamus cum Valentiano; æquum enim est ut à facilioribus incipiamus.

DIGRESSIO PRIMA

In qua

VALENTIANI Jesuitæ in Durandum de ideis differentem incurrentis sententia ventilatur & examini subjicitur.

LIcet Metaphysicalia de Ideis Suariana jam proximè proposuerim mihi discutienda, cùm tamen ut à facilioribus initium faciamus æquum sit, placet inprimis cum Valentiano congredi atque ejus in Durandum impetum excipere & quanti fuerint expendere; ut in rimanda & de profundis eruenda veritate quocunque modo profectum fiat. Itaque Durandi Scotique sententiam in me adversus Jesuitas defendendam recipio; quia videtur eorum sententia prima facie accommodatior ad conciliandam fidem; licet admodum proclivis sit animus in sententiam Aquinatis, quam tamen agnosco admodum difficilem explicatu. Verum primo loco placebunt quæ sunt magis obvia, quantumvis superficiaria, postmodum progrediemur ad rimandum etiam ea (ubi facultatem quàm concesserit Deus) quæ sunt profundiora. At in Jesuitarum sententia nihil fere est, quod vel primis vel posterioribus cogitationibus alliciat in obsequium, aut quod gravis Theologi approbatione dignum videatur. Itaque sic orditur Valentianus 1. quæst. 15. art. 1. puncto. 1.

Valent. *Descriptio generalis est ut Idea sit forma seu exemplar rei ad quam respiciens artifex efficit id quod animo destinaverat, ut Seneca loquitur, Ep. 66. Descriptio autem specialis est ut idea sit forma seu ratio, seu exemplar rei, idemque immutabile, expers ortus & interitus, ac proinde æternum, ad quod respiciens Deus rem ipsam efficit quadantenus illi similem. Quæ descriptio iisdem pene verbis ponitur ab Augustino in lib. q. 46. lib. 83. q. 4. & ab omnibus aliis Theologis recipitur. Quod rem ipsam attinet.*

Ex hac atque descriptione colligunt Theologi quasdam conditiones idea.

I. *Ut sit forma extrinseca ad cujus nempe similitudinem &c.*

II. *Ut sit quiddam immutabile & æternum.*

III. *Ut sit principium cognitionis rei non qualiscunque sed objectivum & per hanc conditionem excluditur à ratione idea species intelligibilis. Hæc enim est principium cognitionis non objectivum, sed quasi formale. Non tamen per eam conditionem excluditur à ratione idea ipsa cognitio rei, ut putarunt inconsideratè putarunt Durandus & alii. Ipsa enim cognitio rei potest rursus objectivè terminare aliam cognitionem artificis per quam scilicet Artifex ad rei cognitionem respiciens ita fingit rem, sicut cogitavit eam esse faciendam.*

At inquam Durandus non excludit cognitionem rei à notione ideæ propter rationem à Valentiano memoratam, quia scilicet *non possit aspicere* cognitionem, sed potius 1. quia *non soleat*; Neque enim hoc necesse est, prout agnoscit Suarez, ex parte Artificis creati; nec tamen aspicit cognitionem rei quam priùs habuit, cùm facit rem, cùm eandem specie cognitionem renovat, dum artem suam exequitur. 2. maximè verò quia non soleat Artifex conformare rem ab eo faciendam ad similitudinem cognitionis suæ, sed potius ad similitudinem rei cognitæ. Respons. Metaph. Disp. 25. num. 38.

Valent. *Atque hac ratione, Idea rei dici potest ipsa rei faciendæ cognitio, quatenus est rei faciendæ conformis, atque adeò quodammodo similis, secundum quendam suam peculiarem ordinem ad rem. Nec sanè alio modo explicanda est ratio ideæ in intellectu creato ab iis qui negant, produci per intellectionem verbum aliquod mentale, quod ab ipsa intellectione re distinguatur tanquam terminus ejus. Hi enim ipsammet cognitionem seu notitiam rei censent esse verbum mentis, atque adeo ideam rei faciendæ quatenus objectivè terminat rursus aliam aliam cognitionem, ut dictum est.*

I. At inquam res facienda nunquam fit conformis cognitioni sed potiùs rei cognitæ; illas conformaturam arti suæ. At notis artem esse habitum intellectualem, formam vero productam esse formam corporalem & materialem; & quæ demum inter ista vel tolerabilis fingi poterit similitudo aut convenientia. Sed nec omnino necesse est, ut Artifex creatus reflectat super cognitionem suam, dum facit aliquid (imo hoc potius mentem ejus distraheret ab operatione quàm in eadem confirmaret) sed per cognitionem rei faciendæ, dicitur aspicere ad exemplar animo formatum, ut ad ejus similitudinem operetur. Respons.

II. Fatetur. fieri posse, ut inter cognitionem, & rem cognitam qua talis, non intercedat distinctio realis: verùm qualiscunque distinctio fuerit, potius habet exemplar notionem rei cognitæ, quàm cognitionis, dum ad ejus similitudinem formatur aliquid ad extra: Nam exemplar est id, ad cujus simili-

litudi-

litudinem res debet effici, fatente hoc ipso Valentiano.

Valent. *Paulo post, esse divinum esse eminenter esse creaturarum, quatenus earum creaturæ sunt eminenter in Deo. Res autem denominatur cognita ab intellectu divino, vel ab intellectu creato, secundum aliquid esse suum peculiare quod habet penes [illegible] esse suum: sed extrinsecè denominatur cognita, ab ipsa videlicet cognitione atque est objectum, per ipsum verè esse suum reale: atque adeo per hoc idem esse, est cognoscibile, & alia etiam cognitionem terminat.*

Refut. Hinc pergit invadendo sententiam Durandi, asserentis ipsam rem, ut est à Deo cognita, secundum habitudinem divinæ cognitionis ad rem cognitam, esse ideam sui ipsius, ut sit, sive ut producitur. Hanc enim sententiam dupliciter peccare ait; Primum,

Valent. *In eo quod affirmet rem ipsam (cum illa habitudine) esse ideam sui. Nam (inquit) 1. ideam rei oportet esse aliquid extra rem, ergo nec unde possit quidem censeri debet res ipsa, sui idea. 2. pugnat cum Augustino, qui negat quæst. 46. lib. 83. quæst. Deum quidquam omnino extra se positum intuitum fuisse tanquam ideam, ut secundum id constitueret quod constituebat. Nam hoc (inquit) sacrilegum est. Hoc autem ex parte saltem videtur opinatus fuisse Durandus, cum asserit, rem etiam ipsam esse ideam. Nam res certè aliquid est extra Deum.*

Refut. I. Certè idea est aliquid extra rem, exempli gratia: Pictor aliquis faciem aliquam delineet ad exemplar alterius picturæ ob oculos positæ, hæ picturæ differentes erant numero, una tamen & eadem specie, altera exemplar alterius, & extra alteram. Jam ponamus Pictorem, viso exemplari, juxta quod faciendа sit pictura alia, & animo suo infixo, postea picturam facere juxta formam animo conceptam, licet ex visione exemplaris extra animam primitus acceptam: Animo Idea in animo est extra rem faciendam, quæ nonobstante dici solet eadem cum re facienda aut facta, non numero eadem sed potius specie, imago tamen specie differens altera ab altera, quam pictura materialis à materiali ejusdem speciei. Summa est, forma item concepta dicitur eadem, quia ratione exemplaris eadem.

II. Augustini sententia est, sacrilegum esse affirmare Deum habuisse exemplaria extra se posita, ad quorum similitudinem aliquid operaretur, non sic Durandus.

Valent. *Secundo, In eo quod ponit rem esse ideam secundum habitudinem cognitionis divinæ ad illam, hoc est secundum eas rationes. At in eas rationes minimè conveniunt conditiones illæ omnes, quas requiri in idea docuimus.*

Refut. Imo, inquam, nulla est conditio quæ non conveniat 1. est enim extra rem. 2. est quiddam æternum. 3. est objectum cognitionis, 4. ad eam, tanquam ad exemplar fit res ad extra. Certè non dicitur aliter res ipsa, quàm ut cognita, hoc est, ut est ratio rei. & cùm ad rationem rei concurrat & conceptus & res concepta, æquius videtur ut constituatur Idea sub notione rei conceptæ, quàm sub notione conceptus rei, præsertim cum fateatur Suarez minimè necesse sit, ut Artifex in agendo respiciat conceptum rei, sed ad rem quam concipit, quæ quidem est ipsissimum exemplar rei. Ejusdem sententiæ cum Durando, profitetur esse Okamum, Gabrielem, Petrum de Alliaco. Ipse tamen præfert amplectiturque sententiam Thomæ, quam recitat in hæc verba: *Idea rei est ipsamet essentia divina ut à Deo cognita, tanquam ad cujus imitationem seu similitudinem quandam res ipsa producitur. Et ita quo etiam res tanquam in sui quodam exemplari continentur cognoscitur à Deo.* At Valentiani sententia est, *Ideam esse ipsam rei similitudinem* [illegible] *Vasquez judicat,* qui itidem præsenti se sententiæ communionem colere cum ipso Aquinate. Nam essentiam Dei considerat tanquam cognitionem rerum actualem. At Suarez et professio, sententiam suam constituentem ideam in cognitione rerum actuali (quod etiam faciunt Valentianus & Vasquez) differentem facit tam à sententia Thomæ, qui vult ideam esse divinam essentiam cognitam tanquam imitabilem à creaturis, quàm à sententia Scoti, Durandi aliorumque, qui volunt ideam esse rem ipsam ut mente cognitam. Et sanè utramque sententiam illam Thomæ videlicet, & Scoti sive Durandi, tenui discrimine discrepare scribit Penuttus, his verbis: *Ex quibus apparet inter Principes utriusque scholæ solam de modo loquendi esse controversiam. An idea dicenda sit divina essentia ut illa, cujus esse à Creatura participatur, an potius creatura ut divinum esse sic participans.* Verùm in eruendo veritatem sequamur Valentianum.

Valent. *Hæc sententia Thomæ duplici modo, & utroque recte intelligi potest; primò de essentia divina ut est causa rerum, eminenter habens earum perfectiones. Nam & hoc etiam modo, unaquæque res fit ad similitudinem quandam analogam & imitationem essentiæ divinæ.*

Refut. I. Dum ait essentiam divinam esse exemplar rerum, ut est causa rerum, ea confundit substantialiter, quæ Durandus non tantùm disparata facit, sed opposita, 1. dist. 36. quæst. 3. num. 27. *Deus* (inquit Durandus) *non cognoscit res per essentiam propriam, ut est similitudo vel exemplar earum ut producetur est, sed ut Causa earum & hoc modo cognoscit perfectissimè.* Animosius, ni fallor, opposuit ista Durandus; quia scilicet exemplar rei intrinsecè habet similitudinem cum exemplato comparatum, non sic causa. Nam scire velim, cujus generis causam hic intelligat Valentianus; non credo, causam formalem, quæ sola complectitur similitudinem rei faciendæ, qualis est causa exemplaris seu idealis; sed causam potius efficientem notat. hoc ex eo colligo, quod ait, essentiam Dei continere eminenter perfectiones rerum: quod ut plurimum explicari solet in hunc modum, quatenus scilicet possit rerum omnium perfectiones producere. Rursus, si de causa efficiente procedit, quæro utrum Deum velit esse causam efficientem univocam an æquivocam? Sine dubio dicturus est, causam æquivocam. At inquam licet inter efficientem univocum & effectum intercedat similitudo; nulla tamen similitudo occurrit inter efficientem æquivocum & effectum suum.

II. Et quænam quæso similitudo locum habet inter essentiam Dei & naturam corpoream, aut naturam irrationalem, aut lignum aut stipitem? Ipse Vasquez, licet ejusdem hactenus cum Valentiano sententiæ, quod scilicet velit cognitionem rerum divinam esse ideam rerum; tamen in 1. disp. 72. cap. 1. disertè fatetur, *Essentiam divinam ut est objectum cognitionis, & causa solum creaturarum, nullo modo imitabilem esse.* Et Paulo post, *Essentia Dei* (inquit) *perfectiones creaturarum*

contir-

[illegible] *productione ipsa [illegible] Idea [illegible].*

[illegible] *essentia, ut est [illegible], sive [illegible] [illegible], quam habet Deus de unaquaque re factibili. Nam [illegible] ad similitudinem quandam essentiae divinae, hoc ipso, quod ita producta sit, [illegible] per illam cognitionem suam quae est sua essentia.*

Rursus dispensat ex non concessis. Sic enim in adversum Durandus in 1. distinctione 36. quaest. tertia numero 12. *Idea, licet non sit nobis apud principaliter respectu artificiatorum, sicut est in Deo respectu omnium creaturarum & creabilium, est tamen aliqualiter. Sed in nobis Idea, respectu artificiatorum non est [illegible] Artificis [illegible] intelligendi; quia ad [illegible] similitudinem res artificiata non producuntur; producuntur ad similitudinem ideae.* Comparationem illam displicet nec inficior, Vasquezius in 1. quaestione 15. disputatione 72. numero 5. *Artifex (inquit) ut dicatur operari per ideam internam, non debet prius respectu operationem [illegible] [illegible] sed [illegible], quam apprehendit [illegible] [illegible] operaturus.* At Suarez etiam [illegible] necessaria [illegible] super cognitionem [illegible] operatur. *In artifice (inquit) creato, [illegible] fieri debeat per actum distinctum, difficile [illegible] est, vel necessarium esse, vel semper intervenire, quando artifex per suam artem, seu per exemplar illa formam [illegible] operatur. [illegible] videtur [illegible] [illegible] [illegible] semper [illegible] operatur.* His itaque [illegible] hoc [illegible] Suarez, Ideam in mente Artificis creati non magis esse rem cognitam, quam in mente Dei. [illegible] *Licet (inquit) hoc exemplaria creata nobis [illegible] sint, tamen [illegible] quod [illegible] exemplariorum, unde tandem proportionem sumunt.* [illegible] *semper [illegible] sententia, qui in hoc negotio aliter [illegible] de divinis, quam de creatis exemplaribus, [illegible] esse positam formali [illegible], hoc in [illegible]. Id vero nulla ratione [illegible],* Sed & ratio Durandi manifesta [illegible] experientia, ad fidem conciliandam prona est. Nempe, sicut Artifex pingens ad exemplar materiale propositum extrinsecè, ad exemplar propositum conformat delineationem suam, non autem ad conceptum suum, [illegible] ad exemplaratum formatum per habitum Artis conformat effectum, non autem ad similitudinem sui conceptus. [illegible] ad similitudinem [illegible] informationem [illegible]; procul dubio [illegible] [illegible] hoc [illegible] materialiter, de [illegible] exemplar [illegible], quippe quod [illegible] habet conceptus objectivè. [illegible] vero Valentiani rationes expendamus.

Probatur (inquit) primò: quoniam [illegible] [illegible] invenitur [illegible] [illegible] Idea [illegible].

[illegible] non convenimus. Neque enim ulla est similitudo inter essentiam divinam & res creatas, quippe quae continet eminenter tantùm ut causa [illegible] aequivoca, non formaliter ut jam diximus.

Secundò, Quoniam [illegible] hunc [illegible] mundum [illegible] [illegible] Dei [illegible] [illegible] in

sa Dei essentia colligi potest ex Scriptura, primò ex Joann. 1. quod factum est in ipso vita erat, ut [illegible] Augustinus.

I. Si tolus Augustinus ita legit, [illegible] potius sequitur ita legendum non esse, quàm quod ita legendum sit. II. Damus res creatas [illegible] in Deo [illegible] creatricem essentiam, ut loquitur Anselmus, quatenus eas eminenter continet, & potest producere. At [illegible] nulla sequitur similitudo, per quam dicitur exemplar. Nam exemplar est similitudo formalis, non eminentialis.

Secundò, Hebr. 11. Fide intelligimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Significat res omnes ita factas esse, ut planè respondeant similitudini, & quasi imagini [illegible], quae erat in essentia [illegible] [illegible] sive verbo [illegible] ut praeclarè ostendit Thomas [illegible] secundum in illud caput ad Hebraeos quo & id confirmat ex [illegible] Boetii libro tertio de consolatione:

Pulcherrimum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similique in imagine formans.

Nihil habet Apostolus de rerum similitudine seu archetypo; ut vero supra textum Apostolicum addunt Thomas & Boetius de mundo mente gestato, cui similis sit iste, multo illustrius accommodatur ad rationem mundi in mente Dei, hoc est ad Mundum ab ipso mente formato nunquam ad essentiam Dei. Nam ut re [illegible], inter essentiam Dei & Mundum hunc aspectabilem, nulla est similitudo nisi eminentialis, igitur non formalis, non similitudo idealis sive exemplaris.

Tertiò ex ipsa communi notione Ideae probat Thomas hic articulo 1. Nam idea rerum sunt [illegible] rerum similitudines existentes in Agente intellectuali, à quo res efficiuntur. Sed hujusmodi similitudines rerum sunt in natura divina, quatenus Deus, ut Agens intellectuale, res efficit: Ergo in mente divina sunt Ideae rerum.

Non negamus similitudines rerum esse in Deo intellectualiter, quatenus nimirum sunt ab eo cognitae, nimirum tum secundum quidditates earumdem omnimodque ad existentiam ipsarum rerum pro Dei beneplacito concernentium. Sed inter essentiam Dei & res ipsas, nullam hactenus deprehendimus similitudinem, nisi quam tu appellas eminentialem; atque hoc illud est, in quo maxime [illegible] Durandus, Sed huic occurrit Valentianus in sequentibus.

Inter Ideam & rem non est [illegible] similitudo [illegible] [illegible] sed analogica, secundum quandam proportionem. Talis autem similitudo etiam [illegible] essentiam divinam & quaecumque perfectiones creatas, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quidem Durandus asserere debuisset Ideam [illegible] [illegible] secundum habitudinem [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]. Certum enim est inter Ideam [illegible] & rem non esse similitudinem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] esse [illegible] esse similitudo aliqua secundum analogiam, quae [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] sit [illegible] sit ab Artifice cognita.

Verum tamen qualis sit ista similitudo analogica & proportionalis nequaquam explicat Valentia-

 nus

ret. In quibusdam agnoscit Durandus conditionem creaturarum quasi imitativam perfectionum divinarum. Eæ autem sunt paucissimæ. In reliquis nimirum [illegible] ad similitudinem essentiæ divinæ conformatis, [illegible] rationis expertes est. Similitudinem tamen saltem analogicam præfert Valentianus; sed præter verba & voces nihil affert, quod hujusmodi similitudinem aliquam confirmet. Eminenter in Deo omnia contineri ut in causa præsertur, quod & Durandus libenter agnoscit; sed non tanquam in causa formali vel univoca hactenus affirmare sustinuit Valentianus; sed putat tanquam in efficiente æquivoca, sive analogica. At quæ dicatur similitudo analogica fingi potest inter lucem Solis, & calorem sublimatum? Deus perfectus est perfectione spirituali, eaque eminenter exsuperante perfectionem spiritualem creatam. At quæ dicenda proportio sub imaginationem cadit inter perfectionem Dei & perfectionem corporalem, cujuscunque vel vilissimæ creaturæ.

II. Habitudo, de qua Durandus, tantum inservit ostendendo, quomodo esse cognitum creaturæ sit æternum, quod ego non aliter dictum interpretor, quam communiter interpretatur ipse Valentianus, de extrinseca videlicet rei denominatione propter cognitionem Dei: ita ut res cognita, non tam sit habitudo, quam res secundum suum esse reale, ut in mente Dei sive ut à Deo cognita. Et inter hæc similitudo ac [illegible] facit illustrem; quanta solet esse inter artificialem effigiem quamcunque artis formatam in animo, & ejus expressionem in materia quacunque. Ista vero, consistit in hoc analogia quod talis res sit, qualis fuit ab Artifice cogitata. At hoc non est formare ipsa Artificis ad cogitationem suam, sed potius ad effigiem formæ cogitatæ. Argumenta tamen Gabrielis, meo judicio non sunt adeo momentosa. Prima est, *Quæ cognoscuntur quæ Deus suam essentiam cognoscens [illegible] cognosceret, non producit [illegible], [illegible] producere; ergo reipsa prius à Deo cognita est Idea.* Agnosco Deum cognoscere res producibiles; verum prius tamen cognoscit quid sit, quam cognoscat quod produci possit. Producibilem esse cognoscit cognitione potentiæ suæ, sub ratione potentiæ; sed & cognoscit quidditates rerum omnium cognoscendo essentiam suam, & cognitio quidditatum rerum potius quam possibilitatis earundem spectat ad exemplar. Et essentia divina videtur repræsentare quidditates rerum omnium modo quodam eminenti. Sed ut sciatur quod res est, secundum nostram ingenii tenuitatem, etiam modo inferiori? Secunda ratio est, *Illud est Idea, quo solo cognito, res rationabiliter producitur, & quo non cognito, minime etiam aliud quidvis cognoscitur. Sed hujusmodi est [illegible] à Deo cognita.* Respondeo; Certè, quo cognito tanquam exemplari rationabiliter res producitur; & re ipsa facienda probè cognita & prius prævisa rationabiliter producitur, illud est Idea. At non cognoscitur res aliqua à Deo, cùm in essentia divina, ita omnes secundum quidditates ipsarum, atque secundum omnes conditiones earundem repræsentatæ (quæ etiam uniuscujusque quidditatis in suo genere) quas tamen non nisi in essentia divina repræsentantur ut cognoscibiles.

DIGRESSIO SECUNDA,

In qua

Quæ in Metaphysicis, Disp. 25. sect. 1. De Ideis disserit Suarez, ad examen revocantur.

Sectio I.

NUmero quinto proponitur gravem esse quæstionem *quomodo intelligatur exemplar esse in intellectu, an subjectivè seu formaliter, an objectivè tantum.* Numero secundo advertit *sententiam hac de re satis communem esse, quod scilicet exemplar sit conceptus objectivus,* hoc est non tam rei cognitio divina, quam res aliqua divina cognitione cognita: licet alii velint Ideam esse rem ipsam quæ fecunda est, sed prout objectivè existit in mente divina; alii rursus censeant Ideam esse ipsam divinam essentiam ut à Deo cognitam tanquam imitabilem à creaturis. Prioris sententiæ patronos refert non modò Scotum in 1. distinct. 35. quæst. 1. Ochamum ibid. quæstione 3. Gabrielem quæst. 3. art. 2. Aliacens. in 1. quæst. 6. art. 3. Durand. distinct. 36. quæst. 3. Bassol. quæst. 2. artic. 2. sed & Thomam Aquinatem, quod quo consilio factum sit divinare nequeo, miror magis præsertim cùm de veritate quæst. 3. art. 2. in conclus. diserte profiteatur Thomas, *Essentiam Dei esse Ideam rerum, non quidem ut essentia est, sed ut est intellecta. Res autem creata (inquit) non perfectè imitatur divinam essentiam.* Valentianus etiam, & ipse Jesuita agnoscit *Ideam secundum Thomam esse ipsamment essentiam divinam ut cognitam à Deo tanquam id ad cujus imitationem seu similitudinem quandam reipsa producitur,* in 1. quæst. 15. art. 1. Ad fidem sibi conciliandam provocat Suarez ad quæst. 3. de verit. art. 2. Sed verba Aquinatis minime repræsentat. Ego verò ex eodem articulo, disertissimo Autoris testimonio confirmatum dedi, ipsam Dei essentiam, ut à Deo intellectam, à Thoma constitui Ideam rerum. Fatetur tamen hunc posteriorem modum amplexatum esse Cajetanum & Thomistas in 1. par. quæst. 15. art. 2. & Ferrariensem in 1. cont. Gent. cap. 54. & Ægid. in 1. distinctione 36. quæstione 3. ad 2. & ibi Ricard. art. 2. quæst. 2. Itaque in hoc artificio fallere mihi visus Suarius, dum Aquinatem prioris sententiæ defensoribus accenset, non autem posterioris; quia

scilicet hoc pacto magis integrum illustret Thomam in utraque parte exhibere, modò persuasum fuerit lectoribus, eum & à posteriore sententiâ alienum esse, & in priore non nisi specie tenus propendisse; quod & mendatum ab eo repetimus numero nono.

Numero octavo præfert se fundamenta jactatum superioris sententiæ, rejicientium videlicet Ideas in DEO esse objectivas non autem formales, quam dicta opera, & dissertatione prolixiore convellendam in se recipit. Adverto tamen obiter argumenta Durandi à dissertore isto dissimulata esse tanquam insuper habita, hac tantùm admonitione lectores suos contentos esse jubente; *quia scilicet supponunt exemplar habere rationem objecti cogniti, & ex hac suppositione inferunt, non posse esse rem aliam, nisi ipsammet, quæ per alium [illegible] fit, quatenus in esse cognito supponitur in mente artificis.* Consecutionem illam concedit Suarez; tantùm inquirendum sibi proponit de re ipsa, quam supponunt; quasi verò Durandus tantùm supponeret *exemplar habere rationem objecti cogniti*, neutiquam verò confirmaret. Atqui argumenta Durandi in sententiæ suæ confirmationem hæc sunt: *Solum objectum potest habere rationem Ideæ, quod patet dupliciter: Primò, quia Idea est exemplar ad quod artifex aspiciens operatur, ut patet ex jam dictis: Sed illud ad quod intellectus aspicit, est objectum, & nihil aliud, nisi sit sub ratione objecti; sicut & in sensu, illud ad quod visus corporalis aspicit est ejus objectum, nec quicquam aliud, nisi cadat sub modo objecti: Ergo solum objectum intellectus divini habet rationem Ideæ.* Sic fuit ratio prima Durandi, sequitur secunda. *Secundo patet idem sic; Idea licet non sit solùm [illegible] principaliter respectu artificiatorum, sicut est in DEO respectu omnium creaturarum vel creabilium, est tamen aliqualiter: Sed Idea in nobis respectu artificiatorum non est intellectus artificis, nec similiter intelligendi, quia ad istorum similitudinem res artificiata non producitur, producitur autem ad similitudinem Ideæ suæ; Nec Idea est ratio intelligendi, quæ sit ratio intelligendi, quod non est intellecta, sicut est species secundum ponentes ipsas, quia ad rationem intelligendi sit acceptam nunquam [illegible] intellectum artificis, restat ergo quod Idea in nobis sit solum objectum intellectus nostri: quare & in DEO proportionaliter oportet dicere, quod Idea non sit intellectus divinus nec aliquid intelligendi, nec ratio intelligendi & non intellecta, sed sit solum objectum intellectus divini, quod concedendum est.*

Numero nonopergit Suarez aucupando suffragia Scholasticorum, quo suæ sententiæ splendorem aliquem autoritatis conciliet. Nam adversus Scholasticorum flumine tentare aliquid in Scholis, tum temeritatis fore, & viribus ipsius vix præstabilem conatus est. Itaque in causæ suæ subsidium Halensem advocat loco primo. Sed conjecturationibus suis in subsidium nititur, non autem expresso aliquo Halensis testimonio. Ait Halensem in prima parte, quæstione vigesima tertia, membro quarto, articulo primo, *aperte dicere Ideam esse separationem & exemplar DEI, & quod secundum exemplar dicitur DEUS sapiens.* Fatetur tamen Halensem ibi loci constituere *differentiam* quandam *inter exemplar & Ideam*, quæ ne Suario quidem probatur. At hæc facilè congruenter accommodari possunt ad rationes rerum in divina essentia repræsentatas, & à DEO intellectas; nisi quod de *differentia* meminit *inter Ideam & exemplar* secundum Halensem, quod tandem haud satis assequor, cùm dissimulandum hoc consilium judicarit ipse Suarez, quàm proferendum. Omnes agnoscunt Ideas ejusmodi esse, sine quibus nemo sapiens fiat, idque ex Augustino; quod tamen nullum usquam ponere præsumunt, quo minus Ideas censeant aut esse res ipsas in esse objectivo apud Deum aut ipsam Dei essentiam ut intellectam tanquam imitabilem à creatura. Etiam sacræ literæ dicuntur potentes ad nos omni sapientia imbuendos ad salutem, nec tamen verbum DEI censendum est idem cum nostra cognitione ejusdem. Sed respicientes illi memoriam dicti superioris, Halensem scilicet nihil aliud voluisse, quàm DEUM cognoscere futura per Ideas. At inquam ista locutio parum sobria fuisset si per Ideas in mente DEI, intelligeret ipsam cognitionem futurorum. Quid enim? An satis saperet, qui cognitionis futurorum divinæ rationem redditurus per Ideas, non aliud diceret, quàm DEUM cognoscere futura per cognitionem futurorum? Ad Bonaventuram quod attinet, si tantùm dicit *DEUM cognoscere per Ideas, quatenus habet in se rationes & similitudines rerum*, manifestò sequitur, rationes & similitudines rerum haberi à Bonaventura pro ideis rerum, potius quàm rerum ipsarum cognitionem; cùm non nisi absurdè dici possit, DEUM cognoscere res per cognitionem rerum. Etiam advertendum; jam propositum ex Bonaventura DEUM cognoscere res futuras convertendo se ad ideas earundem; quomodò autem se convertit nisi eas intuendo, sive cognoscendo? unde conjicitur, Ideas ut cognitas à Bonaventura considerari, non autem ut rerum cognitiones. Esto, dicat Capreolus in 1. distinctione 36. quæstione 1. articulo 1. ad 1. Durandi contra 2. conclus. *ad Ideam sufficere quod sit ratio secundum repræsentationem, qualis est res cujus est Idea*; & inferat; *quod si creatura non contineretur in divina essentia nisi objectivè, & nullo modo formaliter, aut virtualiter, hoc non sufficeret, ut haberet rationem Ideæ.* Hæc à Capreolo proferuntur in adversum sententiæ Durandi, quam tamen leviter impugnant. Licet enim velit Durandus creaturam contineri in divina essentia *objectivè*, tamen minimè negant contineri etiam *formaliter, aut virtualiter.* Vult enim Durandus creaturam contineri in essentia divina, non solùm objectivè, sed ut in causa, & consequenter virtualiter saltem si non formaliter. Sic enim habet 1. distinctione 36. quæstione 3. num. 27. *DEUS non cognoscit res per essentiam propriam ut est similitudo, vel exemplar rerum, sed ut causa earum, & hoc modo cognoscit perfectissime.* Imò hoc disertè profitetur Durandus prima distinct. 36. quæst. tertia num. 13. *Essentia divina [illegible] modo est repræsentativa rerum creatarum apud intellectum divinum, nisi secundum quod est causa continens in se virtualiter quicquid est in creaturis.* Quanto minus velificabitur Capreolus sententiæ velitæ. Quid enim? An cognitio creaturarum in Deo repræsentat

Durand. 1. dist. 36. quæst. 2.

creaturas, ut talis, qualis est creatura quam repræsentat? Ergo vel ut talis formaliter, vel ut talis virtualiter; At neutrum dici potest. Neque enim talis est formaliter. Quid enim? An divina cognitio bruti similis est bruto? At inquam nostra cognitio bruti multo similior est cognitioni divinæ ejusdem objecti, quàm brutum ipsum, quæ tamen cognitio nostra à cognitione divina plurimum distare deprehenditur. Etenim nostra cognitio nobis inest ad modum accidentis; at cognitio divina eadem prorsus est cum essentia divina. Sed nec virtualiter talis est; Neque enim scientia Dei continet creaturas virtualiter, sed potius voluntas DEI. Illud enim dicendum est continere aliquid virtualiter, quod habet potentiam producendi illud. At non tam scientia DEI, quàm voluntas DEI potens est producere creaturas. Quarè cùm scientia DEI nec formaliter, nec virtualiter contineat res ab ipso cognitas, sequitur scientiam rerum in DEO nequaquam esse Ideam rerum secundum Capreolum. Videas etiam obiter sententiæ Suarianæ miseram ἀκρισίαν. Repræsentatio potius notat aliquid præcedaneum cognitioni divinæ secundum quam res sunt præsentes DEO, ut ab eo cognoscantur; quàm aliquid ipsi conjunctum aut succedaneum. Rursus finis hujus disertationis est, ut inquiratur, quomodo DEVS cognoscat futura, quæ nondum sunt, & quia nondum sunt, videntur minimè præsentia esse DEO. Itaque respondent aliqui, nominatim Bonaventura, res DEO præsentes esse per Ideas. Quod si Idea esset ipsa rerum cognitio; quàm absurdè diceretur, DEUM cognoscere res per Ideas, aut habere res præsentes sibi per Ideas eatundem, unde haud difficulter cognoscantur. Nam perinde est, ac si quis responderet; Ne mireris, quomodò fiat, ut DEUS cognoscat res futuras; cognoscit enim res futuras per cognitionem rerum futurarum; per quam cognitionem rerum futurarum habet res ipsas futuras tanquam sibi præsentes ut facilè ab eo cognoscantur. Quid quæso est λῆρον ληρεῖν, & nugas agere, si hoc non est? Tandem etiam ad Aquinatem accedit in suam sententiam trahendum. *Eadem* (inquit) *videtur esse sententia Thomæ 1. par. quæstione 15. Nam articulo primo ait Ideam esse formam, id est similitudinem rei faciendæ, quam in se habet artifex secundum esse intelligibile. Et solutione ad 3. ait, DEVM per essentiam suam habere Ideas, quia per essentiam suam cognoscit res ùt operabiles, non autem cognoscit creaturas per eas in esse cognito, sed per conceptum formalem earum.* Prioribus de similitudine rerum apud DEUM perinde utitur Suarez, atque superioribus ex Capreolo petitis, & proinde eandem admittunt solutionem. Agnosco libenter similitudinem rerum omnium apud DEUM, nempe in essentia, habere aliquid quod sit admodum ὁμώνυμον, atque hoc impulisse videtur Durandum, ut ab Aquinatis sententia deflecteret, quia scilicet essentia DEI nullam habere videatur cum rebus creatis similitudinem, nisi virtualem & æquivocè dictam, nempe quatenus res omnes continet tanquam in causa efficiente æquivoca. Ideo maluit res ipsas ut à Deo intellectas (Nam necesse est ut cognoscat DEUS omnia, ad quæ producenda virtus ejus extendit) esse rerum Ideas apud DEUM, non autem ipsam essentiam divinam tanquam imitabilem à creaturis; quippe cùm creaturæ omnes sint DEO prorsus dissimiles secundum formas, negavit eas esse essentiæ divinæ imitativas. Hinc est quod Thomistæ procedentes in occursum Durando, contendunt res creatas in essentia divina contineri plusquam virtualiter atque effectivè; vix tamen audent eò provehi, ut dicant contineri in DEO formaliter; quod tamen hic attentatum fuisse videtur à Capreolo, verbis à Suario repræsentatis; quippe cùm diceret essentiam DEI non posse habere rationem Ideæ, si nullò creatura in essentia divina non contineretur *formaliter aut virtualiter*, sed tantùm *objectivè*. Ubi advertamus illa, *formaliter aut virtualiter*; non ausus est dicere formaliter contineri & in eo sistere; dixit tamen *formaliter aut virtualiter* contineri. At (inquam) nisi plus quàm virtualiter contineri dicat, Durando refellendo nequaquam sufficiet. Verùm Capreolum secutus Ferrariensis semel ausus est profiteri DEVM esse formale principium rerum creatarum. Valeo [illegible] tamen non desiisse suâ lenitiva, quibus sententiæ tam malè sapientis asperitatem temperent, de quibus plura suo loco dicenda erunt, nunc autem in transitu sumus. At Jesuitæ propter causas sibi probè notas, & figmenti sui de scientia media tuendi zelo flagrantes nec Durandi nec Aquinatis sententiam probant (quas quidem non nisi tenui discrimine separandas esse statuit Penottus) ne prorsus omni Scholasticorum suffragio destituantur, præferunt se in hoc apice adhærere sententiæ Aquinatis: quod tamen cùm diserto aliquo tanti Theologi testimonio præstare nequeant (Imo jam docui Thomam eo ipso articulo (quæstione tertia de veritate) quem citat Suarez, quasi in eâ sententiæ suæ faventem auctius esset Aquinatem, disertissimè professum esse, Ideam rerum non nisi essentiam esse divinam, ut intellectam, tanquam imitabilem à creaturis. Ideo hoc agunt, ut consequentiis suis quod volunt, effectum aut dent, aut saltem credulo lectori dare videantur. Hinc est quod toti sint in exponendo, quomodò essentia DEI sit similitudo creaturarum, & essentia imitabilis à creaturis: hoc autem prolixè confectum esse judicant, dicendo essentiam DEI similem esse per repræsentationem; cùm potiùs similitudo præcedat repræsentationem, tanquam constituens essentiam idoneam ad res repræsentandas, quàm eam comitetur. Rursus dicunt, per actualem rerum cognitionem in DEO res ipsas æqualiter repræsentari: cùm tamen sobrius quisque non advertere non possit, repræsentationem præcedaneam esse cognitioni potius quàm supervenientem ipsi; quarum scilicet per repræsentationem fit ut commodius à DEO cognoscantur, saltem quoad nostrum intelligendi modum. Hoc enim vel maximè versatur in quæstione, quo modo scilicet res futuræ sint præsentes Deo, ut ab

eo

[illegible] cognitionem. Et quis non videat, quàm proje-[illegible] respondent præsentes fieri Deo per cognitionem eamdem actualem, uti jam diximus. Denique essentiam Dei esse Ideam rerum, quatenus eadem est cum actuali rerum cognitione. Alias enim Aquinatem in suam sententiam trahere nequaquam potuissent. Sed & ulterius progrediendum est istis, modò Aquinatem à suis partibus stare velint, asserendumque actualem cognitionem rerum ut à Deo intellectam tanquam imitabilem à creatura esse Ideam rerum. Nam non nisi hunc in modum essentiam divinam rerum Ideam esse statuit Aquinas *de veritate, quæst. 3. art. 2. in fine conclusionis.* Verùm hoc in loco missas facit Suarez consequentias suas ex verbis Thomæ, quibus dicit Ideam esse rerum similitudinem; Neque mirum, hoc enim vel maximè nititur Durandus, ad sententiam suam in adversum Thomæ propositam stabiliendam, quia scilicet essentia divina nullam habeat cum rebus ipsis similitudinem; habere tamen rem ipsam in mente artificis secundum esse intelligibile. Esto verò, dicat Thomas Deum per essentiam suam habere Ideas, quid hoc vobis commodat, quorum sententia est non tam essentiam Dei, quàm cognitionem rerum in Deo esse ideam rerum? Thomæ autem sententia est in hac quæstione, & responsione ad 2. (essentiam Dei, non autem cognitionem rerum divinam) *habere rationem Ideæ secundum quod ad alia comparatur, non autem secundum quod comparatur ad se,* ut sic argumentum propositum dilueret. Sed premamus consequentiam, quam nectit Suarez, ut scholasticum ejus ingenium oberrare advertamus. *Non cognoscit,* inquit, *Deus creaturas per eas in esse cognito, sed per conceptum formalem.* Non est hæc fateor consequentia formalis; est tamen materialis, etiam ad formalem revocanda, quatenus ista connexive penitus formaliter connectenda essent; ac si posterius membrum ex priore conficeretur hunc in modum: *Non cognoscit Deus creaturas per eas in esse cognito; ergo cognoscit per conceptum formalem.* Nam particula adversativa [sed] indicat, nisi concedatur posterius negari non posse membrum prius. Jam illud argutiæ quicquid fuerit, discutiamus, ut de fide atque eruditione Jesuitica certiores evadamus. Membra proponuntur tanquam opposita & quæ sint ἄμεσα, quorum alterum negari non potest, nisi concesso altero. Consideremus igitur quid sit formaliter oppositum conceptui formali: Nempe vel Suario informatore ut diximus, non nisi conceptum objectivum opponi conceptui formali. Hunc enim controversiam totam revocandam esse judicavit ipse Suarez numero quinto: An scilicet Idea sit conceptus objectivus, an conceptus formalis. Istos hæc libenter fateor esse opposita, adeo ut si conceptus aliquis non sit objectivus, sit formalis. Quod si plures sint conceptus objectivi, ex negatione unius ex his, nequaquam sequetur positio conceptus formalis; cedo hic quemvis arbitrum. Exempli gratia; Animal irrationale formaliter opponitur rationali; sequitur ergo, quicquid est animal, & non irrationale, proculdubio esse rationale: At nequaquam sequitur, omne animal quod non est bos, esse animal rationale. Jam verò ipso Suario arbitro conceptus objectivus, qui statuitur à Scholasticis Idea, duplex est. Nam vel est ipsa Dei essentia ut creaturas repræsentans, vel ipsæ creaturæ ut repræsentatæ: hoc est, vel essentia divina in esse cognito repræsentans creaturas; vel ipsæ creaturæ in esse cognito, ut per essentiam divinam repræsentatæ. Quare licet non cognoscat Deus creaturas per ipsas in esse cognito, hoc est, per esse objectivum tale, tamen minimè sequitur Deum cognoscere eas per conceptum formalem; quia scilicet datur alius conceptus objectivus præter ipsas creaturas in esse cognito, nempe ipsa essentia divina, per quam in esse cognito cognoscit creaturas: Atque hæc est Thomæ sententia; Nempe essentiam divinam in esse cognito tanquam imitabilem à creaturis esse Ideam creaturarum. Sed nondum omnes abominationes in methodo scholastica perturbanda à Jesuitis patratas in considerationem revocavimus. Quisquis ex negatione unius infert alterum, hoc ipso supponit, membra, de quibus disserit, esse formaliter opposita; ergo cum sic disserit Suarez, *Non cognoscit Deus creaturas per eas in esse cognito, sed per conceptum formalem,* quod perinde est ac si sic dissereret, *Non cognoscit Deus creaturas in esse cognito; ergo cognoscit eas per conceptum formalem;* hinc sequitur, primum membrum his verbis expressum [*per eas in esse cognito*] nihil aliud notare quàm conceptum objectivum, quod & verum est, licet universum conceptum objectivum nequaquam exprimat (quod tamen fieri debuerat, ad commodam oppositionem, quemadmodum priùs arguebam) sed partialem duntaxat: Nam conceptus objectivus non aliud est quàm ipsum objectum cognitum, quod tamen duplex est, vel ipsa divina essentia, vel ipsæ creaturæ in ea repræsentatæ. Vide tamen adhuc aliam & majorem anomaliam à disserrore isto factam, eamque à methodo scholastica plurimum alienam. Etenim cognitionem Dei fieri posse supponit, vel per conceptum objectivum, vel per conceptum formalem; atque hos modos cognoscendi facit oppositos; licet in tantum abeant ab omni oppositione, ut nulla omnino cognitio vel divina vel Angelica, vel humana haberi possit sine utroque. Neque enim fieri potest ulla cognitio nisi detur & objectum cognitum, & ipsa cognitio. Atqui conceptus objectivus nihil aliud notat, quàm cognitionis objectum; conceptus verò formalis nihil aliud designat, quàm ipsam objecti cognitionem actualem. Videat ex his æquus quisque, annon omnem sobrietatem excusserit Suarez, cùm hunc in modū aut dissereret aut disserenti similis esset. Ac si quis sic argueret; Cognitio fit non per talem conceptum objectivum, ergo per conceptum formalem, quasi verò aliud aliquid esset conceptus formalis quàm ipsa cognitio, aut fieri posset cognitio aliter quàm per conceptum objectivum, hoc est per objectum aliquod, quod sit terminus cognitionis; aut remoto uno conceptu objectivo, sive objecto, loco ejus substituendus esset conceptus formalis (qui nihil aliud est quàm ipsa cognitio) & non potius conceptus objectivus alius, hoc est objectū aliud, quod & verum est hoc in loco juxta sententiam Aquinatis; nempe non creaturas ipsas in esse cognito, esse objectum cognitionis divinæ rerum creatarum tanquam

Ideam ipsarum, sed ipsam essentiam divinam in esse cognito apud Deum, tanquam imitabilem à creaturis esse Ideam earundem. Dixit olim Tritemius Scholasticos infaustis suis argutiis conspurcasse Theologiam. At Jesuitæ nostri non Theologiam tantùm sed & Philosophiam & universam argumentandi methodum miscendam in modum conspurcasse deprehenduntur. Sed & mercedem tanti facinoris congruam à Deo receperunt: Nempe vertigine percussi, linguarum atque ingeniorum suorum confusionem miserè produnt, quod & Babylonicæ turris ædificatoribus olim contigit, & meritò. Sed quàm me miseret sortis Christianæ, dum non nisi talibus Informatoribus usi, præsertim in studiis Metaphysicalibus, Academiarum nostrarum alumni, ad aidem rerum, quà lumine naturali progressus pateat, aspirare se posse sperant. Operæ pretium facturum auguror, quisquis Metaphysicas illas disputationes Suarezianas tanquam Augiæ stabulum Herculeo labore purgandas in se receperit, præsertim quæ ad veritatem Theologicam & sacram conspurcandam, & desolandam tendere comperientur. Quid enim? An tantum opus in adventum Eliæ, aut Christi potius Servatoris nostri rejiciendum erit? Absit, dicimus: Neque enim tanti est. Sed rebus sic prostratis etiam fuerit, provideat Deus: Nec tamen dissimulandum jam eo subesse videlicet apicem aliquem in præsenti de Ideis controversia, quem non nisi lumine gloriæ enucleandum esse præsagit mihi animus. Nunc hoc agamus, ut cum Suario pergamus. Nam præsentem dissertationem Suarii de Ideis Metaphysicalem benè longam mihi discutiendam proposui. Addit Suarez Aquinatem *in solutione ad 3.* postulasse, *in tantum divinam essentiam esse Ideam in quantum ipsa est similitudo rerum omnium: quod* (inquit Suarez) *non potest intelligi de similitudine naturali, sed de similitudine seu repræsentatione intentionali quæ habetur per formalem conceptum. Et de eadem* (inquit) *intelligendus est, in art. 2. dum ait in divina essentia esse Ideam quatenus est participabilis secundum aliquem modum similitudinis à creaturis, & solutione ad 1. art. Ideam esse essentiam in quantum est similitudo vel ratio: ubi posterior illa vox, scilicet ratio, declarat priorem scilicet similitudinem. Nam ratio propriè non dicitur nisi de conceptu formali, expressè repræsentante intellectui rem ut est ideatam.* Rursus redit Suarez ad speciosam argumentationem, qua Capreolum in partes suas trahere cupiebat, iisdem artibus Aquinatem in subsidium suum subacturus. Atqui vel ex his manifestum fit, Aquinatem constituisse essentiam divinam Ideam rerum. Rursus Ideam esse conceptum objectivum palam profitetur Thomas art. 2. in resp. ad 2. his verbis, *Sapientia & ars significantur ut quo Deus intelligit, sed Idea ut quod Deus intelligit.* Itaque quod ait Aquinas, *Deum per essentiam suam habere Ideam in quantum ipsa est similitudo rerum omnium*, hoc in causæ suæ adminiculum rapit Suarez, inquiens, *Hoc non potest intelligi de similitudine naturali, sed de similitudine seu repræsentatione intentionali, quæ habetur per formalem conceptum.* Certè hinc est, quod Durandus in adversam sententiam deflexerit, quia scilicet nequaquam videat, quomodo essentia divina dici posset similis rebus creatis, & proinde mediatè ipsas ut à Deo cognitas, esse Ideas rerum: cujus quidem sententiam sententia Valentiani, Vasquii, Suarii, & reliquorum Jesuitarum, longè potiorem esse dico. Dicit scilicet Thomas Ideam in Deo esse, sicut quod Deus intelligit, hoc est, Ideam esse conceptum objectivum, hunc tamen licet invitissimum corripit interpretatione sua Suarez, ut Ideam consistere statuat in conceptu formali. Quænam est ista licentia, interpretandi mentem Authoris, imò potius corrumpendi? Rationem tamen, qua nititur, videamus; *Si divina* (inquit) *essentia sit similitudo rerum, ista similitudo cum naturalis non sit, est similitudo seu repræsentatio intentionalis per conceptum formalem.* Atqui quam ob rem non essentia divina, perinde repræsentare res atque divina cognitio rerum, cùm una & eadem sit essentia Dei & cognitio divina? Imò cur non commodius dicatur repræsentare, quandoquidem repræsentatio fit ut eo commodius cognoscantur, unde æquum est, ut repræsentatio rerum prior sit apud Deum ipsa cognitione rerum. Et qui aliquando fieri potest, ut cùm non cognoscat res creatas nisi in essentia sua, & cognoscendo essentiam suam, qui, inquam, fieri potest, ut in essentia cognoscantur res, nisi prius in essentia divina tanquam intelligibiles repræsententur intellectui divino ad cognoscendum. Ad hæc, sciscitari velim, An conceptus rerum potius dicendus sit repræsentare res creatas, quàm res ipsæ à Deo conceptæ? Rursus, An dum producuntur res, producantur ad similitudinem conceptus divini formalis, & non potius ad similitudinem rerum conceptarum? Et, An Artifex creatus, dum producit formas rerum, producat eas ad similitudinem conceptus sui, qui quidem conceptus est in tertia specie qualitatis, & accidens spirituale animo rationali duntaxat inhærens, an potius ad similitudinem formæ conceptæ, quæ quidem locum habet in quarta specie qualitatis. Hujusmodi sunt argumenta, quibus nititur Durandus, dum probat Ideam constitui non posse, in actu intelligendi formam aliquam faciendam, sed duntaxat in ipsa forma prout existit in mente Artificis, secundum esse intelligibile. Rursus, in artic. 2. cum dicit Thomas, *Ideam esse in essentia divina, quatenus est participabilis secundum aliquem modum similitudinis à creaturis*, hoc torquet Suarez ad astruendum sententiam suam, quasi vero *essentia divina ut participabilis à creaturis*, secundum aliquem modum similitudinis, esset actualis Dei cognitio rerum. Tum in eo hæret, quòd Ideam dicat esse essentiam *in quantum est similitudo vel ratio*, ad hoc que rationem rei non dici nisi *de conceptu formali expressè repræsentante intellectui rem ut est ideatam.* At Durandus licet non aliter intellexerit Ideam, quàm *ut formam vel rationem, ad cujus similitudinem Agens per artem potest aliquid producere*, tamen hinc nequaquam adductus est ad constituendam Ideam in conceptu formali; hoc enim nequicquam obstante, constituit ille Ideam in conceptu objectivo. Aquinas ipse, licet appellet Ideam *rationem*, tamen 1. p. quæst. 15. art. 1. in corp. profitetur, *Ideam operati esse in mente operantis sicut quod intelligitur, non autem sicut species quâ intelligitur, facta ad similitudinem in actu. Forma enim* (inquit) *domus in mente ædificatoris, est aliquid ab eo intellectum, ad cujus similitudinem domum in materia format.* Etiam Durandus 1. dist. 36. q. 5. *Idea* (inquit) *secun-* 1. dist. 36. q. 5.

secundum proprietatem nominis est forma, & secundum connotationem ratio. Ergo dici potest, quod Idea est forma intellectualis. Sola enim talis forma potest propriè dici ratio. Atq; ista colligit ex Augustino. Et vulgo dici solet in Scholis rationem rei, sive ut aiunt, nihil aliud esse quam quidditatem sive definitionem rei; quod quidem non est cognitio quidditatis rei, sed potius quidditas rei cognita, sive intellecta. Sequitur citatur ejusdem ex Aquinate. Et solutione ad 2. ait, *Deum intelligere plures rationes rerum, quatenus intelligit se intelligere res plures extra se, & hoc modo esse in Deo plures Ideas. Et eadem proportionaliter dicit debere de exemplari cujuscunque artificis.* Hoc fateor propius accedit ad confirmandum quod intendit Suarez, & alicujus momenti fuisset, nisi ipse Aquinas in hac ipsissima solutione, non semel professus esset in adversum; nempe Ideam esse rem ab artifice intellectam, non autem intellectionem rei; hoc est, positam esse non in conceptu formali, sed objectivo. *Idea* (inquit) *significatur, ut quod Deus intelligit.* Et rursus, *Intelligere multa non solum secundum quod in se ipsis sunt, sed etiam secundum quod intellecta sunt, est intelligere plures rationes rerum.* Ergo multa illa secundum quod intellecta sunt, sunt rationes rerum; adeo ut rationes rerum Aquinati, semper sint res intellectae, non autem earundem intellectio. Verum ista tanquam ad palatum ejus minimè facientibus neutiquam insistit Suarez; sed quae in fine solutionis proponuntur ea adhibet tanquam causae suae valde propitia, cum ait: *Deum non solum intelligere multas res per essentiam suam, sed etiam intelligere se intelligere multa per essentiam suam, & hoc* (inquit) *est intelligere plures rationes rerum.* Certè (inquam) hoc est intelligere plures rationes rerum; non quia ipsum *intelligere multa per essentiam divinam sit plures rationes rerum*, (nam hoc intelligere, quicquid fuerit, unicum tantum est non plura) sed quia multa illa à Deo intellecta, quatenus à Deo intellecta sunt, sunt plures rationes rerum. Quisquis intelligit se intelligere multa, hoc ipso intelligit multa esse à se intellecta; & quisquis intelligit multa esse à se intellecta, hoc ipso intelligit se intelligere multa. Quare sive dicas Deum intelligere se intelligere multa per essentiam suam, sive dicas Deum intelligere multa à se intellecta esse per essentiam suam; utrumq; horum est intelligere plures rationes rerum. Verum integrum est quaerere, in utrorum altero praedictorum consistat ratio Ideae formaliter; utrum scilicet consistat in actione intelligendi, quam vocat Suarez conceptum formalem, an potius in re intellecta, quam vocat Suarez conceptum objectivum. Dicimus itaq; juxta Aquinatem, Ideam esse rem quae à Deo intelligitur, non modo quia sic Thomam intellexerunt Durandus, & Thomistae ut fatetur ad unum omnes, sed & Thomas ipse, in hac ipsa solutione non semel professus est; quod & rursus repetit verbis extremis, etiam iis, quae in causae suae subsidium rapit Suarez, immediatè subjectis: *plures Ideas esse in intellectu ejus ut intellectas*; quod quidem ad ipsam intellectionem accommodari non potest; neque enim sunt plures intellectiones in Deo. Quare dum in partes suas Thomam trahere studet, non nisi invitâ prorsus textus Thomistici minervâ hoc facit Jesuita. Summa est, neminem prorsus occurrere, ex universa Scholasticorum turba, qui Jesuitarum sententiae de Ideis faveat, aut quem ullo vel tolerabili colore rationis in partes suas trahere possint.

Itaq; cum Scholasticorum suffragiis in hac causa se misere destitutum esse persentiscat numero decimo, se accingit ad illud argumentis evincendum, quod nulla hactenus autoritate communitum dedit. Itaque certis assertionibus rem totam absolvit; quarum prima est, *Exemplar non est res objective cognita, seu objective tantum existens in mente artificis. Probatur* (inquit) *quia vel est res eadem quam artifex facit, vel est alia objective cognita: ad cujus imitationem alteram facit; Neutrum horum dici potest: Ergo. Antecedens quoad utramq; partem ostenditur, primo in exemplaribus divinis, deinde in creatis.* Atq; ita longa manu fictionem absolvit Suarez, licet nondum absolverit argumentationem sequentibus numeris explicandam. In quo gestum praefert Pharmacopolae circumforanei, ad ostensionem artis suae tabularum ascendentis, brachia nudantis, & egregia quaedam ab ipso praestanda pollicentis. Hactenus tantum brachia nudavit Suarez, artis ipsius specimina postmodum experturi sumus. Nos interea diligenter advertemus, ne praestigiatorem agat, & non tam hians tanto dignum aliquid exhibeat quàm hoc studia sua convertit, ut quod in se recipit, non tā praestet quàm praestare videatur. Itaq; primo probandum in se recipit, exemplar sive Ideam non esse rem eandem quā artifex facit. In qua sententiam Durandi convellere tentat, quam tamen fideliter non proponit. Non enim vult Durandus Ideam rei faciendae, esse rem ipsam faciendam simpliciter, sed duntaxat secundum quid, nempe, secundum esse ejus intelligibile; hoc est, secundum formam rei intellectualem, sive rationem rei. Impugnat autem Durandi sententiam invalidis testimoniis Antiquorum quasi contrariis [illegible], nempe dum affirmant Ideam non esse aliquid creatum, vel creabile, sed ipsammet essentiam divinam increatam. At inquam nec Durandus quidem diceret, Ideam in mente divina esse aliquid creabile; tantum vult esse rationem rei creandae sive faciendae; atque hanc rationem dicit esse habitudinem cognitionis divinae ad rem cognitam; quam quidem habitudinem minimè probabile est Durandum censuisse differentem, aut ab essentia divina, aut à cognitione divina. Imo agnoscit cum Anselmo *Creaturam in Deo esse creatricem essentiam*, in 1. dist. 35. q. 2. num. 21. Amplius respondeo, atq; ex Cajetano; Esse objectivum creaturae in intellectu divino, *non est esse relativum, sed absolutum realissimum scilicet esse Dei* in 1. q 15. artic. 1. in responsione ad Scotum. Et profecto gravissima mihi videtur illa speculatio Cajetani; *Quoniam* (inquit) *esse divinum est tantae excellentiae, ut omnes essendi modos sive extra animam, sive in anima eminenter praehabeat, oportet, ut esse naturale ipsius divinae essentiae se non solum ordine intelligibili & in actu primo [illegible] sed etiam (& non per accidens) esse objectivum ejusdem respectu intellectus sui, [illegible] quia non omnes essendi modos uno modo eminentissimè contineret: ac per hoc, neque essentia divina & objecta in-*

tellectui habet esse diminutum. Et de essentia divina manifeste sequitur, quia ejus esse objectivum est esse naturale ipsum Dei propter ejus eminentiam. De aliis vero sequitur ex eo, quod alia non aliter possunt objici Deo, quam in objecta essentia divina. Nihil enim Deus intelligit extra se, sed omnia in se tantum. Ita quod ad se cognoscit utrumque, scilicet & lapidem in essentia objecta, & lapidem absolute, & lapidem hunc, & lapidem in anima mea. Omnia enim hæc novit, sed modus quo hæc objiciuntur est unus, scilicet in essentia divina: Et consequenter esse objectivum rerum respectu intellectus divini, non est esse relativum, sed absolutum realissimum, scilicet esse Dei. Et quia Idea in Deo significat res secundum tale esse, ideo merito dictum est, quod est ipsa essentia divina. Quare cum sententias Thomæ & Durandi tenui tantum discrimine separari profiteatur Penotus: quippe cum Aquinas velit Ideam esse essentiam Dei res ipsas repræsentantem; Durandus verò censeat Ideas potius esse res ipsas in essentia Dei repræsentatas: Cajetanus discrimen istud nullius momenti esse judicat, dum esse objectivum rerum in intellectu divino (quod procul dubio idem est cum esse earundem repræsentato in essentia Dei) profitetur esse ipsum *esse Dei*, quippe quod propter suam eminentiam omnes modos essendi comprehendat. Itaque sive Aquinatem, sive Durandum sequamur, minimè verendum erit, ut à Patrum sententia vel tantillum deflectamus asserentium, *Ideas non esse creaturas, sed rationes increatas in ipsa mente Dei, & verè realiter existentes*; cùm ipsa creatura, ut in Deo est, non modò secundum Anselmum, sed & secundum Durandum ipsum, sit ipsa *creatrix essentia*; falsumque est, quod ait Suarez *creaturas ut objectas divino intellectui esse aliquid extra Deum*. Quid enim? An non ab æterno objectæ sunt intellectui divino? An verò aliquid extra Deum fuit ab æterno? Etiam disertè profitentem accepimus Cajetanum, quod *Esse objectivum creaturarum in intellectu divino, ne esse quidem sit relativum, sed absolutum realissimum, adeoque ipsum esse Dei.* Hoc ipso ruit argumentum alterum Suarianum, cùm sic disserit, *Exemplar est vera causa effectiva rei, sed creatura ut objecta menti Dei, non est vera causa sui ipsius.* Nam si creatura secundum esse objectivum, sit non tam creatura, quàm creatrix essentia: nec tam esse relativum creaturæ, quàm esse absolutum realissimum, adeoque ipsum esse Dei, quod affirmat Cajetanus, sine dubio est etiam causa effectiva rei. Sed & aliam promta est hujus argumenti dilutio: *Idea enim non significat talem formam qua agens agit, sed formam quam agens concipit, ad cujus similitudinem operatur, & non qua operatur: Hoc enim est propriè exemplar.* Sic enim scribit Cajetanus, in 1. par. quæst. 15. art. 1. At hoc potius congruit rei faciendæ, ut à mente Artificis intellectæ, quàm artificis cognitioni; Neque enim Pictor aliquis, dum formam alicujus delineat, intuetur cognitionem suam, sed potius effigiem ejus (quem pingit) naturalem, quam in tabula materiali delineatam esse, vel effigiem aliam ejusdem personæ prius expressam; vel saltem effigiem mente sua conceptam.

Numero. 13. progreditur Suarez ad alteram partem assertionis comprobandam; & primùm ait, ex Patrum, præsertim verò Augustini sententia, *Ideam in Deo esse essentiam intellectualiter repræsentantem res faciendas*. Agnoscimus Ideam esse essentiam divinam repræsentantem res; sed licèt vox intellectualiter repræsentationem nihil occurrat apud Augustinum expressè, concedimus tamen hoc implicitè significari, dum dicit, *Ideas esse causas rationesque rerum, secundum quas res factæ sunt*; sed quod intellectualiter repræsentent, nihil est apud Augustinum, quod fidem faciat. Et vox ipsa *intellectualiter*, videtur à Suario data opera inculcari, ut phrasiologia non satis intellecta, sed speciem tenus ad fidem conciliandam latè posita, clanculum subjiceret aliquid, cui probando non est Jesuita. Revera dicendum fuerat, essentiam divinam repræsentare res intelligibiliter potiùs quàm intellectualiter. Neque enim intelligendo repræsentat (quò tendit ars Jesuitica, hoc agens ut lectoribus imponat potius, quàm eos informet) sed potius ut intelligatur. At si non nisi res intelligendo subjiciantur Ideæ, nimis absurdum est Ideas introducere, tanquam ad res omnes intelligendas, idoneas; & per quas sapiens fiat, quisquis sapiens est. Hoc enim modo, nequaquam indicaretur, unde res cognoscantur, aut in quo sapientia posita sit, sed absurda tautologia diceretur, Deum res omnes cognoscere, hoc ipso quod eas cognoscat; & sapientem esse, hoc ipso quod sapiens sit. Proximè rationem subjicit Suarez; eam igitur expendamus. Primò fatetur, *In Deo non esse objectum cognitum ratione distinctum à cognitione ejus vel primarium quod est essentia divina, vel secundarium, quod sunt creaturæ.* De posteriore jam diximus, & quidem suo judicio satisfecimus. Jam verò nihil dubito, quin eadem felicitate præstiturus sit, ut essentiam quidem divinam, ut ab actuali ejus cognitione distinctam, posse subire rationem Ideæ sive exemplaris. *In essentia (inquit) divina non continetur creatura, ut in causa exemplari sed ut in causa efficiente, quæ solùm eminenti virtute continet creaturas, non formaliter ullo modo, ergo non potest habere rationem exemplaris.* Ista argumentatio Suariana procedit Enthymematicè, quo nihil obstante, præsumè recepit hanc se probandam Minorem, sed simul cum consequentia. *De ratione (inquit) exemplaris est, ut sit forma extrinseca, atque adeo ut formaliter contineat rem exemplatam vel per identitatem formalem, & similitudinem, vel per repræsentationem intentionalem seu intellectualem.* At inquam extra controversiam est, essentiam divinam esse formam extrinsecam, nec facili compositum propositi Jesuitici, dum ea inculcant, nulla prorsus adacti necessitate, quæ illis minimè prosunt, sed potius obsunt. Sed addit fateor Suarez, etiam quod causam suam juvet, dum negat essentiam divinam formaliter continere rem exemplatam, quia scilicet nullam habeat cum rebus exemplatis similitudinem. Hoc fateor argumento fretus Durandus, non nihil deflexit à sententia Thomæ. Itaque licet præferat Suarez, se Thomæ sententiam potius secuturum, quàm Durandi, tamen reipsa non nisi armis Durandi doctorem is Thomæ sententiam impugnat. Quorsum quæso tendant hæ artes Jesuiticæ? Nempe quia majoris multo autoritatis est in Schola Thomas quàm Durandus, ideò videri vulunt sectatores Thomæ,

inter-

[illegible] ut ipsi se ipsa [illegible] efferant, non modò Thomam relinquunt, sed & Durandi [illegible] fieri, ut Thomam [illegible]. *Sic haec sibi* [illegible] (*quis* [illegible]) *ut* [illegible]. Sed dum Thomae sententiam convellit, longè verecundiùs & prudentiùs se gerit Durandus, quam Suarez. Durandus enim agnoscit essentiam divinam imitabilem *esse* à creaturis quoad aliqua, videlicet, quoad *esse*, *vivere*, *intelligere*: horum autem nullam rationem habet Suarez magis, quàm aliorum quae nunquam attribuuntur tam Deo, quàm creaturis. Nec verecundiùs tantùm, sed & prudentiùs. Nam ad caetera quod attinet, palam profitetur nullam esse inter Deum & res creatas similitudinem; alias enim minimè militaret adversus Thomam argumentum quod vibrat. At Suarez ita distinguit de continentia rerum formali, ut hoc ipso nobis abundè suppeditet rationem occurrendi argumento ipsius, dicendo, etiam essentiam divinam formaliter continere rem exemplatam, ideoque rem creatam continere si non convenientia & similitudine formali, et saltem per repraesentationem, quomodò Thomam suum defendere solet Capreolus. Etenim quatenus causa est rerum omnium, hoc ipso necesse est, ut eminenter & virtualiter contineat res omnes, & consequenter repraesentet res omnes intellectui divino, non quidem ut realiter existentes, sed intentionaliter in esse intelligibili. Sed quia hinc nihil omnino satisfacit proposito Suariano, ideo vult repraesentationem illam fieri non modò intentionaliter, hoc est intelligibiliter, sed, intentionaliter, hoc est intellectualiter; ut sic [illegible], Ideas revocaret ad actualem rerum intellectionem divinam. Quod tamen effectum dare molitur non [illegible], sed quasi post principia [illegible], & [illegible] pro lectoris credulitate; quasi verò repraesentari res non possint apud Deum nisi actualiter [illegible] intelligendo. Cujus in adversum stat omnis ratio [illegible] dictans prius res intellectui repraesentari [illegible] esse [illegible] intelligibile, quàm [illegible] esse actualiter intellectum. Alias nihil conduceret Idea ad cognoscendum res aliquas, sed nec ad operandum. Neque enim Artifex dum formam aliquam operatur, intuetur intellectionem suam, sed potius formam ipsam mente conceptam sive intellectam.

Sed argumentando pergit Suarez numero 14. in hunc modum: *Essentia divina si consideretur prius ratione quàm sit cognita vel cognita à se, non potest intelligi ut exemplar creaturarum formaliter propriae rationis* [illegible]; *quia licet eminenter virtute contineat illas, non tamen formaliter eas continet, aut repraesentat ullo modo; sicut lux Solis licet eminenter contineat calorem, non potest dici Idea caloris, quia secundum se neque formaliter neque repraesentativè continet calorem.* Eundem lapidem volvit Suarez, nec ulterius progreditur, quàm progressus est Durandus, nisi quod jam praestruxerat, quae rationis ipsius jugulum petunt. Nam jam antè ostensum, posse exemplar formaliter continere rem exemplatam, vel per convenientiam & similitudinem formalem, vel per repraesentationem. Quare respondemus, essentiam Dei, licet non formaliter contineat res creatas per convenientiam & similitudinem formalem, continere tamen per repraesentationem, quod quidem necesse est. Quid enim? Annon res omnes intelligit in essentia sua, ne Suarius quidem hoc negaturus est. At inquam, ergo necesse est, ut res omnes creatae repraesententur in essentia divina, tanquam intelligibiles ab intellectu divino. Quare licet lux Solis non repraesentet calorem, tamen necesse est ut essentia divina repraesentet omnes res creatas. Quod si lux Solis virtutem habeat producendi calorem, tamen necesse est, ut quisquis universam Solis virtutem comprehendit, hoc ipso cognoscat calorem esse ab ipso producibilem, & consequenter cognoscat calorem ipsum. Et quam quaeso convenientiam seu similitudinem habet cognitio divina cum rebus creatis, quam non habeat essentia divina, praesertim cùm cognitio divina una atque eadem res sit, cum essentia divina. Sin ad similitudinem repraesentationis recurrendum sit, aequum est, ut priùs repraesententur in essentia divina ut intelligibiles, quàm in intellectu divino ut actu intellectae. Imò, quomodo rem intelligere sit eam repraesentare, non facile intellectu est. At communis ratio postulat, ut prius repraesentetur aliquid intellectui, quàm ab intellectu intelligatur. Sed procedat Suarez; *Rursus* (inquit) *ergo divina essentia ut cognita non potest habere rationem exemplaris: probatur consequentia; quia esse cognitum, ut ita dicam, non constituit exemplar in esse exemplaris, sed supponit illud, & ad summum esse potest conditio necessaria, ut causet: Si ergo essentia divina secundum se non habet rationem exemplaris, ex eo praecisè quod cognita sit, non habebit illam. Tum maximè quia vel consideratur essentia praecisè & secundum se cognita; & ut sic non potest esse exemplar, quia ut sic est omnino dissimilis creaturis: vel consideratur, ut in illa cognita cognoscuntur tanquam in causa creaturae, & hoc modo objectum talis cognitionis jam non est solùm primarium, sed etiam secundarium: Si ergo objectum sic cognitum est Idea creaturae, ipsa sunt Ideae vel saltem complent rationem Ideae; quod item improbatur rationibus factis in priori membro.* Respondeo, negando consequentiam. Nam exemplar considerari potest, vel secundum aptitudinem ad hoc ut sit exemplar, sive ad ejus similitudinem res fiat, sive non fiat; vel secundum actum, quatenus agens ipsum intuendo, operatur ad extra formando aliquid ad ejus similitudinem. Dicimus essentiam divinam esse natura sua imitabilem, aut saltem repraesentare res omnes sive faciendae sint, sive non faciendae, prius ratione quàm cognoscantur; sed nisi cognoscantur, nihil fit ad ejus similitudinem. Est enim exemplar, secundum completam ejus rationem ejusmodi aliquid, ad quod agens oculos convertit, antequam operatur aliquid ad ejus similitudinem. Supponit ergo cognitio divina essentiam divinam esse exemplar secundum rationem ejus incompletam. At secundum completam ejus rationem, cognitio divina non supponit exemplar, sed facit. Jam diximus essentiam divinam, licet sit dissimilis creaturis secundum formalem suam constitutionem, non tamen dissimilem esse creaturis, sed similem, secundum formalem earundem repraesentationem. Sed neque hinc sequi-

tur,

tur, objectum talis cognitionis non esse objectum ejus primarium, sed si eundem unum imo potius sequatur objectum talis cognitionis esse objectum ejus & primarium & secundarium, quia ipsum esse Dei est & esse objectivum suipsius, & esse objectivum creaturarum, quemadmodum differentem accepimus Cajetanum; adeo ut tenui aut ferè nullo discrimine differant inter se Scholasticorum sententiæ, sive essentiam divinam ut res creatas repræsentantem, Ideam rerum statuant; sive res creatas ut in essentia divina repræsentatas. Utrique constituunt Ideam in conceptu objectivo, neutri in conceptu formali, quæ vera fictio est; quasi verò produceret creaturas Deus ad similitudinem non rerum conceptarum, sed conceptionis suæ; & intelligeret res per Ideas, hoc est, per ipsam rerum intellectionem.

Numero 15. occurrit eidem responsioni, quam fieri posse præsenserat; *Dicetur (inquit) neque essentiam absolutè cognitam, neque creaturas cognitas, sed essentiam cognitam ut participabilem à creatura esse Ideam.* Hoc refellere molitur Suarez in hunc modum. *Sed contra: quia cognoscere essentiam ut participabilem à creatura nihil aliud est, quàm cognoscere ex vi talis essentiæ posse creaturam talem gradum entis participare. Sed hoc non est aliud, quàm cognoscere ipsam creaturam, quatenus ex omnipotentia virtute Dei potest ab illa prodire: ergo talis cognitio verè est cognitio creaturæ in Deo &c.* At dicere potiùs debuisset Suarez *essentiam cognitam ut participabilem à creatura nihil aliud esse, quàm creaturam cognitam ut participantem talem gradum entis ex tali essentia.* Atque sic hinc conficietur, essentiam taliter cognitam nihil aliud esse, quàm creaturam taliter cognitam. Adeo ut priorem crambem tantò recoquat Suarez, cujus generis argumento jam eadem responsio est; nempe parvi aut nullo discrimine differre ista, sive dicas essentiam Dei repræsentantem creaturas esse Ideam, sive creaturas ipsas ut repræsentatas in essentia divina. Quia sicuti ipsum esse objectivum creaturarum in Deo, est ipsum esse Dei, quemadmodum differentem exhibuimus Cajetanum. Ad eundem modum, sive dicamus essentiam divinam ut participabilem à creaturis, sive creaturas ipsas participantes essentiæ divinæ, sic Ideas rerum in mente divina eò dem redit. Licet tu dicimus subsistere in repræsentatione creaturarum in essentia divina, quàm in divinæ essentiæ participatione à creaturis facta, quia scilicet repræsentatio hujusmodi negari non potest, at participatio prædicta durius esse sonat, & tolerabilem indigna ut explicationem, adeo ut Aquinas nunc se recipiat ad proportionem juxta quam illa fieret participationem illam, nunc relicta proportione, ad proportionalitatem. Nec sanè difficultas, ut pronum admodum fiet in ejusmodi sententiam, ut existimem Deum, non tam in cognitione suæ potentiæ, quàm in cognitione suæ essentiæ, sive quidditatis, cognoscere etiam quidditates rerum omnium, tanquam in essentia divina repræsentatas, & consequenter in ea contentas non similitudine aliqua formali, sed eminenti, eminentia non causali sed quidditativa; licet hujus mysterii explicationem distinctam, rationis humanæ, pro præsenti viatoris statu, modulum superare judicem. Sed ut ad Suarium redeamus: Dico argumentum Suarii conquirentes assumendum esse potius probare non tam essentiam Dei participabilem à creatura, Ideam constituendam esse, quàm creaturam ipsam ut participativam ejusdem dicere. Nec inde differre, utrumcunque horum dicamus, quin æqualiter discedamus à sententia Suariana. Semper enim constituemus Ideam in conceptu objectivo, non autem in conceptu formali; eoque minus à veritate devabimus. Quandoquidem conceptus formalis non convenit Ideis constituendis; sive introducantur tanquam rationes per quas fit cognitio, sive tanquam exemplaria, ad quæ respiciat Artifex dum operatur aliquid ad similitudinem eorundem. Nam si Idea rerum sit ipsa cognitio rerum, non minus absurdè diceretur Deus cognoscere res per Ideas rerum, quàm si diceretur cognoscere res, per cognitionem rerum. Nec solet Artifex, actu reflexo intueri cognitionem suam dum operatur, sed potiùs formam cognitam sive apprehensam. Sed & forma argumenti Suariani satis est vitiosa. Licet enim idem sit cognoscere essentiam ut participabilem à creatura & cognoscere creaturam, ut participativam essentiæ divinæ; licet, inquam, ista mutuo, & idem sint consequenter; tamen non sunt idem formaliter. Alias nulla omnino esset discrepantia sententiarum inter Aquinatem & Durandum in hoc apice, cum Aquinatis judicio Idea sit essentia Dei repræsentans creaturam; Durandi verò judicio, Idea sit creatura per Dei essentiam repræsentata quemadmodum exponentibus Aquinatem non mediocrem suspicionem facit, sententiam Suarii eo à veritate remotiorem esse. Pergit Suarez in eodem argumento prolixius explicanda, quod tamen jam dudum evertavimus. Fatemur essentiam Dei creaturarum Ideam esse, secundum ea, quæ continet eminenter; nec tamen hinc sequitur, *potius ipsas creaturas cognitas ut eminenter contentas esse Ideas.* Quod & eodem argumento confectum dabo, quo superiorè usus est Suarez. Nam si creaturæ cognitæ ut eminenter contentæ in essentia Dei, non aliud sint, quàm essentia Dei cognita ut eminenter continens; tum sequitur, non magis creaturam cognitam ut eminenter contentam esse Ideam, quàm essentiam Dei cognitam ut eminenter continentem esse Ideam: Sed creaturæ cognitæ ut eminenter contentæ, non aliud est, quàm essentia Dei cognita, ut eminenter continens, quod etiam hunc in modum confirmo. Si essentia Dei ut eminenter continens creaturam, non aliud sit quàm creatura ut eminenter contenta, tum creatura ut eminenter contenta non aliud est quàm essentia ut eminenter continens eandem: At essentia Dei ut eminenter continens creaturam, non aliud est quàm creatura ut eminenter contenta ab essentia Dei. quod denique sic probo & quiesco; Si modò essentia ut participabilis à creatura, non aliud sit quàm ipsa creatura participata, quod jam professus est Suarez, argumentatione sua; certè pari per omnia ratione, essentia Dei ut continens creaturam, non aliud est, quàm ipsa creatura ut contenta ab essentia Dei. Atque hactenus tantum probatum dedi, non sequi, has creaturas cognitas ut eminenter contentas in divina essentia, potius esse Ideam, quàm divinam

[illegible] eminenter continentem creaturarum. Jam verò probabo, primùm essentiam divinam ut eminenter continentem creaturas esse Ideam, [illegible] quam creaturæ ut eminenter continentis; quia scilicet esse creaturarum eminenter in essentia divina, non est esse creaturarum, sed esse Dei. Nam si esse objectivum creaturarum in intellectu divino, sit ipsum esse Dei, pari ratione esse eminenter creaturarum, est non ipsum esse creaturarum quàm esse Dei. Sed esse creaturarum objectivum in intellectu Dei est ipsum esse Dei, teste Cajetano; ergo etiam esse eminenter creaturarum in essentia Dei, est ipsum esse Dei. Et notissimum est illud Anselmi quod & præsenti nostro proposito commodissimè inservit; *Creatura in Deo est ipsa creatrix essentia.* Quare minime opus est ut ad eandem aliquam rationem recurramus, secundum quam ipsa essentia dicatur Idea; videlicet secundum formalem habitudinem *ad res quas continet eminenter.* Licet etiam si huc recurreremus, itaque unè fieret, sine periculo aliquo ex tuis argumentationibus fugiendi. Nec tamen cupimus ea frui licentia, quam tu concedis, multiplicandi scilicet objecta cognitionis divinæ primaria, in quibus creaturæ secundario cognoscantur. Nullum enim primarium objectum agnoscimus cognitionis divinæ præter essentiam divinam; quod si habitudinem illam quam respicientias, amplecteremur, quam facile nobis fuisset, etiam illam habitudinem revocare ad esse, non relativum, sed absolutum, realissimum, ipsum scilicet esse Dei, cùm huc revocet Cajetanus esse objectivum creaturarum? Et licet illa habitudo esset, ut dicis, ex parte creaturarum, tamen perinde revocari posset ad esse absolutum Dei, atque huc revocat Cajetanus esse objectivum creaturarum. Sed nullam ego habitudinem agnosco in essentia divina respectu creaturarum, præter eminentiam earundem eminenter, per quam continentiam repræsentantur intellectui divino, in esse intelligibili. Etenim una omnium vox est, Deum cognoscere omnia in seipso, hoc est, in essentia sua. Licet autem repræsentatio ista minimè per omnia conveniat, cum repræsentatione in imagine materiali facta, tamen abunde nobis sufficit, quòd ibidem repræsententur, quod nemo omnium negat. Quare, sive repræsententur ut in imagine, sive ut in causa effectiva, perinde nobis erit, modò in essentia Dei repræsententur. Et quem demum proferre poteris, qui unquam negaverit ista repræsentari in essentia Dei? Sed quia dicis repræsentari quidem in essentia Dei, ut in causa effectiva eminenter illas continente, agedum in isto discutiendo paulisper subsistamus. Quodnam quæso est illud attributum divinum, quod repræsentet nobis causalitatem divinam effectivam, nisi dubio quin sit aut potentia Dei, aut voluntas determinans potentiam. Potentia, si consideretur causalitas quoad habitum [illegible], si quoad actum, procul dubio mutuis creaturæ omnes repræsentari Deo in voluntate Dei; quærimus enim in præsenti non tam de existentia rerum quàm de earundem quidditate & essentia. Superest ergo, ut potentia Dei sit illa causa effectiva in qua res creatæ repræsententur Deo in esse intelligibili. At hoc est res Deo, sive intellectui divino repræsentari non tam in essentia Dei quàm in potentia Dei. Et quis unquam sententiam suam hunc in modum enuntiavit? Potentia quidem repræsentat quid possit fieri, sapientia quid oporteat fieri posse, voluntas quid de facto fiet. Sed cur potentia repræsentet non modò quid possit fieri, verum etiam quid res sit quæ fieri possit, rationem nullam video. Cur enim quidditas rei magis repræsentetur per potentiam Dei quàm per sapientiam, aut voluntatem? Horum unumquodque objectum proprium, puta *possibile fieri, conveniens fieri, & quod fiet,* ex æquo connotans quidditatem rei; sed cur uni potius quàm reliquorum attributorum alterutri tribuatur, quod repræsentet quidditatem rei nulla ratio subest. Quamobrem probabilius, ne essentiam sive quidditatem Dei rejicienda sit repræsentatio quidditatum rerum omnium, quemadmodum potentiæ Dei repræsentatio possibilium, sapientiæ Dei dictatio convenientium ad certum finem, & voluntati Dei repræsentatio fiendorum. Esto verò, si ita lubet, repræsententur res in essentia Dei ut in causa effectiva: unde eo probabis, *ut sic non possit habere rationem exemplaris?* Obscurè satis procedunt illa [illegible] ambiguo sit, utrum de essentia Dei, an de creaturis ipsis in ea repræsentatis accipienda sint. Sed has obscuritati illi diluendæ lucem præferet ipse Suarez, dum concludens ait, *Ergo exemplar in mente divina non est res objectivè cognita ut sic, & ut præcisa secundam rationem ab ipsa cognitione.* Credo Suarum hoc velle, non tam rem objectivè cognitam, quàm cognitionem rei esse exemplar. At hoc nulla confirmatione [illegible] fictum sufficiens dedit. Esto verò, repræsententur res in essentia Dei ut in causa effectiva eas eminenter continente, modò repræsententur in esse intelligibili, hoc abunde sufficiet ad rationem exemplaris, accidentibus cæteris, etiam requisitis, [illegible] ut Artifex ad hujusmodi exemplaria respiciat, quoties ad eorum similitudinem res faciendas operatur; hoc enim omnes requirunt ad rationem exemplaris complendam. At hoc veritatem nequaquam obtinet de cognitione rerum. Neque enim necesse est, ut actu reflexo convertatur Artifex ad cognitionem suam quoties aliquid operatur. Nec omnino hoc agit, ut opus suum conformet ad effigiem cognitionis suæ, sed potiùs ad effigiem formæ per cognitionem suam apprehensæ. Nec dicit Durandus essentiam divinam habere rationem exemplaris imperfectam, dicit quidem res exemplaratas imperfectè imitari essentiam Dei quoad illa quæ communia sunt (quoad attributionem [illegible]) Deo & creaturis. Nec tamen negavit dari exemplar in Deo, quæ sit propria ratio effectus. Hujusmodi enim exemplaria dicit esse res ipsas à Deo cognitas. Nos autem cum Cajetano judicamus, esse objectivum creaturarum in Deo, esse ipsum esse Dei. Et essentiam Dei repræsentare dicimus (quocunque modo fiat ut repræsentet, hoc enim lubenter fateor esse admodum reconditum) res omnes secundum maximè proprias ipsarum rationes; quæ quidem rationes rerum in Deo sunt *ipsa creatrix essentia,* & sub illis rationibus habet Deus proprium concursum causæ exemplaris. Forte mirabitur aliquis cur ad argumenta Durandi diluenda nequaquam

quorum se accommodat Cajetanus. Sed probabile est Cajetanum [illegible] perspexisse sententiam Durandi [illegible] conciliari posse cum sententia Thomæ, modo quis Thomam ipsum recte intellexerit. Se[illegible] vero [illegible] ejus minus esse cum [illegible] negligentius esse [illegible] potius, quam data opera [illegible]. Quo tendant illa, quibus [illegible] suam in articulum secundum quæst. 15. concludit. Nam postquam [illegible], Thomam dixisse, *quod quia Deus perfectissime* [illegible] *ideo intelligit* [illegible] (inquit) *est complures plures* [illegible] *Ideas* [illegible] *rationes sunt,* [illegible] *in essentia divina* [illegible] tandem sic concludit. [illegible] *hac si bene contemplatus fuero,* [illegible] *quæ non addam, quia non* [illegible] *doctrina Thomæ* [illegible].

Numero 16, [illegible] assertionis suæ veritatem [illegible] in exemplaribus creatis [illegible] *exemplaria illa creata,* [illegible] *exemplaribus* [illegible] (inquit) [illegible] *servant. Quare* [illegible] (inquit) *mihi semper displicuit eorum sententia, qui in hoc* [illegible] *differentiam putant de divinis, quam de creatis exemplaribus, ut illa dicant esse posita in formali conceptu, hæc in objectivo, vel è contrario.* [illegible] quærat aliquis, qui sint qui ita [illegible], prout [illegible] Suarez. [illegible] lubitum quod [illegible] est ipse num. 7. [illegible] *de humano exemplari* [illegible] (inquit) *Ideam semper esse rem* [illegible] *ab exemplato, quæ vel est* [illegible] *objecta, aut mente concepta, vel est aliquid* [illegible], *à quo etiam* [illegible] *particularis artifex,* [illegible]. Obiter advertas [illegible] Suarezium. Hic enim profitetur *sibi semper displicuisse sententiam eorum, qui dicunt exemplaria divina posita esse in conceptu objectivo, vel è contrario,* [illegible] *exemplaria divina posita esse in conceptu formali, humana verò in conceptu objectivo;* [illegible] qui è contrario [illegible] exemplaria divina posita esse in conceptu objectivo, humana verò in conceptu formali. At [illegible] aliquos à Suario [illegible] illud asserant, nempe exemplaria divina posita esse in conceptu objectivo, humana verò in conceptu formali, quod & ex ore ipsius Suarii [illegible] qui numer. 7. profitetur, Scholasticos [illegible] non tam expresse loqui de humano exemplari, quod tamen faciunt nonnulli recentiores, [illegible]. Et [illegible] sententia [illegible] *semper* [illegible] *exemplar esse rem* [illegible] *ab exemplato,* Ergo [illegible] semper ponunt exemplar in conceptu objectivo, nunquam in conceptu formali. Obiter advertas [illegible] Jesuiticam. Si [illegible] dissideret [illegible] favent, [illegible] exemplaris creati, quis [illegible] hoc à Suario factum, non tam [illegible] veritatis, quam [illegible] causæ [illegible] studio. Quod si [illegible] qui favent [illegible] favent, ad illud [illegible], tum demum nullo privatæ opinionis tuendæ studio, sed veritatis solius

[illegible] desiderio permotum esse [illegible]. Hinc [illegible] quod [illegible] semper displicuisse eorum sententia, *qui in hoc negotio aliter sentiendum putant de divinis, quàm de creatis exemplaribus, ut illa dicant esse posita in formali conceptu, hæc in objectivo, vel è contrario,* [illegible] qui [illegible] divina exemplaria posita esse in formali conceptu, humana verò in objectivo [illegible] divina exemplaria posita esse in conceptu objectivo, humana verò in conceptu formali, [illegible] posse [illegible] hunc modum nunquam [illegible]. [illegible] qui [illegible] priorem [illegible] discrimen statuerunt inter exemplaria divina & humana? Nunquam [illegible] quæstione 15, disputatione 71, numero 9. [illegible] (inquit) [illegible] *non debet* [illegible] *sed solum* [illegible]. Quod [illegible] quod Suarius [illegible] plusquam verisimile est, nam [illegible] ex Jesuitis [illegible] Cadenas [illegible]. Ego verò [illegible] exemplaria [illegible] in conceptu formali & [illegible] tam apud Deum, quam apud homines, ad quæ respiciens Artifex operetur, ac [illegible] Artifex creatus se imitatione Artificis increati. Dicit Suarez, *Exemplaria divina & creata longè inter se distare in perfectione.* Certè cùm essentia divina sit exemplar secundum quod operatur Deus, necesse est ut hujusmodi exemplar infinita perfectione superet exemplaria creata. Quod si de exemplari loquatur Suarez prout accuratius convenit cum exemplari [illegible] Aquinas convenientiam longè majorem reperiri inter exemplaria creata cum exemplatis suis, quàm inter exemplaria increata cum exemplatis suis. Neque enim exemplata perinde imitantur exemplaria sua divina, atque [illegible] imitatur exemplar suum creatum, juxta Thomam de Verit. quæst. 3. de Ideis art. 2. in Conclus. [illegible] *ad imitationem alterius producuntur, quod* [illegible] *id quod alterum imitatur,* [illegible] *ipsam,* [illegible] *formam operari, habet ut Ideam ipsam formam* [illegible] *prout est idem* [illegible]. [illegible] *ad imitationem alterius,* [illegible] *Ideæ, &* [illegible] *operativus* [illegible] *vel exemplar* [illegible] *sed* [illegible] *exemplari* [illegible] *imitetur.* Atque ad hunc posteriorem modum conformat Thomas Ideas rerum à Deo factarum, in mente divina, atque hoc ipso indicat, [illegible] esse discrepantiam inter exemplaria divina & creata; quatenus artificia à Deo operata, non nisi cum defectu imitari possunt exemplar suum increatum, non sic artificia à creatis agentibus operata, in hoc tamen utrique conveniunt, quod exemplar tam increatum, quàm creatum, tam creatum quàm increatum [illegible], ad quod intuens Artifex opera-

[illegible] artificium suum, nam inter hujusmodi exemplaria [illegible] usquam longius extendi Aquinatis [illegible] esse cognitam ab Artifice, quemadmodum loco superiore de verit. q. 3. art. 2. in concl. professus est, Artificem *formam praeconceptam* (hoc est cognitam) *habere ut ideam*, & art. 3. ad 3. dicit Artificem *ex arte sua aliquid* [illegible] *concipere formam secundum quam operari intendit*, haec autem forma est Idea, quam dicit Aquinas esse conceptam, quod perinde est, ac si dixisset, esse cognitam, Idem in 1. q. 15. art. 1. in corp. (*Artifex*, inquit) *intendit domum assimilare formae quam mente concepit*; hanc autem formam vocat Thomas Ideam. At forma concepta eadem est cum forma cognita. Et ibid. art. 2. in corp. profitetur *Ideam operati esse in mente operantis sicut quod intelligitur*; Ergo inquam, [illegible] quod [illegible] & illustrat quod dixerat dicta instantia artificis creati. *Forma enim* (inquit) *domus in mente aedificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cujus similitudinem domum in materia format*, & concludens quod probandum susceperat idem repetit, inquiens, *Unde plures sunt Ideae in mente divina, ut intellectae ab ipso*; Ergo, inquam, ut cognitae, & consequenter Idea non tam est ipsa rei cognitio quam res cognita. Rursus ibid. ad 2. *Sapientia & ars significantur, ut quo Deus intelligit, sed Idea, ut quod intelligitur.* Ergo, inquam, Idea secundum Thomam non est cognitio [illegible] sed res cognita. Eodem loco appellat formam domus ab Artifice speculatam [illegible] domus; ergo inquam Idea secundum Thom. non est speculatio domus speculatae. Sed [illegible] progrediamur. Sic itaq; argumentatur in adversum. *Si exemplar artificiale est aliquid cognitum ab artifice, vel hoc est illud ipsum artificiatum, quod efficiendum est, ut objective praeexistens in cognito, vel est aliquid aliud imitandum in efficiendo altero. Haec posteriora dici non potest, quia supponimus nullum aliud cognitum intervenire.* Respondemus cum Durando, *Ideam in mente artificis esse ipsam rem artificialem ut praeconceptam*, quod & declarat idem Durandus auctoritate & ratione. *Auctoritate Arist. 7. Met. affirmantis sanitatem in materia, esse à sanitate in anima, ita quod eadem sanitas ut intellecta sit Idea sui ipsius ut effectae. Ratio etiam* (inquit) *est ad hoc, quia nihil est in mente artificis ad cujus imitationem res extrinseca producatur, nisi ipsamet res ut est intellecta.* Rursusq; *Quia Idea non ponitur, nisi in effectu effectae producto per artem, seu per agens per intellectum. Sed agens per intellectum non differt ab agente naturali, nisi quia praecognoscit quod producit. Illud autem quod praecognoscit quod producit, ergo Idea non est aliud quàm res praecognita. Nec dubium* (inquit) *quod hoc modo loquantur Philosophi de Ideis, licet nomine Ideae* [illegible] *exprimant; Hoc etiam modo de Ideis loquitur Seneca in loco prius allegato, & August. l. 83. q. 46. qui videtur non dissentire à Platone in ponendo Ideas, nisi quod Ideas posuit ea per se existentia, ut Arist. imponit ei. August. vero ponit eas in mente divina.* Advertendum tamen eundem Durandum num. 17. mox profiteri non necesse esse, *Ideam esse rem* (licet interdum res sit, quoties ad effigiem materialem exterius propositam fingimus similem effigiem) *sed sufficit* (inquit) *quod sit ratio apud intellectum artificis, sicut sanitas in anima est alia sanitate in re extra, & domus in mente artificis est alia domus materiali, quae fit extra per artificem.* Quare cum dicimus Ideam esse rem ipsam quae facienda est, quatenus ab artifice conceptam, non aliter dicimus eandem esse cum re ipsa quae facienda est, quam res aliqua intellectu concepta eadem esse dicitur cum re extrinsecus existente; Et sive res sit facienda, sive jam facta sit, Idea ejus in mente artificis eadem manet. Quare dicimus rem secundum esse ejus reale produci ad exemplar ejusdem rei secundum esse ejus intelligibile in intellectu. Quare Idea rei & alia res est, & non alia. Non est res alia realiter existens extra animam; veruntamen est alia quatenus esse rei intelligibile in anima, aliud est ab esse rei intelligibili extra animam. *Respondetur primo* (inquit Suarez) *artificem creatum non concipere illud ipsum artificiatum in particulari & individuo, quod factum est, sed solum in confuso, (nempe) artificiatum talis rationis vel figurae & idem semper habere illud objectum conceptum distinctum ab artificiato quod fiat postea ad imitationem illius Ideae.* Certè negari non potest imaginem ab artifice conceptam repraesentari posse indifferenter in quacunq; materia. Rursus negari non potest, ad eandem imaginem formari posse artificiata quamplurima; Verum tamen illius modi consideratione nos minimè nitimur, dicimus imaginem conceptam eandem esse cum artificio producendo aut producto, quatenus esse intelligibile unius & ejusdem rei intra animam, idem est cum esse ejus reali extra animam. Interea responsionem Suarianam dignabimur consideratione. *Sed imprimis* (inquit) *ille modus praeconcipiendi non est per se in artifice ut sic, sed in artifice imperfecto, aut imperfectè cognoscente. Deinde ille conceptus confusus non est in re distinctus ab effectu sed tantum ratione, ut commune à particulari, & si effectus consideretur ut per se cadit sub intentionem artificis, non includit nisi illam rationem confusam. Exemplar autem solum respicit ad quod per se cadit sub intentionem, ergo quatenus dici potest intervenire causalitas exemplaris, non distinguitur objectum praeconceptum ab effectu per se sub* [illegible] *agentis.* Imò, inquam, hic modus concipiendi non est imperfectus ex in artifice creato, nec fieri potest ut aliter concipiatur, quàm ut juxta imaginem conceptam ad placitum Artificis variae imagines efformentur in materia aliqua. Neq; enim ad rationem exemplaris quicquam spectat, ut concipiatur forma in materia; quod si ad placitum ita fingitur in animo forma, tamendum secundum eam operatur artifex nequaquam operatur, ut ita intendo materiam sed dum ea est intendit formam. Nec tamen dico artificem, dum sic concipit imaginem, non concipere eam in individuo & particulari, sed potius concipere eam in individuo, sed tanquam abstractam à materia. Etenim ad exemplar externus propositum in individuo possunt artificiata varia produci, quod tamen exemplar dum intuetur, non intuetur in confuso sed in individuo; tamen intuitor exemplaris formam abstractam à materia atq; ita variis materiis communicabilem, licet communicabilis non sit, nisi secundum naturam ejus specificam. Artifici autem sufficit formam particularem menti ejus objectam adinstar speculi, ad varias extra consimiles formas imagines procreandas. Ad secundum respondeo; conceptum illum non quidem distinctum esse ab effectu, quemadmodum distinguuntur res alia atq; alia extra animam, sed duntaxat quemadmodum eadem res (uti dici solet) distinguitur, secundum ejus esse cognitum in anima, & esse reale extra animam. Nec tamen necesse est, ut perinde distinguantur illa, quemadmodum commune distinguitur à particulari. Fieri enim potest, ut tantum distinguantur quemadmodum particulare aliquid ab intellectu conceptum

distinguitur à multis particularibus ad eam exemplar extra animam efformandis: imò fieri non potest, ut distinguatur ab effectu sicut commune à particulari. Nam quod commune est non existit nisi in particularibus realiter existentibus. *Effectus ut per se cadit sub intentionem artificis* praeter rationem communem includit procul dubio rationem definitam & particularem. Neque enim intendit Artifex producere aliquid in communi & confuso, sed aliquid in individuo. omnis actio versatur circa singularia. Exemplar, fateor, solùm respicit *id quod per se cadit sub intentionem*; hoc est, quod intendit artifex; illud juxta exemplar aliquod aut exterius propositum, aut intus animo formatum producere conatur. Unde tamen sequitur, exemplar distingui à re exemplata, vel quemadmodum reale à reali, extra animam; vel quemadmodum res secundum esse cognitum, distinguitur ab eadem re, secundum esse reale considerata.

Suar. *Hic etiam dici potest ipsummet artificiatum, ut praecognitum ab artifice creato esse exemplar sui ipsius faciendi. Quia si creatura praecognita à Deo non sunt Ideae, sic etiam res artificiata praecognita ab artifice ... aliquo, esse discrimen quia Deus non accipit cognitionem à rebus sicut humanus artifex, sed ... quid referat ad rem propositam. Nam si in cognitione quae sumitur ex rebus ipsis, possint res cognitae esse exemplar ... cognitione quae non sumitur ex rebus sed quam Deus ex se habet possint res cognitae esse exemplaria, quia licet talem cognitionem nullo modo supponatur esse fundamentum ... per cognitionem vero exprimantur, & quasi formentur, quod fortasse appellavit Scotus fieri in esse cognito ... qui praecognoscit rerum formandarum ... à rebus; ... res cognitae non habent rationem exemplaris ... in humano artifice habere ... vel maxime quod possumus ... artificem non sumentem scientiam à rebus sed habentem illam per se infusam. ... rationem reddere ... quod scientia Dei est distinctissima, conceptio verò humani artificis est confusa. Sed hoc nec est per se ... ut dictum est, & declarabitur amplius in sequenti ratione.*

Respons. Imò ipsummet artificiatum ut praeconceptum ab artifice, est exemplar artificiati faciendi secundum Durandum; cui etiam fidem facit communis experientia. Quid enim? Annon artifex facit rem, aut saltem intendit facere rem aliquam quemadmodum concepit eam faciendam? Hoc autem nihil aliud est, quàm juxta imaginem interius conceptam exterius operari in materia aliqua; quemadmodum loquitur Aquinas; dum significat juxta domum in anima fabricari domū in materia. At (inquit Suarez) *ergo creaturae ut praecognitae à Deo essent Ideae creaturarum.* Certè inquam, sic enim instituit Durandus, atque in hoc apice deflexit aliquantulum ab Aquinate. Neque tamen gratis deflexit, tantùm quia voluit, sed repraesentatis in adversū sententiae Thomae certis rationibus, quarum refutationem nusquam expedivit Suarez. Verū Penotus agnoscit hanc Durandi & Scoti sententiam admodum tenui intervallo distare à sententia Thomae: dum vult Thomas essentiam Dei esse Ideam rerum quatenus res ipsas repraesentantē; Illi autem volunt res ipsas quatenus in essentia divina repraesentatas esse Ideam rerum. Rursus, si Cajetano credimus, discrimen illud nullius momenti erit; quippe cùm is palàm profiteatur esse objectivum (sive esse repraesentatum) creaturarum non esse relativum aliquid, sed absolutum, idque realissimum, ipsū nimirum esse Dei, propter summam ejus eminentiam, ut sic probè conveniant istae sententiae; à quibus etiam aequaliter removetur sententia Suariana. Nō sic se res habet apud artificem creatum: neque enim essentia ejus repraesentat ipsi omnia artificiata; nec per omnipotentiam Dei fieri potest ut repraesentet, sed per species intelligibiles sive acceptas à rebus, sive per Dei inspirationem infusas. Tantundem enim est, nec in illo discrimine ullum momentum oppositum positum est, quod tamen causae suae dari servit, ait Suarez. Quare sive rem à Deo cognitam dicamus esse exemplar sui, sive essentiam Dei res repraesentantem secundum formas suas proprias, eodem res redit. Neque enim alio discrimine distinguuntur illa, quàm si dicamus exemplaria rerum in Deo consistere secundum repraesentationem earundem in essentia Dei, sive activam secundum quam essentia repraesentat, sive passivam secundum quam res repraesentantur, sive secundū utramque conjunctim; neque enim fieri potest ut non conjunctim fiant, quarum repraesentationem utraque à Deo cognita, emergit in Deo completa exemplaris ratio rerum ab ipso faciendarum. Ratio tamen Suariana subjecta nullius momenti est, cum sic ait: *Atque talem cognitionem rerum nullo modo supponantur esse fundamentum esse formale*; quae quidem obscurè proponuntur, ac scrupulosum esse cuperet, utrum de rebus an de exemplaribus intelligi vellet, & quomodo intelligendum fuerit earum esse formale; quod tamen ex sequentibus explicatum, dum sic habet: *per cognitionem vero exprimantur, & quasi formentur, quod fortasse appellavit Scotus fieri in esse cognito.* Ex his colligitur *per cognitionem fieri secundùm suum esse formale*, nihil aliud esse, quàm per cognitionem fieri cognitum; quod quàm solidè dicatur, videat qui volet. Verumtamē etiam ante cognitionem repraesentantur in essentia Dei; alias non diceretur Deus intueri res omnes in sua essentia; & esse intelligibile prius est natura, quàm esse intellectum. Sed nec ab Artifice creato cognoscuntur res faciendae, antequam cognoscantur; et omnino nulla sit potior ratio, ex hac parte, cur Idea detur juxta Aristotelem increatum, quàm juxta artificem creatum. Qui neque discriminis rationem accersunt à conditione scientiae Dei, quippe cùm sit distinctissima, conceptio verò humani artificis confusa, nescio an à Simonia introducantur per histrioniam; si res vera agitur, canant illi sibi & musis suis, Ego rationem illam tanti facio, quanti facere soleo speculationes Suarianas.

Secunda ergo argumentatio quia humanus artifex nunquam praecognoscit rem à se faciendam ... in individuo ... quam ... quia nunquam potest certò scire, qua & qualis sit in individuo futura res per artem à se elaboranda; nam plerumque effectus in individuo pendet ex variis circumstantiis, vel à superiore agente aut ex praecedentibus ... Qua ratio bene probat, regulariter & humano modo loquendo, non cadere sub exemplari humanum, ... artificium in individuo quod postea ... determinatio ... ad talem effectum ... individuo non cadit per se sub intentione humani ... solùm est ... quam longè potest humana industria. Suar.

Quanti quanti aestimanda sit haec ratio Suariana, tamen aut ut ipse fatetur *rationem illam non probare, quod saltem secundum communem rationem talis artificiati, fundum quam cadit sub intentione agentis, idem ut praecognitum non sit exemplar sui ipsius per artem facti. Idem non probat quin absolute etiam alio numero possit esse exemplar sui ipsius, vel in mente Angeli, vel etiam hominis si divinitus confortatur ad praecognoscendum effectum ut in individuo perficiendus est.* Placet tamen argumentationem illam ad calculos revocare; *Humanus (inquit) artifex nunquam* Resp.

[illegible] [illegible] non à se faciendum omnino & in individuo [illegible] posse [illegible], quia nunquam potest certo scire quis & [illegible] individuus futurus sit. At inquam si præconceptus animus eandem &c. quod procul dubio verificatur de artifice increato, & per potentiam Dei etiam de artifice creato, fatetur hoc ipso Suario, adhuc nihilo minus differunt illa inter se, quàm solent [illegible] rationes rerum in anima, à rebus ipsis extra animam. Quia ipsæmet res extra animam licet interdum [illegible] accuratè referant rationes rerum in intellectu, [illegible] nequaquam desinunt, aut illæ, rerum rationes esse, aut res ipsæ juxta rationes suas in mente conceptas [illegible]. Nec aliter dixerat Durandus Ideas rerum esse res ipsas ut ab intellectu conceptas, quàm quatenus per res ut ab intellectu conceptas intelligit rationes rerum. Fieri potest ut interdum res expressa superet imaginem ejus animo artificis formatam, idque non tam arte, quàm fortuna manum ad hoc adjutricem porrigente. Quemadmodum legimus pictorem subirascentem sibi, quod non canum spumam ad liquidum exprimere nequivisset, adeoque indignanti animo penicillum in tabulam subjectam projicientem, formam desperatam de improviso reddidisse, & ad vivum repræsentasse. Interea sive juxta consilium artificis, sive supra successus excat, rationes rerum nequaquam desinunt esse rationes rerum, ad quas tanquam ad exemplaria animo formata operatur artifex quicquid operatur. Nec alio sensu dicimus res ipsas ut mente conceptas Ideas esse, quàm quatenus per res ipsas ut mente conceptas rationes rerum intelligimus. Hoc sanè vel admiratione mihi satisfacere potuissem, quo sensu dicat Suarez, Artificem creato sine non posse, *quæ res futura sit per artem elaboranda*; cùm admodum imperitus sit necesse fuerit, qui Cæsarem expressurus artem Cæsarem magis an Catonem redditurus sit, pro certo habeat; hic inquam prorsus obstupuissem, nisi jam arcana profundæ Jesuitarum mihi innotuissent, unde fit ut prorsus colligam, quid sibi velit, cum ait *determinationem actionis ad talem effectum in individuo pendere non simpliciter ex variis circumstantiis, sed vel ex variis circumstantiis vel ex superiore agente*: Nempe vult Suarez, & post Suarezium Hurtadus (quamvis reclamante Gabriele Vasquio) omne agens secundum ad unumquemque actum particularem determinari ab agente primo, sicut ad speciem actus determinatur agens primum ab agente secundo. Est hoc mysterium Philosophiæ, si quod aliud [illegible], quod caveam sepositum esse confidunt, inventione quadam, quam acceptam referunt Gregorio Ariminensi, se [illegible] quadam determinatione nihilominus admirabili Deo videri porrigere concursum suum ad certum aliquod ex individuis infinitis, non verò ad reliqua. Commentum illud superioribus seculis inauditum, & apud Petrum Hurtadonem de Mendoza repertum quod & pro viribus confirmatum dare contendit, jam certa digressione dedi operam ut profligarem ab eximiis Arminii refutatione l. 2, dign. 9. Quod si largiamur Suario, determinationem causæ secundæ ad hunc particularem effectum, non nisi primæ causæ tribuendam esse; quid [illegible] apud artificem creatum exemplar esse rei alicujus faciendæ, pari per omnia ratione posset dici; quia scilicet penes Artificem creatum non est designare, quis individuus suæ operationis effectus futurus sit. Rursus cum dicimus rem præconceptam Ideam esse sui ipsius ut faciendæ, non aliud volumus, quàm rationem rei, seu formam rei intellectualem ideam esse rei faciendæ, quippe juxta cujus similitudinem formari possit, non unus tantùm effectus sed varii, ejusdem formæ, licet numero differentes. Denique quoties ad exemplar externum propositum fieret aliquid, pari rationis momento contendere quis potuisset, nequaquam ad exemplar propositum factum esse artificium illud particulare, quia scilicet Deo potius causæ primæ, quàm homini causæ secundæ tribuendum sit, quod esse dicatur ille particularis è plurimis exierit. Sed hujus argumenti imbecillitatem professus ipse Suarius sententiam quam impugnat aliter adoritur.

Probatur ergo aliter; quia exemplar est causa vera & realis rei quæ per illud fit; ergo non potest esse ipsamet res quæ postea fit, ut mente est præconcepta. Antecedens infra probabitur: Consequentia patet, quia idem non potest esse vera ac propria causa sui ipsius. Nec verò satis est quod res præconcepta & res producta distinguantur ut res in potentia vel in actu existens: Nam hujusmodi res in actu & potentia eadem est, & tantum distinctionem ut actu existentem, vel ut possibilem includit: & idem non potest res ut in potentia esse causa sui ipsius ut in actu. Et hæc ratio generaliter procedit etiam de Ideis divinis. Suar.

Est sanè exemplar causa vera & realis rei quæ fit, videlicet per modum dirigentis. Ejusmodi enim est ex omnium consensu ad quod respiciens operatur Artifex. Hoc autem optimè congruit ipsi rei prout intellectæ, hoc est, prout existit in esse cognito. Sic autem nihil aliud est, quàm ratio rei, prout jamdudum expositum est à Durando; neque mirum, si formetur res juxta rationem ejus animo cogitatam. Quæ tamen res ut intellecta, hoc est, ratio rei, non est ab ipsa re diversa, sicut res à re, sed duntaxat sicut ratio rei à re ipsa, sive sicut una atque eadem res considerata secundum esse ejus intellectuale, diversa est ab eadem re considerata, secundum esse ejus reale extra animam. Imò videtur ista identitas major esse quàm sit identitas ejusdem rei consideratæ ut in potentia, & ut in actu; quia ratio rei majorem identitatem præfert cum re ipsa, quàm potentialitas rei cum actualitate ejusdem. Quo non obstante, prædicta diversitas abunde sufficit ut eadem res secundum considerationem unam, sit causa exemplaris sui ipsius secundum considerationem alteram. Aequissimum enim est, ut formetur res secundum rationem ejus animo artificis præconceptam. Hujusmodi autem causalitatis ratio nulla est apud rei potentialitatem comparatam cum actualitate ejus. Resp.

Sed respondebis aliter potest, in iis causis, quæ solent instituere [illegible] esse [illegible], non esse incompatibile idem esse causam sui ipsius, ut patet in causa finali, de qua Aristoteles dixit [illegible] in [illegible], cum forma facta [illegible] tales autem reperitur [illegible] inter exemplar & finem; nam utrumque consistit ut in cognitione existit. Nunc ergo eadem res in ratione sua tertiæ ad effectum sui [illegible] Suar.

rationem exemplaris dirigeret aut conaturet sive modo ad effectionem sui. Ratio enim utriusq; communis est, quia in aliis generibus idem non potest esse causa sui ipsius, quia supponitur esse ut causet: ergo quod non supponitur esse nisi ut cognitum causet, non repugnat causare seipsum in existentia reali. Maximè cum utraq; causalitas finis & exemplaris non tendat in effectum nisi quodammodo medio agente movendo, vel dirigendo actionem ejus.

Resp. Durandus in subsidium sententiæ suæ (statuentis rem ut præconceptam animo artificis Ideam esse rei faciendæ) nunquam advocavit convenientiam illam, qualis intercedit inter causam exemplarem & finalem. Neq; mirum, cùm ex propria exemplaris ratione, non autem communi, in sententiam illam quam amplexus est suã concedendum esse judicaret. Rursus, alia longè ratio est causæ exemplaris, quàm finalis, quippe quæ ad efficientem causam reduci solet potiùs quàm ad finalem. Etiam natura agit propter finem non autem secundum exemplar operans exemplatum. Et licet interdum formæ res, cujus ratione intellectuali constituunt exemplar coincidat cum fine operis extrinseco; finis tamen ab operante præcipuè internus solet esse extrinsecus. Quoties coincidant, aliter tamen atq; aliter movent. Finis apprehensus sub ratione boni appetitũ excitat consequendi finem sic apprehensum: appetitus hunc in modum excitatus imperat primùm intellectui ut de fine consequendo deliberet; peracta deliberatione, facultatem motricem extimulat ad consecutionem juxta deliberata. Quæ quidem facultas motrix directionem accipit ab habitu Artis in rebus efficiendis; sicut ab habitu Prudentiæ in rebus agendis. Vel potiùs quia imperii magis est deliberare de artificio perficiendo, quàm Artifici juxta illud Aristotelis. *Ars non consultat*, omittamus deliberationem illam. Appetitus igitur consequendi finem, mox imperat intellectui, ut juxta artem suam, formam expetitam elaborandam suscipiat. Ars autem formatrix est rationum secundum quas tanquam Ideas aut exemplaria res faciendas operatur. Summa est, quoties res ex Arte facienda & finis coincidunt, res ipsa ut finis sub ratione boni movet ad confectionem ejusdem rei ut animo Artificis formata, hoc est ratio rei, sive forma intellectualis ejus dirigit ad consequendum; Sed attendamus ad ea, quæ subjicit Suarez, ad vim illius comparationis enervandam.

Suar. *Sed hoc improbari potest, primò ex ipsa ratione explicandi causalitatem exemplarem, & differentia, quæ versatur in hoc inter illam & finalem. Exemplar enim dicitur forma ad cujus instar vel imitationem aliquid fit: ita quæ causando videtur necessariò includi distinctio, inter formam quæ est exemplar, & formam exemplatam seu rem effectam; quia idem non dicitur fieri ad imitationem sui, nec assimilari sibi ipsi: ergo non potest idem esse exemplar vel idea sui ipsius.*

Resp. Ne Durandus quidem unquam dixit, nullam esse distinctionem inter exemplar & exemplatum; tantùm negavit esse distinctionem qualis intercedit inter rem & rem, quarum utraque est extra animam; concedit dari distinctionem qualis intercedit inter rei rationem animo formatam, & rem ipsam extra animam, quod abunde sufficit ad discrimen constituendum inter exemplar & exemplatum, inter Ideam, & rem Ideatam. Hanc suam impugnationem diruit Suarez, sed ad placitum suum; quæ quid forent expendemus.

Sed hæc ratio videtur in solo loquendi modo habere vim & efficaciam suam. Posset enim quis respondere, non esse de ratione exemplaris, ut effectus fiat ad instar vel imitationem ejus. Sed ut Seneca dixit, exemplar esse id ad quod respiciens artifex id quod destinabat efficit. Hæc enim verba non involvunt rationem quæ distinctionem petat inter exemplum & exemplatum. Assumptum patet: Nam potest Artifex destinare efficiendum aliquid arte factum possibile, illud ipsum destinare efficere: ergo salvatur tota, & sufficiens exemplaris ratio, absq; dissimilitudine, quã petat similitudo vel imitatio effectus respectu exemplaris. Et confirmatur hoc, ac declaratur amplius: Nam si quando artifex concipit rem aliquam, & ad instar voluntatis suæ illam etiam dissimilem facere proponit, hinc satis est, ut res prius habeat rationem exemplaris, cum non res tantùm objectivè concepta, sed & in re ipsa efficienda proponitur, sicut concepta est, non habebit rationem exemplaris respectu sui ipsius? Nam et verò videtur eadem modo dirigere actionem agentis, tanto perfectiùs, quanto est major adæquatio rei factæ ad rem conceptam, quæ tanto erit major, quanto fuerit major identitas.

Propria ergo ratio hujus partis petenda videtur ex hoc assumpto quod sæpe declaravimus, scilicet munus proprium & internum exemplaris de quo agimus, esse dirigere actionem agentis quoad specificationem: hoc autem non est munus objecti cogniti, sed cognitionis ejus, quatenus in illa continetur in esse repræsentativo, quæ ratio magis explicabitur ex sequenti assertione.

Ista Suarezii prorsus displicent. Quis enim adeo absurde sentit, ut rationem exemplaris esse negaret, ut ad ejus imitationem fiat aliquid? non Seneca, quorsum enim statueret Artificem ad exemplar respicere, nisi ratione imitandi? Concedo tamen non solùm posse Artificem respicere, sed & semper respicere ad possibilia (utique enim fabricat esset, quisquis respiceret ad impossibilia tanquam à se formanda) quæ etiam destinat facienda. Sed quomodò quæso respicit ad possibilia illa? nimirum non exteriùs propositis, sed interiùs repræsentata per rationes earundem, & dum respicit ad rationes rerum, dicitur respicere ad res ipsas. Nam res ipsæ ut animo repræsentatæ, non sunt aliud quàm rationes rerum. Quare licet res illas efficiat, quas efficiendas sibi proposuit, non tamen efficit rationes rerum, à quibus semper distinguendæ sunt res ipsæ. Sicut res ipsæ secundum esse earundem intellectuale distinguendæ sunt à seipsis, secundùm esse earundem reale extra animam. Ista egregio artificio confundit Suarez (licet distinguenda sint) ut lectorem incautum decipiat, & nec opinionem in partes suas propensiorem reddat. Quare frustra distinctionem illam convellere tentat Suarez quæ necessariò constituenda est inter exemplum & exemplatum ut alterum fiat ad imitationem alterius. Nec valet confirmatio quæ subtexit, quippe rem absurdam absurdiore ratione confirmat. Etenim quoties res una fit ad imitationem alterius, (exempli gratia, effigies Cæsaris ad effigiem Cæsaris extrinsecus objectam) licet una ab alia numero distincta sit, non tamen hoc nomine quicquam deperit rationi similitudinis mutuæ, qualis ut inter exemplar & exemplatum semper intercedit, ut necesse est. Atq; ad eundem modum (salva proportione juxta varias conditiones exemplariũ)

quati-

[illegible] res objectivè concepta proponitur efficienti [illegible] conceptus est, & etiam objectivè conceptus exemplar est [illegible], & res facienda ad hujus exemplaris imitationem facienda proponitur, ipsum enim est, ut quælibet res justa artem facta, fiat juxta rationem ejus animo conceptam.

Agnoscimus itaque exemplaris proprium munus esse [illegible] agentis; falsum autem est quod subjicis, hoc munus non tam esse objecti cogniti, quàm cognitionis ejus. Et jam disertè professus est Aquinas, *[illegible] esse in intellectu ut quo intelligitur, Ideam verò ut quod intelligitur.* Nec tam cognitio repræsentatem [illegible], quàm species intelligibilis, similiq; cognitionem rei repræsentatæ actualem procreat in genere suo. Enimvero æquum est, ut possit res aliqua objectivè repræsentetur intelligi in esse intelligibili, quàm ut actualiter intelligatur. Obiter advertamus, qua methodo processerit Suarez à numero 20. ad numer. 25. Argumentum numero 20. propositum invalidum esse professus ipse, probationem suam aliter instituendam recepit num. 21. Sed & illam probationem exceptione non levi gravatam esse fassus num. 22. mox eandem exceptionem non tam è medio tollendam quàm stabiliendam in se recepit numero 24. ut sic lectorem suum propensiorem redderet ad assertionem ejus secundam amplectendam num. 25. Quare per integram columnam in refutanda superiori sententia versatus hoc egit, ut nihil ageret quod ad refutationem attinet ejus quod intenderat refellere, sed tantum ut aliquid ageret, conciliando fidem sententiæ suæ jam proximè commemorandæ.

Secunda assertio, & approbatio secundæ sententiæ num. 25.

Dico secundo: *Exemplar increatum formaliter intellectus, tanquam conceptus formalis ejus. Cum verbo inhærendi hic utimur, quoniam nunc abstractè & in communi loquimur de exemplari sive creato, sive increato, & ita intelligendum est, sive per unionem, & propriam inhærentiam, sive per identitatem & simplicitatem. Sic igitur conclusio posita est valde consentanea locutionibus Thomæ & Sanctorum supra adductis. Dum enim ajunt mentem esse sedem Idearum, & Ideas divinas esse rationes rerum incommutabiles & æternas & formas intelligibiles, satis significant, & esse res existentes ex æternitate, & esse in Deo intrinsecè, & esse in eo formaliter quatenus intelligens est, & intellectualiter repræsentans omnia, quod convenit illi ratione sui conceptus, seu actus intelligendi. Eodem modo sensisse Platonem de Ideis docuerunt multi, & præsertim indicat August. citatis locis. Explicatque optimè Cælius Rodigin. lib. 16. lect. antiq. cap. 17. his verbis,* Deus qui omnipotens est & dicitur, in mente sibi inhærente creandarum rerum naturas effingit, ac pingit quodammodò quæ in corporibus istis sentimus omnia: Illic cælorum globi ac elementorum moles: omnia denique, etiam animalium gignuntur formæ quas in divina confertas mente Dei fomento esse ac dici Ideas non ambigunt Platonici. *Similiter Eugubinus lib. 1. de perenni Philosophia cap. 11. refert ex Plutarcho* Socratem & Platonem posuisse Ideas in cogitationibus sensisque Dei, hoc est, menti subsistentes: *Et infra ex eodem Plutarcho observat,* idem esse divinam mentem atque istas Ideas; *Et ex Philone & Plotino,* idem esse totam Idearum seriem atque ipsam immensam Dei sapientiam; *Et ex Trismegisto & Chaldæis,* Ideas esse Patris cogitationes & rationes universalis naturæ. *Eandemque esse Aristotelis sententiam de exemplari creato paulo inferius ostendam.*

A Dvocatum [illegible] nacti sumus adversarium, qui dum de verbis cavit quorum præjudicio causam suam strangulari nolit, de ejusmodi verbis [illegible] interponit, quorum usus nequaquam occurrit apud ipsum Autorem. *Cum verbo inhærendi hic utimur* (inquit.) At inquam, nequaquam utitur verbo *inhærendi*, sed verbo *insidendi* duntaxat. Negamus conclusionem à te positam, quod scilicet exemplar *sit conceptus formalis*, omnino consentaneam esse locutionibus Thomæ, quippe qui disertè statuit Ideam esse *essentiam Dei ut intellectam* (his autem notatur conceptus objectivus non formalis) *tanquam participabilem à creaturis.* 1. p. q. 15. art. 1. in concl. disertè profitetur *in mente Dei [illegible] ideas [illegible] objectivè.* & ibid. ad 3. vult *Ideam in Deo nihil aliud esse quàm Dei essentiam.* Ergo essentia Dei prout est in mente Dei, nimirum objectivè, hoc est, ut intellecta à Deo, est Idea rerum omnium. Et art. 2. in corp. ait *Ideam esse in mente operantis sicut quod intelligitur* (ergo objectivè) *non autem sicut species qua intelligitur;* atq; hac ratione probat pluralitatem Idearum in mente Dei. Nam plura sunt quæ intelligimus: At species qua intelligimur, unica tantum est, ipsa nimirum Dei essentia. Paritatio-ne conceptus formalis, sive ipsa cognitio in mente Dei unica tantùm est, nec potest constituere pluralitatem Idearum. At ea quæ intelligimus, & in mente Dei sunt objectivè, multa sunt; unde concludit *plures Ideas esse in mente Divina ut intellectas ab ipsa.* Ibidem vult formam domus in mente ædificatoris *esse aliquid ab eo intellectum, ad cujus similitudinem domum in materia format.* Et quis dubitat hanc formam domus in mente ædificatoris esse Ideam domus formalem juxta Aquinatem? De locutionibus Thomæ & Sanctorum à Suario adductis jam diximus, & quàm nihil causa ejus proficiant ostendimus. Certè mens est sedes Idearum, quatenus à mente intelliguntur, non autem quatenus sunt ipsa intellectio rerum creandarum. Neque enim sic sunt aut principium intelligendi res creandas (absurdum enim est dicere, res à Deo cognosci, propterea quod à Deo cognoscantur) aut exemplaria operandi. Neque enim operatur Deus res creandas ad similitudinem suæ cognitionis, sed potius ad similitudinem suæ essentiæ suæ tanquam participabilis à creaturis intellectæ; aut rerum ipsarum ut in essentia divina per proprias ipsarum rationes repræsentatarum. Sunt

etiam rationes rerum, atque hoc ipso nomine censendæ sunt conceptus objectivus intellectus divini, potius quam formalis. Sunt etiam in Deo intrinsecè idque ab æterno, & incommutabiliter; veruntamen ut plures sunt, non tam res sunt quàm rationes rerum; ut verò res sunt, unica tantùm res sunt, ipsissima videlicet essentia Dei, juxta illud Anselmianum in Scholis receptissimum, *Quicquid in Deo est, est divina essentia.* Esto verò, sint in Deo formaliter quatenus intelligens est, non tamen sunt in eo, tanquam ipsa intellectio rerum, sed potius tanquam res intellectæ, hoc est, objectivè, non autem tanquam formalis conceptus. Sed & prius ratione insunt Deo tanquam in esse intelligibili & in esse repræsentato quàm tanquam in esse cognito, alias nimis absurdè diceretur principium intelligendi. Neq; enim sobrius esset, qui modum quo res à Deo cognoscantur, explicaturus, diceret hoc nomine à Deo cognosci, quia scilicet à Deo cognoscuntur. Cognitio Dei denominat res actu intellectas, sed non denominat intelligibiles. Cælius Rodiginus quasi ad Thomam provocat de ratione Idearum, & concludit, Ideam mundi in mente Dei ejusmodi esse, *ex cujus similitudine compositus est mundus*, quod tamen non placet Suario; probat enim uti jam accepimus, eorum exceptionem qui negant esse *de ratione exemplaris ut effectus fiat ad imitationem ejus.* Rerum omnium formas in divina mente esse minimè dubitamus: Quod autem addit Rodiginus eas à Deo *effingi & pingi*, huc tendere videtur, ut voluntatem divinam ad hujusmodi operationem advocet, & conformiter loquitur de formis rerum non tam creabilium quàm creandarum. Eugubinus dum *nomine subsistente* Ideas facit, nihil aliud vult, *quàm à Deo cognitas esse rerum omnium formas.* Et quemadmodum mens Dei & essentia Dei idem est, ita etiam mens Dei, & Ideæ rerum idem sunt. Nam intelligendo essentiam suam, intelligit res omnes, idque per essentiam. Nam essentia Dei supplet locum speciei intelligibilis, per quam & se & omnia intelligit. Eadem ratione dici potest, *Ideam esse totam Idearum formam, atque ipsam immensam Dei sapientiam*; hoc agnoscunt omnes sive essentiam Dei ut à Deo intellectam Ideam rerum statuunt, sive res ipsas ut à Deo intellectas. Etiam sunt Patris cogitationes, hoc est cogitata, juxta vulgarem loquendi modum. Et extra controversiam ponimus, ipsam Dei cogitationem propriè dictam, unicam esse, non plures.

Suar. *Ratione probari potest hæc sententia à sufficienti partium enumeratione. Nam exemplar est in intellectu, & non objectivè tantùm; ergo est in eo formaliter, seu subjectivè.* Non est *autem ipse intellectus, quatenus intelligitur à nobis ut nuda potentia, quia ut sic, non est forma repræsentans, quod est de ratione exemplaris: & eadem ratione non est aliquis habitus ex iis qui judicativi dicuntur, qualis est ars in intellectu humano, quia etiam hujusmodi habitus non est forma repræsentans formaliter, sed inclinans tantùm ad judicium. Nec etiam in intellectu humano est species intelligibilis, tum quia juxta veriorem sententiam, species hæc non repræsentat formaliter, sed est tantùm semen objecti efficienter concurrens ad formalem repræsentationem quæ fit per actum aut verbum; tum etiam quia species per seipsam non est causa operativa ad extra, seu directiva operationis quod convenit exemplari. Superest ergo ut conceptus ipse formalis præstitus vel effingendo sit propriè exemplar.*

Imò, inquam, est in intellectu tantùm objectivè, sicut forma domus in intellectu est idea domus faciendæ, *& est aliquid ab eo intellectum ad cujus similitudinem domum in materia format ædificator*, ut loquitur Aquinas 1. par. quæst. 15. art. 1. in corp. Forma autem domus tantùm se habet ad intellectum objectivè, non est autem ipsa intellectio; sicut neque est ipse intellectus sive potentia intelligendi. Quæ quidem potentia licet non repræsentet res in esse cognito, tamen (ut obiter hoc moneam) non inconvenit, ut repræsentet in esse intelligibili, præsertim verò intellectus creatus, qui per habitum artis suæ potens est varias rerum formas apud se concipere, quas actu apprehendat; Et repræsentatio potius fit ad hoc ut aspiciatur, quàm aspectus rei fit ut repræsentetur. Sed & actus est procul dubio formas varias excogitare, & præsentare de quibus judicium fiat, non modò judicium de forma facere. Eadem ratione species sensibilis repræsentat objectum sensibile, pari ratione probabile est speciem intelligibilem repræsentare objectum intelligibile, quod tamen nihil obstat quo minus, sicut species sensibilis est quasi semen objecti sensibilis efficienter concurrens ad sensationem producendam in genere suo, ita species intelligibilis sit quasi semen objecti intelligibilis efficienter concurrens ad intellectionem producendam in genere suo. Sed quare per intellectionem repræsentatio fiat, rationem nullam video. Ad quid enim fieret ista repræsentatio? Ante intellectionem repræsentatio rei fit ut intelligatur, sicut ante sensationem repræsentatio rei fit ut sentiatur; post intellectionem verò ad quid aut quomodo fiat repræsentatio, nondum intelligo. Esto verò, dicatur repræsentatio, sed in esse cognito: videamus igitur utra harum commodius dicenda sit Idea rei, num ipsa rei cognitio, aut potius res ipsa cognita.

Secundò probatur ex munere seu officio ipsius exemplaris: Ejus enim est determinare actionem externam intellectualis agentis: & ideò quando hæc gerit munus formæ, nam res naturales determinantur per naturales formas ad suas actiones: agens verò intellectuale per formam intellectualem sibi proportionatam, ut rectè notavit Thomas dictâ quæstione 15. primæ partis & 3. de Veritate. Est ergo exemplar forma actuans & informans ipsum intellectuale agens; non est autem alia forma, nisi conceptus ejus, ut declaratum est. Suar.

Tota vis hujus probationis pendet ab argumento priori, quemadmodum manifestum fit verbis postremis dum ait, *non est autem alia forma, nisi conceptus ejus ut declaratum est*, superiore videlicet argumento, quod tamen nemo sobrius vel teruncio redimeret. Sed obiter monendus est lector, Suarium abundare muneribus exemplaris accumulandis minimè necessariis, ut præcipuum ejus munus dissimularet. Neque enim exemplaris est actionem externam determinare neq; enim locum habent exemplaria, nisi apud agentia rationalia, quæ & libera agentia sunt. Et quis ignorat apud libera agentia, voluntatis esse actionem externam determinare; non autem intellectus, aut rei intellectæ. Hinc est, quod non tantùm rerum operandarum Resp.

quendam, sed operationem quam eis nunquam prodesse dicendum sit, ideæ constituantur. nec ullam hujus esse mentionem facit Aquinas, ubi de discrimine tractat agentium naturalium & rationalium; verum in 1. p. q. 15. art. 1 in corp. ædificationem tribuit intentioni ædificantis, tanquam ædificationis determinativæ. Posito quod velit quis domum ædificare, exemplar partes suas exhibit dirigendo, sed non determinando actionem, nisi forte determinatio non alio sensu capiatur quam pro directione. Quod si ita se res habuerit, munera ista frustra distinguit Suarez, & crimine mihi dicti illius apud Poetam, *Postquam Aurifer fervet capiti mentemque laevem:* quid tum? post ea obscura tam disputatione strenuus exhibit Suarez, quam si quis alius putatur strenuus.

Rursus pertinet ad munus exemplaris dirigere actionem agentis intellectualis, ut in certum terminum & scopum tendat, ut non casu vel irrationali modo fiat: & ideo dixit August. tam esse certum, Deum habere exemplaria, quam est certum operari cum ratione: hæc autem directio non fit nisi per actualem mentis repræsentationem, quod est veluti quoddam lumen, quod præit, ostendens viam & modum ac terminum operationis: hoc autem totum fit formaliter per ipsummet conceptum formalem mentis; & ob hanc causam res ipsa directe concepta, non potest proprie dici exemplar, nam si illa res sit ipsamet quæ facienda est, & omnino eadem in individuo, non est illa quæ dirigit, sed ad quam dirigitur actio medio exemplari: neque illa proprie imitanda proponitur, sed facienda; quod ut recte fiat, dirigitur actio per exemplar mente conceptum. Si autem illa res concepta sit alia, ut est in artifice creato imago externa, vel aliquid simile, talis res non est per se necessaria ad operationem artis, quia fit per exemplar. Nam interim fieri per propriam & immediatam cognitionem ipsius rei arte efficiendæ: illud ergo externum adminiculum talis objectum non est proprium & per se exemplar, sed est quasi materia remota, vel objectum adjuvans ad formandum aliquale seu imperfectum exemplar. Denique si illa res alia concepta, sit tantum causa virtualiter continens rem faciendam per exemplar, ut est in increato artifice divina essentia, illa ut sic non potest esse exemplar, quia non est ullo modo forma formaliter continens, aut repræsentans rem faciendam ut superius argumentabatur. Neque illa ut sic dirigit actionem artificis, sed solum est quasi ratio remota secundum rationem, concipiendi exemplar seu ideam quæ dirigit operationem artificis.

Resp. Agnoscimus exemplaris munus esse, dirigere actionem agentis intellectualis; fatemur etiam hujusmodi directionem non fieri nisi per actualem mentis cognitionem; neque enim dirigit exemplar nisi cognitum; negamus tamen ipsam cognitionem esse exemplar. Nam exemplaria introducuntur, partim tanquam principia cognoscendi, partim tanquam principia agendi idque per modum imitationis. At cognitio non est principium cognitionis; nihil enim est principium sui ipsius. Sed nec quisquam Artifex operatur aliquid ad imitationem suæ cognitionis. Rursus exemplar ostendit quid operandum sit, & ad cujus imitationem aut similitudinem operandum sit, viam verò & modum operandi nequaquam præscribit; hoc potius artis est quàm exemplaris. Qui non est Architectus potest concipere formam domus ædificandæ; sed cùm non habeat artem ædificandi, viam & modum quo domus ædificanda sit prorsus ignorat. Dico directionem illam non fieri nisi per actualem mentis cognitionem; per actualem mentis repræsentationem fieri non dico. Cui enim fieret illa repræsentatio vel intellectui, vel voluntati? procul dubio si cui facienda est, intellectui facienda erit. At nequaquam minimè opus est, ut cognitio rei faciendæ repræsentetur intellectui cognoscenda, ut fiat aliquid juxta exemplar. Neque enim solent artifices creati, actu reflexo intellectus ferri in cognitionem suam, dum opus aliquod exemplarium, in materia aliqua operantur. Potest quis reflectere in cognitionem suam quamlibet, sed neutiquam opus est hujusmodi reflexione, ad operandum secundum exemplar.

Nec omnino sequitur, eandem rem ut conceptam, non posse esse sui ipsius exemplar, ut extrinsecus producendæ, quia scilicet exemplaris officium sit dirigere. Nam licet res facienda, ut concepta, eadem sit cum re facienda, quatenus non alia quam res facienda; tamen distinctionem à re facienda sufficientem habet secundum quam dici possit exemplar ejus. Nam res facienda, ut facienda, dicitur secundum esse ejus reale extra animam; at res facienda ut concepta, sic dicitur secundum esse ejus intentionale in anima, & eadem est cum ratione rei & æquissimum est, ut quælibet res ab agente rationali perficienda, perficiatur secundum rationem ejus mente conceptam. Est ista ratio, quam toties reponit Suarez, admodum jejuna, qua tamen vel sola nituntur Jesuitæ, ut in diversum à Durando sententiam abeant de ratione Idearum; & proinde hanc unicam rationem, qua præcipuè se fulciunt, passim inculcant. Sequitur etiam illa unica ratio, qua vel maximè confidant, dum sententiam Aquinatis repudiant, passim profitentes Ideam in Deo nihil aliud esse præter essentiam divinam; Contra stat Suarez, negatque divinam essentiam posse esse exemplar, quia scilicet, *non sit ullo modo forma formaliter continens, aut repræsentans rem faciendam.* In quo æquius se gerit Suarez, & minus candidè quam Durandus divi Thomæ sententiam impugnavit. Quippe Durandus disseruit, cùm ad rationem exemplaris requiratur, ut ad ejus similitudinem fiat exemplatum, nullam omninò maximè ex parte similitudinem & convenientiam occurrere inter Deum & creaturam, ad cujus imitationem fierent creaturæ. Suarez verò advertens rationem illam nihilo minus feraliter incurrere in sententiam ipsius quàm in sententiam Aquinatis, cùm pariter omni ratione manifestum sit, Deum nequaquam operari res creandas ad similitudinem aut imitationem suæ cognitionis; ideo argumentationem Durandi sua phraseologia temperavit, dicens *divinam essentiam non esse formam formaliter continentem aut repræsentantem rem faciendam.* Sed & in ista temperatione miserè se gerentem dum cautiosius esse vult, argumentator dissolutus evadit. Nam cum Capreolus ad superioris argumentationis ictum vitandum, statum sententiæ Aquinatis ita proponit, ut Dei similitudinem cum creaturis constituat, non quidem formali aliqua convenientia, sed tamen repræsentatione; ut huic responsioni Capreoli obviam iret Suarez, non tantum negavit, essentiam divinam formaliter

 liter

liter continere rem faciendam, sed & repræsentare ergo illud. Hoc autem immane quantum falsum est, nam procul dubio repræsentat Deo sua essentia res omnes illas formaliter, ne Durandus quidem hoc negaturus esset; quippe qui omnia à Deo sciri vult antequam essent, idque quatenus virtualiter continentur in Deo; cujusmodi quidem continentia quamvis virtualis sit, tamen sufficit ad repræsentationem rerum omnium idque formaliter, alioqui ne cognoscerentur quidem à Deo formaliter. Procul dubio secundum formales suas rationes cognoscuntur à Deo, & consequenter secundum formales suas rationes in essentia divina repræsentantur intellectui divino cognoscendæ. Quare etiam essentia divina quatenus repræsentat omnia, ita etiam per modum exemplaris dirigit operationem Dei producentis exemplata.

Obiter viderat Suarez obicem poni sententiæ suæ, considerata ratione exemplaris exterioris. Etenim sæpissimè fit ut Artifices juxta exemplar exterius propositum aliis producant ad imitationem ejus. Sic pueri discunt exarare literas: sic Pictores ut plurimum ad exemplaria vel viva, vel exterius delineata, exemplata consimilia formant. Quod quoniam fit, manifestum est, exemplar, secundum quod operantur, nequaquam habere rationem cognitionis, sed rei visæ potius ad quam aspiciunt, dum eandem similitudinem imitari parant. Itaque hunc obicem ut removeret de via, dicit Suarez, *talem rem non esse per se necessariam ad operationem artis*; At, inquam, sive necessaria sit, sive non, negari non potest hujusmodi rem induere veram rationem exemplaris. Hujusmodi enim exemplaria vel maximè habentur pro exemplaribus veris, nec quicquam isto notius. At ratio exemplaris à Suario aliisque Jesuitis excogitata, huic generi exemplarium neutiquam accommodata est. Nec magni momenti est quod subjicit, dum ait *rem nullam fieri per propriam & immediatam cognitionem efficientis rei arte efficiendæ*. Licet enim illa concedantur, modò hujusmodi exemplaria vera fuerint exemplaria, ut veram exemplarium rationem induant necesse est, & consequenter fieri non potest, ut vera sit illa exemplaris ratio, quam finxerunt Jesuitæ, finxerunt, inquam, idque per artem ipsis propriam, hoc est, facere exemplaris alicujus terminos, ut sunt Artifices in suo genere fictionis, tam in Philosophia, quàm in Theologia admodum ingeniosi. Rursus hoc nihil obstat quominus per propriam & immediatam rei efficiendæ cognitionem agatur. Nam licet agat aliquis aspiciens ad exemplar exterius propositum, non tamen non alio consilio aspiciat, quàm ut lineamenta ejus omnia animo imbibat, & quasi insculpat, ut juxta hanc animo Artificis impressam effigiem immediatè operatur rem exterius efficiendam. Sed & hujusmodi exemplar exterius propositum, interdùm necessarium est; neque enim fieri potest ut aliter discant pueri literas alphabeticas calamo delineare: sed necessitatem aliquem in tabula cum laude repræsentare potest Artifex, nisi hominem ipsum aut exemplar ejus ante oculos observatum habuerit; ut proinde in illa omnibus animus Jesuitæ nihil enim [illegible], aut Philosopho vulgari dignum, aut vulgari dignum Theologo. Reliqua videamus.

Tertiò solet attribui exemplari esse mensuram & regulam veritatis & proprietatis rei factæ. Quocirca dicunt multi [illegible] *& interdum D. Thom. veritatem rerum* [illegible] *sumi ex conformitate exemplarium, quæ sunt in intellectu divino tanquam ex mensura earum: veritatem autem rerum artificialium sumi ex conformitate ad intellectum humanum: Nam exemplar artificiati est mensura artificiati. Hoc autem propriè convenit conceptui formali; nam conceptus objectivus si sit nomine proprio & adæquate rei faciendæ* [illegible] *ab ipsamet re,* [illegible] *si verò sit conceptus alterius rei, vel per accidens* [illegible] *tantum se habet, ut dictum est, vel non habet in se formam efficiendi, nec formaliter, neque repræsentativè, & ideo etiam non potest habere rationem mensuræ.* Suar.

At meo judicio nimis aliena sunt ista, quippe quæ tantummodò spectant ad veritatem certam, quæ scilicet versatur in repræsentatione, secundum quam dicuntur res non tam verè esse aut non esse quàm verè repræsentare aut non verè. Imò potius accuratam repræsentationem prototypi continent quàm veram. Utcumque verò se res habeat ex hac parte, nihil omnino commodabit causæ Suarianæ. Quis enim sobrius diceret rem sculptam ad vivum repræsentare cognitionem sculptoris, potius quàm figuram animo sculptoris effigiatam? Hæc etenim fiat ad exemplar materiale, animum omnem subtilitatem excessisse necesse sit, quisquis diceret sculptile illud exemplatum ad vivum referre cognitionem alicujus sculptoris potius quàm formam animo sculptoris effigiatam? Sed pergamus quartum. Resp.

Quartò tribuitur Ideæ esse principium cognitionis ut notat D. Thom. dicta quæst. 15. art. 1. Id autem non est intelligendum de principio effectivo, quia ut diximus species intelligibilis non est propriè exemplar. Ergo oportet intelligi de principio formali; Nam objectum [illegible] *cognitum, sed ut terminatur* [illegible] *dicitur propriè principium cognitionis, cùm potius sit finis & terminus: principium autem formale cognitionis est ipsemet conceptus: ergo ille est propriè ipsum exemplar, si sit conceptus rei efficiendæ.* Suar.

Certè profitetur Aquinas *Ideam operati in mente operantis non esse sicut ut species, qua intelligitur, quæ est forma faciens intellectum in actu.* Agnosco similiter exemplar non esse principium effectivum cognitionis, sed formale potius; nego autem ipsum conceptum esse principium formale cognitionis, cùm conceptus ille nihil aliud sit quàm ipsa cognitio. Et nimis absurdè dicitur cognitio principium sui ipsius. Licet enim simplex forma, non tamen est principium formale, per quod fiat ut res cognoscantur. At per Ideas rationem assignare solent cognitionis divinæ rerum creandarum. Jam verò quàm absurdum esset dicere, Deum cognoscere res creandas hoc nomine, quod scilicet cognoscat res creandas. Agnosco objectum terminare cognitionem quatenus est illud quod cognoscitur; at ut dicatur finis cognitionis quæ demum probatum Aquinatis confirmet nondum animadverti. Disertè pronunciat Aquinas *Ideam operati in mente operantis esse sicut quod intelligitur*. Et dum cognoscendo exemplar dicitur cognoscere rem exemplandam, optimo jure dicitur exemplar esse principium cognitionis rei exemplandæ antequam producatur. S. Thom. 1. par. quæst. 15. art. 1. Resp.

Idea

... quasi diceret (inquit Cajetanus in articulum illum commentatus) *Non ... quod Idea est principium cognitionis, quia hoc sonaret ... principium cognitionis ... quo forma ... principium cognitionis ... cognoscibilem dicantur.* Advertat vero Lector, inter omnia quæ tribui solent exemplari, nulla prorsus mentio fit ejus quod Suarium ... ad ejus similitudinem ... quod scilicet ad ejus similitudinem fiat res exemplata sive Ideata. Imò nunquam id ut prorsus repulisse, aut exiguam admodum ejus rationem habuisse visus est num. 23. unde sumpsit opportunitatem introducendi assertionem suam secundam. Atqui hoc esse præcipuum munus exemplaris ignorabat nemo. Durandus in 1. distinct. 36. quæst. 3. num. 6. *Non omnis forma intellectualis dici potest Idea, sed solum illa, ad cujus similitudinem aliquid est producibile.* Etiam Senecam laudat asserentem, *Ideam esse exemplar ad quod Artifex respiciens operatur. Exemplar autem* (inquit) *est, ad cujus similitudinem aliquid fit ut est sufficiens*, unde concludit, *Ideam esse formam intellectualem ad cujus similitudinem agens per artem potest aliquid producere.* Ad eundem modum Thomas 1. par. quæst. 15. art. 1. in corp. *Ratio* (inquit) *Ideæ consistit in hoc quod sit forma ad cujus similitudinem aliquid fiat*, & ibid. ad 3. *Deus secundum essentiam suam est similitudo omnium rerum. Unde in Deo nihil aliud est Idea, quàm Dei essentia*. & ibid. art. 2. in corp. *Unaquæque creatura habet propriam speciem secundum quod aliquo modo participat divinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur, in quantum Deus cognoscit suam essentiam ut sic imitabilem à tali creatura, cognoscit eam ut propriam rationem & Ideam hujus creaturæ.* Et de verit. q. 3. art. 1. in cond. *Si intellectus Artificis producerent aliquid ad similitudinem suam ipsum, tunc quidem ipse intellectus Artificis esset Idea.* Agnoscit hoc ipsum Valentianus in 1. par. quæst. 15. art. 1. *Descriptio generalis est, ut Idea sit forma seu exemplar rei ad quod respiciens rem ipsam efficiat Deus quodammodo sibi similem*, faceturque eandem ferè verbis descriptionem Ideæ poni ab Augustino. Etiam Rodriguez, *In mente* (inquit) *divina formam esse oportet ex cujus similitudine ... mundus.* Hujusmodi posita descriptione Ideæ, mox evanescit sententia Jesuitarum constituentium Ideam in ipsa cognitione divina formaliter, quasi Idea rei nihil aliud esset, quàm ipsa rei cognitio. Neque enim quisquam Artifex operatur attendens ad imitationem suæ cognitionis. Videtur tamen Suarez etiam hujus muneris Ideæ rationem aliquam habere num. 34. quod quam bellè quadret cum ipsius sententia, postquam illuc deventum fuerit, examinabimus. Sequitur assertio tertia proposita num. 30.

Text. *Dico ergo tertiò: Non est de ratione exemplaris ut sic, non esse (quatenus ad esse ejus) quod sit actu & directè cognitum ut objectum, quod tamen ut causet, oportet ut aliquo modo cognoscatur, & quo perfectiùs fuerit cognitum, eo etiam perfectius causabit, &c.*

Refut. Non nisi misera perturbatione in lucem edita est ista assertio, quod indicio est Suarium dolores parturientis perpessum esse, dum eam enitebatur; videtur hoc velle *Non esse de ratione exemplaris ut sit actu cognitum.* Nempe manifestum est, exemplar ab Artifice creato, si modò constituatur formaliter in ipsa rei faciendæ cognitione, cognosci non posse nisi actione reflexa. Neque minus manifestum est, omnino necesse non esse ut Artifex creatus, quoties operatur aliquid juxta exemplar, actione reflexa feratur in considerationem suæ cognitionis. Et licet hoc fieri possit, tamen minimè solent Artifices tale aliquid factitare, aut ita nugando bonas horas malè collocare. Itaque opus fuit Suario, hujus assertionis præsidio per viam provisionis ad incolumitatem sententiæ suæ procurandam. Et ingenuè fatetur, conclusionem illam proponi *ad dissolvendum fundamentum contrariæ sententiæ*; sed multo candidius dixisset, ad fulciendam sententiam suam, ne aliàs præter omnem sobrietatem procederet. Etiam fatetur *communiter dici solere, de ratione exemplaris esse, ut sit actu cognitum.* Nempe ipsa generalis exemplaris descriptio hoc exigit, cùm teste Valentiano non modò Senecæ & Durando ejusmodi sit *ad quod respiciens Artifex operatur*, quod & communis experientia testatum facit; sed & eandem descriptionem ferè totidem verbis ab Augustino poni fateri non erubescit idem Valentianus. Verùm errarunt isti omnes (una cum Aquinate passim idem docente) si Suario credimus; & rationem hujus erroris aperit, quia scilicet, *non satis ab iis animadversum est, quod sicut in fine distinguuntur duo, scilicet esse ipsum finis per quod causat, & esse cognitum, quod est necessaria conditio ad causandum: ita in exemplari sunt hæc duo distinguenda. Nam* (inquit) *esse cognitum ut sic, quatenus dicitur de objecto directè cognito, cùm sit sola extrinseca denominatio, non potest esse propria ratio constituens ipsum exemplar, nec potest esse in illo formale principium causandi.* Atqui quàm, ut ista vera essent; cognitionem scilicet rei, quàm dicimus exemplar, necessariam tantum esse ad causationem ejus; tamen ne sic congruet ratio exemplaris, genio illius exemplaris quod fingit Suarius. Neque enim necesse est, ut quoties Artifex aliquis operatur exemplatum aliquod, actione reflexa cognoscat cognitionem suam, quod & mox fatentem experiemur Suarium ipsum num. 36. Sed & ratio quam exhibet Suarius, nullius est pretii; Neque enim sequitur *esse cognitum est extrinseca denominatio*, ergo ad esse exemplaris non requiritur ut sit cognitum. Nam licet res ipsa habeat esse independenter à cognitione Artificis, tamen fieri potest ut illa res nequeat subire rationem exemplaris nisi quatenus cognoscibile, si consideretur ut exemplar in potentia, aut quatenus cognitum, si consideretur ut exemplar in actu, atque ita duntaxat formale principium causandi, præsertim cùm causet duntaxat per directionem quandam objectivam; hoc autem ex eo liquet, quod non nisi ad ipsum respiciens Artifex operatur.

Text. *Præterea sicut de fine dicebamus, non movere ad appetendum secundum esse cognitum quoad denominationem (ut ita dicam) sed quoad rem denominantem, seu quoad ipsum esse quod cognoscitur: Ita exemplar non dirigit ad efficiendum in effectu ipsum esse cognitum, quoad denominationem, neque tale esse, quale est esse in cognitione: Ergo exemplar in esse exemplaris non constituitur in esse cognito*

ut

nosti. Unde etiam in exemplari externo & remoto, cum imago v. g. proposita dicitur exemplar, ad cujus imitationem alia fit, licet oporteat illam imaginem esse visam aut cognitam, non tamen constituitur ex illo modo exemplaris per esse cognitum; sed hoc est conditio necessaria, esse autem sic depictam vel figuratam est proprium esse talis exemplaris. Et juxta opinionem asserentem artefactum ipsum, vel creaturam in mente objectam esse exemplar, dici non potest, quod esse cognitum, ad denominationem cognitam, constituat illam in esse exemplaris, cum in ipsa non intendatur similitudo seu conformitas quoad illam denominationem, sed quoad esse naturale vel artificiale, quod in tali re cognoscitur: ergo idem dicendum est in omni sententia, quod nimirum exemplar non constituatur in esse exemplaris formaliter, ac praecise ex eo quod cognoscitur, sed ex proprio & quasi intrinseco esse, quodcumque illud sit quod vel cognoscitur, vel potest cognosci.

In his Suarius videri cupit distinctus admodum [illegible] subtilis, disputator tamen est non admodum nervosus. Ad subtilitates & minutias istas quod attinet quas nobis commentus est, eae quidem ejusmodi sunt, ut ne cassa quidem nuce aestimandas censeremus. *Formam* (inquit) *non movere secundum esse cognitam, sed secundum esse quod cognoscitur.* Certe non movet nisi secundum esse suum, quod cognoscitur, sed ut cognoscatur, etiam necessario requiritur; alias non moveret agens aliquod rationale ad ipsum appetendum, nedum ad consequendum; *Nam ignoti nulla cupido.* Ad eundem modum exemplar dirigere non potest nisi cognitum: Neque enim caecus aliquis opus [illegible] potest juxta exemplar aliquod, quia caecus est nec per exemplar quamvis objectum possit aspicere, ut inde directionem ad agendum accipiat. *Sed non dirigit* (inquis) *exemplar ad efficiendum ipsum esse cognitum*; At quae malum haec est loquendi [illegible]? Et quando comparationem instituis inter finem & exemplar, cur non de fine perinde disseruisti, nempe finem non movere ad appetendum ipsum esse cognitum ejus, cum pariter finium rationem esse velis. An nisi tibi tamquam insensatum [illegible], quin ne non haberes lectorem insulsum [illegible] aliquid ad quod obstreperet? Annon exemplar ab iis contra quos disputas, supponitur esse cognitum? an sociam esse vel istam consecutionem, quam hinc tu infers *ergo dirigit exemplar ad efficiendum esse cognitum*, aut hic saltem inferentis speciem geris? Licebit nobis sobrios esse, dum negamus illam consequentiam tuam; *Exemplar non dirigit ad efficiendum esse cognitum, ergo in esse exemplaris non constituitur per esse cognitum.* Ad exemplar externum quod attinet, certe non constituitur in esse per esse cognitum tamquam per rationem ejus completam, constituitur tamen in esse, per esse cognitum, tamquam per rationem ejus incompletam. Nam ut res aliqua subeat rationem exemplaris, necesse est proponatur ad imitandum, consequenterque necesse est ut sit visum; neque enim aliter est imitabile. Effigies Caesaris sive proponatur ad imitandum sive non, sive videatur ab aliquo sive non videatur, est tamen effigies Caesaris, sed exemplar non est, nisi formetur alia figura ad ejus imitationem, quod quidem fieri non potest nisi videatur. Atque in hoc apice differunt finis & exemplar; quod scilicet finis a notione sui formali [illegible] requirit cognitionem ejus in agente propter finem. Nam non solum [illegible] cognitionem incipit agens propter finem. At exemplar formali sua notione requirit, ut ad imitandum proponatur, & per consequens cognoscatur. Etiam secundum [illegible] *artefactum ipsum [illegible] objectum esse exemplar*, necesse est ut ad rationem [illegible] hujus exemplaris completam requiratur cognitio, alias non posset proponi ad imitandum. [illegible] proponatur ad imitandum, non est exemplar, non quia intendatur similitudo seu conformitas ad illam denominationem, sed quia sine illa denominatione perveniri non potest ad id quod intenditur per rationem exemplaris, hoc est, ad similitudinem formae repraesentationem rationalem. Ergo idem dicendum est in *omni sententia*, quod nimirum *exemplar*, ut constituatur in esse formaliter, requirere ut cognoscatur, licet non solummodo ut cognoscatur, verum etiam ut ad ejus imaginem forma [illegible] exprimatur. Est enim exemplar ejusmodi aliquid [illegible] quod respiciens agens operatur. Sufficiant ista ad ostendendum, quam diluta a te producta fuerint pro stabilienda assertionis tertiae, ad confirmationem quod attinet quam deducis quam [illegible] rationibus [illegible] ad probandum exemplar non esse conceptum objectivum, sed formalem potius, Accedo ad num. 18.

Alteram vero partem conclusionis confirmat ex parte argumentis pro hac sententia [illegible] D. Thom. 1. par. quaest. 15, art. 2. ad 2. Et declaratur primo in exemplaribus divinis: Nam Deus cognoscendo in sua essentia creaturas, format (ut more nostro loquamur) rationem seu conceptum creaturae, per quem illas directe cognoscit, licet non secundario objecto sed formaliter. Quia vero ipsa scientia est perfectissima, cognoscendo & formando exemplaria creaturarum, cognoscit in se ipso conceptum illum, quo intellectualiter repraesentatur creatura; quod est cognoscere in se exemplaria creaturarum. Hac ratione distinguere solemus, intelligimus primo esse formaliter esse exemplaria, & deinde cognosci, quod licet [illegible] in Deo tamen propter summam simplicitatem & infinitatem [illegible], eadem simplici visione utrumque cognoscitur. Hoc igitur modo, est in Deo Idea, ut ita dicam, non tantum formalis sed etiam cognita, & ut sic habet rationem id quod ex parte intellectus necessarium est, ut in suo genere causet, quod & est forma existens in mente Artificis & est ita proposita, & applicata, ad [illegible] illam effectionem, [illegible] per eam repraesentatam [illegible] ad illam actionem. Et ita distinguimus in Deo secundum rationem, Ideam a cognitione Ideae, sicut etiam distinguere possumus ratione cognitionem directam a reflexa, & Ideam quod suum esse consistere intelligimus in conceptu formali, quem directe Deus habet de rebus operabilibus suis faciendis, prout factibiles sunt: cognitionem autem Ideae intelligimus esse quasi perfectionem quandam applicationemque & conjunctionem aliquam [illegible], ut ad illam actionem reducat effectum.

Ad hunc fere modum ratiocinatur Thomas super de exemplari existente in mente Artificis. Nam dum Artifex (inquit) *intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domum: dum autem intelligit formam domus ut a se speculatam, ex eo quod intelligit se intelligere eam, intelligit Ideam vel rationem domus. Explicat de-*

si ergo

fingere aliud esse formare Ideam, aliud intelligere Ideam. Nam si Artifex dum intelligit formam & rationem domus in se speculatam, cognoscit Ideam, ergo dum ipsam rationem & formam domus speculatur, format Ideam; at tamen per illam operatur, & ad imitationem ejus domum efficiat, reflectitur supra rationem domus ut à se speculatam, & ita cognoscit Ideam, & per eam cognitionem quasi applicat exemplar, ut per illud causet. Sic igitur constat, quomodo cognitio Ideæ ad causalitatem deserviat.

Respons. Conclusionis pars posterior hæc fuit, oportere scilicet exemplar esse cognitum ut causet, & *quo perfectius fuerit cognitum, eo cæteris paribus perfectius causare.* Hoc autem nihil facit adversus nos; quippe cùm negemus exemplaris rationem compleri posse, nisi sit cognitum, quanto magis dicimus causare non posse nisi cognoscatur. Verumtamen pro nobis non modicè facit hoc, & contra Suarium. Quippe cùm manifestum fiat, si modò exemplar constituatur in Artificis cognitione, minimè requiri ut cognoscatur; etiam sæpenumero contingere, ut dum causat, non omnino cognoscatur, quandoquidem nisi per actum reflexum cognosci non potest, nec solent Artifices reflectere animum in cognitionem suam quoties operantur exemplari. Quare minus necessarium fuit, ut illis diluendis immoraremur, nisi quod ea etiam inspergat Suarez, quæ ad prioris partis insinuationem pertinent, & operæ pretium fuerit repræsentare, quam frivolis, in nullum rei usum, speculationibus indulgeat Jesuita, dum se venditat tanquam magnum aliquem magistrum in disputationibus Metaphysicalibus. *Deus* (inquit) *cognoscendo in sua essentia creaturas, format rationes seu conceptus earum* & quid ipsum est, *formare conceptum creaturarum* aliud quam eas concipere seu cognoscere? ut perinde sit ac si dixisset, *Deum cognoscendo creaturas cognoscere creaturas*: & cùm addidit; *Deum per hos conceptus quos format directè cognoscere*, completa sententia hæc redit, *Deum cognoscendo creaturas cognoscere creaturas per quam cognitionem directè cognoscat creaturas.* Summa brevis est, *Cognitio creaturarum in essentia Dei, est exemplar sive Idea creaturarum.* Nos verò non semel infirmam hujus sententiæ constitutionem ostendimus, tum disertissimo Aquinatis testimonio, asserentis Ideam esse in Deo tanquam illud quod intelligitur, tum ratione petita ex duplici Idearum usu, primus est ut Idea sit ratio cognoscendi aliquid; unde cum quæstio movetur, quomodo Deus cognoverit creaturas antequam existerent, respondere solet, Deum eas cognoscere per Ideas. At nimis absurdè diceretur; Deum devenire in cognitionem creaturarum per cognitionem creaturarum. Secundus Idearum usus est ut sint exemplaria, ad quorum imitationem fiant alia. At quoties Artifex sive creatus sive increatus producit aliquid, nequaquam producit opus ad imitationem sive similitudinem suæ cognitionis, sed potius ad imitationem rei per cognitionem apprehensæ. Non negamus necesse esse Deum cognoscere conceptus suos, qui tamen formaliter non sunt plures sed unicus, materialiter tantum plures sunt, quatenus res conceptæ plures sunt; sed negamus hujusmodi cognitionem reflexam omnino requiri, ad constitutionem aut causationem exemplarium. Et cùm essentia Dei unica existens non possit constituere pluralitatem Idearum secundum Thomam, nisi quatenus est pluribus modis imitabilis aut participabilis à creatura; pari ratione nec conceptus creaturarum in Deo, unicus cùm sit, potest constituere pluralitatem Idearum, nisi variis modis esset imitabilis. Et cùm plura concipiantur à Deo, illa plura potius dicenda sunt plures Ideæ, quam conceptus Dei, qui simplicissimus est, atque unicus. Et sane mirari satis non possum inconstantiam Suarii, dum Ideam ejusmodi esse, ad cujus imitationem aliquid facere possit Artifex, profiteri nequaquam erubescat; præsertim cum ab hoc exemplaris munere agnoscendo se satis alienum esse jam non obscuris indiciis significaverit num. 23; & ejusmodi sit munus istud, ut ad exemplaris rationem a Suario constitutam accommodari nullo modo possit; quippe cum cognitionem rei faciendæ velit esse Ideam rei. At nequam nullus unquam Artifex exemplatum suum perficit aut expolivit ad similitudinem & imitationem cognitionis suæ, sed potius ad similitudinem & imitationem rei per cognitionem animo suo formatæ. Thom. de verit. quæst. 3. art. 2. in conclus. *Si intellectus Artificis produceret aliquid artificiatum ad similitudinem suiipsius, tunc quidem ipse intellectus Artificis esset Idea.* Ad eundem modum dici potest; Si intellectio sive cognitio rei alicujus in Artifice produceret aliquod artificiatum ad similitudinem sui ipsius, tunc illa intellectio sive cognitio in mente Artificis esset Idea. Sed nihil producitur ab Artifice ad similitudinem suæ cognitionis sive intellectionis. Nam ut Ferrariensis habet in *Thom. cont. Gent. lib. 1. cap. 59. Ista adæquatio intellectus ad rem* (de veritatis ratione agit) *non accipitur ex parte actus, quia actus non habet similitudinem rei intellectæ, ut illi dicatur adæquatus vel inadæquatus, licet ex aliqua ejus similitudine procedat, & ad similitudinem terminetur: sed accipitur ex parte formæ intellectus, secundum quam intellectus dicitur rei esse similis, & illi adæquatus. Unde veritas ex parte intellectus dicit aliquam formam in intellectu, quæ est similitudo rei intellectæ, secundum quod per ipsam intellectus rei adæquatur, ita quod illa similitudo non est formaliter veritas, sed ratione illius adæquatur.*

II. Quod attinet ad locum illum Thomæ quo nititur Suarez 1. par. q. 15. art. 1. ubi dicit, *formam domus ut ab Artifice speculatam esse Ideam*; & Artificem, dum intelligit formam domus, *ut à se speculatam intelligere Ideam.* Dico ex his manifestum fieri, formam domus ut ab Artifice speculatam esse Ideam juxta Aquinatem. Additur tamen hanc formam domus ut ab Artifice speculatam ab Artifice intelligi, quod & verum est licet minimè necessarium sit ut quoties speculatur domum apud animum suum seu formam Domus intus effingit, actu reflexo feratur supra cognitionem suam, aliter ut ita se res habeat necesse sit, quoties intelligit se intelligere Ideas. Et mox subjicit Thomas, *Sed hoc est intelligere plures rationes rerum vel plures Ideas esse in intellectu Dei ut intellectas*; palam indicans Ideam in Deo esse sicut rem intellectam, non autem sicut intellectionem rei. Esto si placeat, dicatur intellectio domus formatio Ideæ domus, quia hinc sequitur dari in mente Artificis domum

mum intellectum. Nec tamen si speculando structuram & formam domus format ideam, hinc sequitur ipsam speculationem domus esse ideam. Nam speculatio & formatio sunt una & eadem actio; at non sequitur, quia format ideam, propterea ipsam formationem ideæ esse ideam. Neque dicit Thomas Artificem reflecti supra rationem domus a se speculatam, ut per illam speculationem operetur, adeoque ad ejus imitationem domum efficiat: hoc enim falsum esse confirmat experientia communis. Ex mox Suarez dubium proponit: *An scilicet hujusmodi reflexio sit simpliciter necessaria in Artifice, ut per exemplar a se conceptum possit externius operari. In Deo quidem ait semper esse necessariam illam quasi reflexionem, non tam ob consilium, quàm ob infinitam perfectionem illam scientiæ, quæ non potest ita terminari ad aliquod objectum, quin intuitive illud sub omni ratione & repræsentatione intueatur.* Quod verò in Artifice creato, *illa reflexio fieri debeat per actum distinctum,* profitetur *difficile creditu esse vel necessarium esse,* vel semper ita contingere quoties Artifex operatur. Hinc etiam experientiam contrarium ostendere satis videri.

Deinde agnoscit aliquos dicere, non esse necessariam illam reflexionem, & creatum Artificem uti exemplari suo, cognoscendo illud, *non ut est qualitas quædam menti inhærens, sed ut est forma & imago repræsentans objectum artificiatum. Sicut* inquit *modo opinantur verbum mentis esse qualitatem distinctam ab actu cognoscendi, distinctamque cognitione ad objectum primarium, in qua res repræsentata cognoscitur tanquam quoddam speculabile, ita est verbum creatum,* inquit, *esse exemplar operabilium,* tandemque quasi sub eodem; *Et hoc quidem posse tenere* (inquit) *consequenter esse verum in rebus creatis,* sed correctionem adjicit quod certè [illegible] *jam enim sicut illa sententia de verbo mentis est falsa, ita etiam in præsenti non est vera illa ratio explicandi cognitionem exemplaris sive Ideæ per cognitionem directam rei exemplatæ, quod scilicet sit objectum primarium in quo aliud cognoscitur; quia nec [illegible] modo repræsentationis objectum per formalem similitudinem intelligi potest in illa qualitate, quæ nec formalem nec realem convenientiam habet cum externo objecto, nec etiam intelligi potest, quomodo in illa directè cognoscatur externum objectum illa nullo modo cognita. Sed hæc commodius fuit* (inquit) *de verbo mentis alio modo explicare, & hic illa omitto.* In istis quæ à præsenti instituto aliena sunt, nihil est in quod cupiam inquirere. Supponit conceptum formalem immediatè terminari ad rem ipsam *quam repræsentat, ipsamque non aliter repræsentare, quàm referendo intellectui objectum ipsum, ut intellectualem formam constituentem in actu intimo ipsum intellectum: & eundem conceptum formalem dici verbum mentis, quatenus est internum terminum intellectualis operationis: exemplar verò dici quando est de re artificiali seu operabili.* Accedo sententiæ Suarianæ, quod scilicet conceptus formalis sit verbum mentis. Verùm quod adjicit de repræsentatione, quo tendit nescio, nisi ut causæ suæ velificetur. Quorsum enim diceretur res per cognitionem sui repræsentari intellectui, quandoquidem res non alium in finem repræsentantur visui, quàm ut videantur; ita æquum esse videtur ut non alium in finem repræsententur aliquid intellectui, quàm ut intelligantur: At quod jam per conceptum ejus [illegible] dicitur repræsentari intellectui ut intelligatur. Per intellectionem potius imbibitur ab intellectu, quàm illi repræsentatur. [illegible] formalem, quando est de re operabili, [illegible] exemplar, tum ob alias rationes quas [illegible], tum ob hanc ipsam in cujus consideratione versatur Suarez, quia scilicet non necesse sit, nec semper fiat, ut [illegible] Artificis actu reflexo feratur in cognitionem suam, quoties exemplar aliquid operatur. At exemplar consensu omnium illud est, ad quod respiciens Artifex operatur.

Itaque in difficultate posita scribenda pergit Suarez, addit que alia *[illegible] necessariam esse cognitionem reflexam, per quam Artifex respiciat ad exemplar, id est ad conceptum directum quem de re formavit, ut possit talem rem facere, qualem cognitione concepit. Et ad experientiam respondet hujusmodi [illegible] non semper cadere sub experientiam: Sæpe enim intellectus comparat unam rem ad aliam, & non advertit se comparare: & ita etiam potest comparare suammet cognitionem & exemplar, ut per illam mensuret rem quæ a se fit, quamvis non advertat se uti ea comparatione; si autem advertat, intelliget se id non facere sine reflexione supra suam cognitionem.* Certè quando fiat hujusmodi comparatio, atque hanc advertat, proculdubio reflexionem fieri deprehendet. Sed gratis dicitur illa de comparatione rei faciendæ cum cognitione Artificis. Somnium est hoc vigilantis, [illegible]. Suarez tamen non displicet hoc, proviso quid intelligamus hanc reflexionem tum solum fieri, quando Artifex perfectiori modo utitur suo exemplari ad commensurandam & dirigendam formam, quam præbere debet suo effectui, atque hoc adeo [illegible] enuntiat ut dicat, *hoc planè voluisse videri Thomam supra.* Ego verò non alio malim in adversum argumento contendere, quàm ad ipsius Suarii conscientiam provocando modo candide se gereret. Respondeat enim, An dum illas literas per universam suam dissertationem exaravit, unquam animum suum ad harum literarum cognitionem animo suo formatam converterit. Literas ipsas speculatum esse, nullo dubio; at ut in harum speculationis speculationem se duceret, credibile quidem est, [illegible] quàm ut tam alienis speculationibus indulgeret. Itaque mox temperamentum aliquod adjiciendum esse judicavit; nempe *non toto tempore quo durat operatio exterior procedens ab arte, necessariam esse illam reflexionem formalem; quod quidem* (inquit) *multo satis probare videtur experientia & ratio, quia ipsa directa repræsentatio & quasi intuitus mentis circa rem vel operationem faciendam sufficit ad dirigendam operationem. Tunc ergo* (inquit) *non est necesse, ut exemplar cognoscatur, [illegible] rationem, quam quilibet actus mentis in se [illegible], virtute cujus dicitur cognosci, sicut ut quo, quamvis non cognoscatur ut quod; & idem dicam similiter exemplar cognosci aliquo modo, ut tamen perfectius applicetur ad suum opus, [illegible] cognoscatur.* At inquam, si directa repræsentatio sufficit ad dirigendam operationem, quid opus est directione alia quam fingit? Et

quor-

quorsum quæso tendunt distinctiones illæ de cognitione scilicet non exemplaris (illud enim sive omni distinctione cognosci necesse esse dicimus) sed exemplaris Suariani, hoc est de cognitione cognitionis *non tanquam objecti quod cognoscitur* (quod verò fieri posset, ut alio modo cognosceretur aliquid, quod hoc ipso non statueretur objectum cognitionis, quo cognitio afficitur) *sed alio aliquo modo*? Apage distinguendi licentiam minimè sobriam; quasi verò cognosci tanquam objectum esset modus cognoscendi, distinctum ab alio modo cognoscendi, nescio quo; nisi quod Suarez ignorantiæ nostræ misertus, ad sublevandam nostram hac ex parte miseriam, doceat, modū hunc alium esse *modum tendentiæ ad objectum*. At inquā, quicquid cognoscitur ut tendens ad objectum, necesse est cognosci, idq; tanquam objectum cognitionis, & quid sit, & quod tendat ad objectum. Et quod quæso est objectum ad quod tendit? nempe res facienda, & sic cognitio rei faciendæ dicitur tendere ad rem faciendam tanquam ad objectum, idq; dū rem faciendam cognoscit, phraseologia nimirum Suariana. Ejusdem furfuris est distinctio illa altera, de reflexione scil. vel *formali, vel implicita & virtuali*, nec ingenium olens nec sobrietatem sapiens. Reflexio, non formalis, sed explicita opponitur implicitæ. Si detur reflexio necesse est ut sit formalis, quandoquidem omnia accidentia sint simplices formæ: neque enim hoc in loco formale opponitur effectivo. Et usus virtualis interdum opponitur actuali, interdum opponitur corporali. Huic posteriori distinctioni locus non est in præsenti; quod si sit reflexio, necesse est ut sit actualis, & habeat objectum in quod reflectatur, idq; objectum est quod non ut quo, atq; tertia est distinctio Suariana viribus ejus ad distinctiones nulli usui, nisi fortè ad obscurandam veritatem potiùs quàm illustrandam, inserventibus, nondum exhaustis. Et enim hoc *cognosci ut quo*, non tā est cognosci, quàm ad alterius alicujus cognitionem deservire; quod tamen hoc in loco sine nimia absurditate dici non potest; neq; enim cognitio rei faciendæ (quod Suarius forti quadam imaginatione fingit esse exemplar rei faciendæ) ulla sobrietate dici potest illud esse quo cognoscimus res faciendas. Quod tamen licet Suario concedatur, adhuc concluditur, necesse esse ut etiā reflexio fiat in ipsā cognitionem rei faciendæ, tanquam in objectum quod cognoscitur. Ex istis tam insulsis & prejudiciosis, figmentis Suaristarum infamandis, ludendiq; omnibus ut communionem erroris cum illis colant deterrendis, vel soli sufficere potuissent. Ad hæc advertas obiter phraseologiam Suarianam nimis, superius a nobis propositam, Nec enim (inquit) volunt aliquam reflexionem introducere, qua possit Artifex *rem talem facere qualem cognitione concepit.* Dum ista transcriberem, sensū animo meo imbibens, scripturus eram, *rem talem facere qualem concepit.* Verum rursus textum Suarianum inspiciens obstupui, dum textum ipsum aliter habere deprehendi, scilicet, *ut Artifex rem talem faceret qualem cogitatione concepit.* Hic si placet, Artifices ad unum omnes ad ferendum testimonium advocemus, utrum scilicet intendant artificium suum elaborare tale quale conceperunt, an potiùs juxta phraseologiam Suarianam cupiant tale facere, qualem *cogitatione conceperunt.* Nempe vult Suarez, non rem conceptam ut conceptam esse Ideam rei faciendæ, sed potius ipsum conceptum sive cognitionem rei Ideā esse, invita prorsus sobrietatis naturalis minerva. Nempe omnes Artifices ita perficiunt opus suum quemadmodum cogitaverunt facere, hoc est facere tale quale conceperunt. At ut faciat tale, qualē cogitatione conceperat, adeò ab unius cujusq; Artificis sensu & conscientia remotū esse judico, ut ne unus quidem ex millibus dialectū istam intelligat exceptis semper Artificibus Jesuitis, quorum gloria peculiaris est sibi sapere & musis suis. Quanto simplicius se gerit Valentianus, quamvis & ipse Jesuita in 1. p. q.15. art.1. punct.1, dum eandem sententiam hunc in modum enuntiat; *Artifex ad rei cognitionem respiciens ita facit rem sicut cogitavit eam esse faciendā.* Pergit Suarez, ut sententiæ prioris argumentis ultimo loco satisfaciat.

Ad argumentum ergo primum prioris sententiæ jam responsum est, longè diversam esse rationem de fine & de exemplari: Nam licet in eo conveniant, quod utrumq; causat ut in cognitione existens, tamen in modo causandi habet diversificatam rationem causa finis esse potest ipsamet res quæ terminat actionem agentis, quia ad se trahit ejus effectū; exemplar verò non potest esse eadem res, sed alia quæ sit mensura & regula ejus. Quo fit ut finis ita sit in cognitione ut non necessaria sit cognitio; exemplar verò per se & proximè requisitum, ita sit in cognitione, ut intrinsecè etiam sit cognitio quædam seu intellectualis conceptus: Nam est intellectualis regula ac mensura. Suar.

At inquam in Artificialibus finis operationis est ipsa forma quam introducit, nec aliam formam introducit Artifex nisi quam animo suo formaverat. Forma autem animo concepta, licet non sit diversa res ab ea quam operatur Artifex, differt tamen ab ea, quatenus esse rei intelligibile differt ab esse ejusdē rei reali. Ad eundem modū finis in animo conceptus differt à fine realiter existente extra animam; nam finis conceptus, est finis tantum secundū esse ejus intellectuale, at finis existens extra animam est finis quidem idē, sed secundum esse ejus reale. Et quemadmodum forma non semper ita accuratè exprimitur in materia aliqua, quemadmodum animo concipitur, ita etiam finis dum existit, non accuratè satis exprimit notionem ejus animo conceptam, quemadmodum necesse est ita se rem habere, quoties finis est forma aliqua exemplata. Falsum est exemplar esse cognitionē rei faciendæ; Est hoc somnium Jesuiticum, quod præter omnem sobrietatem nobis obtrudunt, tanquam dictatum sobriū. Format Artifex artificium suū quale concepit, non autem tale, qualem cogitatione concepit, quæ tamen est phraseologia Suariana. Nam qui semel verecundiæ fines transilierit, oportet eum esse gnaviter impudentem. Unusquisq; intuetur exemplar dum operatur aliquid, sed cognitionem suā minimè necesse est ut intueatur, sed & interdū non intuetur, fatente hoc ipso Suario. Nec ulla omnino similitudo est inter cognitionem rei arte faciendæ & rem ipsam arte faciendam. Est enim res arte facienda forma corporalis, cognitio vero forma spiritualis.

Ad secundum respondetur, illam locutionem (exemplar esse id cujus similitudinem fit effectus, & quod Artifex imitatur operando) facilè verificari de ipso conceptu formali, quia non sunt illæ locutiones intelligendæ de similitudine formali, quæ natura- Suar.

lis est seu imitativa; sed de similitudine secundum repraesentationem intellectualem, quam habet conceptus formalis circa rem quam exprimit, & illam imitationem vel conformitatem intendit Artifex in sua operatione. Illa vero locutio, quod Artifex respiciens ad exemplar operatur ad illius imitationem non oportet ut intentione proprietate sumatur. Orta enim videtur illa loquendi ratio ex sensibilibus exemplaribus, quibus homines ob imperfectionem suam uti solent, & ad illa respiciunt ut ad objecta proxima quae illi imitantur. Veruntamen jam dixi hujusmodi exemplaria esse quasi per accidens; per se enim exemplar internum sufficit & requiritur ad actionem, & illius imitatio immediate intenditur. & idea sufficienter explicari possit ratio exemplaris, dicendo esse illud quo Artifex sibi repraesentat rem quam effecturus est, ut aliud imitetur (Lapsum typographicum; nam membrum posterius proponi debuisse videtur negative, hoc modo non ut illud imitetur, quemadmodum ex proxime sequentibus adversative propositis, colligere est.) *Sed potius ut illam repraesentationem expleat. Quia vero ut diximus, ipsum etiam exemplar potest reflexe cognosci, ideo proprie etiam verificari potest, quod Artifex respiciens ad suum exemplar operatur.*

Resp. Extra controversiam est, quoties fit aliquid ad exemplar exterius propositum, similitudinem intervenientem inter exemplar & exemplatum esse similitudinem realem inter rem & rem; At quoties fit aliquid ad exemplar interius, videlicet in mente formatum, similitudo inter exemplar & exemplatum non est perinde realis, quia non est similitudo inter per duas numero differentes, sed inter rem intellectam, & rem exterius configuratam expressam, veruntamen eadem utrinque est vis expressionis sive conformationis rei exemplatae ad exemplar. Nam sive ad idem exemplar animo formatum fiunt duo exemplata, sive unicum duntaxat, & ad illud exemplatum tanquam ad exemplar, de novo formetur exemplatum alterum, similitudo eadem erit inter res illas arte factas. Verum nego cognitionem Artificis repraesentare rem faciendam, sed potius speciem intelligibilem. Cui enim repraesentaret cognitio rem faciendam? numquid intellectui? At inquam nihil repraesentatur intellectui nisi ut intelligatur, At cognitio rei non potest repraesentare rem eandem intellectui ut intelligatur. Nam quod ab Intellectu cognosci supponitur, quam absurde dicitur repraesentari intellectui ut cognoscatur? Paucis rem expedio, simulque ad uniuscujusque lectoris conscientiam provoco; utrum Artifex rem faciendam operetur talem, qualem concepit, uti nos dicimus; an potius talem qualem cogitationem concepit, quod Suarium affirmare nequaquam puduit, ut scilicet alias haud recte staret sua fabula talo. *Spectatum admissi risum teneatis amici?* Quod si minime necesse sit, ut Artifex aspiciat ad exemplar dum operatur ad illius imitationem (quod causae suae opportunitatem secutus affirmat Suarez) tum sequitur Artificem operari rem faciendam ad similitudinem exemplaris, non semper considerantem quod fit ad similitudinem atque imitationem exemplaris; hoc autem non tam est rationaliter operari, quam operari ad modum causarum naturalium. Fatetur tamen ita se rem habere, quoties operatur aliquis ad exemplar sensibile; atque hinc ortum esse vult hunc loquendi modum. At nemo omnium aliter locutus est (quod sciam) ante Suarium, ne Vasquez quidem aut Valentianus; nedum probatus aliquis Autor ex schola superiori, aut etiam minus probatus. Sed non advertit Suarius, quomodo hoc ipsum quod fatetur de operatione Artificis aspicientis ad exemplar sensibile, sententiae ipsius Suarianae jugulum petat. Nam si quoties operatur Artifex aspiciens ad exemplar sensibile, operatur non ad similitudinem cognitionis, sed ad similitudinem alicujus alterius; sequitur in omni Artificis operatione eum operari non ad imitationem suae cognitionis, sed ad similitudinem alicujus alterius. Nam eadem prorsus est ratio immediata operationis Artificis, sive ad exemplar sensibile operetur, sive secus. Nam licet exemplar sensibile intueatur, tamen non alio animo hoc facit, quam ut animo suo imbibat formam exemplaris, ad quam formam animo conceptam immediate operatur exemplatum. Falsum igitur est exemplaria illa sensibilia esse objecta proxima, quae imitantur Artifices: Et cum nemo unquam dubitaverit, quin illa exemplaria sensibilia habeant veram exemplaris rationem, simulque manifesto constet, exemplata secundum ea nequaquam fieri adinstar cognitionis eorum, sed potius adinstar ipsorum exemplarium idque mediate sensibilium, immediate vero & animo Artificis conceptorum; sequitur eandem esse rationem exemplarium ad unum omnium; ut scilicet ejusmodi sint, ad quae aspicientes operentur in imitatione eorundem. Est enim ejusmodi definitio Exemplaris a Seneca proposita, & a nemine, quod sciam, ante ipsum Suarium repudiata. Falsum est exemplar externum exemplar esse per accidens. Neque enim delineari potest effigies Caesaris nisi ad exemplar Caesaris, aut nisi pictor aliquis perfecte imbiberit animo effigiem Caesaris; quod quoties contigerit, atque inde processerit aliquis ad eandem figuram materia aliqua exprimendam, quis mentis compos diceret expressionem illam fieri ad imitationem cognitionis quae inerat exprimenti potius quam ad imitationem formae cognitae? Imo quis unquam negavit exemplaria illa sensibilia & externa inducere veram rationem exemplaris? Ne Suarius quidem aut quisquam alius quod sciam, hactenus negare ausus est. Sed & alia est materialis exemplaris ratio apud Deum quam apud homines; neque enim hominis intellectui repraesentatur aliquid, nisi per speciem quandam intelligibilem; at hujusmodi specie nihil opus est ad repraesentandum aliquid intellectui divino. Nec tamen neganda est vera exemplaris ratio competere etiam exemplaribus humanis. Quare licet exemplar internum sufficiat Artifici creato, non tamen hinc sequitur, exemplaria externa non esse vera exemplaria. Quoties enim adhibetur exemplar externum, non dubitamus quia ad exemplaris interni imitationem perficiatur opus immediate, sed & ad exemplaris externi similitudinem quam accuratissime etiam elaboratur. Ex quibus videas aeque lector, utrum in tantum differre censenda sint exemplar externum & internum, in quantum differunt res cognita & rei cognitio, cum ad similitudinem utriusque tam externi quam interni exemplaris opus exemplatum absolvatur. Nam quae similia sunt alicui tertio, necesse est ut sint similia inter se. Ergo cum exemplar externum & internum sint similia exem-

[illegible] *sequitur* [illegible] etiam similia esse inter se. [illegible] hic [illegible] internoscantur nequaquam [illegible] hoc [illegible], quantum distant [illegible] res [illegible] illustrat exemplar esse illud quo Artifex repræsentat sibi rem quæ facienda est, ut simul [illegible], minor magis quomodo hoc expediret Suarius. Verum facilè credo tandem esse [illegible] Typographi, & Suarium dicere voluisse, *exemplar esse illud quo Artifex sibi repræsentat rem quam effecturus est, non ut illud imitetur, sed potius ut illius repræsentationem expleat.* Hanc ad [illegible] disserendi licentiam, [illegible] esse Suarez, [illegible] quantumvis enormis [illegible] progrediendum est, videndumque ut [illegible] fundat, quid [illegible] verecundia. Jam tandem intelligenda quæ numero 34 declaravit, quo sensu procedant, licet hactenus intelligendam [illegible]. Dixerat enim *Ideam esse formam existentem in mente Artificis, & sua applicatione aptam ad illam efformandam rem per suam repræsentationem effectivè ad illius imitationem.* Illa Suario excidisse [illegible] sum, quia jam antea num. 24. [illegible] est necessariò opus exemplatum fieri ad imitationem exemplaris. Hic autem putabit aliquis non modò [illegible] Suario poni, sed & rem ipsam animo exemplatam esse exemplar, ad cujus imitationem fiat opus; [illegible] verba illa [ad illius imitationem] ad *rem repræsentatam*, quod [illegible] est immediatum. Verum referenda videntur juxta Suarium, ad ipsum exemplar rem repræsentans, tum autem ad rem exemplari repræsentatam: quod quidem exemplar constituit Suarez formaliter in ipsa cognitione rei faciendæ. Ergo secundum Suarium ibi loci, res facienda dicenda est fieri ad imitationem non rei cognitæ, sed cognitionis rei. Hic autem aliter rem explicat, dum vult exemplar esse illud quo Artifex *sibi repræsentat rem quam effecturus est, non ut illud imitetur*, hoc est non ut exemplar imitetur. Ex quibus manifestum fit Suarium antehac [illegible] invicem pugnans esse, exemplar ejusmodi esse ad cujus imitationem res aliqua fiat; atque hinc est quod ita se gesserit in muneribus exemplaris [illegible], ut nullam hujus [illegible] (aliquidam saltem) [illegible] deprehendatur. Hic enim disertè docet, munerum exemplaris hanc esse, quod scilicet sit *illud quo Artifex sibi repræsentat rem quam effecturus est, non ut illud imitetur.* Nam sine dubio hæc est sententia Suariana, ut liquere potest ex immediatè sequentibus per antithesin propositis. Rursus cum dicit exemplar repræsentare rem quam effecturus est Artifex, [illegible] lectoribus [illegible]. Omnes enim supponunt exemplar repræsentare rem faciendam: Neque spero erat Suario potuisse homines adeò [illegible] reperiri qui hoc negarent. Itaque [illegible] Suarez hoc munus exemplari; at aliquidam hujus muneris expressionem nullam exhibuit, dum muneribus exemplaris exponendis operam suam commodaret. Videat ergo prudens lector, an rei faciendæ cognitio dici possit ulla congruitate ejusdem repræsentatio. Antequam intelliguntur, repræsentantur res intellectui ut intelligantur; at postquam intelliguntur, nequaquam repræsentantur intellectui. Nam docet repræsentari intellectui, ut [illegible] eas Agens operationem suam dirigat. Hoc & damus, & ad veram exemplaris rationem [illegible] accommodatum esse dicimus, nempe Artificem juxta res repræsentatas per ea quæ sunt arte operari. At Suarez vult non tam secundum res repræsentatas, quàm secundum cognitionem earundem Artificem operari; quod etsi (ne cuisitio) verum est, sed non tanquam secundum exemplar, quod quidem juxta Aquinatem est id quod intelligitur, non autem intellectio. Verum accuratius dicitur cognitionem secundum quam Artifex operatur, non tam esse cognitionem exemplaris, quàm cognitionem aliam, quam suppeditat ars ipsa, operandi scilicet accuratè juxta exemplar cognitum. Nemo enim est, qui non possit formam [illegible] animo concipere, ad ejusmodi tamen formam producendam progredi non nisi Architectus potest. Sed videamus contradictionem Suarianam dum negat exemplar proponi, ut quod Artifex imitetur, sed potius proponi vult, ut illius repræsentationem expleat. At quid quæso hoc aliud est, quàm ut simile aliquid faciat? Ergo operatur ad similitudinem alicujus, & consequenter ad imitationem ejus. Nam phrases illas [illegible] conjungit Suarez tanquam [illegible] (num. 24.) vel formaliter vel æquivalenter. Sed frustra est Suarez, dum phraseologiarum [illegible] se cupit ab argumentibus incommodis. Sunt illa tanquam folia ficulnea, ad [illegible] ipsius nuditatem [illegible] operiendam parum idonea. *Etenim exemplar posse reflexè cognosci, si maneat in cognitione positum:* sicut quælibet hominis cogitatio reflexè cognosci potest. At jam [illegible] accepimus [illegible], minimè necesse esse ut cognoscatur ab Artifice hæc cognitio (quod sine reflexione fieri non potest). Atque hinc manifestò sequitur, cognitionem rei faciendæ exemplar esse non posse; cùm ejusmodi sit exemplar, ad quod respiciens Artifex operatur; nec [illegible], credibile est quempiam Scholasticorum hoc in dubium vocasse.

Tertium argumentum [illegible] difficultatem: Nam multitudo Idearum in Deo [illegible] secundum rationem formalem [illegible] per respectum rationis ad diversas res creabiles, & Idea non repugnat, quod illa plus [illegible] vel differentia rationis intelligatur in illo conceptu formali seu scientia Dei. Quod si [illegible] sit illa plus aliam Ideam, & per quem [illegible] fiat [illegible] ratione distinguendæ sint Ideæ, plus habet quæstionis de nomine quàm de re: illa vero [illegible] disputatio. [illegible] hoc [illegible]. Suar.

Ipse Thom. sententiam suam per argumentum impugnari posse animadvertens, vide quo [illegible] respondeat. [illegible], si placet [illegible] responsionem Thomæ & responsionem Suarii. Vult Thomas ipsam essentiam Dei esse Ideam rerum, vult Suarez ipsam cognitionem rerum divinam esse Ideam rerum. Prætenderat Thomas adversum ipsius sententiam objici potuisse in hunc modum, *Essentia Dei una est, at Ideæ plures sunt, ergo essentia Dei non est Idea rerum.* Eodem genere argumenti Suar. etiam animadvertit gravari posse sententiam suam hunc in modum, *Cognitio rerum divina una est, at Ideæ plures sunt, ergo cognitio rerum divina non est Idea rerum.* Hactenus ad amussim congruunt Respons.

utriusque fortunæ. Videas ad extremum quàm bellè congruunt responsiones. Thomæ responsio hæc est; Essentia Dei licet unica sit, cognita tamen ut variè participabilis vel imitabilis à creatura varias rationes inducit; atque has rationes Cajetanus vocat rationes Ideales: Et commodius dicendum judicat varias rationes Ideales in Deo reperiri quàm varias Ideas. At responsio Suareziana hæc est, *Multitudo Idearum in Deo non est secundum rem, sed tantùm secundum rationem per respectus rationis ad diversas res creabiles; & ideo non repugnat quòd illa pluralitas intelligatur in scientia Dei.* At si quis diceret; Deus scit plura, ergo sunt plures Ideæ in Deo: Videat lector utrum in his quicquam occurrat quod satisfaciat. Aquinas non acquievit dicendo essentiam Dei plura repræsentare, ut inde concluderet non repugnare pluralitatem Idearum in Deo; sed quomodo repræsentet plura distinctè significat, simulque etiam aperit ostendendo pluralitatem rationum Idealium in Deo; nempe dum ait essentiam Dei repræsentare plura, quatenus à pluribus participabilis est. Non dicit Suarez cognitionem divinam repræsentare plura, quatenus est participabilis à pluribus.

Ad quartum respondetur, imprimis supponere falsum, quòd Beati non formant verbum; verè enim concipiunt Deum prout in se est & ita formant in se conceptum formalem, qui sibi repræsentat Deum prout in se est: & ille conceptus est verbum & non aliud. Unde si in Deo cognoscunt creaturas, etiam formant in se rationem sui verbum earum & illud habere possunt tanquam exemplar, si cum illo daretur eis operandi, quia per tale exemplar dirigi possit. Addo præterea, Beatum videndo Deum, & creaturas in Deo, etiam videre Ideam quam Deus habet de creaturis, & ideo affirmavi conceptum formalem Dei posse quodammodo subire rationem Idea etiam respectu alterius intellectus, in quo fit & immediatè aliquatur, sed illud etiam esse remotè & mediatè: proximum enim exemplar semper est illud, quod ipsum operans in suomet intellectu format.

Addendum est ancore *Beatum* quem libet per conceptum Dei formalem repræsentare sibi Deum; quorsum enim repræsentaret Deus? num ut intelligatur? sine dubio non repræsentetur tanquam exemplar ad cujus imitationem aliquid à creatura formetur. At an sobrius esset qui diceret, nos cognoscendo Deum repræsentare nobis Deum ut eundem cognoscamus? Esto, creatura repræsentetur prout vis, nego cognitionem ejus esse exemplar ad cujus imitationem aliquid operetur, aut cujus repræsentationem expleat; has item phraseologias jam pressimus, & tanquam fructus Sodomiticos in cinerem & vaginam fuliginem abire fecimus. Esto, *Beatus* videndo Deum videat Ideam, quam *Deus habet de creaturis* (nec facilè credo mysterium Idearum à creatura comprehendi posse nisi lumine gloriæ) nego tamen conceptum formalem Dei posse quodammodo *subire rationem Ideæ*; quod & cum Aquinate facio, affirmante essentiam Dei idque cognitam ut à creaturis participabilem esse Ideam rerum. Nunquam autem affirmat, aut cognitionem rerum divinam esse à creaturis omnibus participabilem, aut esse Ideam rerum. Quanto minus cognitio creata cognitionis ipsius increatæ erit Idea rerum in *Beato*. Ad extremum, unde objectiones aliasque sibi solvendas propositas Suarez hauserit, nondum intelligo. Scilicet rationes Durandi à Suarezio in subsidium petere mihi videbantur. Et cùm Ideæ communiter ponantur, partim ut rationes cognoscendi res, ita ut quærenti quomodo res creatæ à Deo præcognitæ fuerint, satisfieri possit, respondendo, Deum res creatas præscivisse per Ideas earundem; (Nam subtile esset, qui sic interroganti satisfacere posse crederet, dicendo ex hoc præscitas res creatas, quod sciret eas præscitas?) Secundò, Ideæ considerantur ab omnibus tanquam exemplaria, ad quorum imitationem fiant alia; At Suarezio visum est decretum statuere exemplar non tam esse illud, ad cujus imitationem aliquid fiat (Nam sine dubio sculptor formando sculptile non imitatur suam cognitionem; nam si ita esset, modò Suarezius à darce ad extremum aliquod depingendum, in hoc totus esset, ut faceret aliquid ad similitudinem atque imitationem suæ propriæ cognitionis) sed potius (advertat quæso aliquis homines scholasticos quisquilias excogitandis nequaquam sibi, nedum aliis, satisfacientes) *at illam repræsentationem copiat.* Rursus, Artificem non facere rem talem qualem conceperat, sed facere rem talem, qualem cognitionem conceperat. Denique inter Suarezium, omnes solum hoc exemplar illud esse ad quod respiciens operatur Artifex. At etiam in illo apice innovationem egit Suarez, & ut Artifex aspiciat ad exemplar dum operatur, necesse esse negat.

Cogitanti verò mihi & quærenti quid causæ fuerit, quod in isto apice scholastico de Ideis, nec Aquinas, nec Scotus aut Durandus Jesuitis suffecerint; quo minus quasi pertæsi rerum jam constitutarum, etiam in hoc argumento innovatores agerent: Subit animum, sententiam Aquinatis de rerum creatarum apud essentiam divinam similitudine explicatam haud facilem, ab ejus amplexu arcuisse Jesuitas; quippe qui proselytis & discipulis suis ostentari cupiunt tanquam arduorum omnium superatores, & rerum etiam difficillimarum expeditores. Etiam relicto Aquinate Scotum aut Durandum sequi (quatum sententia ad fidem conciliandam accommodatior est) ipsis non satis honorificum videbatur. Tum etiam illa argumentationis larva videntur absterriti fuisse, quod scilicet juxta hanc sententiam idem statueretur Idea sui ipsius. Annon etiam aliud aliquid obicem iis posuit, præsertim ex parte sententiæ Aquinatis, quod scilicet, si modò omnia quoad quidditates ipsorum relucere statuantur in essentia divina, sequeretur accedente voluntate divina, & non nisi accedente voluntate divina, ejusque determinatione, etiam futura hoc ipso divino intellectui conspicua fieri, nempe ea esse volita apud Deum, quemadmodum disserit Capreolus 1. distinctione 36. articulo primo. *Secundum (inquit) quod scientia divina naturaliter & non secundum arbitrium voluntatis, repræsentat quidditates rerum creabilium; & ideo secundum illum modum est ratio quidditatis prout, ipse præcedit actum intellectus & voluntatis sed essentia divina non naturaliter, sed secundum arbitrium voluntatis repræsentat quidditatem seu existentia, & similiter enuntiabilia ut sunt vera vel falsa, supra cursis*

[illegible], Quod intelligatur quiddam in Intellectu subesse, vel in rebus [illegible] & [illegible], istam exemplaritatem non [illegible] divina essentia naturaliter, sed secundum ordinem [illegible] Aquin. de verit. q.3. de Idea articulo 2. in corpore, [illegible] Idea [illegible] proprie divinae voluntatis. Quod verò [illegible] ad Scoti Durandique sententiam, nihil [illegible] [illegible] affirmando rem secundum esse [illegible], esse Ideam [illegible] secundum [illegible], praesertim cùm possit Idea in animo hominis ex intuitione exemplaris alicujus externi [illegible] illud exemplar externum & Ideam [illegible] [illegible] productum exemplatum. Veruntamen si illud minus [illegible], dicere putamus cum [illegible] rei faciendae non esse Ideam, sed potius speciem animo conceptam ex specie [illegible] in memoria recondita & à phantasia formatam, esse Ideam, ad cujus similitudinem fiat aliquid ab Artifice. Veruntamen his intentionibus minimè satisfacit inquirenti, quomodò res omnes juxta quidditates ipsarum ab aeterno repraesentari possint Deo tanquam cognoscibiles. Ad cujus mysterii considerationem tendit Aquinatis sententia, [illegible] Ideas rerum omnium in essentiam divinam, cum citra omnem controversiam Deus in essentia sua divina rerum omnium quidditates speculetur. Atque haec Aquinatis sententia meo judicio, [illegible] Scholastica & Theologica videtur, [illegible] aditum aperiat ad speculationem profundiorum, haec explicata admodum [illegible], aut forsasse pro statu viatoris penitus inexplicabilis. Non [illegible] est, ut in essentia divina repraesentarentur omnia, [illegible] minimè potuisset, ut Deus essentiam suam intelligendo caetera omnia intelligeret. Unde fit ut essentia divina sive quidditas Dei rerum omnium possibilium quidditates contineat; aliàs enim fieri non posset, ut eas repraesentaret. Hinc est quod Ferrariensis in primum Cont. Gent. cap. 40. pronunciet, *Essentiam divinam rerum omnium, quantum ad omnia quae in ipsis sunt esse expressam similitudinem, sicut imago, quae est [illegible] eius [illegible] quae [illegible] rei, & esse particulare quod habet res in se, [illegible] imaginis videntur etiam res ipsa perfectè.* Et ad caput 50. appellat *Esse Dei formale principium [illegible] rerum à Deo productarum.* Et infrà, *Omnis perfectio est quaedam participata similitudo divini esse.* Et ad caput 51. *Cum dicitur, quod multitudo similitudinum requiritur ad perfectionem divinae intellectionis, [illegible] quod requiratur aliquid distinctum à Deo, sed tantum ipsa divina essentia, quae omnium intelligibilium est similitudo.* Et ad cap. 53. *Essentia divina ut intellecta est similitudo omnium rerum: & Deus intelligendo se [illegible] omnium similitudinem.* Ergo non ex intellectione habet, quod sit omnium similitudo, quod membrum prius intimè modò significavit sed ipsa divina essentia per se est omnium similitudo, idque ante omnem intellectionem, uti pluribus conclusionibus astruit Navarretus. Quomodò verò essentia divina sit similitudo rerum omnium creatarum, arduus res est explicatu. Veruntamen [illegible] [illegible] facile est explicatu, quomodo sit ullius rei creatae similitudo? Quid enim? [illegible] infinitum distat essentia divina, ab essentia non modò humana sed & Angelica? Quo tamen nequaquam obstante testatur Scriptura Deum fecisse hominem ad imaginem & similitudinem suam. Etiam olim dici solebat, in homine quidem imaginem Dei reperiri, in caeteris verò rebus creatis vestigia tantùm, sed & in aliis vestigia tamen. Creaturae sensitivae licet irrationales, imaginem tamen praeferunt aliquam rationalis in rebus suis administrandis: aliae verò praecellunt aliis in hoc genere, ut Vulpes, & Elephanti. Harum omnium providentiam & [illegible] continet & exuperat humana sapientia sive prudentia. Nec tamen inficior, Aquinatem, quoties ad hujus rei exemplificationem se confert, [illegible] admodum se dare in tolerabilem ejus explicationem, adeò ut vix autem vix quidem studioso lectori satisfaciat. De veritate quaestione 3. articulo 5. ad 1. *Quamvis (inquit) materia prima sit infirma, tamen [illegible] imitatur primam formam. Quantumcunque enim debile esse habeat, illud tamen est imitatio primi entis. & secundum hoc potest habere similitudinem in Deo*, non secundum debilitatem procedentis, aut ejus rationem *sed secundum hoc quod ens est*, hoc est secundum rationem entis in communi. At inquam, si secundum hanc tantum rationem nempe entis in genere habet similitudinem in Deo, non habet similitudinem in Deo secundum rationem talis entis in specie. Et quaenam quaeso est illa similitudo entis creati & increati? Secundum nomen conveniunt, at secundum quam demum nominis rationem conveniunt? Ergo similitudinem sive convenientiam illam temperandam putavit Ibid. *Ideam (inquit) & Ideatum non oportet esse similia secundum conformitatem naturae, sed secundum repraesentationem tantùm, unde & rerum compositarum est simplex Idea, & similiter existentis in potentia est Idealis similitudo existens in actu.* Atque in hunc respondendi modum tanquam tenorem sese induit Capreolus. Verùm [illegible] cohaerent ista cum superioribus apud Aquinatem. Nempe passim [illegible] est mediante repraesentationem rerum apud Deum fundandam in similitudine quadam & convenientia inter essentiam divinam & res creatas. Quam tamen similitudinem et alio adhuc modo temperet, dicit esse secundum proportionem, de verit. q.3. art.2. in conclus. *Res creatae non perfectè imitantur essentiam divinam, unde essentia non accipitur absolutè ab intellectu divino ut Idea rerum, sed cum proportione creaturae fiendae ad ipsam divinam essentiam secundum quod deficit ab ea vel imitatur eam. Diversè autem res diversimodè eam imitantur, & unaquaeque secundum proprium modum suum, cum unicuique sit proprium esse distinctum ab altero: & ideo ipsa divina essentia cointellectis diversis proportionibus rerum ad eam, est Idea uniuscujusque rei.* Non diffitetur eas dici genere analogum ad ens increatum & creatum. At quis demum istam analogiam dabit nobis explicatam? Imò ipse Aquinas quasi sub hoc tecte fasciculum à proportione dilabitur ad proportionalitatem. de verit. q.2. art.3. ad 7. *Quamvis (inquit) non possit esse aliqua proportio creaturae ad Deum, tamen potest esse proportionalitas, quod in praecedenti quaestione expositum est.* At inquam in illa quaestione proportionem confundit cum proportionalitate. In illa enim quaestione 2. de veritate agens *de scientia Dei* art. 11. in Conclus. *Sicut non*

esse

esset (inquit) aliqua convenientia creaturae ad Deum secundum quam sua essentia non esset creaturarum similitudo, & ita cognoscendo essentiam suam non cognosceret creaturas. Hinc devenit ad convenientiam illam explicandam, atque providet secundum proportionem, quam etiam hunc in modum distinguendam esse ostendit: Convenientia secundum analogiam duplex est: est enim quaedam convenientia inter ipsa quorum est ad invicem proportio, eo quod habent determinatam distantiam, vel aliam habitudinem ad invicem, sicut binarius cum unitate, eo quod est ejus duplum. Secundo, Convenientia etiam quandoque attenditur duorum ad invicem, inter quae non sit proportio sed magis similitudo duarum ad invicem proportionum, sicut senarius convenit cum quaternario, ex hoc quod sicut senarius est duplum ternarii, ita quaternarius binarii: prima convenientia est proportionis, secunda est proportionalitatis. Secundum primum modum analogiae vult ens dici analogice de substantia & accidente, ex habitudine quam substantia & accidens habent. Juxta secundum vult visum dici de visu corporali & intellectu, eo quod sicut visus est in oculo, ita intellectus est in mente. Sed an credibile est, fieri potuisse ut ipse Aquinas illis acquiesceret, [illegible] hoc est tam cominus oculos ipse configeret, [illegible] adeo superficiarius? Cedo [illegible] proportione sequetur accidens substantiam duplam an triplam aut alia aliqua quamvis in infinitum serpente calculatione? Data secundum quamlibet proportionem distantia finita, fieri potest ut additione facta res minor majorem adaequet, tandemque superet. At ne huic locus ullus est in Accidente; quod verò natura ejus ita augmentari potuisset, ut se comparatam ostenderet substantiae, ne dicam tandem excederet. Ad posteriorem convenientiam quod attinet, pari libertate loqui posset convenientia inter caput hominis, & ferculum primum in mensa, quod dici solet caput caenae; quia quod caput est in homine, illud primum ferculum in caena, saltem quoad aliquid; & quod anima in corpore, illud Rex est respectu legis, quippe quam dici posset animare. Etiam in omnibus Metaphoricis locutionibus locus esset hujusmodi analogiae, sive attributioni scholasticae. Concludit Thomas, *Quia in his quae primo modo analogice dicuntur oportet esse aliquam determinatam habitudinem, inter ea quibus est aliquid per analogiam commune, impossibile est aliquid per hunc modum analogiae dici de Deo & creatura, quia* (scilicet) *nulla creatura habet talem habitudinem ad Deum per quam possit divina perfectio determinari.* Sed in alio modo analogiae, *Nulla* (inquit) *determinata habitudo attenditur inter ea, quibus est aliquid per analogiam commune, & ideo secundum illum modum nihil prohibet aliquod nomen analogice dici de Deo & creatura.* At inquam si nulla determinata habitudo inter ejusmodi comparata requiratur, qui fieri potest ut alterum repraesentet alterum? Nondum tamen subtilitatibus suis communicandis supersedet Aquinas, licet tantum communicandorum plurimum sit; *sed tamen* (inquit) *hoc contingit dupliciter: Quandoque enim illud nomen importat aliquid ex principali significatione, in quo non potest attendi convenientia inter Deum & creaturam etiam modo praedicto, sicut est in omnibus quae symbolice dicuntur de Deo, ut cum dicitur Leo vel Sol, vel hujusmodi, quia in horum definitione cadit materia quae Deo attribui non potest.* At inquam Deus proculdubio cognoscit Leonem & Solem; Ergo aliqua ratione est similitudo Leonis & Solis. Nam post praedicta vult Aquinas, *si non esset aliqua convenientia creaturae ad Deum secundum quam sua essentia non esset similitudo creaturarum, & ita* (hoc est si non esset similitudo creaturarum) *cognoscendo essentiam suam non cognosceret creaturas.* Ut saltem aliqua convenientia, puta posterior ista, non est neganda creaturae ad Deum secundum Thomam, modo regularum ipsius memores simus. Et si ad posteriorem illam convenientiam inter aliqua asserendam sufficit, ut ita se habeant quemadmodum visus & intellectus, nempe ut sicut visus est in oculo, ita intellectus est in mente; quid ni etiam hujusmodi convenientia agnoscenda inter Deum & Leonem; ut quemadmodum leo inter feras, ita Deus inter omnes creaturas: etiam inter Deum & Solem, ut quemadmodum Sol est in mundo visibili, ita Deus in mundo invisibili; Et quid quaeso obest huic convenientiae, quod in Leonis & Solis definitione cadit materia? Annon etiam in definitione hominis cadit materia, quem tamen ad Dei imaginem & similitudinem conditum fuisse tradunt sacrae literae, quod tamen de Angelis dictum fuisse nequaquam legimus. Etiam Aquinas de veritate quaestione 3. articulo 5. ad 2. professus est, *ut ipsa materia prima quamvis sit informis, habet tamen imitationem primae formae.* Ergo inquam, datur aliqua convenientia inter primum ens, atque illud ens debilissimum; & quid ni inter illa ex aequo similitudo proportionum? Nam quemadmodum materia prima est basis & fundamentum rerum omnium visibilium in genere causae materialis, ita Deus est basis & fundamentum rerum omnium in genere causae efficientis. Sed quo capite, progreditur Thomas, donec telam istam pertraxit. *Quandoque verò* (inquit) *nomen quod de Deo & creatura dicitur, nihil importat ex principali significato, secundum quod non possit attendi praedictus convenientiae modus inter Deum & creaturam: sicut sunt omnia in quorum definitione non clauditur defectus, nec dependet à materia secundum esse suum, ut ens, bonum & alia hujusmodi.* At inquam licet ens non importet defectum, tamen ens creatum & bonum creatum important defectum. Inter creaturas nihil est quod propius à Deo removetur, quam natura Angelica. Quid tamen est, vel in natura Angelica, quod secundum nomen & nominis rationem Deo tribui potest: quid demum in Deo, quod secundum nomen & nominis rationem tribui poterit Angelo? cum quicquid in Deo est, & increatum sit & infinitum, quicquid in creatura reperitur, & creatum & finitum est. Nec fieri potest ut eadem sit ratio rei finitae & infinitae, rei creatae & increatae. Itaque admodum superficiariè (meo judicio) dissolvit Durandus, distinctione 36. quaest. 3. num. 10. dum sic distinguit: *Si considerentur essentia divina & creatura, quantum ad conditiones quibus & unde dicuntur ad opposita, sic essentia divina non potest habere rationem Ideae, nec creatura rationem Ideati, cujus ratio est, quia illa quae non possunt se habere sicut imitabile & imitativum, non possunt se habere sicut Idea & Ideatum: Sed essentia divina & creatura considerata quantum ad conditiones quibus sibi opponuntur* (ut sunt finitum & infinitum, cre-

atum

... & intellectum) non possunt se habere ut imitabile & imitativum, ergo nec possunt se habere tanquam Idea & Ideatum. Si autem considerentur Deus & creatura, quantum ad perfectiones communes, ut sunt esse, vivere, & cognoscere, intelligere & velle; sic in divina essentia habet inveniri ratio imitabile, & in creatura ratio imitativi: omnes enim quae sunt imitantur essentiam divinam quoad esse, & omnia cognoscentia quoad cognoscere, & omnia intellectiva quoad intelligere & velle, & hoc modo essentia habet rationem Ideae respectu creaturarum, & creatura habent rationem Ideatarum vel Idealium & secundum hunc sensum dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram. Illa, inquam, meo judicio nihil habent solidi, quod similitudinis sectio sustentatur. Imprimis itaque advertamus, quae ex parte Durandus ipse hanc suam dissertationem debilitet: *Creatura (inquit) hoc est imperfectio, quia ubi non est perfecta ratio imitationis, non est perfecta ratio Ideae & Idealis: Sed hic non est perfecta ratio imitationis: ergo. Major patet, quia Idea & Ideatum dicunt imitabile & imitativum, propter quod ubi non est perfecta imitatio, non est perfecta ratio Ideae & Ideati. Minor probatur: quia imitatio Dei à creatura quantum ad quascunque perfectiones Deo & creaturae communes non est secundum identitatem speciei, & tamen dicitur esse quaedam imitatio Dei à creatura quoad hoc per oppositum ad illa, quae sic conveniunt Deo quod non creaturae; vel sic creaturae quod non Deo. in quibus nulla est omnino imitatio, quia potius oppositio. Est imitatio secundum proportionem: quia qualem ordinem realem habent tales perfectiones in rebus creatis, quae communiores sunt priores, quaedam inveniuntur sine aliis, talem habent in Deo secundum rationem: ut esse prius secundum rationem quam vivere, & vivere quam cognoscere, & sic de aliis. Imperfecta ergo res creata imitatur divinam essentiam quoad perfectiones hoc modo communes, & ideo non esse potest ipsius perfecta ratio Ideae & Ideati, sic ut est inter rem intellectam, & ipsam effectam.* Jam praeterea videamus quo majorem in modum debilitari possit ista dissertatio Durandi: & initium elenchi nostri capiemus ab ipsa dissertatione Durandi, quae nonnulla indicia suppeditat quasi majoris imperfectionis, in ista disputatione, confessio esset Autor, quam sit ea quam prodit. Imprimis itaque advertimus quomodo definit, nempe in similitudinem proportionis, qualis quidem non modo inter Deum & entia, inter Deum & viventia &c. fingi potest, sed etiam inter Deum & rem quamlibet secundum speciem. Secundò, cum ait secundum hunc sensum dici Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, hoc sine dubio dictum respectu intellectus & voluntatis, quibus singularibus insignita est natura humana. At quis non videt, eadem ratione & entia qui entia; & viventia qui & entia & viventia; & animalia qui & entia, & viventia, & cognoscentia, dici posse facta esse ad imaginem & similitudinem Dei. Tertiò cum ait, creaturam viventem & cognoscentem & intelligentem naturam divinam imitari sed imperfecte; quis non hoc ipsum existimaret imitari tamen secundum similitudinem praedicatam? Neque n. magis & minus perfectum variant speciem; & dubitari non potest, inter ea, quorum similitudo sive identitas est specifica alterum tamen imperfectè imitari alterum. At non negat Durandus, imitationem Dei ad creaturam, quantum ad quascunque perfectiones Deo & creaturae communes esse secundum identitatem speciei. Nec tamen dicit esse secundum identitatem genericam. Comparationes autem nisi sunt rerum aut sub eadem specie, aut sub eadem genere contentarum reperiri solere minimum indicantur. At quo modo igitur fit imitatio? Hic advertas diligenter quo modo se gerat Durandus, *Et tamen dicitur* (inquit) *esse quaedam imitatio Dei à creatura*, ac si palam profiteretur, dici quidem imitationem, sed revera non esse imitationem aliquam; & Deum quatenus est, vivit, cognoscit, intelligit, similem quidem esse creaturis, quatenus sunt, vivunt, cognoscunt, intelligunt, quoad nomē, non autem quoad nominis rationem. Expendamus tamen quem in modum illud explicet: *Dicitur (inquit) esse quaedam imitatio Dei à creatura quoad hoc* (hoc est quo ad esse, vivere, cognoscere, intelligere) *per oppositum ad illa, quae sic conveniunt Deo, quod non creaturae, vel sic creaturae quod non Deo.* Hoc est, alia quae conveniunt creaturis, ne secundū nomen quidem conveniunt Deo, at illa secundum nomen conveniunt Deo communi ipsi cum creaturis; quod quidem indicare videtur ista magis convenire Deo secundum rem nomine designatam, quàm reliqua, quae nec secundum nomen quidem Deo tribuuntur. At inquam cum rationales simus, & ad imaginem Dei conditi, cur patiamur nobis illudi, vanis & inanibus nugulis? Leo & boum (inquit) Deum quā entia & viventia, imitantur qua animalia aut secundum rationes ipsorum specificas. Veruntamen negari non potest, perfectiones rerum quo communiores sunt eo esse imperfectiores. Nam procul dubio perfectio viventis superat perfectionem entis; rursus perfectio animalis exuperat perfectionē viventis. An verò dicetur esse dicere creaturas imitari Deum secundum notiones ipsarum imperfectiores, non autem secundum perfectiores? Accedamus ad perfectiones rerum creatarum perfectissimas. Homo, ut homo non imitatur essentiam divinam (qua scilicet in ejus definitione cadit materia) sed ut intelligens; ergo intelligere scopus accedit ad naturam divinam, quam ipsa natura humana. At quis nescit humanam naturam esse substantiam, intellectum verò atque intellectionem esse tantum accidentia? An verò saltem sit qui dicat accidentia nobis inhaerentia propius abesse ab essentia divina, quàm ipsam nostram substantiam humanam? Rursus, quaenam sunt illa quae sic conveniunt creaturis ut non conveniant Deo; in quorum oppositionem dicuntur alia sic convenire creaturis, ut etiam conveniant Deo? An tantum *esse sensum & creatum* illa sunt quae sic conveniunt creaturis, ut non etiam conveniant Deo? Imò fatetur ipse Durandus non tantum *esse sensum & creatum* hujus generis esse, sed & praeter haec ea omnia quae dicunt qualitates rerum creatarum, ut leo, bos, & quae sunt hujusmodi, hoc addit tanquam quidem constitutionem, etiam perfectiones earum. *Eo modo quo eis conveniunt, ut sentire vel ratiocinari & hujusmodi quae divinas perfectiones modo quo convenit creaturis.* Ibid. num. 19. De illis

verò videas quo sit quid profiteantur, Durandus subditur (inquit) *tertium quod* [illegible] *specificas perfectiones earum sub modo quo eis conveniunt, quomodo possunt habere divinam essentiam pro Idea, difficile est videre* [illegible] *quia illa secundum quam est Idea vel exemplar alterius, alia est ejus Ideatum seu exemplatum* [illegible] *formaliter & propriè & secundum* [illegible] *sed quidditates rerum secundum suas rationes specificas & perfectiones earum secundum modum specificum quo eis conveniunt, non sunt in Deo formaliter & propriè sed solum metaphoricè; nec aliquid formaliter in Deo existens correspondet eis secundum similitudinem: ergo res creata quantum ad suas quidditates secundum rationem earum specificam, & quantum ad suas proprietates specificas secundum modum quo eis conveniunt, non habent essentiam divinam pro Idea: Major patet, quia cum Ideatum & exemplatum sit imitativum Idea & exemplaris (ad similitudinem enim Idea & exemplaris producitur Ideatum) oportet in utroque esse aliquid formaliter, secundum quod attenditur in utroque similitudo & imitatio unius ab altero: Minor de se patet, quia quidditas Lapidis & Bovis & hujusmodi, nec non sentire, gaudere,* [illegible] *& hujusmodi non conveniunt Deo formaliter nec propriè, sed solum metaphoricè, quare &c.* Hactenus vidimus ex Durando, quorum sit Idea in Deo, tum per rerum creatarum, quatenus sunt entia, viventia, cognoscentia, intelligentia, Ideam esse ipsam divinam essentiam, non autem secundum quidditates & rationes ipsarum specificas, perfectionesque earum sub modo quo eis conveniunt. Jam proximè videas quomodo illa inter se conciliatum debeat idem Durandus. *Contra prædicta* (inquit) *potest sic opponi: Quæcumque sunt penitus eadem in creatura, si unum habet essentiam divinam pro Idea, videtur quod reliquum similiter eam habeat pro Idea, vel similiter non habeat,* [illegible] *Sed perfectiones Dei & creaturæ communes & quidditates rerum* [illegible] *& perfectiones earum* [illegible] *sub modo quo eis conveniunt sunt in creatura penitus eadem re: ergo si creatura habet essentiam divinam pro Idea, quantum ad perfectiones utrique communes, videtur quod similiter habeat eam pro Idea, quantum ad suam quidditatem & perfectionem* [illegible] *sub modo quo creaturæ conveniunt; vel si hoc modo non habet, videtur quod nec illo modo, quod est contra ea quæ dicta sunt. Major videtur manifesta; Minor declaratur, quia constat quod cognoscere & sentire sunt penitus idem in Bruto, Brutum enim nullum aliud cognoscere habet præter sentire. Esse etiam vivum est penitus idem cum esse sensitivum, vel vegetativum in brutis; Essentia etiam Brutis ut ens creatum & cognoscens non est aliud realiter in ipso, quàm sua quidditas specifica: ergo patet, quod perfectiones Dei & creaturis communes, ut cognoscere & intelligere sunt in creatura* [illegible] *idem re cum sentire, quod dicit perfectionem cum modo quo creaturæ convenientem, & esse ens, vivens, & cognoscens secundum quod Deo & creaturæ dicuntur convenire, est* [illegible] *idem re, quod sua quidditas specifica: & hoc sunt Minor, sequitur ergo conclusio.* Summa est, licet denominationes creaturarum aliæ conveniant Deo, aliæ non conveniunt, sed oppositæ sunt, tamen denominationes illæ quæ conveniunt creaturis communiter cum Deo, denotant conditiones creaturarum prorsus easdem cum illis, quæ Deo non omnino convenire, ne secundum nomina quidem, [illegible] positæ sunt; & proinde vel secundum nullas rerum creatarum conditiones, dicendum est eas habere essentiam divinam pro Idea earumdem, vel secundum omnes, etiam eas quæ oppositæ sunt denominationibus divinis. Nimirum fatemur, etiam illas creaturarum conditiones, quæ maximè convenire videantur essentiæ divinæ, si in suas formales rationes resolvantur, divinis esse in denominationes oppositas. Exempli gratia, nihil magis convenire videtur Deo & creaturis, quàm existentia. Hanc verò si placet hujus notionis resolutio. Sit hæc generalis notio, *Ens est cui non repugnat existentia*, hæc enim ratio communis est sequitur Deo cum creaturis. At inquam alia est ratio existentiæ Deo tributæ, ab illa quæ tribuitur creaturis. Nam existere creaturæ ejusmodi est ut possit non existere, vel est esse extra suas causas. At existere Dei ejusmodi est, ut non possit non existere nec ullam causam agnoscat, quippe cum prorsus idem sit cum ipsius essentia. Deus & creatura differunt existentiæ modo, conveniunt tamen existentia in genere. At inquam, cedo igitur generalem existentiæ rationem quæ utrique conveniat. Deus est ejusmodi ens cui repugnat non existere, vel cui repugnat contingentia. Cætera omnia sunt ejusmodi entia, quibus non magis repugnat non existere quàm existere, vel quibus repugnat necessitas. Deus ens est per essentiam, cætera verò omnia, ut dici solet per participationem. Sed expendamus etiam Durandi responsionem ad argumentum superius. *Dicendum* (inquit) *ad hoc quod loquendo de utraque natura creata & divina est quædam res* [illegible] *non magis imitatur creatura essentiam divinam secundum unum eorum quæ dicta sunt quàm secundum alterum, ut* [illegible] *probat ratio adducta.* Hactenus habemus Durandum quasi consistentem, differentiamque ejus superiorem distinguentem de essentia divina, tanquam idea rerum creatarum, secundum *esse, vivere, cognoscere, intelligere*, non autem secundum quidditates & rationes earum specificas, perfectionesque eorundem sub modo quo eis conveniunt, nullius esse pretii. In sequentibus autem rationem [illegible] conciliandi differentiam illam & distinctionem superiorem. Agedum verò, illa etiam quasi cum pondere in considerationem revocemus; *Quia tamen* (inquit) [illegible] *superius & inferius separari potest, intelligendo superius sine inferiori: contractio autem superioris per inferius est quandoque aliquid quod imperfectionem includit,* [illegible] *includitur in superiori, sicut contrahitur cognoscere per sentire, ideo secundum modum intelligendi, dicimus quod creatura, quantum ad id quod commune est, nec includit imperfectionem, imitatur divinam essentiam, non autem sic ad* [illegible] *quod specificum est, & includit imperfectionem,* [illegible] *in re secundum* [illegible] *differentiam.* Equidem non dissentior istud genus argumenti valiturum aliquid, si modo notio generis perfectior esset notione suæ speciei. At cum plus satis manifestum sit, speciem potius perfectiorem esse suo genere, admirabile videtur creaturam imitari divinam essentiam perfectionibus suis imperfectioribus, non autem imitari divinam essentiam perfectionibus suis perfectioribus,

[illegible] Secundò, cùm Deus non producat genera, nisi producendo species, si quæ rerum creatarum [illegible] naturæ & essentiæ divinæ, profectò par est [illegible] tribuantur respectu conditionum specificarum, potius quàm respectu conditionum earundem genericarum. Veruntamen dissimulandum non est nodum hîc occurrere vindice dignissimum: Nempe meritò quæret aliquis qui fiat, ut notiones rerum generaliores & imperfectiores, creaturis convenientes etiam ipsi Deo tribuantur potiùs quàm notiones speciales & perfectiores. Dico igitur generales notiones licet imperfectiores in genere entis creati, commodiùs tamen Deo tribui quàm notiones magis speciales; quia scilicet abstractiores & simpliciores sunt illæ, concretiores & compositiores sunt istæ. Et cùm divina essentia congruentiùs à nobis exprimatur per rerum nobis maximè familiarium abnegationem sive remotionem, quàm per affirmationem; hinc fit, ut quo concretiores sunt res creatæ & magis compositæ, eo pluribus nominibus removeantur ab essentia divina, quàm quæ sunt simpliciores; quò autem magis magisque ascenditur ad genera rerum, eo simpliciores esse solent rerum notiones. Hinc fit ut cognitio Deo tribuatur convenientius quàm sensitiva ratio; vita quàm vegetatio; spiritus quàm anima; Ens, quàm quodlibet aliud inferius ipso. Et propter eandem rationem si quæ denominatio à rebus nostratibus petita, in Deum transferenda sit, æquum est ut à notionibus rerum generalioribus accersatur: Nam aut illæ Deo tribuendæ sunt, aut omninò nullæ. Quod autem Deus nobis in ista, in qua versamur, cognitionis umbra, potius per remotionem & negationem intelligatur, quàm per affirmationem abundè docet ex Aquinate & aliis Capreolus in 1. dist. [illegible] 2. quæst. 1. Nempe ex 1. Cont. Gent. cap. 14. *In consideratione divinæ substantiæ præcipuè utendum est via remotionis. Nam divina substantia omnem formam quam intellectus noster attingit, sua immensitate excedit. Et sic ipsam apprehendere non possumus cognoscendo quid est, sed aliqualem ejus notitiam habemus cognoscendo quid non est; tantoque ejus notitiæ magis appropinquamus, quanto plura per intellectum nostrum poterimus ab eo removere. Tantò enim unumquodque perfectius cognoscimus, quanto differentias ejus ab aliis plenius intuemur. Quia in consideratione divinæ substantiæ, non possumus accipere quid quasi genus, nec distinctionem ab aliis rebus per differentias affirmativas accipere possumus, eam oportet accipere per differentias negativas.* Et ex 3. cont. Gent. cap. 49. *Per effectus Dei pertingere possumus ut cognoscamus de Deo quia est, & quod causa aliarum est aliis supereminens & ab omnibus remotum; & hoc est ultimum & perfectissimum nostræ cognitionis in hac vita, ut Dionysius dicit in libro de mystica Theologia: Cum Deo quasi ignoto conjungimur, quod quidem contingit, dum de Deo, quid non sit cognoscimus; quid verò sit penitus manet ignotum: unde & ad hujusmodi sublimissimæ cognitionis ignorantiam demonstrandam, dicitur de Mose Exod. 20. quod accessit ad caliginem in qua Deus erat.* Etenim hujus cognitionis nostræ de Deo imperfectionis rationem exhibet idem Aquinas 1. quæst. 89. art. 1. *Anima* (inquit) *secundum illum modum essendi quo unitur corpori, competit modus intelligendi per conversionem ad phantasmata, quæ sunt in corporeis organis. Cùm autem fuerit à corpore separata, competit ei modus intelligendi per conversionem ad ea quæ sunt simpliciter intelligibilia, sicut & aliis substantiis à corpore separatis.* Sed redeamus unde digressi sumus. Idem in 1. sent. dist. 8. quæst. 1. art. 1. ad 4. *Quando* (inquit) *in divina procedimus per viam remotionis, primò negamus corporalia, & secundò intellectualia secundum quod inveniuntur in creaturis, ut bonitas, & sapientia, & tunc remanet in intellectu Quod est, & nihil amplius, unde est sicut in quadam confusione.* Age dum verò progrediamur nunc inquirendo. An etiam notio entis (quæ quidem inter nostrates notiones generalissima est, abstractissima, simplicissima) secundum eandem rationem Deo tribuatur, secundum quam tribuitur creaturis. Ecce igitur eodem in loco præeuntem nobis Aquinatem, in hac ipsa discussione; sic enim progreditur. *Ad ultimum autem etiam ipsum secundum quod est in creaturis ab ipso removemus, & tunc remanet* (scilicet intellectus noster) *in quadam tenebra ignorantiæ, secundum quam ignorantiam, quantum ad statum viæ pertinet optimè Deo conjungimur, ut Dionysius dicit, & hæc est caligo in qua Deus habitare dicitur.* Concludo igitur nihil planè causæ esse (quicquid in adversum præferat Durandus) cur essentia divina magis statuatur Idea rerum, quà entia sunt, & viventia, & cognoscentia, quàm secundum aliam aliquam in creaturis repertam rationem. Et nihilo minus rationabiliter dici potest, creaturam secundum suum esse specificum imitari essentiam divinam, quàm secundum aliam aliquam universalem abstractionem perfectionum rerum creatarum: quia scilicet, nulla ratio creata quantumvis abstractissima, reperitur in Deo formaliter; rursus nulla ratio creata quantumvis concreta & composita dari potest, quam non repræsentet ipsissima illa essentia quæ formaliter in Deo reperitur; atque hoc ipso concidit ratio illa nova quam adversus Thomæ sententiam tanquam ex prioribus emergentem subjicit. Quod attinet ad ea quæ subnectit Durandus, inquiens, *Ex hoc apparet quoddam quod dictum fuit superficialiter procedendo; scilicet quod essentia divina non est repræsentativa rerum, per hoc quod continet earum formas, sicut continet numerus sub se contenta. Et istud tunc fuit declaratum.* Respondemus, concedendo nihil prorsus occurrere, quod exactè nobis repræsentet continentiam rerum, prout in essentia divina continentur; cùm nec formaliter eas contineat, nec materialiter. Verùm negari non potest res omnes in Deo contineri, & quatenus continentur in essentia divina, eatenus in eadem repræsentari ut cognoscantur, alioqui ne cognoscibiles quidem essent ab æterno. Pergit Durandus, *Nec per hoc quod rationes rerum creatarum ponuntur in essentia divina, sicut imagines in speculo, quia nihil tale est in essentia divina nisi ipsamet dicatur imago vel exemplar rerum, quod dici non potest, ut patet ex his quæ statim dicta sunt; quia inter imaginem vel exemplar ex parte una, & eum cujus est imago ex alia, oportet esse aliquam similitudinem, secundum aliquid existens formaliter in utroque ut declaratum est: sed inter essentiam divinam & res creatas non est talis similitudo, quia nihil similiter est in creatura quod imitetur essentiam divinam, nec in essentia divina est formaliter aliquid correspondens exemplaritati quidditati rerum, vel cuicunque perfectioni existenti in re creata aliquo secundum suum esse reale,*

rem. Certè imagines rerum in speculo relucentes distinguuntur realiter ab ipso speculo: At nihil existens in Deo realiter distinguitur ab essentia divina. Verùm sicut essentia divina est summum intelligibile & primum, ita quaecunque sunt intelligibilia repraesentantur in illa essentia divina; ita ut Deus intelligendo essentiam suam simul intelligat quaecunque intelligibilia sunt, atque secundum hunc sensum dicimus essentiam divinam esse Ideam sive exemplar rerum. Nec omninò requiritur ut inter Ideam & Ideatum sit similitudo formaliter existens in utroque, alia quàm per repraesentationem. Nam etiam in mente Artificis creati, forma ad cujus exemplar operatur aliquid, est forma spiritualis; at forma quam operatur est forma corporalis: sufficit tamen illa forma spiritualis ad dirigendum Artificem in genere causae exemplaris. Interea hoc est discrimen inter Artificem creatum & increatum: Artifex creatus formas operatur quas se ex contemplatione specierum jam prius à rebus acceptarum; non sic Artifex increatus. Ipsa enim essentia divina subit vicem speciei intelligibilis in repraesentandis omnibus quae intelligibilia sunt, & sive formaliter ea contineat, sive eminenter, tantundem erit ad hoc ut Idea & exemplar eorundem constituatur, modò eadem repraesentet. Itaque procedit; *Licet (inquit) secundum intellectum nostrum possimus abstrahere superius ab inferiori, ut cognoscere & sentire, & perfectioni creaturae sic abstractae correspondeat aliquid in Deo formaliter existens.* At inquam unicuique perfectioni creaturae correspondet aliquid in Deo formaliter existens, proinde atque perfectioni ejus abstractissimae; imò cùm quo abstractiores sunt perfectiones creaturarum, eo imperfectiores sint. Quam absurdè statuitur aliquid in Deo formaliter existens correspondere perfectionibus creaturarum imperfectioribus, non autem perfectioribus? Dico igitur correspondere omnibus creaturarum perfectionibus aliquid in Deo formaliter existens, non dico formaliter correspondere, quasi rei cujuscumque unam & eandem censerem esse formalem rationem in Deo & creatura; sed essentiam divinam quatenus eminenter omnia continentem correspondere dico unicuique perfectioni rerum creatarum. Reliqua stringamus: *Sed secundum hoc* (scilicet secundum correspondentiam quae reperitur inter perfectiones creaturarum abstractas & aliquid in Deo formaliter existens) *essentia Dei non potest esse repraesentativa rei ut cognoscatur, quia supponit eam ut jam cognitam; quare patet quod essentia divina nullo modo est repraesentativa rerum creatarum apud intellectum divinum, nisi secundum quod est causa continens in se virtualiter quicquid est in creatura.* Respondeo, Durandum ad placitum suum fingere sententiam Adversariorum, in quam incurrat. Neque enim quisquam est qui dicat Deum quatenus est cognoscens, repraesentare res ut cognoscentem. Verùm cùm Deus ab aeterno cognoverit omne quod cognoscibile est, idque cognoscendo suam essentiam, dicimus necesse esse ut in essentia divina repraesententur omnia. Nec quisquam quod sciam, dicit essentiam divinam Ideam esse cognitionis creatae, sed potius naturae cognoscentis Ideam esse, atque ita res non tam divinam cognitionem, quàm cognoscitivam ejus naturam imitari. Nec tam cognoscitivam ejus naturam imitatur, quasi similitudo esset inter cognitionem Dei & cognitionem creaturae; quam naturam Dei ut eminenter continentem res etiam repraesentantem, non tam cognoscitivam naturam Dei, quam [illegible] creaturae, quam repraesentativam ejus naturam, tres quidditatis cognoscitivae quàm omnium aliarum quidditatum creabilium, quas omnes intuetur Deus, dum creaturas producit. Esto igitur, quemadmodum fatetur Durandus, nempe essentiam divinam esse repraesentativam rerum creatarum *secundum quod est causa continens in se virtualiter, quicquid est in creatura.* Verum negamus hunc locum habere eatenus quod possit res creatas producere, quasi verò Dei tantum potentia repraesentativa sit. At nos repraesentationem quidditatum creabilium repetimus in ipsam Dei essentiam, non sub notione potentiae, sed sub notione quidditatis. Et quia liberius diceres potentiam Dei repraesentare quòd sit rosa, aut leo, aut homo, imò nec possibilitatem quidem aut impossibilitatem rerum repraesentat; tantùm repraesentat penes Deum esse producere quicquid repugnantiam nequaquam involvere compertum fuerit. Magnam potentiam contulit Deus hominibus, qualibet morbos, & defectus naturales curandi: Annon plusquam probabile est multos morbos curatos esse ab Apostolis, quorum tamen naturam neutiquam intelligebant? Quod attinet ad potentiam creatam, nec illa quidem repraesentat, aut facit ut quis intelligat quid illud omne sit, quod sub illam cadat. Nos quidditates rerum intelligimus per species à rebus acceptas; Angeli per species aliunde acceptas: Essentia divina in rerum omnium repraesentatione utriusque generis specierum locum supplet. Dices; at quomodo hoc fieri potest? respondeo, eadem profundissima ratione, qua essentiam suam intelligendo intelligit omnia. Nos autem quomodò hoc fiat pro mentis nostrae angustia comprehendere non possumus; nec tamen propterea negamus quod est apertum, quia comprehendere non possumus quod est occultum. Essentia divina est infinitum pelagus perfectionum; vel potius una infinita perfectio, perfectiones omnes possibiles eminenter atque admirabiliter continens & ejusmodi intelligibile, quod omnia intelligibilia comprehendat. Abyssus est perfectionum omnium quae nos prorsus absorbet, si profunditatem ejus scrutari conemur. Itaque [illegible] misereatur infirmitatis nostrae & nos sinat nostra contentos esse, nec nimis jubeat sed & faciat. Lucem habitat sed inaccessam, & ejusmodi lux est ad quam caligat acies mentis nostrae quemadmodum oculus noctuae caligat ad lucem Solis. Pronamur itaque Deum habitare in ejusmodi luce quae sit caligo nobis, & agnoscamus Deum in caligine habitare, donec ad intuendam faciem ejus nos perducat faciatque ut in lumine ejus videamus lumen, & per lumen gloriae valeamus eum tanquam facie ad faciem, & cognoscamus eum, quemadmodum ipse cognoscit nos.

Negat Durandus Ideam poni in Deo tanquam principium cognoscendi: Respondeo, neminem pote-

ponere Ideas tanquam principium cognoscendi, aliter quàm quatenus requiruntur, ut res prius ratione concipiantur tanquam intelligibiles, quàm cognoscantur, quemadmodum Valentianus. Est (inquit) *Idea principium cognoscendi, non quodcunque sed objectivum in* 1. p. q. 15. art. 1. *puncto* 1. Et quemadmodum essentia divina prius ratione concipitur à nobis tanquam intelligibilis, quàm cognoscatur: ita dicimus etiam res cognitas in essentia divina relucere tanquam intelligibiles priusquam cognoscantur. Quod attinet ad rationes Durandi, negamus Dominicam *rem cognitam esse exemplar sui ipsius ut ipse fingit*; & quis dubitat rem cognitam ut cognitam esse terminum diminutum identicè cum re? Nam si eadem cognoscitur res, ipsa res repraesentatur, atque hactenus dici possit eadem; tamen manifestum est *esse* rei intelligibile, & *esse* rei reale, non esse idem. Nec quisquam ignorat ad eandem Ideam animo conceptam formari posse infinitas res Ideatas. Unde fit ut non magis eadem sit Idea cum re Ideata una, quàm cum altera. Quod si quis dicat saltem has omnia eadem esse specie; videatur aequum sit rem secundum esse ejus intelligibile, & rem secundum esse reale, perinde differre numero & convenire specie, atque duae res numero tantùm differentes, secundum earundem esse reale. Ego verò sic responderem; esto, sit Idea nihil aliud quàm res cognita, atque ita exemplar sui ipsius ut fictum, quemadmodum vult Durandus (ut mittam Durandum in hoc apice misere confundere *esse* rei intelligibile, idque antequam fiat cum *esse* ejus reali, sicut manifestum sit, rem antequam fiat nullum omnino sortiri *esse* reale.) Interea liceat à Durando sciscitari cujus generis sit hoc esse rei, quod dicitur esse cognitum à Deo, antequam fiat secundum esse reale? An aliud erit, quàm esse ipsius Dei, quemadmodum profitetur Cajetanus, nempe *esse* objectivum creaturarum in Deo, non esse relativum, sed absolutum idque realissimum, ipsum nimirum esse Dei, propter eminentiam ejus omne genus esse comprehendentis? An non ipse Durandus profitetur ex Anselmo *creaturam in Deo esse creatricem essentiam*? Sed ut cognita (inquies) est Idea. Certè inquam & essentia divina non nisi cognita tanquam imitabilis à creatura est Idea creaturae, quod attinet ad rationem exemplaris. Est enim Idea exemplaris agentium tantùm secundum intellectum, quorum ea ratio agendi est, ut dum agunt, exemplar aspiciant, juxta quod agant, aut ad cujus instar & similitudinem aliquid agant. Nec omnino eadem ratione constituitur Idea principium cognoscendi, & principiū agendi. Quaerimus quomodo cognoscantur res à Deo antequam existant, quia scilicet ubi, aut unde Deo repraesententur, ut commodè cognoscantur, in ambiguo est, praesertim judicio populari: Verum eruditi respondent; cùm nulla res extra Deum non habeat originem suam à Deo, qui quidem agit per intellectum & voluntatem, necesse est ut omnia probè intellexerit, priusquam ea produceret, idque cognoscendo essentiam suam; quippe in qua relucebant omnia. Prius itaque (saltem ratione) relucebant in essentia Dei, quàm cognoscebantur; sed postquam cognita sunt, ejusmodi sunt ad quae aspiciens Deus operatur omnia quotquot operatur. Et quoniam in essentia divina relucebant, & cognoscendo essentiam suam, omnia in ea contenta cognoscebat Deus, eodem redit sive dicas res ut cognitas aspici à Deo tanquā exemplaria juxta quae operatur omnia, sive dicas essentiam Dei ut cognitam esse Ideam, sive exemplar ad cujus similitudinem operatur omnia. Nam & essentia Dei non est similitudo rerum nisi secundum repraesentationem juxta Aquinatem, eumque secutos Capreolum & Ferrariensem; & res cognita, sive esse rei objectivum in mente Dei est ipsum esse Dei realissimum secundum Cajetanum, adeoque meo judicio, secundum veram rationem; ipso Durando cum Anselmo profitente *Creaturam in Deo esse creatricem essentiam*. Atque hactenus, nempe secundum repraesentationem, essentia divina est exemplar imitabile à creatura secundum quantulamcunque ejus in genere entis cujuscunque perfectionem; &, antequam cognoscitur est imitabilis, licet ut fiat imitatio, necesse sit ut etiam cognoscatur tanquam imitabilis. Quia cùm Deus agat per intellectum & voluntatem, necesse est ut agendo cognoscat quid agat. Quod autem dicit Durandus Deum cognoscere per causas, quasi diceret, Deum hoc nomine res cognoscere, quia possit eas producere, jam diximus quàm parum gravis, & nimis superficiaria sit ista imaginatio; fingens scilicet potentiam Dei repraesentare ipsi quidditates rerum, non autem ipsam Dei essentiam seu quidditatem. Tandem aliquando, post prolixam digressionem, redeamus unde digressi sumus: nimirum ad ipsum Suaresium, hoc est, à Suaresio ad Suaresium; à Suaresio in Metaphysicis disserente, ad Suaresium de scientia futurorum contingentium in Deo, disputantem. Verum imprimis cum Navarretto congrediendum est, ut si quid ex ejus lucubrationibus peti possit quod nobis in materia satis ardua & obscura facem praeferat, illud in medium proferamus.

DIGRESSIO TERTIA,

DE IDEIS:

In qua quæ de Ideis disserit *Navarretus* in considerationem revocantur.

SECTIO I.

IDearum natura præsertim in mente divina, videtur mihi admodum obscura; nescio an acie ingenii nostri penetrabilis. Ingenue profiteor veritatem hac ex parte penè desperatam esse. Quapropter postquam in hujus rei disquisitionem deventum est; & dissertationem in hoc apice Suarisnam ad calculos revocaverim, placet etiam Navarretum Dominicanum aggredi; non tam ipsum confutandi animo, quàm memetipsum ex scriptis ejus informandi. Videtur enim admodum gravis Theologus, & Scholasticus ex recentioribus cum primis nobilis, & qui meo judicio doctoris profundi nomenclaturam jure suo possit sibi vendicare. Nec tamen diffiteor, me in hoc penso peragendo, scriptoris obscuritate concussum nonnihil trepidare. Verum antehac tentavi hominem, & molestiam omnem hac ex parte Dei beneficio superatam expertus sum: quidni etiam denuo bono animo sim, nec parem successum expectationi meæ responsurum esse desperem? Parem dico, licet dissimilem. Etenim antehac ausus sum proponere mihi Navarretum in quem incurrerem; nunc autem ad eum accedo, ut abeam doctior, peritior, illuminatior. Intereà profiteor valde mihi molestum esse, à studiis quæ præ manibus habeo divelli, & de via, cujus spatia quam primum emetienda spiritu anhelo prosequor, divertere, præsertim cum ambo gestita Digressionem quam facio in longum extensuræ videantur. Verum jacta est alea. progrediendum est porrò. Et postquam istis de Ideis studiis me immiscuerim, eximsex iis aliquis indagandus est, idq; eo opportunius dum calet animus in hujus etiam veritatis indagatione: ne alias excidant etiam illa quæ labiis quasi primoribus hausimus.

Itaq; Navarretus dissertationem suam orditur à definitione Ideæ, quam his verbis proponit. *Idea est forma objecta intellectui extra ipsum existens ad quam artifex aspiciens operatur.* Hanc definitionem per partes explicit. Formam quam ponit loco generis non vult accipi *rigorosè pro ea quæ verè informat, sed pro ea quæ habet rationem sive veræ formæ, sive formæ secundum modum. Etenim* (inquit) *ideæ creatæ propter suam imperfectionem sunt veræ formæ, ideæ verò increatæ non possunt esse veræ formæ.* Subobscura fateor sane ista; nisi fallor hoc vult, ideam nempe creatam esse formam verè informantem, non sic ideam increatam, quippe quam existimat esse formam non informantem, sed potius per se subsistentem, ipsam videlicet essentiam divinam. Nisi verò me fallat memoria dabo operam ut advertam insuper, quid sit *habere rationem formæ secundum modum,* & quomodo hoc veritatem obtineat de essentia divina juxta Navarretum.

Proximè, forma ista cur dicatur objecta intellectui exponit, nempe 1. *ad differentiam aliarum formarum quæ sunt in intellectu, non tamen tanquam objecta intellectus, sed tanquam principia concurrentia effectivè cum ipso intellectu, sicut est habitus intellectualis concurrens effectivè ad actum* 2. *ad excludendas species intelligibiles, quæ licet in opinione probabili non concurrant effectivè cum intellectu ad suum actum, sed solum gerunt vicem objecti, non tamen dicuntur habere esse objectivè in intellectu. Quamvis enim species se teneant ex parte objecti supplendo vicem illius & faciendo objectum præsens; tamen supplent vicem objecti secundum quod est intelligibile in potentia proxima, non verò secundum quod est intellectum, atq; ideo non habet esse objectivè formaliter in intellectu. Illud habet esse dicto modo, quod est terminum intellectionis, & ab intellectione ipsa dependet in fieri & in conservari, quod tamen non habet species intelligibilis quæ antecedit intellectionem, & conservatur transacta intellectione.* Addit Navarretus ideam non esse in intellectu sicut ens rationis, quod consequitur ad operationem intellectus, sed ut intellectum ratio intelligendi, & hujusmodi ait esse *conceptum & verbum.* Rursus dicitur *extra ipsum existens ad differentiam exemplaris interioris, quod quidem non est proxima ratio artificialis.* Adducq; *ideam in ratione idea non denotare ad quam subordinationem, sed potius esse principium ideati; & agens per intellectum non sufficere per se aliquid, quod sit extra intellectum, tanquam formam & principium operationis. Et ita* (inquit) *necesse est, quod idea consideretur ut existens intra intellectum, tanquam primum in illo genere operationis, licet in ratione effectus quo producatur ab aliquo illo & potentia, subordinetur objecto & etiam potentiæ.* Certè nomen ideæ nullam habet relationem ad exemplar exterius; atq; ita accidit illi non dico ut *inspiciat exemplar externum,* (neq; enim Ideæ est spectari exemplar exterius, sed artificis potius) sed ut inspiciatur exemplar exterius. Veruntamen negari non potest, quin Idea Cæsaris non possit concipi nisi viso Cæsare, aut exemplari ejusdem exteriore. Unde necesse est ut formatio passiva ideæ in animo artificis subordinetur intuitioni Cæsaris aut exemplaris ejus. Nec tamen inficior, *ad operationes proprias & artificiales proximè concurrere exemplar interius,* verum hoc nihil impedit subordinationem exemplaris interioris exteriori. *Ultima particula* (*siquidem ad quam artifex aspiciens operatur*) *declarat* (inquit) *modum operandi per intellectum ad differentiam modi operandi naturaliter. Addit primum agens aliud aliquo ex forma producere effectum; secundum verò debere aspicere formam conceptam.* Hoc est, agens secundum formam conce-

conceptam aliquam [illegible] reflexione, nec [illegible] aliquid [illegible] concipit formam quam [illegible] imitetur. [illegible] essentia quæ est ipsi idea; sed necessariam suam concipit creatura nisi actione reflexa, at Dei idea est sui ipsius essentia, quam novit Deus actione directa. Ita putamus scipsa [illegible] seipsam & [illegible] seipsum novit omnia [illegible] actione directa, quatenus omnia continentur eminenter in essentia divina. Nos intelligendo alia directè intelligimus ipsi nos actione reflexa. Deus autem intelligendo essentiam suam intelligit omnia eadem actione non reflexa, sed directa. Hinc concludit Navarretus, *licet agens naturale agat secundum ultimum potentiæ, quia operatur medio forma naturali; agens tamen per intellectum mediante idea non necessario operatur secundum totam perfectionem ideæ; quia ipsa idea [illegible] & secundum se non [illegible] perficitur mediante natura, sed secundum quod artifex [illegible], in qua datur magis & minus, & potest artifex pro sua voluntate non [illegible] ideam secundum summam perfectionem quam habet.* Ista mihi minus probata videntur. Agit fateor creatura rationalis non ad ultimum potentiæ suæ. Sed quid liberum; hinc est quod ad placitum proponit quid faciendum sit, quod dum proponit, ad placitum ideam sumit ad cujus imitationem agit. Hac autem forma proposita juxta beneplacitum voluntatis, omnis artifex pro viribus contendere debet, ut formam illam exprimat accuratissimè; Quoties deficeret aliquid, id totum imperitiæ potius quàm artificis electioni tribuendum est. Quis enim [illegible], ut una velit producere qualem producere velit? Si singula voluntatis mutationem, simul etiam ideæ sive exemplaris mutationem fingat necesse est. At in agente primo cum nec facultas deficiat quidlibet agendi, nec variabilis sit voluntas, necesse est ut omnia quàm accuratissimè operetur juxta exemplar, secundum quod ea formanda esse constituerit. Verum est fateor; non posse Deum creaturam facere ipsi Deo æqualem; non modo quia non valet, sed quia res ipsa impossibilis est. Sed nec essentia divina est ipsi idea nisi quatenus imitabilis est à creatura secundum diversas perfectiones. Et quemadmodum novit se posse essentiam suam imitari, & secundum quemcunque perfectionis gradum essentiam suam imitari vult, eatenus procul dubio imitatur essentiam suam, etiam secundum omnimodam perfectionem imitabilem à creatura, quatenus scilicet eam imitari decreverat. Itaque quæ hoc fundamento superstruit Navarretus adversus Molinam affirmantem *non requiri ad rationem ideæ, ut agens quæ in agendo eam sibi imitandam proponit,* liberè agens in suo pretio relinquitur. Nam [illegible] perfectiorem exemplaris imitatur artifex. Nec agit quasi indifferenter se habens ad imitationem majus sive magis accuratæ præstandam, sive minus. Potius indifferenter se habet ad formandam animo suo ideam quam imitetur; atque in eo potius agentis liberi conditionem repræsentat. Quæ sequuntur *de effectis casualibus tanquam non habentibus ideam in mente ejus à quo producuntur casualiter,* & vera sunt & satis perspicua. Sequitur decisio quæstionis.

Sit ergo (inquit) prima conclusio. Idea, homini [illegible] de gratia, in mente divina non est ipse homo secundum quod cognitus à Deo seu quatenus habet esse cognitum in intellectu divino. Hæc (inquit) est contra Durandum, & probatur. Idea est forma realis: sed homo in esse cognito nihil habet nisi denominationem rationis: ergo homo in esse cognito non est idea. Secundò. Idea habet realem influxum in effectum: sed hic influxus non potest ei convenire secundum denominationem rationis, & in esse cognito, ergo. Major est doctrina Dionysii cap. 5. de divinis nominibus, ubi dicit quod Ideæ sunt rationes effectrices essentiarum rerum. Navarr.

Hoc argumentum ipse Navarretus enervat conclus. 4. in respons. ad argumentum Molinæ, ubi sic se habet: quamvis conceptus rei sit ipsa res in esse intelligibili, adhuc tamen entitative distinguitur à re (puta secundum esse ejus reale) & hæc distinctio est sufficiens ut ponatur ille influxus verus & realis. Est (inquit) idea forma realis, & in agente creato forma vera; eaque objecta intellectui non ut intelligibile aliquid sed ut intellectum, juxta formæ istius explicationem à Navarretto factam. Ergo inest intellectui ut res aliqua seu forma cognita; ergo est apud intellectum in esse cognito. At inquam, ergo non est forma realis. Nam si homo in *esse cognito nihil habet nisi denominationem rationis*, & proinde non est forma realis; pari ratione & forma ista in esse cognito nihil habet nisi denominationem rationis, & proinde non est forma realis. Et confirmatur, quicquid est ab intellectu intellectum, prius erat in specie supplente vicem ejus tanquam objecti secundum quod erat intelligibile in potentia proxima, quemadmodum homo, aut alia res quæcunque objecta intellectui: quare quoties transit è conditione rei intelligibilis in conditionem rei intellectæ, si nihil habeat homo per transitum illum nisi denominationem rationis, certe nec forma illa idealis aliquid habet nisi denominationem rationis, & consequenter non magis est forma realis quàm est homo in esse cognito. Rursus forma ista intellecta ab artifice, vel est forma aliqua jam facta exterius, vel forma facienda. Non necesse est ut sit forma facta secundum Navarretum, superest ergo ut sit forma facienda. Et Aquinas appellat ideam in mente ædificatoris, formam domus, ad cujus similitudinem domum in materia format q. 15. art. 2. in corp. Fortè etiam vult Navarretus esse formam domus ad cujus similitudinem domum format, non tamen vult esse similitudinem domus faciendæ. *Fiat igitur* domus ad ejus similitudinem. Postquam facta fuerit, istius domus jam factæ forma in mente ædificatoris, quænam alia sit à forma quam conceperat artifex priusquam domus fieret. Videtur prorsus eadem esse, quod sic probatur: Fiat domus altera ad ideam ex domo prius facta derivatam, vel ad *ideam* ad cujus similitudinem prior domus facta est; ad quamcunque ex istis ideis fiat domus altera, domus eadem erit; ergo & ideæ illæ una & eadem erant, licet altera sit idea domus factæ, altera fuerit idea ad cujus similitudinem facta est domus illa. Quod si una & eadem idea fuerint illæ, sequitur licet per alteram ex istis domus facta est in esse Resp.

cognito, ita per alteram domum faciendam, fuisse in esse cognito; & consequenter ideam rei faciendæ non aliud esse quàm ipsam rem faciendam in esse cognito. Sed & sine ambagibus idem probatur. Res facienda erat in esse cognito antequam fieret; ergo per formam aliquam, ergo vel per formam ejus idealem, vel aliquam aliam; non per aliquam aliam; cedo enim illam, & videas annon secundum illam fieri posset res facienda, perinde atque per formam idealem. Sin per formam idealem, sequitur formam idealem nihil aliud esse quàm rem faciendam in esse cognito. Obiter adverteris Navarrettum nequaquam dedisse operam ut probaret formam idealem esse formam realem.

Ad secundum argumentum respondeo, ideam nullum habere realem influxum in effectum; nam operari aliquid ad ejus similitudinem nullum omnino connotat influxum ideæ in rem ideatam. Quod attinet ad Dionysium, affirmantem *Ideas esse rationes effectrices omnium rerum*; respondemus ex ipso Navarretto, hoc intelligendum esse de ideis completis ex sapientia & voluntate Dei conjunctis; neque enim effectrices esse sejunctas à voluntate Dei non semel profitetur Navarrettus. Imò huc tendit prolixa ejus explicatio quam subjicit; nempe ut doceret *efficientiam quæ reperitur in opere artificis non reduci ad intellectum, sed ad voluntatem: adhuc tamen dici, quod ideæ sunt rationes effectrices omnium rerum, propterea quod eo ipso quo sunt ideæ practicæ habent annexam determinationem voluntatis.* Itaque cum ista ad enervationem argumentationis suæ tendere videret potiùs quàm confirmationem, ad aciem restaurandam addit; *Cæterum (inquit) quicquid sit de isto influxu reali in genere causæ efficientis & stricte modo sumpto, certum est quod idea habeat influxum realem in operatione, communicando illi realem perfectionem in genere causæ formalis, & objectivæ.* Imo, inquam, si nihil communicet in genere causæ efficientis, fieri non potest ut illi aliquid communicet, neque enim nisi per efficientiam fieri potest alicujus perfectionis communicatio. nempe quicquid perfectionis habet ideatum, per artem, distinctam ab idea communicatum habet. Nam & qui artifices non sunt, possunt animo suo fingere formas artificiatorum, quas tamen in materia formare non possunt; quippe cum artis tectonicæ peritia destituantur. Forma autem rei faciendæ ab artifice intellecta optime deservit potestati eandem in materia formandam. Nam qualem apud animum suum finxerat faciendam, talem efformabit.

Sequitur expendendum argumentum Navarretti tertium; *Idea habet se ut causa finalis, quatenus artifex operatur artificiatum ad similitudinem illius; ergo non potest esse res in esse objectivo. Consequentia est nota. Denominatio enim rationis non potest esse finis actus realis.*

At pace tanti Scholastici dixerim, nimis dissoluta est illiusmodi ratiocinatio. Quid enim? Annon omne agens agit propter finem nondum existentem realiter, sed intentionaliter duntaxat, nempe in esse volito & in esse cognito? Nam ignoti nulla cupido; an verò propterea sequitur, agens agere propter denominationem rationis. Agit quisque propter finem, qui tamen, antequam obtineatur, tantum existit in esse cognito atque volito, quæ quidem non aliud sunt quàm denominationes rationis. Ut autem res facienda formetur in materia justa formam ejus in mente, quis sobrius hoc à ratione alienum putet; etenim & domum formalimus qualem ut formaremus decreram censimus.

Sequitur argumentum ultimum; *Creatura in esse objectivo vel est aliquid extra DEUM, vel est idem quod DEUS: si dicatur hoc secundum: ergo creaturæ sunt ideæ secundum quod relucent in conceptu & secundum quod sunt ipsemet conceptus divinus, atque adeo non est vera Durandi & Scoti opinio, licet modus iste loquendi sit admittendus fidei. Conceptus est idea, non veroque: Creaturæ prout relucent in conceptu sunt ideæ, quamvis entitative nihil aliud sit conceptus quàm res quæ in ipso relucet in esse intellecto. Itaque in hac propositione, Res ut relucet in conceptu est idea sui ipsius secundum quod est aperte res, denotatur quod res secundum denominationem, quæ illi convenit ut est intellecta, habet rationem ideæ, quod est falsum. Si vero dicatur primum, arguitur sic. Agens quod operatur ad similitudinem ideæ dependet ab ipsa idea tanquam à fine. (ut dictum est) sed DEUS non potest dependere ab aliquo, quod sit extra se tanquam à fine: ergo creatura in esse objectivo, secundum quod est aliquid extra DEUM, non potest esse idea. Et hæc est doctrina August. in libr. 83. qq. quæst. 46. ubi dicit, quod Deus nihil intuitus est extra se tanquam ideam.*

Certe in Schola receptissimum est illud Anselmi; *Creatura in Deo est creatrix essentia*. Et Cajetanus fatetur esse objectivum in Deo non esse relativum sed realissimum, ipsum nimirum esse Dei propter suam eminentiam: Quod si hinc sequatur, *creaturas esse ideas secundum quod relucent in conceptu, & secundum quod sunt ipsemet conceptus divinus*; cur negas priorem modum loquendi esse admittendum, præsertim si *conceptus entitativè nihil aliud sit quam res quæ in ipso relucet, in esse intellecto*? Rursus quomodo conveniunt ista cum iis quæ habentur conclusione tertia, in responsione ad argumentũ Molinæ? Hic n. dicis *conceptũ entitativè nihil aliud esse quàm rem quæ in ipso relucet in esse intellecto*, ibi dicis, *conceptum esse rem ipsam in esse intelligibili, ad hoc tamen entitative distingui à re*. Credo facile cõponi posse contradictionis speciẽ, ex parte distinctionis nunc affirmatæ, nũc negatæ. Videris enim hoc voluisse non entitativè distingui à re secundum esse ejus intelligibile, distingui tamen entitative ab eadem re secundum esse ejus reale. Sed quid tibi vis, dum nunc ais conceptum non distingui à re secundum esse ejus intelligibile, nunc non distingui à re secundum esse ejus intellectum? An forte esse rei intellectum, & esse rei intelligibile pro eodem ponis, considerata duntaxat comparatione habita cum esse reali, & ab eo distinctione? Utcunq; fuerit, videris hoc velle; conceptum formalem sive actualem rerum cognitionem divinam esse ideam creaturarum.

rerum.

tentia, quæ quidem est sententia Jesuitarum. Nec [illegible] ratio, cur nonnunquam dicantur res relucere in conceptu divino, hoc est in cognitione divina. Nam res sensibiles relucent potius secundum esse visibile ut videantur, quam secundum esse visum ut videantur: ita & res intelligibiles secundum esse intelligibile passive interpretandæ sunt, ad hoc ut cognoscantur sive intelligantur, quam secundum esse cognitum & intellectum; neque enim in esse cognito locum ut cognoscantur. Summa est, rem conceptam esse [illegible] ad cognitionem, non autem terminari cognitionis; ut quasi concomitanter terminum cognitionis [illegible] per metaphoram scientiam velit esse [illegible] animi; atque hac ratione actualem rei cognitionem appellare placet ejusdem rei relucentiam apud intellectum. Interea negari non potest reluc[illegible] sententiæ quidem aptitudinem ad hujus intelligentiam. Dicis falsum esse, *quod res in concepta sit idea sui ipsius secundum quod est à parte rei, sive quod res secundum denominationem quam provenit ab intellectu habet rationem ideæ.* At à Navarretto provocare ausim ad Navarrettum ipsum. Nam conclusione tertia, fatetur expresse *conceptum rei, quamvis sit ipsa res in esse intelligibili, adhuc tamen entitative distingui à re* (puta secundum esse ejus reale: nam non entitative distingui à re secundum esse ejus intellectum sive intelligibile disserte docet, partim hoc ipso in loco, partim in illa conclusione tertia quam proposuit adversus Molinam.) Addit hanc distinctionem esse sufficientem *ut ponatur ab infrastructura & reale*, quippe quæ necessaria sit ad constitutionem ideæ. Non dicit fateri rem conceptam distingui à re, *sed conceptum rei*: verum advertas quæso: non semel proditur conceptum rei à re concepta entitative non distingui. Rursus dum Molinam refellit, antecedens argumentationis ejus non invadit, sed consequentiam, hic ipsis innexam, antecedens Molinæ ab eo concedi, quod hujusmodi fuit. *Si Deum artifici infunderet cognitionem ejusdem numero artificiati quod productum est, aliud ita præconceptum esset idea & exemplar sui ipsius quando producitur. Ergo de ratione ideæ & exemplaris non est [illegible] distinctam à re cujus est exemplar.* Respondet Navarr. tantum negando consequentiam: *Quamvis* (inquit) *conceptus rei sit ipsa res in esse intelligibili, adhuc tamen entitative distinguitur à re, & hæc distinctio est sufficiens ut ponatur [illegible] & realis.* Et illustrat quod asserit hunc in modum. *Sicut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessaria ad rationem ideæ.* Pergamus ad cætera secundum argumentationem Navarrettæ, respondemusque distinguendo: Aliquid extra Deum intelligi potest dupliciter, vel secundum esse reale, vel secundum esse ejus intelligibile. Ens ejusmodi quod aliquando erit extra Deum secundum esse ejus reale; non fuit ab æterno extra Deum sed erit; Verum eadem res quæ aliquando erit extra Deum secundum ejus esse reale: fuit ab æterno intra Deum secundum esse ejus intelligibile, aliquando erit extra Deum secundum esse ejus reale, & quod ab æterno fuit in Deo secundum esse ejus intelligibile, aliquando erit extra Deum secundum esse ejus reale. Atque hoc modo plurimum absumus ab affirmando *Deum aliquid intueri esse extra se tanquam ideam*. Nec Deum dicimus dependere ab aliquo extra se tanquam à fine, sed facit extra se quicquid libuerit, nec propter alium finem quam propter se, juxta Salomonem Prov. 16. 4. *Deus condidit omnia propter se.* Extra ipsa secundum esse intelligibile, ab ipsa re secundum esse ejus reale distinguitur sufficienter ad præstandum instantiam illam realem, qui necessaria est ad rationem ideæ teste ipso Navarretto, conclusione tertia.

Secunda conclusio. Res confuse concepta in mente artificis creati, ad instar cujus opus est faciendum, non dicitur idea rei faciendæ. Hæc (inquit) *est contra Vasquez in 1a disp. 77 c. 2. ubi dicit, quod artifex creatus secundum dispositione concipit rem quam facturus est, quamque etiam facta intuetur; antea vero formas sibi [illegible] quandam confusam illius, idque ex ipsomet opere facto, tamen & distinctam sibi formet ideam: quare non mirum (inquit) si res illa confuse concepta in mente artificis, cujus instar opus est faciendum, dicatur idea rei faciendæ.* Navar.

Hanc Vasquii sententiam displicere sibi profitetur Navarrettus. Vult enim è contra artificem qui perfecte operatur, concipere rem faciendam non confuse, sed maxime distincte. Et rationem hujus petit, ex differentia inter ideam practicam & speculativam in ordine creato. Nam idea speculativa desumitur à rebus, nec est ad amussim conformatur rebus; idque ut ait *propter imperfectum modum concipiendi seu recipiendi species ab objecto, quod est ex parte potentiæ. Cæterum* (inquit) *idea practica ex genere suo communicat tamen perfectionem, quæ producitur sicut causa communicat perfectionem effectui.* Illa meo judicio & vera sunt & perspicua; artificem scilicet potius accuratiorem formam animo suo figurare quam potest exprimere, nedum minus accuratam. Nec egere artificem formatione idoli, nisi forte ad sublevandam memoriam formæ quam capolt animo suo per partes donec eandem juxta omnes partes compleverit quam accuratissime. Hujusmodi idola, *modulos* [illegible] solemus, quibus ut plurimum utuntur artifices potius ad satisfaciendum iis qui operas ipsorum conducunt in usum suum, quam ad opus suum ex arte promovendum.

Sed pergit Navarrettus, & notandum monet. *Quod quamvis idolum illud imperfectum, secundum quod se tenet ex parte artificis & sit conceptus & forma realis in mente ejusdem artificis sit idea, hic tamen* (inquit) *non est concedendum de ipsa re quatenus objective prius concipitur imperfecte ad modum quem intendit Vasquez, & probatur* (inquit) *conclusio. Res illa ut confuse concepta non est aliquid reale influens in artificiatum & efficiens unum principium reale cum intellectu artificis ad illam productionem, sed est aliquid rationis subjectum denominationem extrinsecam ab intellectu in ratione objecti cogniti. Ergo non est idea. Patet consequentia ex definitione proposita. Et hac eadem sententia impugnanda est* Navarr.

sicut sententia Durandi. Nam quod ad ipsam partem est ferè eadem. Sicut enim artificiatum ipsum praelucendum ac esse objectivum est idea sui quia suscipit solùm denominationem rationis secundum illud esse objectivum (ut declaratum est) ergo, adeoque potest habere influxum illum realem: itaque profecto.

Confut. Illa nobis expendenda sunt, quia perinde militant adversus Durandi sententiam atque adversus Vasquium; mihi verò hactenus visum est, sententiam illam Durandi & Scoti, à Suario & Valentiano rationibus admodum dilutis impugnari. A Navarretto graviores expectabam; verùm & ille hactenus expectationem meam lusit in horum sententiae refutatione. Ad alia quod attinet in hoc apice; Sicut ipse longè propensius feror in sententiam Aquinatis quàm Durandi & Scoti, licet illa difficilior, haec explicatu facilior sit; ita etiam videre mihi videor non pauca apud Navarrettum, quae in sententiam Aquinatis me propensiorem aliquanto reddidura sunt. Verum fert animus etiam Scoti Durandique sententiam candida interpretatione ita temperari posse, ut non longè absit à sententia Aquinatis. Nam quod attinet ad similitudinem inter essentiam divinam & creaturas quam aegrè explicat Aquinas nunc proportionis nunc proportionalitatis eam designando, ita ut hac vix quidem lectori satisfaciant; eam Cajetanus revocandam censet ad repraesentationis similitudinem, de qua nulla omnino controversia est. Quod si non aliter inter se discrepent Theologorum opiniones de ideis, quàm quatenus alii volunt ideam esse essentiam Dei tanquam repraesentantem creaturas, alii creaturas ipsas tanquam in essentia divina repraesentatas, modicum admodum inter istas discrimen esse pronunciare Possum. Licet enim speculum repraesentans res, & res in speculo repraesentatae plurimum differre comperiantur; cum tamen res in essentia divina nequaquam repraesententur tanquam in speculo, sed ut ait Cajetanus, esse creaturarum objectivum in Deo non sit esse relativum, sed esse realissimum, ipsum videlicet esse Dei; necesse erit ut modicè prorsus discriminentur ista. Tota controversia tandem huc revocabitur, utrum scilicet res repraesententur in potentia Dei, an sapientia Dei, an potius in ipsa Dei essentia; ad cujus decisionem non mediocriter (nisi me fallit animus) conducent speculationes istae Navarretti. Quas ut penitius inspiciam & animo meo plenius imbibam, pedetentim progrediar, librando omnia, & laudi ducens ipsi in quocunque per ipsum profecero, & non vitio vertens, quoties humani quid passum esse conspexero. Ad hoc igitur argumentum quod attinet, quatenus militat adversus sententiam Durandi, jam responsum est; ejusdem enim omnino rationis est cum argumento primo in primae conclusionis confirmationem producto, ubi denominationum rationis nihil obstare monstravimus, quo minus res facienda in esse intelligibili, possit induere sufficientem rationem ideae atque exemplaris ejusdem rei quoad esse ejus reale. In responsione mea ad argumentum illud primum primae conclusionis significavi me desiderasse probationem propositionis majoris. Dixerat enim Ideam esse formam realem. Et jam videtur Navarrettus hac ratione distare à sententia Durandi, quod formam illam intellectualem in mente Artificis repraesentantem rem faciendam, & ad cujus similitudinem res facienda formatur, non esse rem faciendam, sed potius formam distinctam à forma rei faciendae, quemadmodum disertè sese explicat conclusione tertia; Licet ibidem non aliam distinctionem agnoscat, quàm quae sit inter esse reale & esse intelligibile ejusdem rei. At hujusmodi distinctionem probant Durandus & Scotus perinde atque Navarrettus. Et jam disserui formam istam idealem, ad nullam aliam formam revocari posse, quàm quae consistat in esse cognito; unde fit ut non magis realis sit forma illa idealis quam fingit Navarrettus, quàm res facienda secundum esse intelligibile, quam pro idea habent Durandus & Scotus. Sed ex hoc loco videtur Navarrettus perinde in superiore argumento atque in isto se fundare, in definitione Ideae quam praemiserat. At inquam, nihil est in illa definitione quae probet formam istam esse realem extra animam; sed intra ipsam animam, etiam res facienda est forma realis. Nam esse cognitum est denominatio realis; nec aliam realitatem habet forma illa creata, quam pro idea fingit Navarrettus prout supra disserui. Item nihil est in illa definitione Ideae superius praeposita, quod inferre possit influxum aliquem realem ideae tribuendum esse. Ex conclusione tertia fatetur ipse Navarrettus rei faciendae formam in mente artificis secundum esse ejus intelligibile distinctam ab esse ejus reale sufficere ad ejusmodi influxum praestandum qui requiritur ad constitutionem ideae.

Navar. *Sed urgent Vasquez ponens differentiam inter ideam divinam & creatam, quod illa repraesentat rem producendam distinctè, & cum omnibus circumstantiis in particulari, haec verò repraesentat illam confusè, & consequenter res illa confusè concepta in mente artificis habet diversitatem sufficientem ad rationem ideae: quare res illa apprehensa in mente Artificis creati, est diversa à seipsa facta, aut producta: ideoque, etiamsi dicatur illam quam apprehendit aliam fecisse, quod neutiquam dici possit, si idem omnino artifex in mente haberet quod revera facturus esset. Atque Deus eodem modo prorsus in mente habet res omnes quas aliquando facturus est aut producere potest, & ita illa quatenus objectivè sunt in intellectu divino non sunt ideae rerum quae producendae sunt, nec ad imitationem illarum dicitur Deus aliquid exterius facere, sed potius idem prorsus quod habebat in mente, reipsa producere.*

Hactenus: Respondetur tamen quod illa diversitas in qua intendit Vasquez fundare rationem ideae, dicendo quod res ipsa ut objecta intellectui, & distincta à seipsa ut producta in re, derogat rationi ideae, quoad perfectam repraesentationem quam idea debet habere respectu ideati.

Confut. In illis hoc agit Navarrettus, ut ostendat ideam quàm accuratissimè repraesentare ideatum; & proinde perstringit Durandum in *hac parte probabilius loquutum ... dicendo quod res distinctè intellecta est idea sui ipsius ut est à parte rei, quàm loquatur Vasquez dicendo quod res confusè ... intellecta est idea sui ipsius ut est à parte rei.* Addit Navarrettus *diversitatem, quae requiritur ad rationem ideae,*

condu-

[illegible] ad [illegible] quam idea debet habere [illegible] : quippe cum [illegible] esse sit sine aliquam [illegible]. Advertenda hic est phrasis [illegible] Navarretti [illegible] conceptum usurpat pro idea, [illegible] sententiæ Suarius, & Jesuitarum accederet. Verumtamen agnoscit ipse Suarez, conceptum tam esse objectivum quam formale, & manifestis indiciis comperimus Navarrettum putare conceptum pro re concepta, aut saltem confundere rem conceptam cum conceptu rei. Exempli gratia, cum sic scribit; *Si aliquo modo deberet conceptus quod instar ideæ rei [illegible] conceptæ produci [illegible] artificiatum, non deberet [illegible] à artifice similitudo talis rei, sed similitudo conceptus [illegible] haberet similitudinem quam invenit Vasquez [illegible], & [illegible] quidem assimilaretur res [illegible], & artificiatum aliud res confusè intellecta & concepta.* In quibus videtis rem confusè intellectam, & conceptam pro eodem haberi à Navarretto. Nec tamen vult hic rem conceptam seu formam conceptam esse ipsam rem faciendam seu formam ejus secundum esse ejus intelligibile; sed vult esse formam ab artifice conceptam, ad cujus similitudinem fiat res facienda. Quam tamen Navarretti [illegible] jam diximus, à ratione alienam esse videri.

Navar. *Tertia conclusio. De ratione ideæ & exemplaris est habere esse distinctum à re cujus est exemplar. Hæc* (inquit) *est contra Molinam qui tenet oppositum. Et ratio ejus est: quia si Deus artifici infunderet cognitionem ejusdem numero artificiati quod producturus est, illud ita prius conceptum esset idea & exemplar sui ipsius quando producitur. Ergo. Nihilominus hæc opinio est falsa & probatur nostra conclusio. De ratione ideæ est influxus [illegible] explicatus: sed impossibile est quod ipse influxus detur in eadem re respectu sui ipsius: ergo exposcit aliam distinctionem.*

Confut. Prorsus displicet argumentum hoc Molinæ; [illegible] ingenium Jesuiticum, quibus solenne est in [illegible] speculationes præcipites se dare. Quasi vero quispiam artifex non produceret eandem rem numero quam intenderat producere; aut quasi non eandem numero produceret cujus [illegible] quam conceperat. Datur [illegible] inventum Jesuiticum de divina determinatione agentis creati ad hunc numero actum ex infinitis eodem tempore & loco & ab eodem agente cum iisdem omnino circumstantiis producibilibus; At ostendant quæso, quomodo intellectus creatus possit unum ex istis numericis actibus ab alio distinguere, cum nulla occurrat differentia per quam distinguatur; Imo qui fieri potest ut ab intellectu divino distingui possint quæ distincta non sunt? An vero sobrius esset qui diceret artificem concipere & intendere unum numero artificiatum & producere aliud? Ista autem [illegible] rei intellectæ ab artifice & rei ab eodem productæ nihil impedit quin minus differant quoad esse intelligibile & esse reale. Rursus supposita fictione ista; Annon juxta cognitionem illam quam infusam fingit Molina, varia artificiata producere poterit artifex, tantum materia, & tempore productionis differentia, nunquam vero forma aut effigie? Verum illius speculationis discussionem missam facit Navarrettus. Ad rationes in adversum Molinæ quod attinet à Navarretto prolatas; ne quis putet etiam adversus Durandi sententiam validas esse; ipse Navarrettus fatetur quod quamvis *conceptus res sit ipsa res in esse intelligibili, adhuc tamen [illegible] distinguatur;* additque, hanc *distinctionem esse sufficientem, ut ponatur ibi influxus verus & realis,* & paucis interjectis sufficientem agnoscit ad rationem ideæ constituendam. Pari ratione; etiam res ipsa in esse intelligibili est superior & excellentior, atque hoc nomine satis accommodata est ad constituendam ideam; atque hæc est illa altera conditio, quam exemplar exigit ad complendam rationem suam, juxta argumentum Navarretti secundum.

Quarta conclusio. Similitudo perfecta; in ratione conceptus practici cum re producenda secundum omnes modos & rationes talis rei est perfecta idea ejusdem. Hæc est contra Vasquez dicentem, quod si res producenda præconciperetur cum sua existentia & aliis circumstantiis, non diceretur quod res talis produceretur instar ideæ; quia non solvaretur distinctio necessaria ad hoc quod artificiatum dicatur produci ad instar ideæ. Navar.

Ista dum considero, ferit animum suspicio, formam rei producendæ in esse intelligibili apud artificem idoneam esse ad constituendam ideam. In illa enim tanquam *in ratione conceptus practici, reperitur similitudo perfecta cum re producenda secundum omnes modos & rationes talis rei.* Atque huc etiam tendit illa distinctio quam subjicit Navarrettus, de similitudine vel adjuvante ad rationem exemplaris, vel rationem ejus minuente. *Similitudo* (inquit) *duplex est, quædam ejusdem rationis ex parte utriusque extremi, & hæc non adjuvat ad repræsentationem; non enim est major ratio, quare unum extremum repræsentet alterum quam e contra, nec etiam adjuvat ad rationem exemplaris, vel ad causalitatem explicatam propter eandem rationem. Cæterum* (inquit) *datur alia similitudo, quæ secundum quandam eminentiam invenitur in uno extremo, & in altero reperitur ea parte qua trahitur ad naturam principalis similis, & hæc similitudo ponitur in idea; non enim est ejusdem rationis ex parte utriusque extremi, sed potius idea trahit ad suam naturam ideatum tanquam ad aliquid superius & tanquam ad suum exemplar.* Et quid quæso est in idea creata, quod non commodissime quadrare possit cum re facienda secundum esse ejus intelligibile, vel potius cum ratione rei producendæ in animo artificis formata. Et fortè hoc tantum nomine discrepat sententia Navarretti, à sententia Durandi; quod Navarrettus æquum esse non existimet formam ita dicendam esse rem faciendam, ut in esse cognito; sed potius formam sive rationem ejus. Sed & Durandus non aliud intelligit, per rem faciendam in esse cognito, quam rationem rei faciendæ; seu formam ejus intellectualem. Quare videtur Navarrettus in ista ratione conceptus practici, rei faciendæ in mente artificis ponere existentiam rei faciendæ non formaliter, sed eminenter; licet eminentius existat in artifice increato quam in artifice creato; & consequenter similitudinem ejus esse similitudinem *assimilativam*, ut sic locus detur idoneus causalitati, qualis intercedere dicitur inter ideam & ideatum. Confut.

DIGRESSIONIS TERTIÆ

SECTIO SECUNDA.

Quomodo essentia divina sit Idea creaturarum.

Navar. *QUinta conclusio. Idea cujuscunque creaturæ in Deo est idem realiter cum divina essentia. Ex Patribus probatur conclusio. Ideæ creaturarum ex communi consensu Sanctorum sunt in mente divina: sed quicquid est in mente divina est idem cum divina essentia, saltem realiter: ergo conclusio est vera, & oppositum temerarium.*

II. Præterea impossibile est quod Deus in operationibus ad extra intueatur aliqua exemplaria extrinseca præter quam propriam essentiam: ergo sua essentia est exemplar quod respicit: & consequenter sua essentia est idea.

Concl. Adversus Navarretum nequaquam proponere conclusionem illam adversus Vasquium; licet ille velit cognitionem rerum actualem in Deo esse ideam rerum. Idque a Navarretto factum conjicio ob duplicem rationem. Primò quoniam ipsa cognitio rerum actualis in Deo, est idem cum essentia divina, saltem realiter. Secundò quia Vasquius profitetur disertè essentiam divinam esse ideam; postea verò proponit inquirendum sub qua demum ratione formali censenda sit idea rerum; concluditque ultimò esse formaliter cognitionem rerum actualem. At Suarez in adversum disertè negat, essentiam Dei ut cognitam esse ideam rerum; vult enim ideam consistere in conceptu formali, non autem objectivo. Sed quia cognitio rerum actualis in Deo idem est cum essentia divina saltem realiter, hactenus nec Suarius quidem huic conclusioni resistere censendus est. Sed nec Durandus; quippe qui disertè profitetur ex Anselmo, creaturam in Deo esse creatricem essentiam. Verumtamen ideas in mente Dei revocat Durandus ad habitudinem cognitionis divinæ respectu rerum ab ea cognitarum; quæ videtur dicere esse relativum. At esse etiam objectivum rerum apud Deum, vult Cajetanus non tam relativum quam reductivum esse, propter summam Dei perfectionem. Verumtamen ad pleniorem veritatis indagationem, proponam aliquid quod ad illa Navarreti argumenta diluenda respondere posse videatur. Esto, ex communi Sanctorum consensu sint ideæ in mente divina. At cum subjicit, *Quicquid est in mente divina est idem cum divina essentia saltem realiter*, respondere potest, distinguendo de existentia alicujus in mente divina, nempe vel realiter vel repræsentativè. Quicquid est in mente divina realiter, idem est cum essentia divina, non autem quicquid est in essentia divina repræsentativè. Nam creaturæ omnes sunt in mente divina repræsentativè, nec tamen sunt idem realiter cum essentia divina. Atque hoc modo statuere Durandus res ipsas ut in essentia divina repræsentantur, esse ideas rerum. Ad secundum dici posset, Deum non intueri aliqua exemplaria extrinseca, dum intuetur essentiam suam repræsentantem res, & res ipsas ut in essentia ejus repræsentatas.

Navar. *Sexta conclusio. Divina essentia est idea creaturarum, non solum quoad perfectiones simpliciter, quæ sunt in creaturis, verum etiam quoad perfectiones secundum quid, & quoad rationes particulares ipsarum creaturarum. Probatur. Omnis perfectio tam simpliciter quam secundum quid, reperta in creaturis, totum habet ab ipso Deo, tanquam ab agente per intellectum: ergo tanquam à primo habente in se talem perfectionem velut in exemplari. Præterea, quælibet perfectio particularis creaturæ perfectissimè repræsentatur à Deo: ergo in se habet Deus perfectissimam similitudinem illius: ergo illa similitudo propter suam eminentiam est exemplar.*

Sic Ferrariensis in 1. Contr. Gent. cap. 49. *Divina essentia rerum omnium, quantum ad omnia quæ in ipsis sunt, est expressa similitudo.* Et Capreolus in 1. distinct. 36. articulo 1. *Deus intelligendo essentiam suam intelligit omnes perfectiones & quidditates creabiles, & omnes defectus, reales, sive rationis, & omnes negationes. Omnia enim talia divina essentia sufficientissimè repræsentat & distinctissimè.* Capr. in 1. quæst. 23. articulo 1. *Esse divinum est tam excellens, ut omnes essendi modos sive entis rationis, sive in natura existentis præhabeat.*

Quam probationis primam citra exceptionem procedit. Ad secundum quod attinet, negaret Durandus Deum habere in se similitudinem omnium perfectionum creaturarum. Nulla enim videtur esse similitudo inter Deum & lapidem. Verumtamen non negaret Durandus etiam lapidem secundum propriam ejus rationem repræsentari in essentia divina. Itaque cum Durando occurreret Navarretus, subjicit confirmationem in hæc verba: *Si aliquid deesset essentiæ divinæ ad rationem exemplaris, esset similitudo ejusdem rationis, ut dicit Durandus: sed hæc ratio est nulla, quia (ut declaratum est) idea non dicit similitudinem ejusdem rationis cum ideato, sed aliquid excellentius illo: ergo.* Admodum mihi placet illa confirmatio, modo veritas ejus ad liquidum posset demonstrari. Et sane in ideis creaturis esse rei intelligibile non videtur esse ejusdem rationis, cum esse ejusdem reali. Distinguenda est igitur similitudo prædicamentalis à similitudine transcendentali.

Septima conclusio. Essentia divina est idea creaturarum quatenus in ipsa continentur eminenter perfectiones earum.

Ad eundem modum Capreolus 1. dist. 36. art. 2. *Ipsa divina essentia [illegible] continet supereminenter & repræsentat ut perfectissima similitudo quidditatem lapidis, est ratio propria lapidis, & sic de reliquis.* Nec ullam rationem teneo, cur negaret corporale & peccabile æque virtualiter & supereminenter contineri in essentia divina, atque rationem lapidis.

Hoc est communiter in schola Thomæ: cujus oppositum tenet Vasquius, sed probatur. Essentia divina sub ratione [illegible]

[illegible]

communicabilis est complex omnium rerum producendarum à causa; ergo est idea, probatur Antecedens. Qualibet perfectio participabilis est perfectio modo repraesentata, sed convenit illa convenientia, quam vocant eminenter per aliam formaliter rationem, quae ipsis omnino cum illa perfectione. Ergo essentia divina sub ratione illius convenientiae est exemplar repraesentans.

11. *Praeterea, essentia divina secundum suam eminentiam est imitabilis ab hac creatura, & ab illa: Ergo secundum eminentiam suam est idea creaturarum. Antecedens probatur: imitabilitas enim illa habet pro fundamento ex parte essentiae divinae quandam perfectionem infinitam & communicabilem, atque diffusivam sui: haec autem perfectio convenit essentiae divinae secundum eminentiam quam habet.*

Confut. Certè Vasquez primum probandum difficile esse explicare quo pacto divina essentia imitabilis sit à creaturis, quae ipsi omnino oppositae videntur; nihilque hac de re Thomam & Ægidium expressè tradidisse; sed hujus interpretationem ex Henrico, Cajetano, Ferrariensi aliisque recentioribus Thomistis depromit: nempe in divina essentia *omnium creaturarum perfectiones continentur quadam ratione licet non formaliter contineri. Atque hoc satis esse ut sit omnium idea, quam efficiens Deus ut eminenter continentia creaturarum perfectiones, instar illam quamlibet creaturam verè producere dicatur.* Hanc sententiam, *si solùm principio imitatur* informem esse pronuntiat Vasquez quia habeat pari ratione *hoc solo efficient posset ut exemplaris forma ad producendam creaturam.* Vasq. in 1. quaest. 15. disputatione 72. cap. 1.

Ad primum argumentum Navarretti quod attinet, de perfectionibus scilicet creaturarum in divina essentia repraesentatis, illud nihil omnino militare videtur adversus Vasquium, quippe qui non negat essentiam divinam esse ideam creaturarum quatenus eas repraesentat; & hanc etiam similitudinem illam quam intercedere vult inter essentiam divinam & perfectiones creaturae vocat Capreolus, ut scilicet sit *similitudo repraesentativa.* Quod autem Vasquius non neget essentiam divinam juxta hunc sensum esse ideam creaturarum manifestum fit ex disp. 71. num. 15. dum in argumentis Scoti diluendis versatur: *Ad confirmationem (inquit) dico, essentiam quidem divinam formaliter suam esse, dissimilem admodum esse rebus creatis: nihilominus quia omnes repraesentat quarum creatura ad imitationem illius fieri dicitur, atque hac repraesentatione sufficienter veram habeat rationem ideae.* Rursus videtur ista ratio Navarretti redolere sententiam Durandi, statuentis res ipsas à Deo sciri tantum prout in essentia divina repraesentantur, esse ideas, quamvis si modus repraesentantis & rei repraesentatae differant realiter. Quis enim sumatur essentia aliquem ad faciem quam repraesentat speculum, potius speculum ipsum repraesentans quam faciem in speculo repraesentatam diceret esse exemplar rei formandae ab artifice? Sin non differant realiter, hinc aliquo reperitur reconciliatio sententiae Durandi cum sententia Thomistarum, quas quidem tanti discrimine discrepare profitetur Penottus.

11. Quod attinet ad secundum; non apparet quomodo divina essentia sit imitabilis à creaturis, cum nulla inter eas intercedat similitudo; nec univoca, nec communicabilis videtur aliqua perfectio divina. Ad quae quidem dicta Navarretti salvanda necesse est recurrere ad perfectiones eminentiales, hoc est, ad perfectiones creabiles in essentia divina repraesentatas, quandoquidem minimè negavit Vasquez essentiam divinam esse ideam creaturarum, ut supra recensui.

Octava conclusio. Si consideretur idea secundum quod est principium tenens se ex parte Dei ad productionem creaturae non potest esse ejusdem rationis cum creatura: Quia scilicet creatura continentur in Deo tanquam causa aequivoca. Vasq.

Nona conclusio. Essentia divina dicitur propria ratio rei quam repraesentat, si proprietas se tenens ex parte rei repraesentata, hoc est repraesentat unamquamque rem secundum ea quae sunt unicuique rei propria.

In istis cum Vasquio convenit Navarretus. Confut.

Decima conclusio. Esse propriam rationem ad modum explicatum conclusione praecedenti non convenit divinae essentiae ex intellectu divino apprehendente ipsam sub habitudine ad res, sed ex plenitudine infinita qua continet omnium rerum perfectiones. Haec est contra Vasquez, quam tenet Ferrar. & communiter Schola Thomae & probatur. Ante quamcumque apprehensionem, essentia divina est immediatum principium ex se cujuscumque creaturae, secundum ea quae sunt propria ipsi creaturae: ergo etiam repraesentat creaturam secundum ea, quae sunt propria ipsi. probatur consequentia; quia causalitas & repraesentatio simul debent conjungi in omni agente per intellectum, atque adeo sicut essentia divina est immediata ratio causandi, ita est immediata ratio repraesentandi. Nav.

Hic eandem aliquando viam agit, & strenuè se gerit Navarretus. Atque huc tendere videtur ratio; antequam intellectus divinus apprehendat essentiam divinam sub habitudine ad res, necesse est ut in essentia divina repraesententur res; quia prius est rem esse in essentia divina juxta suum esse intelligibile, quam in intellectu divino secundum ejus esse actu intellectum. Cujus quidem prioritatis nullam omnino rationem habere videmur Jesuitae. Huc tendit ratio etiam Navarretti secunda, idque aliquanto dilucidius. *Praeterea (inquit) intellectus divinus non tribuit essentiae divinae esse similitudinem creaturarum, sed potius praesupponit in illa talem similitudinem: ergo. Antecedens probatur: nam ad nostrum modum intelligendi essentia divina participat suam perfectionem ex essentia divina & consequenter modus ille particularis quem intellectus servat in suis actibus secundum assimilationem debet praecedere in essentia divina:* probatio antecedentis obscurior est. Antecedens autem sua sine satis perspicuum est. Nam necesse est ut praecedat similitudo prioritate rationis, quam apprehendatur ab intellectu. Quomodo autem intellectus assimilet sibi res haud intelligo. Essentiae autem divinae similitudo cum creaturis dicitur duntaxat per viam repraesentationis, quae quidem naturalis est, non autem voluntaria; licet per intellectum & voluntatem operans producat res ad similitudinem repraesentationis earundem in essentia divina. Sequitur confirmatio apud Navarretum, atque sub obscura. *Intellectus (inquit) divinus cognoscens creaturas, assimilat eas sibi, seu attingit eas per eandem similitudinem: sed haec similitudo participatur ad nostrum modum intelligendi ab essentia divina, sicut à propria specie; quemadmodum intellectus creatus assimilatur rei cognitae per*

ipsam, interim speciei singularem rei quam in se habet: ergo illa ratio similitudinis praecedit in essentia divina, ante apprehensionem intellectus divini. Agedum hoc agamus ut pro virili nostra obscuritatem istam disparere faciamus. Intellectum assimilare sibi creaturas, non aliud est Navarretto quam eas attingere, h. e. eas intelligere sive facere ut sint apud eum in esse cognito (& apud Aristotelem dictum memini, intellectum fieri omnia, illa scilicet intelligendo.) Haec autem attingentia rerum per intellectum (hoc est similitudo juxta phraseologiam Navarretti) participatur ei ab essentia divina tanquam à propria specie intelligibili; nam sicut per species intelligibiles objecta repraesentantes praeparatur intellectus creatus ad res intelligendas, ita per essentiam Dei res omnes repraesentantem fit ut intellectus divinus res omnes creabiles intelligat. Unde necesse est ut prius repraesententur in essentia divina, hoc est Navarretto, *ut illa ratio similitudinis praecedat in essentia divina, ante apprehensionem intellectus divini.*

Navar. *Undecima conclusio. Imitabilitas quae reperitur in essentia divina respectu creaturarum (non illa formalis quae dicit respectum rationis ad creaturas, sed illa radicalis quae denotat eminentiam illam in essentia à qua creaturae participant suas perfectiones) secundum quod ab eis est imitabilis, praecedit apprehensionem intellectus divini, probatur conclusio. Imitabilitas radicalis est perfectio infinita in Deo. Ergo praecedit in essentia divina ante intellectionem vel apprehensionem intellectus divini. Probatur consequentia ex fundamento posito; nam omnis perfectio simpliciter, & quae formaliter reperitur in Deo praeintelligitur in essentia divina modo explicato. Antecedens probatur: Quod enim ab aliqua creatura in particulari sit imitabilis essentia divina, denotat modum procedendi talis creaturae ab essentia: sed iste modus ex parte essentiae dicit infinitam perfectionem, quae non desumitur ex creatura quae procedit, sed potius ex modo procedendi, ut patet ex creatione quae denotat virtutem infinitam in Deo, quia non attenditur penes perfectionem rei productae, sed penes modum producendi ex nihilo. Ergo.*

Confut. Videtur in his aliquid humani passus esse Navarrettus. Imprimis enim conclusio procedit de *imitabilitate quae reperitur in essentia divina respectu creaturarum;* & mox negat se de ejusmodi imitabilitate verba facere *quae dicit respectum rationis ad creaturas.* An vero igitur de imitabilitate procedit conclusio, quae habeat respectum realem ad creaturas? At inquam in Deo respectus reales nulli sunt praeter eos qui constituunt personas Trinitatis. Ergo dicendum fuerat, conclusionem procedere de imitabilitate quadam absoluta non respectiva. At hoc qui fieri potest, cum imitabilitas ista ne concipi quidem possit sine respectu ad creaturas? Dicitur tamen si placet radicalis non formalis, quia consideratur ut radix & fundamentum respectus rationis, nec omnino videtur ista conclusio probatione indigere cum ex praecedenti conclusione consequatur. Secundò ad consequentiae probationem responderi potest, eam procedere ex non concesso; supponit enim imitabilitatem istam esse perfectionem in Deo existentem formaliter. At hoc minimè videtur, sed potius eminenter tantum in Deo existere. Nam imitabilitas formaliter existens in Deo, videtur esse imitabilitas essentiae divinae secundum aliquid [illegible] formaliter. At hoc ne Navarrettus quidem [illegible] perfectiones creaturarum aut creaturae [illegible] cabiles, ponantur in Deo duntaxat eminenter, non autem formaliter. Verumtamen [illegible] argumentum [illegible] ex apprehensione intellectus, quod ejusmodi perfectiones in Deo eminenter existentes sint creaturis [illegible]. Licet praecipuam [illegible] intellectu à Deo intelligantur, cum sit Deus agens per intellectum.

Duodecima conclusio. Quod essentia divina sit imitabilis ab aliqua creatura praecise, ita quod non imitabilis sit ab altera, non habet esse & quatenus praecedit cognitionem divinam. Navar.

Sine dubio essentia divina, quomodocunque spectetur imitabilis, non est imitabilis ab aliqua creatura praecise, natura sua, sed duntaxat per abstractionem, h. e. per operationem intellectus considerantis essentiam divinam ut imitabilem ab aliqua creatura, non autem considerantis ut imitabilem ab altera. *Capreolus, 1. dist. 36. ad argumentum contra secundam & tertiam conclusionem. Essentiam divinam repraesentare aliquid distincte potest contingere & intelligi dupliciter. Primo modo, quia repraesentat illud non solum confuse & in universali, imo proprie & perfecte, & in ultimo quantum ad omnia, in quibus differt ab aliis secundum genus, vel speciem, aut numerum. Secundo modo quia repraesentat illud, alio modo quam repraesentat alia, ita quod ut repraesentat illud, distinguatur à se ut repraesentat alia, & est quasi distincta ratio, ut est ratio illius, & ut est ratio aliorum. Hoc supposito, dico, quod divina essentia se sola, id est per suam absolutam, distincte repraesentat omnia cognoscibilia primo modo, nec requiritur relatio aliqua facienda ad hoc; sed secundo modo distincte repraesentare secundo modo, dico quod respectus rationis dant sibi, quod distincte repraesentet diversa: nam illud quod repraesentat lapidem intellectui divino, & illud quod repraesentat rosam non aliter distinguuntur à Deo, quam respectu rationis ad repraesentata per eam. Ipsa enim semper ut repraesentat rosam, non repraesentat lapidem: ita quod per illum respectum ad rosam efficitur ratio rosae distincta à ratione lapidis.*

Decima tertia conclusio. Tertium quod pertinet ad repraesentationem in idea, desumitur ex essentia divina, quatenus antecedit cognitionem divinam. Quod probatur: Nam omnis idea adaequatur ei, quod est repraesentans, in quo repraesentatio [illegible] repraesentativum alterius rei; Ergo antequam intelligatur aliqua diversitas ex parte apprehensionis intellectus, datur tertium illud, quod conducit ad repraesentationem in essentia divina. Itaque in ipsa est repraesentatione humana, quia idea hominis repraesentat tantum hominem, & datur aliquid participatum ab essentia divina, & datur aliquid causans diversitatem inter ideas, & per quod una idea distinguitur ab alia; sicut in una & eadem relatione constitutiva personae divinae, datur aliquid participatum ab essentia divina, quod est subsistere per se, & aliquid quod provenit à relatione quatenus relatio est [illegible], quod est distinguere unam personam ab alia. Et sicut relationes ut subsistentes per se non diversificantur sed adunantur in una essentia, at vero diversificantur secundum quod sunt subsistentes [illegible]. Navar.

Nihil in his occurrit quod aut correctionem, aut probationem, aut illustrationem desideret. Confut.

DIGRES-

DIGRESSIONIS TERTIÆ

Sectio Tertia.

Quid de Idea, secundum quod est causa creaturarum.

QUia sibi dixi Vasquez, quod fefellit Thomistas, eo quod existimarunt Deum esse proximam causam rerum omnium essentia sua, in quantum est, non in quantum intelligit, sit.

Quarta decima conclusio. Essentia divina secundum quod est Idea creaturæ producendæ, & est proxima causa talis productionis, debet considerari ut antecedens actum intellectus divini.

Per *proximam causam talis productionis*, non intelligit Navarretus causam in genere efficientis, sed causam in genere exemplaris, & in genere repræsentantis. Et cum additur explicationis gratia: *ideam sub illa ratione* [illegible] *ex cognitione divina* (unde [illegible] fit ut repræsentet aliquid ita ut cum abstractione repræsentationis alicujus alterius, juxta conclusionem duodecimam) *non habet aliquem influxum realem in rem producendam*, hoc est ut ego interpretor non habet aliquid ab intellectu, ad cujus similitudinem fiat exemplatum. Sed quicquid habet ad cujus imitationem fiat exemplatum, id totum habet ab essentia Dei repræsentante eum in perfectionem imitabilem [illegible]. Rursus cum ait, *essentia divina secundum quod idea praêlua, non potest proxime causare nisi determinetur per intellectum & voluntatem divinam, ni*[illegible] *essentia Dei quatenus in ratione repræsentativa rei, quæ est producenda concurrit tanquam idea, habet se ut proxima causa sine aliqua dependentia ab intellectu divino.* Determinatio intellectus non alia est, quam quod rationabiliter fiat atque congruenter ad finem à voluntate divina præscriptum. Dependentia autem ab intellectu divino, quam adimit ideæ, versatur dumtaxat in genere repræsentativi, atque exemplaris. Quare licet efficacia pendeat à divina voluntate, tamen fefellit (inquit) Vasquium, *quod efficaciam illam* [illegible] *quæ est ex parte essentiæ divinæ in ratione ideæ*, contradixitque falsum tribuit (inquit) eum sic dicentem: *Sicut essentia divina ut determinata per voluntatem divinam habet se tanquam principium proximum operis ad extra, atque adeo operatur proxime sic determinata; ita repræsentat proxime in ratione ideæ ex vi talis determinationis.* & conclusionem suam probat in hunc modum: *Essentia divina in ratione ideæ sive verbi creaturarum & repræsentativi earum, habet se ut objectum intellectus divini ergo licet in genere causæ efficientis participet influxum à voluntate divina; in genere tamen causæ formalis communicat influxum voluntati: ergo* [illegible] *proxime in ratione ideæ ad opus faciendum sine dependentia ab intellectu divino.* Et cum ante hæc ambiguus essem in quem sensum interpretarer influxum illum quem tribuit ideæ in sequentibus exponit Navarretus influxum illum consistere repræsentatione; quod quidem sufficit ad hoc ut ad ejus similitudinem illa [illegible] verba hæc sunt; *probatur hæc ultima consequentia: quia* [illegible] *proxime convenient ideæ non est sibi aliqua efficientia quam ex se habeat, sed sub illa formalitate objectiva, & ipsa* [illegible]. Nempe quia repræsentat, ideo communicat influxum suum voluntati.

Duas annotationes subjicit, ne erremus in præmissorum intelligentia recta. Alterum est, hoc non procedere de ratione ideæ limitatæ. Sed meo judicio minime opus erit cordato lectori illiusmodi admonitione; cum discrimen istud sufficienter expositum fuerit conclusionibus duodecima, & decima tertia. Alterum est majoris momenti, & ad sublimitatem speculationis scholasticæ spectans minime contemnendam. *Notandum* (inquit) *quod quando dicitur, essentiam divinam participare influxum divinum à voluntate divina in operibus ad extra si sermo de ipsis operibus formaliter ut opera libera sunt: quia absolute loquendo nulla efficacitas communicatur essentiæ divinæ secundum quod efficientia est & dicit perfectionem simpliciter ab intellectu vel voluntate divina.* Verum ista subtilitas in quem usum idonea sit non satis intelligo. Neque enim facile percipio, quomodo opera Dei ad extra considerari possint nisi ut libera.

Quinta decima conclusio. Essentia divina non est formaliter idea creaturarum quatenus est cognitio earum. Hæc est directe contra Vasquez, & patet ex præcedentibus, quia cognitio creaturarum præsupponit essentiam divinam, ut continentem creaturas: ergo antequam essentia sit cognitio creaturarum est idea ipsarum.

Et quomodo continet creaturas? num quatenus penes Deum est producere creaturas? At hoc non spectat ad ideæ rationem constituendam. Nam & sol potest producere calorem, nec tamen est idea caloris. Et omne agens naturale potest producere effectus suos, nec tamen est idea ipsorum aut habet ideam eorundem. Sed potius quatenus repræsentat eas, atque ita ut agens per intellectum possit eas producere.

DIGRES-

DIGRESSIONIS TERTIÆ

Sectio Quarta.

Solvuntur rationes in contrarium.

ARgumentum primum Vasquii adversus Thomistas (*asserentes* omnes creaturas ad imitationem essentiæ divinæ fieri, quod in ipsa omnis earum perfectio eminenti quadam ratione, licet non formaliter contineatur,) *hoc fuit:* cum asserunt essentiam Dei virtute & eminenti ratione quamlibet creaturæ perfectionem continere, intelligunt creaturarum perfectiones in Deo esse tanquam in causa æquivoca, quia eas producere potest non virtute formæ ejusdem rationis quam in se habeat, sed altioris naturæ sicut sol producere potest calorem, non calore qui est forma ejusdem rationis, sed luce, quæ altioris naturæ est. Hac autem ratione essentia Dei idea esse non potest, sicut nec lux solis assumi potest ut exemplaris forma ad producendum calorem.

Navar. *Ad primum respondetur, quod excellentia Dei in causando requisita ut ad causandum aliquid ad extra, non utatur, (tanquam principio proprio) aliqua forma, quæ sit ejusdem rationis cum forma: imò ut effectus dependeat in fieri & in conservari à Deo, necessarium est quod ex parte Dei concurrat, tanquam principium productionis & conservationis aliquid excellentius effectu producto. Itaque quando principium productionis est ejusdem rationis cum re producta ut quando calor producit calorem, non potest dici quod calor productus dependeat à calore producente in fieri & conservari, sed solum in fieri; necessarium est ergo quod principium productionis ex parte Dei sit excellentioris rationis, quàm effectus productus.*

Confut. Quod de effectus non productione tantum sed & conservatione ingerit Navarretus ex parte Dei, tanquam sic excellentius continentis, quàm quodlibet agens creatum, omnino non placet. Neque enim idea ullum habet respectum ad rei conservationem, sed duntaxat ad rei aliquam secundum eam conformationem: Quod manifestum est de omnibus ideis cujusque artificis creati. Si spectemus opera Dei, ea pro mero Dei beneplacito conservationem habent sive diuturniorem sive minus diuturnam. Nec definitur exemplar, ut sit illud ad quod aspiciens artifex rem conservet, sed ad quod aspiciens exemplatum ad ejus similitudinem operetur. Alias aliquas eminentias notat exemplaris divini, quod scilicet essentia ejus non unam formam solum, sed omnia repræsentet; non sic lux solaris, quæ causa est æquivoca duntaxat respectu caloris. 2. Deinde quod essentia divina sit idea rei uniuscujusque in particulari, non sic causa aliqua æquivoca creata, repræsentat effectum in particulari, sed potius in communi. Denique quod *quando causa creata est æquivoca, indiget determinatione provenienti ab aliquo extrinseco, ut producat istum vel illum effectum: at vero Deus non solum se determinat per voluntatem suam ad producendum effectum quem maluerit, verum etiam habet in intellectu ideas omnium rerum in particulari fundatas in illa immutabilitate radicali.*

At [illegible] responsionis benè longæ (ut fieri solet apud Navarretum) ad argumentum Vasquii solutionem accommodatiorem desiderat. Illa siquidem responsio potiùs inservit ad elevandam conditionem idearum divinarum supra conditionem idearum creatarum, quàm ad asserendam essentiam divinam esse ideam rerum, quasi nihil obstante argumento Vasquiano. Commodiùs meo judicio respondere potuisset ad hunc modum. 1. Lux non potest assumi ut exemplaris forma ad producendum calorem. A quo enim assumeretur in hunc usum? Non à sole; neque enim sol est agens per intellectum: Nec à Deo; neque idea est forma extrinseca ad quam intuetur artifex operans nisi à creatura aliqua à sole distincta; tum quia idea quiddam esse debet agenti intrinsecum, tum quia nullius creaturæ instrumentum est sol aut lux ejus. 2. Lux producit calorem in genere causæ efficientis; at idea influit in effectum suum duntaxat in genere causæ exemplaris. 3. Essentia Dei quatenus eminenter omnia continens formales rerum rationes repræsentat secundum quas fiunt; at lux nequaquam repræsentat formalem rationem caloris. Verum non diffiteor quin directiùs & propiùs accedat ratio ad clariorem argumenti propositi solutionem, eo etiam propinquiùs accedit ad sententiam Scoti & Durandi de ideis si non confirmandam, at saltem tanquam à ratione & veritate non valde alienam ostendendam.

Secundò. Si essentia divina, quatenus eminenter continet creaturas, esset earum idea, esset idea imperfectior quàm esse posset: quia major perfectio consistit in eo quod perfectiori modo imitabilis sit, essentia autem hoc pacto imperfectè imitabilis est, cum solum assimiletur effectui secundum illud quod in ipsa formaliter est. *Sic Vasquez. Summa responsionis Navarretti contracta paucis sic habet.*

Idea

[illegible] secundum quod repraesentat multa, est principium cognoscendi perfectiori modo unum quodque quam si specie repraesentaretur per propriam & adaequatam speciem: atque divina essentia secundum illam universalitatem in modo repraesentandi est perfectior idea singularium rerum, quam si tantum repraesentaret unam rem. Promittit etiam, *ex illa [illegible] quam Deus effectus habeat in [illegible] & [illegible] exemplari, provenire, ut quilibet effectus perfectiori modo repraesentetur.*

Ad dicta hujus nulla occurrit evidentia, quia scilicet essentia divina perfectiori modo repraesentat lapidem quàm lapis ejusdem rationis, quia scilicet simul etiam repraesentat Angelum Gabrielem. Cum autem exemplum ad hujus rei fidem faciendam, ponat in Angelo, *qui* (inquit) *multa intelligit per universaliorem, quàm sit alia quae utitur alius, tunc etiam perfectiori modo repraesentantur in tali specie objecta particularia, quàm repraesentantur per species adaequatas talium objectorum, quia ex illa unitate qua [illegible] multa intelligibilia in specie universali resultat ut quodlibet intelligibile perfectiori modo repraesentetur, quia illa intelligibilia [illegible] se adunant.* Hoc inquam dum facit Navarrettus, videtur hoc agere ut rem per se satis obscuram, per aliam nihilo minus obscuram illustrandam proponat. Aut si permissum sit ad fidem conciliandam quod exhibet, quia scilicet cognitio unius commodare aliquid possit ad cognitionem alterius; at quomodo repraesentatio Angeli per essentiam divinam astruere possit eâ accuratiùs per essentiam divinam repraesentari [illegible], superat omnem intelligentiam. Ego potius respondendum judicarem, licet à priori mihi nulla ratio suppetat cur perfectiùs repraesentetur res in essentia divina quàm in forma ejusdem rationis (quia scilicet ad essentiam Dei conspiciendam caligat mens nostra sicut oculus noctuae caligare solet ad Solem) tamen à posteriori non deest ampla ratio, quae rem ita se habere confirmet; quippe cùm certissimum sit, Deum sicut perfectissimè cognoscit omnia, ita etiam apud se habere omnia quàm accuratissimè repraesentata.

II. Ad auctoritatem Thomae affirmantis *divinam essentiam rationem esse ideam creaturarum, quatenus eas in se habet eminenter ut causa, & illarum est causa ut cognoscens est,* respondet Navarrettus *Creaturas esse in Deo sicut in cognoscente, non denotare quod sint solum ex vi actualis cognitionis; cùm* (inquit) *quando effectus est in causa quae agit per intellectum, est in tali causa primò ratione formae habitualis ad modum intellectus in quo residet.* Agnosco aequum esse ut res prius concipiantur in divina essentia, sive in intellectuali ejus natura repraesentari quàm intelligantur, hoc est prius praesentes esse Deo secundum esse earundem intelligibile & cognoscibile, quàm sint apud Deum in esse cognito. Atque hanc earundem repraesentationem in essentia divina appellat Navarrettus rationem *formae habitualis*. Verba autem Aquinatis quaest. 19. art. 4. in corp. ad quae digitum intendere videtur Vasquez, haec sunt. *Praeexistunt effectus in causa secundum modum causae. Unde cum esse divinum sit ipsum ejus intelligere, praeexistunt in eo effectus ejus secundum modum intelligibilem, & per modum intelligibilem procedunt ab eo.* Quae quidem quàm nihil commodent causae Vasquianae satis manifestum est.

Sequitur Navarretti responsio ad argumenta Durandi quorum primum fuit, *Res ut intellecta, est exemplar quod artifex intuetur in productione ejusdem rei ad extra in rebus creatis. Arist. 7. Met. 10. Sanitas in materia fit à sanitate in anima; ergo eodem modo res objectivè existens in intellectu divino est idea sui ipsius secundum quod est à parte rei producta.* Ad hanc respondet Navarrettus, *Rem producendam non esse exemplar quatenus est intellecta, & quando Aristoteles dicit quod sanitas in materia fit à sanitate in anima, intelligit de sanitate secundum quod in anima habet esse spirituale & reale, à quo participat illud quod materiale est & à parte rei: hoc autem modo non dicitur sanitas secundum esse objectivum idea sanitatis, sed secundum illud esse reale quod habet intentionaliter in intellectu.* I.

Agnoscit itaque Navarrettus sanitatem in anima medici esse ideam sanitatis in materia; tantum negat sanitatem extra animam esse ideam suiipsius ut intellectam. Unde fit ut secundum Navarrettum sanitas in anima non sit sanitas in materia quam procurat Medicus ut intellecta. At contra hoc sic disputo, vel intelligit Medicus sanitatem quam procurare statuit, vel non. Si non intelligit, certè nec intendit; Nam ignoti nulla cupido. Sin intelligit tum sanitas quam procurat priùs erat in medico ut intellecta; & consequenter vel eadem fuit cum sanitate illa quam appellat Aristoteles sanitatem in anima, vel non. Si eadem sit, tum cum sanitas in anima statuatur idea juxta Navarrettum, sequitur etiam sanitatem producendam esse ideam ut intellectam, vel ut secundùm esse suum intelligibile in anima existentem. Sin diversa sit haec sanitas ab illa quam in animo esse dixit Aristoteles, tum cum & illa non aliter sit quàm ut intellecta (nam non eadem est realiter nisi in corpore sanandi, quae quidem omnia sunt extra animam medici sanantis) sequitur duas sanitates esse in anima ut intellectas, respectu unius hominis qui sanandus est, quod à ratione nimis alienum est. Ad haec sanitas intellecti ab anima quid aliud est quàm species repraesentans sanitatem; eadem autem species procul dubio repraesentat sanitatem quae procuranda est, quemadmodum etiam post sanitatem procuratam non alia sanitas intelligitur quàm sanitas procurata, nec aliter intelligitur jam procurata, quàm intelligebatur antea cum esset procuranda. Quod autem sanitati tribuit esse reale, quod scilicet habet intentionaliter in intellectu, singulari loquendi licentia dictum videtur. Nam esse quod habet intentionaliter, procul dubio est esse intentionale potiùs quàm reale.

Proximè proponit diluenda quatuor argumenta Scoti. Horum quartum idem fuit cum argumento Durandi praemisso. Primum autem sic fuit. *Idea est forma realis: at essentia divina, secundum esse objectivum in intellectu divino non est aliquid reale.* Horum duorum primi videlicet & quarti solutionem simul aggreditur Navarrettus, atque

In primis repraesentat solutionem à Cajetano propositam, *Is autem ponit* (inquit) *differentiam inter esse aliquid objectivè in mente artificis creati, & esse objectivè in mente divina; atque nihil reale participari ab intellectu artificis in objecto, sed solum denominationem rationis: at verò essentia divina* (inquit) *est objectivè in intellectu divino &* I.

propter

propter suam universalitatem gradi ut omnium rationum [illegible], atque adeo secundum se convenit esse objectivè in mente divina. Conjecturam in illis à specie quadam erroris vindicandum in se suscipit Navarretus, inquiens, *quamvis hoc doctrina Cajetani rejiciatur ab aliquibus, quia videtur ponere quod essentia divina sit idea prius habet esse objectivè in intellectu divino: tamen Cajetanus non intendit nisi declarare, quomodo hujus rationem nihil prohibet, quia dato quod essentia divina habeat esse objectivè in intellectu divino secundum quod est idea creaturarum, concomitante ministerio sunt terminata cognitionem divinam ad creaturas tamen idea aliquid reale.*

11. Secundo suam praedictorum aliquorum errorum solutionem expedit dicendo, *quod essentia divina non est idea quatenus formaliter aliquo intellectu sed quatenus in se ante cognitionem divinam habet imitabilitatem illam radicalem.* Hanc Navarretti sententiam jam pridem accepimus, cumque sine omni distinctione aut qualificatione proposuit in conclusione videlicet decima quinta, quam tamen sententiam hic sed juxta certam distinctionem temperandam esse judicat. *Nolumus* (inquit) *dicere quod ante omnem cognitionem seu actum intellectus divini essentia divina sit idea, hoc enim falsum esset; nam omne exemplar positum in intellectu sequitur ex vi actus intellectus; sed solum intendimus quod ante illum actum intellectus, quo comparatur essentia divina ad rem repraesentandam (quod ut diximus cum Ferrar. pertinet ad cognitionem reflexam) habet quod sit idea, & consequenter ante esse formaliter in intellectu divino. Et sicut quando praedicitur verbum anticipatum formaliter & explicite cognoscitur creatura veluti repraesentata [illegible] quando Deus praedicit (ut sic dicamus) exemplaria exemplar cognitionem eorum, antequam explicite cognoscat eadem exemplaria per comparationem ad exemplata talia exemplaria dicuntur idea. Igitur essentia divina, non dicitur idea creaturarum, quatenus formaliter habet esse objectivè in intellectu divino.* Atqui Navarretus ante haec professus est citra omnem distinctionem conclusione decima quinta, *Essentiam divinam secundum quod est idea creaturae producendae, & proxima causa ejus productionis, debere considerari ut antecedentem actum intellectus divini.* Et conclusione decima tertia, *Totum quod pertinet ad repraesentationem in idea desumi ex essentia divina quatenus antecedit cognitionem divinam.* Et in explicatione conclusionis decimae quartae. *Licet* (inquit) *essentia divina secundum quod idea practica non possit proximè causare, nisi determinetur per intellectum & voluntatem divinam, nihilominus dicimus in nostra conclusione, quod essentia divina quatenus initiative repraesentativa rei quae est producenda concurrit tanquam idea habet se ut proxima causa sine aliqua dependentia ab intellectu divino.* Ex hujus conclusionis probatione subjecit in haec verba. *Essentia divina in ratione ideae sive similitudinis creaturarum, & repraesentativa earum habet se ut objectum intellectus divini: ergo licet in genere causae efficientis participet efficaciam à voluntate divina, in genere tamen causae formalis communicat intellectui voluntati: ergo secundum se concurrit proximè in ratione ideae ad opus faciendum sine dependentia ab intellectu divino, quia sicut et causat sua proximam convenientia ideae, non est sub aliqua efficientia quatenus se habeat, sed sub illa formalitate objectiva & repraesentativa.* In ratione quidem ideae limitatae, nempe quatenus consideratur ab aliqua creatura imitabilis praecisè, jam professus fuerat essentiam divinam [illegible] cedere cognitionem divinam, [illegible] fuerat conclusione [illegible], quod [illegible] in explicatione conclusionis decimae quartae [illegible] (inquit) *secundum ergo essentiam, quae [illegible] est ratio ipsi intellectui divino repraesentandi [illegible] tendit cognitionem & comparationem [illegible] ab intellectu.* Quo modo igitur haec [illegible] de licentia, tantum Theologum in Scholis [illegible] tam foedam contradictionem praecipitem sedere? Nam si exemplar sequitur ex vi actus intellectivi, non habet repraesentationem suam sibi communicatam ex vi actus intellectus ut hoc dictum negabat in praecedentibus. Sed nec cognoscendo res producit Deus ideas rerum, ut hic contra Scotum respondet disserit Navarretus, sed ipsae ideae sunt ratio cognoscendi res ipsas; nam necesse est ut repraesentatur res intellectui divino priusquam cognoscatur; hoc autem ex per ideas. Potest autem nonnihil discrimen reperiri inter ideam & exemplar, & sane sano est adversitate quam se subducat Navarretus, de [illegible] tum ab ideis disputationem suam transferens ad exemplaria, nulla tamen inter ideas & exemplaria [illegible] dicata distinctione. Nam cum dixisset, *Nolumus dicere quod ante omnem cognitionem seu actum intellectus divini essentia divina sit idea, hoc enim falsum esset;* non dum rationem hujus dicti subjicit nullam [illegible] mentionem & loco ejus subjicit mentionem *exemplaris*, credens ut à specie contradictionis se liberaret. Nam (inquit) *omne exemplar positum in intellectu sequitur ex vi actus intellectus*, non dicit omnem ideam sequi ex vi actus intellectus, cujus contrarium jam saepius asseveraverat, sed *omne exemplar*. Exemplar autem communiter definitur, *id ad quod aspiciens artifex operatur*. Quare licet idea, sumendo eam ut est ratio quidditatis praecisè, praecedat actum intellectus, ut loquitur Capreolus, tamen sumendo eam ut exemplar ad quod aspiciens artifex operatur, nequaquam praecedit actum intellectus. *Exemplar* (inquit Capreolus) *dicit habitudinem repraesentativam & causalitatem exemplaris.* Utrumque horum, nempe tam repraesentatio quam causalitas in actu primo praecedere videtur actum intellectus, non tamen causalitas ejus in actu secundo, quia [illegible] exemplar ejusmodi est, ad quod aspiciens artifex operatur. Atque hunc in modum Navarretus rem illam explicat, controversia sexagesima sexta proximè sequente, proponens inquirendum *utrum essentia divina sit idea creaturarum prius apprehendatur à divino intellectu ut imitabilis à creaturis.* Nam postquam pro parte negativa disputaverat, argumenta quatuor, quorum primum sunt. *Essentia divina propter infinitatem quam in se habet est imitabilis à creaturis & continet in se creaturas & est exemplar earum, ergo ante apprehensionem illam* (nempe essentiae ut imitabilis à creaturis juxta formam quaestionis propositae) in conjectura etiam confirmatione subjicit aliam rationem in haec verba: *Similitudo & ratio exemplaris quae ponitur in divina essentia est aliquid reale: ergo convenit eidem ante illam apprehensionem; quia* (*ut* [illegible]) *ex vi apprehensionis, qua essentia divina apprehenditur per ordinem ad creaturas, solum consequitur in eadem essentia quaedam respectus rationis.*

Secun-

[illegible] argumentum [illegible] *[illegible] divina essentia non [illegible] quod sit ratio [illegible] creaturas secundum [illegible] apprehendatur [illegible] intellectu, at [illegible] vel ut [illegible]: ergo probatur antecedens quia si Deus cognoscit suam essentiam ut est similis creaturis, [illegible] ipsa similitudo [illegible] sicut si ego cognosco similitudinem Petri ut similem Petro, [illegible] ipsa similitudo in imagine.* Huic etiam subjicitur confirmatio, [illegible] addens argumentum [illegible]: *Deus (inquit) cognoscendo suam essentiam non facit ipsam [illegible] vel similem alio intellectu divino, [illegible] perfectionem, cognoscendo essentiam suam ut similem [illegible] habet talem perfectionem [illegible] intellectu divino: ergo [illegible] apprehensio [illegible] essentia divina ut similis.*

3. *Idea est Deo ratio cognoscendi: ergo cognitionem Dei [illegible] antecedens: ergo cognitio non est ratio idea, probatur [illegible] consequentia, quia alias idem respectu ejusdem esset causa & effectus.*

4. *Essentia divina secundum se est praesens intellectui divino [illegible] quod cognitionem creaturarum: ergo secundum se est exemplar creaturarum. Et confirmatur: quando beati [illegible] essentiam divinam, & in illa intuentur creaturas quae pertinent ad [illegible] essentia ipsa secundum se [illegible] creaturas, & [illegible] vel fit praesens intellectui beatorum: ergo similiter secundum se, & seclusa ordine ad intellectum divinum fit praesens [illegible] rationem repraesentandi creaturarum.* Illis [illegible] Navarretus ad [illegible] ad praetractatae contro[illegible] [illegible] conditiones [illegible], hoc unico [illegible], differentiam ponendam esse inter *conceptum quo cognoscitur res, & exemplar ejusdem rei, differentia autem hujusmodi est, (conceptus, inquit, [illegible] ad hoc [illegible] in intellectu in esse cognitae: verò exemplar addit, quod est [illegible] ad productionem rei quae per [illegible].* Obiter [illegible] nihil omnino [illegible] hac sententia Navarretti ([illegible] proponit, [illegible] veritatis [illegible] doctum [illegible] sententia Durandi. Neque vult rem ipsam (de cujus exemplari quaerimus) [illegible] differentiam proponit inter conceptum rei, [illegible] exemplar ejusdem [illegible] exemplar ejusdem rei [illegible] in ordine ad productionem rei [illegible], esse exemplar ejusdem rei. Itaque conclusio Navarretti;

Prima [illegible]: *Essentia divina secundum se & seclusa ordine ad intellectum divinum est similitudo creaturarum: probatur: [illegible] Essentia [illegible] intellectus divini ad [illegible] creaturarum [illegible]: ergo [illegible] est essentia similitudo creaturarum, probatur [illegible] quae essentia [illegible] in se ut esse intelligibilis & per [illegible] creaturas [illegible]. [illegible] ad cognoscendas creaturas, non habet Deus aliquid [illegible] praeter essentiam divinam: ergo [illegible] ratio cognoscendi ipsa: ergo [illegible] similitudo creaturarum, [illegible] continentur creaturae [illegible], in [illegible].* In hujus veritatis amplificationem [illegible] nonnulla addit Navarretus, quae [illegible] habent conditionem cum iis quae [illegible] ratione quarta pro parte negativa [illegible], quae tamen propter [illegible] [illegible]. Hic autem quae ibidem

[illegible] attigit, subori dissertatione [illegible], [illegible] essentiam divinam non solum intelligibilem esse secundum se, verum etiam intellectam. Hic [illegible] videas [illegible] ut [illegible] posse [illegible] ad explicationem alterius, quod obiter [illegible] ad Navarretum [illegible] causa quod [illegible]) *Essentiam divinam non solum esse similitudinem [illegible] creaturarum, sed esse similitudinem earum expressam.* Ad quod intelligendum obiter advertas, similitudo rei impressa apud intellectum creatum est species intelligibilis, rem intelligendam repraesentans ut intelligatur: similitudo verò expressa est res ipsa ut cognita, quod quidem fit per verbum. Pergit Navarretus in explicatione ejus quod dixerat. *Et quidem (inquit) [illegible] similitudo expressa, quia [illegible] verbum est [illegible] intellectionis* (hoc autem est res cognita seu res in esse cognito) *& habet esse ex [illegible], [illegible] oppositionem relationem cum principio intellectionis [illegible]* [illegible] est, cum principium intellectionis variè dicatur. Interdum enim species intelligibilis objectum intelligendum repraesentans dicitur principium intellectionis [illegible] extrinsecum, [illegible] intellectum [illegible] & [illegible] ipsa facultas intelligendi, una cum habitibus intellectualibus dicitur principium intellectionis [illegible] effectivum & intrinsecum. Essentia verò divina [illegible] officia, quae species intelligibilis apud nos, & non omninò realiter distinguitur ab intellectu, nec ullatenus indiget habitibus intellectualibus ad generationem verbi intellectualis. Ego verò [illegible] oppositionem relativam inter [illegible] verbum expressum apud nos, per quod fit res apud intellectum in esse cognito, & ipsum intellectum seu potius intellectionem activam qua res haec in esse cognito [illegible] quidem passiva denominatio est ex illa activa intellectione [illegible]. At verò inquit Navarretus, *essentia divina non est similitudo expressa creaturarum sub aliqua oppositione relativa, seu in quantum est verbum [illegible].* Nam verbum [illegible] est [illegible] prout [illegible] *essentia divina [illegible] ut terminus productus ex intellectione [illegible] similitudo creaturarum.* Sic Navarretus. At inquam [illegible] appareat, quomodo hoc fieri possit, nisi similitudo expressa creaturarum apud Deum prorsus alterius generis sit, quam similitudo expressa rei apud nos. Nam expressa similitudo rei ut verbum rei apud nos ejusmodi est quo res producitur in esse cognito. Quod si ejusmodi sit similitudo expressa creaturarum ut verbum earundem apud Deum, semper ut quo producatur creatura apud Deum in esse cognito, prorsus impossibile est ut hujusmodi similitudo expressa creaturarum seu verbum earundem antevertat cognitionem [illegible] independenter ab aliquo actu intellectionis. Videamus [illegible] aliquam prodesse possint illa quae [illegible] in ratione quarta Navarretti parte negativa quaestionis praesentis. Etenim [illegible] *essentiam divinam non solùm intelligibilem ad intellectum divinum, [illegible] etiam ut intellectam esse praesentem intellectui divino.* In hujus propositionis confirmationem subjicit inquiens: *Illis essentia divina quando actu intelligitur, [illegible] ad actum, [illegible] secundum se esse solùm intelligibilis [illegible]*

tia. Estque est hoc non modo verissimum, sed etiam maximè notabile discrimen, inter intellectionem divinam & nostram: nostra intellectio transit è potentia in actum, non sic intellectio divina. Sed essentia ejus cum nequaquam realiter distincta sit ab intellectu, & tamen sit summè intelligibilis, concipienda est tanquam lumen aliquod supernaturale & summè intelligibile, & summè intelligens, atque ita secundum se & per se non modo similitudo sui impressa ut intelligibilis, sed & tanquam species expressa ut intelligens, non habens opus intellectione distincta secundum quam fiat intellecta, atque ita in oppositione relativa posita cum principio intellectionis ut loquitur Navarretta: ipsa enim secundum se est principium intellectionis sui ipsius & consequenter etiam creaturarum ad unam omnium, atque ita expressa (nō impressa tantū) similitudo earundem; Licet nos secundum nostrum modum intelligendi concipimus prioritatem rationis inter essentiam divinam in esse intelligibili, & eandem essentiam divinam in esse intellecto; & consequenter etiam inter creaturas in essentia divina repraesentatas, prout consideramus ut intelligibiles quasi per speciem aut similitudinem impressam, & ut intellectae quasi per similitudinem expressam, quae dicitur verbum earundem. Progreditur Navarretta per similitudinē illustrando quod dixerat, Etenim inquit *essentia divina sicut non est verbum repraesentans totam creaturam tanquam similitudo essentialiter est verbum repraesentans creaturam expressè: & sicut non est dicendum quod essentia divina repraesentat totā creaturam praesupponendo aliquam cognitionem sed potius ut essentia in actualis cognitione repraesentat ita non est dicendum quod sit similitudo creaturarum media aliqua cognitione*. At inquā, esse similitudinem expressam creaturarum est formaliter ponere creaturas in esse cognito, quod fieri non potest sine cognitione in esse posita; verumtamen postea ut hoc non fieri apud Deum *media aliqua cognitione*, hoc enim denotat cognitionem aliquam supervenientem cognitioni divinae, quasi aliquid ab ea distinctum. At essentia divina est quasi lumen spirituale, & summè intelligibile, & summè intelligens sui; unde Nominales dicunt Deum esse similem notitiam sui ipsius rerumque omnium. Pergit Navarretta; *Praeterea, inquit intelligitur cum hoc ipso ad ipsum sensum, quod essentia divina antequam secundum nostrum modū concipiendi uniatur intellectui divino est similitudo creaturarum.* Certè ut similitudo impressa creaturarum tanquam intelligibiliū antequam uniatur intellectui, per quem actualiter intelligantur; At ut sit similitudo expressa creaturarum tanquam in esse cognito & actu intellectarum, priusquam uniatur intellectui quidem non fieri potest: Nam sicut antequā consideretur essentia divina tanquam unita voluntati non possunt repraesentari in esse volito; sed duntaxat in esse earundem possibilitas etiam antequam uniatur intellectui non possunt considerari tanquam actu intellecta, sed duntaxat tanquam intelligibilia. Fateor tamen non communicari similitudinem istam rerum essentiae divinae ab intellectu divino, aut media unione cum intellectu, quia hoc omninò evinceret transitū aliquem fieri in divina essentia, à non intelligendo ad intelligendum. Sed fortè reponat aliquis; pari per omnia ratione essentiam divinam non esse similitudinem futurorum media sua unione cū voluntate divina, sed antequā illi uniatur. Itaque respondeo, extra controversiam [illegible] esse nullam rem apud Deum statuendam esse tanquam volitam ante actum voluntatis, nec ullam rem [illegible] ipsam essentiam divinam ponendam esse tanquam [illegible] ante actum intellectus; verumtamen [illegible] hoc dicta sunt ad Navarrettam explicandum, [illegible] potuit convenientè praesenti controversiae [illegible] dendum dicta sunt. Quod potissimū [illegible] detur illud est, supra dictum fuit, si similitudo rerum essentiae divinae communicaretur ab intellectu divino, vel media unione cum intellectu, hoc evinceret in essentia divina transitū fieri à non intelligendo ad intelligendum. At inquam, cur non pari ratione si similitudo futurorum essentiae divinae communicetur à voluntate divina, vel media ejus unione cū voluntate, hoc evincat in essentiā divina transitum fieri à non volendo eas ad volendum eas. Ad hoc atque respondere [illegible] discrimine inter intellectum & voluntatem, Nempe intellectus divini operatio necessaria est, quippe qui naturaliter & necessariò fertur in omne intelligibile. At operatio voluntatis libera est, quippe quae nec naturaliter nec necessariò fertur in omne quod est volibile. Quare essentia divina natura sua est intelligens actu creaturum omnium intelligibilium in essentia sua praesentatarum; At non est natura sua volens res omnes volibiles in essentia repraesentatas. Sed undiquāque in dubium vocetur, utrum intellectus non tribuat essentiae divinae ut sit similitudo rerum possibilium quoad quidditates ipsarum nemo tamen in quaestionē vocat, an non etiam voluntas Dei tribuat essentiae ut sit similitudo rerum futurarum. Nam procul dubio voluntas divina adtribuit essentiae divinae praeter volitionem actualem, & consequenter tribuit ipsis futuritionem. Sed reponet quis per voluntatem fieri ut repraesentur futura, & similitudo rerum nihil aliud est quàm repraesentatio earundē. Respondeo, similitudo verū in Deo est essentiae divinae immutabilitas creaturis, quatenus sibi, quidditas divina, continet perfectiones rerū quidditativas. At immutabilitas ista hucusque non habet respectum formationis rerum atque quidē tantùm est denominatio rationis ab aeterno consequens res ipsas propter esse volitum ipsarum apud Deum. Ergo futuritio rerum originatur à volitione divina, tanquam omnem ejus rēalitatem continente. Immutabilitas autem essentiae divinae non procedit respectu volitionis divinae. Sed volitio divina est conditio necessariò requisita, ad immutabilitatem essentiae divinae reddendam ad actū, producendo videlicet creaturas in essentiae divinae imitationem. Si quaeras obiter, quomodo fiat ista divinae essentiae imitatio; haec est alia quaestio, & tamen fateor admodum [illegible] [illegible], verumtamē respōdent quidam ex Capreolo, imitationem fieri essentiae divinae quatenus imitatio fit rerum in essentia divina repraesentatarum, hoc est rerum in essentia divina contentarū non formaliter sed eminenter, atque ita eadem quasi relucentium per repraesentationem quidem sed admirabilem, & licet à nobis pro eo quo sumus ingenii modulo pronius insu-

[illegible] mutabilem. Sed pergit Navarretus ad conclusiones alias formandas, & nos eum eo pergamus.

2. *Secunda conclusio. Essentia divina non exercet rationem ideæ respectu ipsius Dei, nisi quando concipitur à Deo ut imitabilis à creaturis.* Hoc idem esse videtur quod antea dixerat in præmunitione de ratione scilicet exemplaris. Nam constituere vult assumptionem rei conceptæ ab artifice ad productionem rei repræsentatæ. *Probatur* (inquit) *Nam Deus respiciendo suam essentiam operatur res ad extra: ergo essentia tunc exercet rationem ideæ quando respicitur à Deo. probatur consequentia ex definitione ideæ suprà posita:* Illa autem definitio hæc fuit. *Idea est forma objecta intellectui intra ipsum existens ad quam respiciens artifex operatur. Addit difficultatem esse, utrum non solum quoad exercitium, verum etiam quoad essentiam seu rationem ideæ dependeat essentia divina ab apprehensione intellectus divini?* Partem affirmativam tueri videtur Navarretus, considerato tertiæ quam subjecit conclusionis genio.

3. *Tertia conclusio. Non potest intelligi essentialis ratio ideæ quin illa esse habeat subjective in intellectu, & consequenter essentia divina non habet rationem ideæ, antequam sit subjective in intellectu divino.* Esse subjective in intellectu, ni fallor, nihil aliud est quàm esse actualiter intellectum, nam esse subjective in intellectu est intellectui uniri juxta Navarretum sectione proxima, & communiter dici solet; intellectum dum rem actu intelligit, eandem imbibere; atque hac ratione animus intelligendo dicitur fieri omnia juxta Aristotelem. Præcedentis conclusionis probationem ex Cajetano subjicit in hæc verba. *De ratione exemplaris est, quod sit formaliter ipsum res mediante agente per intellectum. ergò antequam sit tale exemplar subjective in intellectu non habet in potentia proxima proprium concursum idealem, atque adeò non est essentialiter idea. Hinc concludit quòd licet essentia divina antequam intelligatur unita intellectui divino, sit similis creaturis, seu contineat creaturas per eandem similitudinem: tamen non est exemplar ideale, nisi supposita unione cum intellectu: alia est ratio similitudinis in communi, alia verò ratio similitudinis idealis.*

4. *Quarta conclusio. Essentia divina habet rationem ideæ, antequam ab intellectu divino apprehendatur ut imitabilis à creaturis in actu signato, non tamen antequam apprehendatur ut imitabilis in actu exercito.* Est fateor ista conclusio adeò obscura ut tenebris plusquam Cimmeriis obruta esse videatur. Dabimus operam ut lucem aliquam intelligentiæ causa ei præferamus. Tota difficultas in eo posita est, quid sit imitabile in actu signato; quid imitabile in actu exercito. Quod autem proximè subjicit Navarretus in hujus distinctionis explicationem, distinctionis præmissæ tenebras non tam discutit quàm confirmat & spissiores facit. Verbi gratia, cum sic conclusionem propositam illustrat. *Sunt conceptus quo concipitur res aliqua simul cognoscitur cum re ipsa, in actu exercito.* At inquam falsum est hoc; nam res aliqua cum concipitur, cognoscitur cognitione directa; at conceptus illius rei non cognoscitur nisi actione intellectus reflexa. Hanc anomaliam persensisse videtur ipse Navarretus, & proinde terminos mutat in illustratione proposita conficienda; & loco *conceptus rei* substituit *similitudinem rei* quasi ἰσοδυναμοῦν cum conceptu rei. Nec tamen mutatione tam prima patente refectioni. Itaque sic contexit illustrationem inceptam: *Et similitudo ipsa rei quæ se tenet ex parte conceptus simul concipitur cum re in actu exercito, & tamen in actu signato non potest cognosci talis similitudo nisi per specialem actum reflexum.* At inquam sive illa similitudo ex parte conceptus sit eadem cum conceptu ipso (alias cur proponeret argumentum indifferenter procedens sive de conceptu, sive de similitudine se tenente ex parte conceptus) sive sit distincta, simul tamen existens cum conceptu; falsum est quod asseritur à Navarreto, nempe similitudinem ipsam rei simul concipi cum re. Nam si conceptus ipse non simul concipitur cum re; (quippe cum res concipiatur actu directo, conceptus verò non nisi actu reflexo) certè nec similitudo se tenens ex parte conceptus simul concipitur cum re ipsa. Obiter tamen adverto, quod cognoscitur actu signato juxta mentem Navarreti nequaquam cognosci nisi per actum reflexum. Hoc autem refricat mihi memoriam ejus quod obscurius extulit controversia 3. sect. 4. dum ad arg. 1. & 4. Scoti missa Cajetani responsione suam accommodaret. Nam postquam respondisset in hunc modum, *Essentia divina non est idea, quatenus formaliter objicitur intellectui, sed quatenus in se ante cognitionem divinam habet imitabilitatem illam radicalem:* hujus correctionem apposuit in hæc verba; *Nolumus dicere quod ante omnem cognitionem seu actum intellectus divini essentia divina sit idea: hoc enim falsum esset, siquidem omne exemplar positum in intellectu sequitur ex tali actu intellectus.* (At hactenus nullam vel tenuissimam mentionem fecit cognitionis alicujus divinæ tanquam ad cognitionem ideæ ulla ex parte constituendam requisitæ, testes eo loci monitiones & conclusiones ejus superiores tanquam huic doctrinæ adversas exhibemus.) *Sed solum* (inquit) *intendimus quod ante illum actum intellectus, quo cognoscitur essentia divina ut rerum repræsentativa;* (quod ut diceremus cum Ferrariensi pertinet ad cognitionem reflexam; quod tamen à Navarreto dictum fuerit tale aliquid recordari non possum) *habet quod sit idea, & consequenter ante esse formaliter in intellectu divino.* Ex his manifestum fit actum intellectus reflexum requiri juxta Navarretum ad constituendam ideam. Constituitur ergo idea ante actum signatum idque per actionem reflexam intellectus, sed non ante actum exercitum. Unde colligitur actum illum exercitum vel præcedere constitutionem ideæ, vel saltem ad ideæ complendam rationem actualiter concurrere. Pergamus jam in prædictæ conclusionis sensu expiscando: imitabilitatem ideæ intellectam in actu signato melius exponit Navarretus dum quod de ea dixerat in conclusione probanda recipit. *Prima pars* (inquit) *conclusionis nota est, ex verbis suis. Essentia divina habet rationem ideæ antequam ab intellectu divino apprehendatur ut imitabilis à creaturis in actu signato.* Nam (inquit) *cognitio illa in actu signato præsupponit imitabilitatem ideæ, atque potentiam proximam quam habet ut Deus utatur illa ad producendas res ideatas, & consequenter in ea præsupponitur essentialis ratio ideæ:* Ergo imitabilitas in actu signato, est imitabilitas in potentia proxima, adeò ut non nisi jam demum Deus producere possit ad ejus exemplar res ideatas. Ad hoc autem (nempe ut constituatur in tali potentia

proxima ut Deus eam imitetur) requiritur aliquid circa quod reflectat actus intellectus divini. Nam actus signatus, uti jam docuimus, aut est actus reflexus aut cum actu reflexo. Illud autem in quod reflectitur actus intellectus, nihil aliud est quam intellectus ipse aut actio ejusdem. Ergo ad complendam ideæ rationem requiritur actio intellectus juxta Navarretum; & sanè passim profitetur Aquinas essentiam quidem divinam esse ideam rerum, sed ut à Deo cognitam sive intellectam tanquam imitabilem à creaturis. Navarretus verò nullam ferè hactenus rationem habuisse videtur cognitionis divinæ, tanquam ad naturam ideæ integrandam necessariò requisitam. Nunc demum hujus cognitionis meminit, quod fateor edicendum fuisset (nam unicuiq; arbitrio suæ sententiæ propositionem tempestivam libenter remittimus) verum in conclusionibus superioribus ea struebat perpetuò Navarretus quæ huic doctrinæ in adversum ferri videbantur omnia. Potior tamen (ut fatear quod res est) esse videtur hæc ejus sententia posterior; nempe ad ideæ rationem integrandam duo requiri in mente divina; 1. Primò divinæ essentiæ imitabilitatem in creaturis. 2. Secundò hujus imitabilitatis cognitionem in mente divina; vel sic similitudinem rerum in essentia divina, & hujus similitudinis cognitionem in mente divina. Et cum ante hanc cognitionem sicut & ante actum exercitum, ideæ ratio completa non sit; videtur actus ille exercitus apud Navarretum, nihil aliud esse quam integralis ideæ notionis completio, per quam nunc primum dicitur exercere completam rationem ideæ; quemadmodum rem exulit conclusione secunda hic inquiens; *Essentia divina non exercet rationem ideæ* (puta completæ ac nimirum (ut signo saltem) contradicat conclusionibus continuò etsi præcedentis) *respectu ipsius Dei* (ut sic immediatè procedere possit ad res juxta eam tanquam exemplar producendas) *nisi quando cognoscitur à Deo ut imitabilis à creatura.* Nam idea non requiritur nisi in agentibus per intellectum: Sic licet agentia naturalia similem sui formam progenerant, non tamen agunt secundum ideam, quia non agunt per intellectum, & consequenter non conformat effectum quoad instar formæ interiùs conceptæ. Idem liquet, (nempe hanc esse Navarreti sensum) ex conclusionis propositæ partis posterioris probatione, saltem verbis ejus extremis, ubi rationem reddens, *quare divina essentia non habeat rationem ideæ antequam apprehendatur ut imitabilis in actu exercito; Quia* (inquit) *nisi interveniat apprehensio ex parte artificis, qua concipiatur idea ut imitabilis ab artificiato, non dabitur idea in mente artificis.* Itaque sensus est, Ad rationem ideæ requiri non modò ut sit imitabilis ab artificiato, verum etiam ut concipiatur ab artifice tanquam imitabilis ab artificiato. His optimè consonant quæ sequuntur apud Navarretum cum ait, *Confirmatur, & explicatur: Si enim aliquis habeat in suo intellectu verum exemplar alicujus artificiati, non tamen apprehendat ipsum ut imitabile ab artificiato, tale exemplar secundum se imitabile est, & tamen non habet rationem ideæ respectu hujus artificiati; quia artifex non concipit ipsum ut imitabile, & per comparationem ad* [illegible] *eandem.* Advertatur ulterius [illegible] Navarreti cum ait *per comparationem ad opus faciendum.* Ante dixerat ad rationem ideæ (puta completæ) requiri *ut adaptetur intellectui artificis.* Hic verò vult ideam requirere comparationem ad opus; utraque conjungenda sunt ut sensus plenior habeatur. Nempe debet per intellectum adaptari ad opus (hoc est debet intellectus cognoscere eam, comparando non ad ideatum, cognoscendo imitabilitatem radicalem quam ex se habet, hoc est imitabilitatem in potentia remota; Sic enim loquitur ultra explicatione imitabilitatis secundum actum exercitum. *Imitabilitas* (inquit) *in actu exercito est quando intellectus cognoscit essentiam comparando tamen ad ideatum non formaliter* (neque enim essentia divina est formaliter imitabilis à creaturis) *sed solum cognoscendo imitabilitatem radicalem quam ex se habet.* Hæc autem imitabilitas in actu exercito procul non alia esse videtur, quàm imitabilitas in potentia proxima. Etenim duo requiruntur ad imitabilitatem in potentia proxima. 1. ut sit idea contra sua imitabilis. 2. quia non est imitabilis nisi ab agente per intellectum, ideò debet cognosci ut imitabilis. Neque enim imitabilis est naturaliter producentium enim naturaliter ac causaliter exercentium nulla sunt ideæ. Verissimum igitur est, essentiam divinam non habere rationem ideæ antequam apprehendatur ut imitabilis. Nec omninò opus erat ad hujus sententiæ propositionem distinctione illa quam lectoribus intoxicandis obtrudit Navarretus de actu signato & exercito, quæ quidem tanquam Davus aliquis perturbat omnia; cujus tamen sensum tandem aliquando eruimus & in apricum produximus. Imitabilitas enim in actu signato est imitabilitas cognita, idque secundum completam ejus rationem, posita videlicet non modò in simplici ideæ imitabilitate radicaliter naturæ suæ ipsi competenti, sed & in cognitione istius imitabilitatis super quam reflectit actus signatus. Imitabilitas verò in actu exercito, est imitabilitas jam primùm facta completa, adeò ut jam completam suam rationem exercere possit. Fit autem completa per apprehensionem imitabilitatis incompletæ, quâ scilicet idea divina imitabilis ab ideato, & essentia divina imitabilis à creaturis. Atque sic tandem enucleavimus Scotini istius dissertatoris conclusionem suo obscuritatis vitio per paroxysmos, tanquam morbo comitiali laborantis. Superest ut illo caliginosissimis obice remoto cum Navarretto pergamus. *Tertiò* (inquit) *idea debet esse in mente artificis artificialiter* [illegible] *: sed hoc modo artificialiter consistit in eo quod artifex cognoscat illam proportionem ideæ ad ideatum secundum imitabilitatem ejus.* Certa controversia est, ideam in mente artificis esse formam cognitam idque tanquam imitabilem ab ideato. Veruntamen hoc meo judicio nequaquam sufficit ad ideæ rationem complendam. Etenim idea tantum est in mente artificis secundum completam ejus rationem: At qui non est artifex potest apprehendere formam eamq; tanquam imitabilem ab ideato; quia tamen [illegible] ipsam non sit forma [illegible] exteriùs absolvere in materia aliqua, neque gratia

est

imitabilis idea. Ergo ad rationem ideæ necesse est ut agens per intellectum aliquam formam quam concipit & imitabilem esse ab aliquo in genere exemplaris, & ab ipso qui formam concipit imitabilem esse in genere efficientis.

Quinta conclusio. Ex vi apprehensionis & qua in præcedenti conclusione non habet essentia divina substantialem rationem ideæ, ostenditur. Essentia divina ex se est imitabilis à creatura, & ex perfectione infinita quam habet ante apprehensionem ut declaratum est controversia præcedenti; ergo. Itaque aliud est quod requiratur apprehensio, ut essentia habeat rationem ideæ (sicut dictum est conclusione præcedente) aliud verò quod ex vi talis apprehensionis habeat rationem ideæ. Et sic declarantur aliqua dicta quæ videntur sibi contraria: nam ex una parte verum est & ad mentem Thomæ dicere, quod est necessaria apprehensio essentiæ divinæ secundum quod est imitabilis à creaturis, ut essentia dicatur idea creaturarum: & ex altera parte est dicendum, quod quia essentia divina ante intellectum divinum est imitabilis à creaturis, cognoscitur ut sic imitabilis, & consequenter intellectus illa non participatur in essentia ex apprehensione intellectus, sed potius essentia confert intellectui, ut ipsam apprehendat tanquam imitabilem.

Ex his facilè conciliantur ea quæ proponuntur in argumento à principio adducto.

Supponit Navarretus substantialem rationem ideæ esse ut sit imitabilis ab eo quod respectu illius dicitur ideatum. Verum aut ego plurimum fallor, aut plurimum fallitur Navarretus. Quid enim? nonne omnia agentia naturaliter dum producunt simile, aut generant simile, dici possunt formam suam imitari? Quia tamen naturaliter tantum imitantur formam suam quod sui simile est producendo, non autem intellectualiter, aut intelligenter imitantur; ideò naturaliter agentium idearum loco non sunt formæ suæ. Nempe ad rationem ideæ complendam duo requiruntur, primum ut sit forma imitabilis; secundum ut sit in agente per intellectum, ab agente per intellectum cognita tanquam imitabilis, idque ab ipso quæ format ideam; aliquin illi non erit idea, licet fortè forma alteri, videlicet artifici. Sed fortè vocem [imitabilis] propriè sumit Navarretus, quatenus scilicet denotat imitationem rationalem. At nunquam hæc ratione fieri non potest ut dicitur imitabilis nisi ratione apprehensionis. Nam licet forma natura sua sit imitabilis passivè, tamen ista potentia nunquam reducitur in actum sine imitatione activa, & ad activam imitationem necessariò requiratur apprehensio; pari rationis analogia necessariò requiri videtur apprehensio, ut forma illa idealis dicatur imitabilis completè. Pro Navarreto dici potest, cum vox imitabilis tantum denotet potentiam, & ad completam istam potentiæ rationem sufficiat & intrinseca conditio formæ idealis, & potentia cognoscendi in Artifice; non necessariò requiri apprehensionem actualem. Concedi potest id hoc; interea concedendum etiam est, fieri non posse ut imitatio fiat, nisi & forma imitabilis sit, & tanquam imitabilis apprehendatur.

Solutio argumentorum in initio positorum hujusmodi est.

1. Ad primum. Essentia divina est per se imitabilis in potentia remota, sed non nisi ut intellecta est imitabilis in potentia proxima; idea enim non est nisi in agente per intellectum. Esto; sit in essentia divina similitudo creaturarum exemplaris; At fieri non potest ut ad hanc similitudinem fiat aliquid exemplariter, nisi apprehendendo [illegible] & considerando similitudinem illam.

Atque hoc ipso occurrimus argumento secundo quod ex Richardo desumptum fuit. Ad confirmationem, ut fiat imitatio essentiæ divinæ à creaturis, duo requiruntur, alterum ut essentia divina sit imitabilis, alterum ut essentia divina sit imitativa sui scilicet in genere causæ efficientis; At non est imitativa sui nisi per cognitionem; Etenim imitatio est propriæ actus agentis per intellectum.

3. Ad tertium: recurrit ad rationem cognoscendi res, sufficit essentia Dei ut repræsentans creaturas; at imitari essentiam suam exemplariter non potest sine cognitione.

4. Agnoscimus essentiam divinam esse tanquam lumen aliquod spirituale summè intelligibile, & summè intelligens. Nec intelligendo se aliaque omnia in se ipso transire è potentia in actum; quo tamen non obstante secundum nostrum intelligendi modum illæ variæ notiones sunt, & prior est notio rei tanquam intelligibilis quàm tanquam actu intellectæ. Quam tamen prioritatem, tantum prioritatem rationis esse dicimus, non realem.

Proximè Cajetanum vindicat Navarretus à corrupta sententiæ ipsius interpretatione Vasquesii, Quippe quia licet Cajetanus diceret, quod super impossibile essentia divina non esset in potentia cognita, & esset objecta suo intellectui, salvaretur ratio ideæ, non tamen hinc sequitur Cajetanum existimasse, antecedenter esse omninò essentia divina intrinsecè consistere in ipso Deo, ut haberet rationem ideæ; quemadmodum ei Vasquez imposuit.

Ex superioribus duo consectaria deduxit, quorum posterius momentosum est adversus Vasquii sententiam quæ Jesuitarum est communis.

Sequitur, inquit, quod quando dicitur, quod essentia divina ut esse cognita ab intellectu divino est idea creaturarum, non debet intelligi de cognitione essentiæ qua intellectus divinus reflectitur super ipsam, & cognoscit illam ut imitabilem à creaturis, sed cognitione directa, qua cognoscuntur creaturæ in essentia cognoscitur ipsa essentia sub illa imitabilitate. Navar.

Hæc diversitas (inquit) contra Vasquez. cap. 2. ut ponentem differentiam inter verbum seu speciem expressam in mente artificis, & essentiam divinam quatenus est species seu verbum creaturarum. Nam verbum in mente artificis non videtur, ut in ipso res videatur, & ipsum illam aliquid artifex operetur, sed alia quadam reflexione cognoscitur, imperfectè etenim. At essentia Dei prius videtur à Deo, quàm in ipso ut verbo & specie videantur à Deo creaturæ. Quare artifex ut dicatur operari per ideam interiorem, non debet prius reflexa operatione intueri, aut cognoscere suum verbum, sed solum atque ipsum quatenus apprehendit, instar cujus fieri debet opus externum. Deus autem ut cognoscat creaturas quas facturus est prius intuetur suam essentiam quæ velut verbo expressa sunt; quia essentia divina semel est primarium objectum & verbum seu species objecti secundarii, hoc est creaturarum. Cùmque ex eo quod essentia Dei sit ipsum Deum sive ipsius intelligentis, reddat etiam intelligentem creaturarum, idea respectus ille quo Deus suam essentiam

 intui-

imitetur, conducere videtur ad rationem idea, ut ad eam primum aspiciens dicatur, deinde fuisse creatura instar illius Ideâ, nempe Vasquez. Contrà sic Navarrettus nihilominus hac opinio non est vera: imò verò ut essentia divina habeat rationem idea, minime petitur, quod cognitione reflexa Deus apprehendat ipsam sub eadem cognitione, quia directè cognoscit suam essentiam ut imitabilem à creaturis in actu exercito, etiam constituitur ratio idea: Sicut etiam idea quam Artifex format, fieret directa cognitione qua cognoscit exemplar ut imitabile ab artificiato. Ratio hujus est manifesta; nam pluralitas actuum reflexorum non est ponenda sine necessitate: Ad hoc autem quod essentia divina sit formativa intellectûs divini, ut instar illius producantur creatura, non est necessaria aliqua reflexio. Ex altera verò parte hac cognitio est omnino necessaria, quia non salvatur quod artifex operetur per intellectum movendo se & operando artificioso modo, nisi aspiciat ideam quam imitatur in opere.

Confut. Nihil est quod in istis non probem. Quæ sequuntur meo judicio non sunt ideæ cognata veritati.

Navar. *Displicet quod ait Vasquez, verbum in mente artificis non esse ideam: sed objectum ipsum quod proponit imitandum esse: In Deo autem, ejus essentiam esse ideam creaturarum, non rem ipsam objectivè præsentem. Quoniam, (inquit) ad rationem idea requiritur etiam ut opus factum proximè non remotè tantum imitetur: quodcunque autem opus artificis, proximè imitatur rem objectivè præsentem intellectui; illa enim distinguitur ab opere. Sed opus remotè tantum imitatur verbum aut speciem conspectam in mente artificis ratione rei repræsentata cui proximè assimilatur. Ideoque idea operis est res apprehensa ab artifice, non species expressa seu verbum illius. At quia creatura quæcunque, qua est opus summi artificis Dei non imitatur rem objectivè præsentem intellectui divino, quia hac est ipsemet creatura eodem modo apprehensa, quo ipsa futura est, & idem non imitatur seipsam ideò recta objectivè Deo præsens, non est idea creatura producenda. Hac sententia (inquit Navarrettus) est planè falsa & supra impugnata ex parte; & quidem nulla penitus differentia est inter ideam divinam & creatam quoad rationem exemplaris existentis in intellectu, & formantis ipsum ad productionem talis rei instar talis idea.*

Confut. Cum Navarretto sentio, nullam hac ex parte subesse differentiam, inter ideam divinam & creatam. Verum quæ meo judicio à vero aliena sunt in hac speculatione Vasquiana primum edisseram; deinde de refutatione eorundem à Navarretto repræsentata quid sentiam exponam. Quatenus opus imitatur ideam, probabilius videtur rem in essentia divina repræsentatam statuendam esse ideam, quàm ipsam essentiam. Etenim opus potiùs imitatur rem in essentia repræsentatam quàm ipsam essentiam. Etiam res in essentia divina repræsentata perinde distinguitur ab opere, atque res in specie repræsentata apud intellectum creatum. Opus autem non remotè quidem imitatur verbum aut speciem expressam existentem in mente artificis. (De ejusmodi autem specie loquitur Vasquez, uti posteà repetit; nec alia species quàm species expressa eadem est cum verbo.) Ratio est, quia hujusmodi species seu verbum nihil aliud est quàm intellectio actualis. At opus non omninò imitatur actum intellectus. Nulla enim omninò similitudo est inter actum intellectûs & formam materialem per artificem elaboratam. Superest igitur ut sola rei repræsentatio sit assimilatio. Nec tamen, ut hoc aliter monstrem, rationem ullam teneo, quare per cognitionem dicantur res cognita repræsentari; quoniam cognitionem fit rei repræsentatio; cognoscuntur quemadmodum ante visionem corporalem, repræsentatur corporale aliquid ut videatur; quàm per cognitionem repræsentari dicatur: quoniam enim repræsentaretur nisi ut cognosceretur. At minimè decorum est affirmare rem dum cognoscitur repræsentari ut cognoscatur. Verùm transeat illud. Eadem per omnia ratione, nec opus Dei dicendum est imitari verbum ejus sive cognitionem rei actualem. Neque enim ulla est similitudo inter cognitionem Dei & creaturarum. Potiùs dicendum est, imitari essentiam Dei quatenus repræsentat opus illud faciendum, vel opus ipsum sive rem ipsam in essentia divina repræsentatam. Nec obstat quod sit eadem cum re à Deo facta seu facienda; sic enim & res apprehensa ab artifice creato eadem est cum re ab ipso facienda. Neque enim rem unam faciendam apprehendit & facit aliam; nam licet eadem sit, hoc est, non alia realiter, est tamen eadem duntaxat intelligibiliter, seu secundum esse intelligibile. Idem autem secundum esse intelligibile optimè poterit esse ejusdem idea secundum esse ejus reale. Et admodum rationabile est, ut res secundum esse reale imitetur eandem rem secundum esse ejus intelligibile. Verum jam videamus Navarrettum.

Navar. *Sicut in mente divina idea est conceptus & actus realis, ita in mente artificis creati est forma realis actuans intellectum, & constituens ipsum aptum ad operandum secundum principium sibi intrinsecum. Itaque si respectu artificis creati non esset idea forma realis actuans intellectum realiter, fieret consequens quod opus artificiatum non procederet à principio intrinseco tenente se ex parte artificis; quod tamen falsum est. Sicut enim in opere naturali datur principium intrinsecum influens in operationem, ita in opere artificioso debet dari principium intrinsecum influens realiter in operationem, qua artifex operatur, quod non potest esse aliud nisi forma realis actuans intellectum.*

Confut. Valetur itaque cum Vasquio facere Navarrettus, quod attinet ad idea rationem in mente divina; dum scilicet ait Ideam esse conceptum & actum realem. Si tantùm conceptum vocasset, indifferenter exponi potuisset, tàm de conceptu objectivo, quàm de conceptu formali, quemadmodum distinguit Suarez; verum Navarrettus appellat ideam etiam actum realem in Deo, quasi ipsam rerum cognitionem in Deo cum Vasquio agnosceret ideam rerum. Nos verò cum Durando dicimus, tam contra Navarrettum (si sic sentiat) quàm contra Jesuitas: Deum nequaquam producere creaturas ad similitudinem cognitionis suæ, sed potiùs ad similitudinem essentiæ suæ; ergo essentia divina (licet ut cognita) potiùs statuenda est idea creaturarum, quàm cognitio divina. Rursus si cognitio divina esset idea rerum quatenus ab iis imitabilis, etiam cognitio Dei ut cognita tanquam imitabilis à creaturis esset idea earundem. Hoc autem pertinet ad actionem reflexam. Quam tamen ad ideæ constitutionem nequaquam requiri jam docuit Nava-

Navarretus corollarium illud suo quod supra proposuit tanquam momentosum aliquid continens: *Sequitur, inquit, [illegible] quod quando dicitur quod essentia divina ut cognita ab intellectu divino est idea creaturarum, non debet intelligi de cognitione reflexa, qua intellectus divinus reflectitur super ipsum, & cognoscit illam ut imitabilem à creaturis, sed cognitione directa, qua cognoscuntur creaturæ in essentia, cognoscitur ipsa essentia sub illa imitabilitate.* Ubi advertas obiter, essentiam divinam ut cognitam tanquam imitabilem à Navarretto statui ideam rerum, non autem cognitionē divinam creaturarum; intellectumq; divinum nequaquam reflecti super cognitionem divinam tanquam imitabilem, sed opus esse duntaxat cognitione divina directa, quæ fertur in essentiam divinam tanquam imitabilem à creaturis. Quare rursus reflecto oculos in Navarretum loco præsenti differētem ut intentius advertam an eo spectent verba ejus, ut cum Vasquio credat, divinam cognitionem esse ideam rerum, dum appellat ideam actum in Deo realem. Itaq; secundùm cogitationes occurrit, actum realem optimè tribui posse ipsi essentiæ divinæ, tanquam congruentem ejus denominationem. Est enim essentia divina non potentia, sed actus etiam realissimus. Rursus adverto Vasquium in istis quæ refutanda sibi proponit Navarretus, nullam mentionem facere cognitionis divinæ, sed duntaxat essentiæ divinæ, quam rerum ideam esse contenditur: verba ejus ut à Navarretto proposita hæc sunt. *Dicit Autor* (Vasquius) *verbum in mente artificis non esse ideam, sed objectum ipsum quod sibi proponit imitandum, ideam esse; in Deo autem ejus essentiam esse ideam creaturarum, non rem ipsam objective præsentem.* De idea apud Deum nusquam dubitavit Navarretus, quin statuenda esset ipsa essentia divina, quam hic vocat conceptum & actum realem. Et totus est hic loci Navarretus in refutatione eorum quæ dixerat Vasquez de idea apud artificem creatum. Nempe hanc etiam esse vult formam realem realiter affirmantem intellectum; alias, inquit, *opus artificiosum non procederet à principio intrinseco tenente se ex parte artificis.* At inquam sufficit artifici ad procedendum artificiose ut rei faciendæ formam habeat secundùm esse ejus intelligibile; & diserte profitentur [illegible] Aquinatem ideam in mente artificis esse formam illud quod intelligitur. Sed progrediamur Navarretus.

Navarr. *Confirmatur: Si enim artifex imitatur rem secundum quod repræsentatur per conceptum, vel secundum quod est objective in intellectu, sequitur quod ex parte intellectus non superadditur aliquid, quod simul concurrat cum [illegible] consequens autem est falsum. Nam ut intellectus, qui est potentia apprehensiva, debet superaddi forma ex parte potentiæ; debet ergo actuari per formam superadditam ad producendum actum in [illegible] genere intelligibilium, quæ forma correspondeat [illegible]. Nec sufficit dicere quod hoc principium sit ars, quæ est in mente artificis, &c.*

Refut. Imò inquam per accuratam cognitionem rei faciendæ, sufficienter provideri videtur intellectui, ad concurrendum, cum ipso concursu ad exemplatū producendum requisito. Etenim modò exemplatum sive rem ideatam talis forma producat qualem conceperat, salva res erit. Hujusmodi autem ideam libenter ab arte ipsâ distinguimus. Neq; enim cujusvis est, secundum formam domus faciendæ conceptam operari, sed duntaxat Architecti. Ideam fateor esse operativam non tamen in genere causæ efficientis propriè dictæ, sed duntaxat in genere causæ exemplaris, quæ tamen reducitur ad efficientem, sed efficiens est duntaxat per modum directionis, quid & quomodo faciendum sit; vel potiùs & accuratiùs quid faciendum sit tantùm, quomodo autem faciendum sit dictat ars cuiq; in genere suo: qui quidem habitus artis magis propriè dicitur effectivus quàm exemplar: quippe cum habitus principium sit transmutationis; exemplar verò duntaxat principium est directionis.

Veruntamen ut ingenuè fatear quod res est juxta posteriores animo meo subeuntes cogitationes. Fortè verum est quod contendit Navarretus, nempe formam idealem, licet rem faciendam repræsentet, non tamen dicendam esse formam rei faciendæ, sed potiùs formam ad cujus similitudinem fiat ideatū. Nam forma rei materialis in animo, propriè dicitur forma à re materiali accepta ab extrinseco, & forma intrinsecus ab intellectu imbibita. At quoties Artifex formas apud animum suum fabricat, non eas accipit ab extrinseco; licet per partes acceperit, quandoquidem intellectualis illa formarum fabricatio, nihil aliud est quàm specierum à rebus extrinsecis acceptarum, per phantasiam temperatio, in quibus relucet nova aliqua forma quæ repræsentetur intellectui; eamq; postquam imbiberit intellectus, proponit sibi Artifex ad imitandum in materia aliqua extrinseca. Veruntamen meo judicio negari non potest speciem à re per artificem producta acceptam nequaquam differre specie à specie illa quæ repræsentabat intellectui formam, ad cujus similitudinem fieret aliquid externum.

Rursus ad formam conceptam quod attinet cōparatione facta cum forma ad cujus similitudinem producta; non est univoca secundum Aquinatem. Sic enim legimus apud Capreolum 1. dist. 2. quæst. 1. disserens enim de iis quæ requiruntur ad univocationē; postquam dixisset ad univocationem non sufficere quod sit idem nomen & idē conceptus intellectus, nisi ille conceptus *æqualiter repræsentet omnia quæ illo conceptu concipiuntur, cujusmodi* (inquit) *non est de aliquo conceptu communi Deo & creaturæ, aut decē generalissimis*; mox addit, *Item diversitas in essendo impedit univocationem, sicut sit univocatio,* (inquit) *exemplificatur 1. contra Gentes cap. 32, de domo quæ est in mente artificis, & de domo quæ est in materia.* Rationem hujus addit Ferrariensis, quia scilicet *in mente habet esse immateriale, in materia verò esse materiale.* Et cum Aristoteles in prædicamentis univoca definiat, ut sint ea *quorum ratio substantiæ est eadem* monet Ferrariensis, hanc rationis identitatem intelligendam esse & *secundum formam & secundum essendi modum*; Atq; propter hoc addit Thom. de verit. quæst. 27. art. 7. *Duo possunt convenire effectus univoco, scilicet quod similitudo effectus sit in causa, & secundum esse naturale & secundum eandem rationem.* Veruntamen

minimè opus fuit definitionem univocorum Aristotelicam ad istiusmodi scrupulosam calculationem revocare; cum ipse profiteatur ad univocationem logicam sufficere rationis identitatem; quippe secundum quam corpus dicitur univocè de corpore cælesti & sublunari; licet secundum esse differre ponantur, juxta Aristotelem, quippe cum sublunare sit corruptibile, non sic cæleste. [illegible] fatetur loqui de univocatione physica. [illegible] 34. profitetur idem Ferrariensis Aristotelem in illa univocatū definitione loqui de univocatione [illegible] logica. Adeò ut profectò causa videam [illegible] apud contentiosum futurum [illegible], [illegible] sententiæ suę tenacior sit, quā obsequentior alienæ.

CAPVT QVARTVM.

DE IDEIS absurda Suaresii sententia.

Suar. *EX his ergo dicendum est primò, Deum per Ideas suas & rationes rerum quas habet, cognoscere futura contingentia. Probatur, quia cognoscit Deus hæc futura per scientiam quam in se habet: sed in ea scientia continentur rationes & Ideæ rerum: Imò idea nihil aliud est quam ipsemet actus sciendi ut repræsentans rem existentem. Et ita in hoc nulla potest esse controversia, quantum ad rem spectat. Solum quoad nomen est advertendum, Ideam propriè denotare habitudinem causæ, & sub hac consideratione futura ut futura non cognosci per Ideas, ut Ideæ sunt. Nam ut infra dicam, scientia futurorum ut sic, non est causa futuritionis eorum. Dicunt ergo hæc futura sciri per Ideas, quatenus eadem scientia in quā sunt exemplaria rerum quas Deus producit, quæ repræsentant easdem res secundum se & ut possibiles, eadem (inquam) repræsentat illas etiam ut futuras, statim ac futuræ sunt, sine ulla additione reali quæ illi scientiæ fiat, ut alias latè diximus disp. 30. Metaph. Ex hoc etiam intelligitur conclusionem positam in rigore procedere in his futuris, quorum Deus est Auctor: illa enim sola in Deo habent propriam Ideam, ut excludantur futura peccata quatenus mala sunt: nam sicut illorum Deus non est causa, ita nec propriè dicitur habere illorum Ideam, quantum ad habitudinem causæ; sed dicitur hæc cognoscere per Ideam bonorum, ut latiùs 1. part. q. 15.*

Refut. SI Idea sit ipsa rerum futurarum scientia divina, ecquis sobrium esse putet Suaresium dum profitetur Deum cognoscere futura contingentia per Ideas? Quod perinde est ac si diceret, Deum cognoscere futura contingentia ex eo quod futura contingentia cognoscat. Sed & nos jam de finiis operam ut istam Jesuitarum sententiā constituentem Ideas in actuali cognitione divina, profligaremus. Certè scientia contingentium sejuncta à voluntate Dei, non est causa futuritionis eorundem. Verùm ut essentia Dei quia essentia repræsentat res omnes intelligibiles in genere possibilium; ita eadem essentia ut volens, repræsentat etiam res possibiles in genere futurorum. Atq; hoc modo repræsentare potest non modo ea quorum Deus est Auctor, qualia sunt omnia bona, etiam actus ipsi peccato substrati; sed & ea etiam quorum non est Auctor, qualia sunt omnia mala. Vult enim Deus ut fiant non modò ea quorum ipse est Auctor, sed & ea quorum non est Auctor. Quorum est Auctor ita vult fieri ut fiant ipso faciente: quorum non est Auctor vult etiam fieri, verùm ita fieri vult, ut fiant ipso duntaxat permittente: Juxta illud Augustini, *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo.* (Enchirid. cap. 91.) Neq; enim aliàs essent futura ab æterno, & consequenter nec à Deo cognosci potuissent tanquam futura. Nam cùm mala natura sua sint tantum possibilia, atq; merè indifferentia, tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem; fieri non potest ut ex conditione rerum merè possibilium & taliter indifferentium, transeant in conditionem rerum futurarum, hoc est, rerum ad futuritionem determinatarum, sine causa: at hujus transitionis causa nulla fingi potest extra Deum; præsertim cum facta sit ab æterno, nam ab æterno res futuræ erant. Rursus in Deo nulla hujus transitus causa fingi potest præter voluntatem. Non essentia; quia essentia Dei sejuncta à voluntate nihil operatur liberè, sed naturaliter atq; necessariò. Nec scientia divina; quia scientia futurorum præsupponit res futuras esse, potiùs quàm faciat. Superest igitur ut iste transitus in solam referatur voluntatem divinam.

Suar. *Contra hanc conclusionem induci possunt argumenta Scoti in 1. d. 39. q. 1. quæ refert Cajet. 1. p. q. 14. art. 13. Et summa eorum est, quia Ideæ repræsentant naturaliter ante omnem determinationem liberam voluntatis Dei: ideóq; tantum possunt simplicia, & non necessarias complexiones repræsentare. Aliis etiam addit Gregorium 1. d. 38. q. 2. art. 2. Contendentem contra Aureolum non posse dari Ideas complexionum contingentium, sed tantum rerum incomplexarum & simplicium. Nam ut Aristoteles docet 1. de interpret. cap. 2. complexio nihil significat præter extrema. Sed [illegible] argumentis solvendis immorari non oportet, quia fortasse habent aliquam vim contra repræsentationem formalem objectivam, ut ego statim dicam. At verò contra intentionalem repræsentationem, quæ fit per ipsummet actum & judicium intellectus, nullam habere possunt. Nam per se evidens est judicium de complexione, aliquid amplius intellectui repræsentare, quàm solum judicium vel apprehensio simplex [illegible] repræsentat; scilicet, actu rem verum esse, vel simpliciter, vel ad certum [illegible], ut in præsenti.*

Nō q.

[illegible] hoc Aristoteles unquam negavit, sed solum eam complexionem seu unionem non posse intelligi seq; [illegible], [illegible] autem [illegible] complexionem cognoscit; tamen possibile [illegible] judicat & repraesentat esse, quae non complexe significant & intelligunt.

Argumenta [illegible] hoc tendere. Verùm respondent Dominicani, Ideas tam naturaliter repraesentare futura post determinationem divinę voluntatis, quàm repraesentant possibilia ante determinationem ejusdem. Sed & ratio manifesta hoc evincit. Nam cùm essentia divina sit Idea rerum, & ipsa voluntas Dei sit pars essentiae divinae; qua ratione seclusa voluntate repraesentat merè possibilia, eadē per omnia ratione conjuncta cum voluntate Dei, repraesentat futura. Quae licet complexio nullam rem significet praeter extrema, tamen complexio extremorum in suo genere scibilis est, quemadmodum ipsa extrema. Et quemadmodum scibilis est, ita in essentia divina repraesentatur; sed ut possibilia repraesentantur ab essentia divina, seclusa voluntate; ut verò futura, repraesentantur à voluntate divina.

Dices ergo secundò, Idea non est ratio objectiva determinati [illegible] sufficiens ad cognoscendum futurorum contingentia, seu determinans illum ad certum judicium de illo ferendum; neq; ex solis Ideis potest ratio hujus determinationis reddi. Hoc praecipuè intendunt Gregor. Okam. & Gabr. in 1. d. 38. & Scot. d. 39. & existimant esse mentem Thom. 1. p. q. 14. art. 13. cùm dicit Deum cognoscere futura, non solum quia in se habet rationes rerum, sed etiam propter praesentiam aeternitatis, id est, solas rationes rerum per se ad hoc non sufficere sine praesentia aeternitatis. Qui sensus colligitur ex Thom. aliis locis 1. p. q. 58. art. [illegible] 4. & 2. 2. q. 171. art. 6. ad 1. & q. 2. de verit. art. 12. & in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. ad 5. ubiq; enim requirit hanc praesentiam aeternitatis tanquam omnino necessariam ad futurorum cognitionem. Si autem praeter illam esset alia ratio per se sufficiens, non esset illa simpliciter necessaria: neq; ex negatione illius rectè colligeret Thomas negationem cognitionis futurorum in angelis & in [illegible] quorum cognitio non mensuratur aeternitate: nam [illegible], vel per Ideas aliquas vel species intelligibiles [illegible] cognoscere. Atq; ita videtur intellexisse hanc doctrinam Thomae Capreolus in 1. dist. 36. q. 1. art. 2. & dist. 38. q. 1. art. 3. ad 5. contra secundam conclusionem. Et Ferrar. 1. con. Gent. cap. 66. & 67. Quod etiam confirmatur ex alio membro. Nam licet Thomas dicat, non solum per rationes rerum, sed etiam per praesentiam, tamen inde colligi non potest, solam praesentiam sufficere sine rationibus rerum suo modo vel suo ordine concurrentium: quae praesentia requiritur (ut ita dicam) ex parte objecti, tamen ex parte [illegible] requiritur aliud, in quo sit formaliter [illegible] repraesentatio talis objecti; & ubi aliud ut se repraesentans divinae [illegible]: similiter cùm dicitur per rationes rerum, [illegible], illas quidem requiri ex parte cognoscentis; tamen etiam requiri determinationem objecti per praesentiam aeternitatis, ut tales rationes rerum ad talia objecta determinentur.

Qui dicunt Ideas à voluntate divina habere, quòd repraesentent futura, minimè dicunt ita repraesentare ut simul etiam determinent scientiam divinam ad certum judicium de illis ferendum. Agnoscunt enim scientiam divinam naturaliter comparatam esse ad intelligendum quicquid intelligibile est, in quocunq; genere fuerit intelligibile. Verùm cùm contingentia nanna sua sint merè possibilia, atque indifferentia tàm ad non futuritionem quàm ad futuritionem, ex voluntate divina habent quòd fiant futura, sive ad futuritionem determinata; atque hoc ipso intelligibilia fiunt in genere futurorum, atque ita intellectui repraesentata, necesse est ut intelligantur ab intellectu divino pro eâ qua est infinitate. Quapropter ex Ideis nulla ratio petitur determinationis intellectus divini; tantum repraesentant illae res omnes vel in genere possibilium, vel in genere futurorum. Essentia verò divina seclusâ voluntate repraesentat omnia possibilia, conjuncta cum voluntate repraesentat futura. Ad eundem modum dicuntur res cognosci sive propter rationes earundē in mente divina, sive propter praesentiam earundem in aeternitate; quia scilicet, cum in rationibus earundem apud Deum, tum in praesentia earundem repraesentantur tanquam intelligibilia in genere suo. Quod verò dictum Thomae 1. p. q. 14. art. 13. quod scilicet *Deus cognoscat futura non solum quia in se habet rationes rerum, sed etiam propter praesentiam aeternitatis*, ita interpretantur, ac si tantum significatum vellet, *solas rationes rerum per se ad hoc non sufficere sine praesentia aeternitatis*, Interpretationem adeo insolentem & insulsam audaciae Jesuiticae tribuendam judicarem, nisi suo suffragio eandem interpretationem comprobatam dedisset Penottus, qui quidem gravis author videri discupit, & spiritum praefert nullis partibus addictum; nam licet distomachetur interdum in Alvarem, tamen nihilo minore libertate quandoq; etiam invehitur in Vasquesium. Verum Suaresium multo impotius facere videtur, ideoq; hoc illi condonandum erit, si propensius justo feratur in ejus approbationem. Veruntamen aequus Lector consideret quàm insulsam animi sui expressionem Aquinati tribuant, dum huic interpretationi sese indulgent. Perinde enim est, ac si quis diceret Suaresium duarum linguarum callentem esse, non solum quia callet linguam Latinam, sed etiam quia callet linguam Hispanicam. Nec usquam reperit Suarez Aquinatem affirmantem rationes rerum non sufficere ad cognitionem futurorum; sed suis quibusdam conjecturis nititur ad hanc interpretationem Thomae obtrudendam. Inprimis ait Thomam ubiq; requirere praesentiam aeternitatis, tanquam omninò necessariam ad futurorum cognitionem. Dicit hoc Suarez, sed non probat, nec loca ab eo designata hoc evincunt. Non secus ex 1. p. q. 58. vel potius 57. art. 3. Dicit quidem Deum ex eo quod cognitio ejus mensuratur aeternitate, cognoscere futura, Angelum è contra non cognoscere, quia cognitio ejus non mensuratur aeternitate. Adeò ut licet existant res omnes in aeternitate, tamen nequaquam hac ratione ab Angelis comprehendi. Hic autem modus cognoscendi futura, (si quis omninò iis competat,) maximè probabiliter angelis tribuendus esset. Nam quod attinet ad modum alterum, videlicet rationes rerum, nemo tam insulsus esset, ut hunc modum cognoscendi futura, Angelis competere suspicaretur unquam; quippe cum

eum ac rationes rerum futurorum seminales; requiratur voluntas efficax & omnipotens. Adde his, quod idem Aquinas, de verit. q. 8. art. 12. removeat ab Angelis cognitionem futurorum alia ratione quàm quâ eandem ab iisdem angelis removet 1. p. q. 57. art. 3. Art. 49. hac de re nihil habet. Etiam ex 2. 2. q. 171. art. 6. nihil occurrit quod huc accommodari possit. In q. 2. de verit. art. 12. hoc agit Aquinas, ut scientiam divinam futurorum contingentium stare posse doceat cum eorundem contingentia. Quod quidem multo commodiùs explicatur, dum ratio cognitionis eorundem arcessitur ex praesentia eorundem in aeternitate; quàm cum ex rationibus & causis eorum apud Deum definitis derivatur. Secundò respondeo, licet Thomas requirat futurorum contingentium existentiam in aeternitate, tanquam necessariam ad hoc, ut ab eo cognoscantur; si tamen hujusmodi necessitas non alia sit, quàm quae ex rationibus eorundem apud Deum consequitur; nihil prorsus obstabit quin etiam ex rerum ideis, sive rationib' apud Deum haberi possit, quod sufficiat ad cognitionem divinam futurorum contingentium. Hujusmodi autem dicimus esse necessitatem illam existentiae rerum in aeternitate, nempe ex rationibus rerum in mente Dei consectariam; ex quo manifestum etiam fit praesentiam futurorum nullam esse apud Angelos, propterea quod non habeant hujusmodi rationes sive ideas eorundem; si enim haberent, haberent etiam praesentes. Nec quicquam omnino occurrit apud Capreolum, quod huic interpretationi Suarezianae vel tantillum velificetur. Et quid ni verecundia prohibuerit, verba Capreoli recitare, si quae illud convincere viderentur, quippe cum facillime potuisset? Sed majori verecundia à testimoniis tam licenter allegandis abstinuisset; cum adeo prolixè expatiari soleant Capreolus & Ferrariensis, procul dubio nihil certi apud alterutrum reperit Suarez, quod suae interpretationi faveret, alioquin quod reperisset, recitare ipsum nequaquam puduisset. Extremum quo nititur Suarez argumentum superest. *Nam (inquit) licet Thomas dicat, non solum per rationes rerum, sed etiam per praesentiam, tamen inde colligi non potest solam praesentiam sufficere, sine relationibus rerum suo modo, vel sine eis concurrentibus.* Ad hoc argumentum, duplicem expedio responsionem. Prima est, licet praesentia rerum non possit existere sine rationibus rerum, cum altera ad alterum consequatur necessario; tamen non ideò requiruntur rationes rerum ad intelligendum futura, quia praesentia futurorum non est sufficiens ratio cognoscendi futura; sed quia rationes rerum apud Deum, & praesentia earundem sunt prorsus inseparabiles. Secundò respondeo, vel sine rationibus rerum cognoscerentur à Deo futura, modo praesentia essent apud Deum; nam hoc nomine quod praesentia sunt in aeternitate, sunt vel praeterita, vel praesentia vel futura in tempore, & consequenter intelligibilia, in genere praeteritorum, praesentium aut futurorum. Posito autem quod intelligibilia sint, necesse est ut ab infinito intellectu cognoscantur. Rursus cum dicimus futura cognosci per Ideas sive rationes rerum; advertendum quod idea futuritio sumi [illegible] divinae voluntatis [illegible]. Posito autem per impossibile, quod [illegible] aliquod quod à Deo non sit volitum, & tamen revera futurum sit, & Deo jam in aeternitate praesens, necesse esset ut ab eo cognosceretur. Quemadmodum quoque quae praesentia sunt angelis & hominibus, facile fieri potest ut ab iis cognoscantur, licet ab illis decreta aut volita nunquam fuerint. Sed impertinentem agit Suarez, dum de rationibus rerum in genere philosophatur, quae primâ facie tantum repraesentant quid res sit, non autem quod futura sit. At Ideae non modo repraesentant quid unaquaeque res sit in essentia divina, sed & praesupposita divinae voluntatis determinatione, quod futura sit. Quo posito, quamvis non existerent in aeternitate, futura tamen à Deo cognoscerentur; rursus hoc etiam secluso (nempe quod à Deo volita sint) tamen à Deo cognoscerentur futura, modo existerent ipsi praesentia in aeternitate. Ad extremum demonstrabimus hanc esse sententiam Aquinatis, nempe rationes rerum sufficere Deo ad cognoscendum futura, aliquot non inanibus conjecturis, sed disertissimo ejus testimonio. Nam de verit. q. 3. art. 3. profitetur Thomas *Deum per ideas cognoscere omnia quae in rebus cognosci possunt. & secundum Dionysium pronunciat exemplar vel ideam esse praefinitionem divinae voluntatis. Et art. 6. in contrar. Ad ea (inquit) quae sunt, vel erunt, vel fuerunt producenda, determinatur (idea) ex proposito divinae voluntatis.* Ergo (inquam) quam sufficientiam habet divinae voluntatis determinatio ad cognoscendam futuritionem rerum quae ab ea decreta sunt, eandem sufficientiam habent ideae vel rationes rerum apud Deum, ad cognoscenda futura. Huc accedat locus disertissimus de verit. q. 12. art. 10. ad 11. de ipsis rationibus rerum. *Causae (inquit) superiores, quae sunt rerum rationes in divina praescientia, nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causae inferiores.* Ex his videat Lector annon disertissimum habeamus Aquinatis testimonium, de cognitione rerum futurarum sufficientissima per rationes earundem.

Ratione declaratur conclusio, primo quia juxta veriorem sententiam, Ideae prout in Deo sunt, non concurrunt ad cognitionem creaturarum per modum objecti [illegible], sed per modum actus intellectualis, quo intentionaliter repraesentatur creatura ipsa, ut in citato loco Metaph. generaliter ostendo. Quare Cajetanus in suo fundamento falsum principium sumit. Secundò, quia Ideae ex se, & ex natura sua, id est, quatenus habent necessariam repraesentationem, non repraesentant futura contingentia, ut recte docet Scotus: alioqui illa futura simpliciter essent necessaria quia haberent connexionem cum aliquo, quod ex necessitate simpliciter convenit Deo, scilicet, cum idea [illegible] ergo idea non necessariò sed liberè determinatur ad repraesentanda haec futura: ergo ratio hujus determinationis non potest reddi ex ipsis ideis, quia [illegible] & haec fere est tota vis argumentorum Scoti (quam Cajetanus revera non solvit sed fere totum quod probatur, admittit. Ait tamen posita determinatione libera divinae voluntatis, statim ideas determinari ad repraesentanda futura, quae jam futura sunt, ex ea determinatione voluntatis. Sed [illegible]; tanquam Thomas haec [illegible] rationem

cognoscen-

cognoscendi in Deo futura contingentia. Unde quoad fundamentum Capr. [illegible] *& [illegible] Sed determinationem divinæ voluntatis requiri, non est necesse aliud objectivum medium excogitare. Nam determinatio divinæ voluntatis non cognoscitur in Ideis sed in se ipsa, & illa cognita, determinabitur scientia Dei ad cognoscendum futura: & eodem modo determinabitur idea, postea quam idea sit ratio talis determinationis. Adde etiam, si excogitetur idea per modum imaginis objectivæ, & similitudinis determinationis, quæ contingere potest, quod ex sola voluntate, quæ secundum rationem extrinseca est, determinatur idea, ut est imago, ad hoc potius quam ad illud repræsentandum: quia hoc non aliter fieri potest, quam cognoscendo talem voluntatem, & consequenter, cognoscendo ex illa hoc potius quam illud futurum. Hæc ergo sententia difficultatem & obscuritatem habet, & non declarat aliud medium divinæ hujus cognitionis præter divinam voluntatem, de qua dicam.*

Ideæ (inquit Suarez) *non concurrunt ad cognitionem creaturarum per modum objecti proximi, sed per modum alicujus intellectualis &c.* At quem deorum non poterat sententiam propositionem? cum perinde hoc sit ac si dixisset cognitionem creaturarum concurrere ad cognitionem creaturarum, per modum cognitionis creaturarum. Etenim juxta Suarezium, idea nihil aliud est quam actualis cognitio creaturarum in mente Dei. Aut non igitur necesse erit ut, si ad hanc informationem uti, in veritate servanda progressus admirabiles faciamus, ut nec Elæ quidem ope ad arcana revelanda egeamus, modò præcursores habeamus Jesuitas illos. Fatetur equidem Suarezium istum in Metaphysicis operosius hoc egisse, ut ideas etiam in mente Dei ad actualem eandem cognitionem revocaret (cujus tamen cæcitatem hanc de re dissertationem dilucidandam atque profligandam in nos recepimus) verum cognitionem creaturarum concurrere ad cognitionem creaturarum per modum cognitionis creaturarum, quis de cœtu stolidorum ad assertionem adeo insulsam non merito obstupescat? Jam docuimus ideas repræsentare creaturas per modum objecti proximi, atque hoc ipso Cajetani sententiam asseruimus, Suarezium verò [illegible]. Ad secundum respondemus, ponendo [illegible] Lectori infallibilem consequentiam Suarezii [illegible]. *Idea quatenus habet necessariam repræsentationem non repræsentant futura contingentia. Ergo idea non* [illegible] *sed debet determinari ad repræsentandum futura:* Quod perinde est ac si sic instaretur: Essentia divina quatenus habet necessariam repræsentationem, repræsentans futura contingentia. Ergo non necessario sed liberè determinatur ad repræsentandum futura. Ac si diceret, idea non repræsentat futura contingentia necessario, quia non repræsentat ea necessariò. Hanc gravem ratiocinationem [illegible] indignam Theologo, non tamen indignam Suarezio. Secundò, nemo dicit istam repræsentationem futurorum contingentium [illegible] simpliciter, (quisque ut opinor) à Suarezio præterea potest, qui hoc asserit: Tam liberè repræsentat quatenus non repræsentat essentia divina futura, nisi ut volens, & volens liberè. Verùm posita divinæ voluntatis determinatione de rei alicujus futuritione, necesse est ut rem illam tanquam futuram repræsentet essentia Dei. Hæc fuit sententia Cajetani, eadem est Alvarezii sententia, eadem & nostra. Sed contra stat Suarez, atque primum, *Thomam nunquam docuisse hunc modum cognoscendi in Deo futura contingentia.* At (inquam) aliter visum est Cajetano, aliter Alvarez, aliter etiam Ferrariensi: cujus ea verba sunt cum in Thomam commentatur, *Res non prius est forma sola, quàm sit forma volita*, puta apud Deum. Sed fingamus Suarezium Jesuitam illis omnibus veriorem fuisse in scriptis Thomæ. Audiamus igitur Thomam ipsum [illegible] de verit. q. 3. art. 6. in concl. *Ad ea quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt producenda, determinatur idea ex proposito divinæ voluntatis.* Et art. 7. in concl. *Quia nos ponimus Deum immediatam causam uniuscujusque rei, secundum quod in omnibus causis secundis operatur, & quod omnes effectus secundi ab ejus præfinitione proveniant; ideo non solum primorum entium, sed etiam secundorum ideas ponimus.* Etiam Capreolum Thomistarum facile principem audiamus, 1. d. 36. art. 2. *Sciendum quod essentia divina naturaliter, & non secundum arbitrium voluntatis repræsentat quidditatem rerum creabilium; & adeo sumendo ideam ut est ratio quidditatis præcise, ipsa præcedit actum intellectus & voluntatis; sed essentia divina non naturaliter sed secundum arbitrium voluntatis repræsentat quidditatem sub existentia, & similiter enuntiabilia ut sunt vera vel falsa.* Et paucissimis interjectis, *Quod intelligatur quidditas lapidis subesse, vel in tali tempore constituta, & hujusmodi: istam complexionem non repræsentat divina essentia naturaliter, sed secundum arbitrium voluntatis.* Quod autem ait Cajetanum coincidere cum sententia Scoti, perinde dicere potuisset de Dominicanis ne fallor ad unum omnibus: quippe cum agnoscant unanimiter cum Scoto, contingentia non fieri futura, nisi per divinæ voluntatis determinationem: nec ante determinationem istam aut per ideas repræsentari, aut omninò existere in æternitate. Difficultates quas [illegible], nihil moramur; suus enim illis discutiendis & dissolvendis locus in sequentibus: sed in suo argumentandi genere pergit Suarez. *Deinde* (inquit) *si ad determinationem divinæ voluntatis recurrere oportet: non est necesse aliud objectivum medium excogitare.* Respondeo, certè si excogitare ea fingeret, nequaquam fingunt, sed quod re vera dari judicant in consideratione vocant, nec media ista sibi diversa sunt, quin inseparabili nexu conjuncta sint. Nam ex divinæ voluntatis determinatione fit, ut ipsius essentia, non jam quæ tantum sunt præsentia repræsentet, verum etiam quæ sunt futura, hinc etiam fit ut in æternitate existere dicamus tanquam Deo præsentia antequam fiant, cognita voluntate Dei. *Determinatur* [illegible] *scientia divina ad cognoscendum futura.* Hoc est, cognita essentia divina quatenus est volens, & quatenus volens, est idea repræsentans futura; nec idea, nec voluntas est ratio determinationis scientiæ divinæ, verùm voluntas constituit res contingentes in esse volito, & consequenter facit eas intelligibiles in genere futurorum, & tanquam idea repræsentat eas tanquam futuras; unde necesse est ut scientia Dei, quippe cum sit infinita, futura omnia comprehendat:

dat: Absurde nimis distinguit Suarez voluntatem divinam ab idea futurorum, cum sicut essentia dicitur idea quatenus repræsentat omnia possibilia, ita essentia qua volens simul etiam idea est repræsentans futura, nec tamen diffiteor per ideas futurorum non aliud medium declarari divinæ cognitionis præter divinam voluntatem, non inquam aliud secundum rem, sed duntaxat secundum rationem. Voluntas ut determinans facit futura, voluntas determinata ut repræsentans ea quæ determinavit futura, constituit ideam futurorum. *Sic [illegible] causas superiores ipsas rationes [illegible] 12. art. 10. ad 1 & Et q. 3. art. [illegible] fiemus ad ea quæ sunt, erunt vel fuerunt [illegible] terminari ideam, ex propositio divina [illegible] t. in rand. quia ratio essendi [illegible] procurant, alias, inquit [illegible] tunt, sed etiam sicut determinat idem [illegible]*

CAPVT QVINTVM.

Deum non cognoscere hæc futura in sola suæ scientiæ efficacitate.

Sententia. INvenio quosdam novos Theologos asserentes, *Deum sua scientia & efficacia ejus, ut antecedit voluntatem Dei determinare, & efficere ut ex effectibus contingentibus contradictoriis, hoc potius quam illud futurum sit, & hoc modo atque hac ratione cognoscere illud quod futurum est, quia facit ut illud futurum sit. Ita docuit Volat. in 1. dist. 38. q. 2. disp. 2. dub. penult. ubi simpliciter explicat se loqui de scientia visionis ut sic, & vehementer impugnat opinionem Scoti dicentis voluntatem divinam determinare divinam scientiam ad judicandum hoc esse futurū potius quam illud, & ratio ejus non fundatur specialiter in voluntate, sed quia generaliter putat esse gravem errorē ponere aliquid extra divinam scientiā determinans illam, quasi ipsa in se indifferens sit, & indigeat determinante, sive hoc sit voluntas Dei, sive objectum ipsum ut futurum. Unde eodem modo damnat errorem, dicere scientiam Dei determinari à rebus ipsis, quia indifferentia nulla est (inquit) apud Deum, qui omnia limpidissime novit, & actui purissimo omnis indifferentia repugnat.*

II. *Fundatur præcipuè hac ratione, quia divina scientia est causa futurorum, ergo per se & ex vi suæ causalitatis scit illa August. lib. 6. de Trinit. ca. 10. & lib. 15. c. 13. & lib. 5. de civ. c. 9. dicit res futuras esse quia Deus scit illas, non e converso; Eumque imitatur Gregorius 20. Moral. ca. 24. Sentit etiam Thomas 1. p. q. 14. art. 8. ad 1. & art. 13. ad 1. & Albert. 1. distinc. 38. art. 3. & multi moderni Theologi ita loquuntur.*

1. *Quia divina scientia est causa præsentium ex Alberto de processione universitatis, dicente, scientiam Dei esse, quæ dat formam rebus non voluntatem, ergo causa est futurorum.*

2. *Quia divina scientia æterna est & antecedit omnia, ergo à rebus non pendet sed propria essentia omnia novit; & quia novit, erunt.*

3. *Hæc sententia est sine dubio falsa, & multa continet, & nostræ & divinæ libertati repugnantia; Nam si per indifferentiam intelligit potentiam passivam ad plures actus vel ad plures modos reales & intrinsecos, hoc modo verissimum est in Deo non esse indifferentiam, sed repugnare huic puro actui. At scientia Dei respectu futurorum non dicitur indifferens hoc modo. Sed solum quia ex se & intrinseca natura sua non est determinata ad judicandum hoc esse futurū potius quam illud.*

4. *Si autem hoc genus indifferentiæ Deo negat, gravissime errat, primo quia alias non esset in Deo libertas, quæ sine hujusmodi saltem indifferentia intelligi non potest.*

5. *Secundo, quia si in scientia Dei respectu futurorum contingentium non est saltem hæc indifferentia, divina scientia natura sua & ab intrinseco est ita determinata ad sciendum illa futura quæ nunc scit, sicut est determinata ad sciendum ipsum Deum, vel præsentia. At talem determinationem ponere in scientia Dei ex natura sua, plane est tollere libertatem, tam in Deo quam in nobis.*

Responsio. LUbens profiteor vix credibile esse quenquam in tam insensatam abripi potuisse sententiā; qualis est illa quam Palatio tribuit Suarez. Quippe quæ admodum sollicitum introducit ne scientiæ divinæ tanquam actui purissimo noxam ullam afferat: interea de voluntate Dei ab ejusmodi injuria sarta tecta conservanda nullam sollicitudinis suæ partem facit. Quasi verò voluntas Dei non purissimus actus esset, perinde atque scientia Dei. Interea Scoti sententiam non recte interpretantur quotquot eum putant statuere divinam scientiam determinari à voluntate Dei. Voluntas tantum determinatione sua facit res natura sua merè possibiles transire in conditionem rerum futurarum, & consequenter intelligibiles esse in genere futurorum, cum antea tantum per natura sua tantum essent intelligibilia in genere possibilium, quo pacto, necesse est ut à scientia divina, (quippe cum infinita sit) intelligantur. Quare nec à rebus nec à voluntate divina determinatur scientia divina. Verum cum necesse sit ut Deus scientia sua complectatur quicquid cognoscibile est, in quocunque genere cognoscibile fuerit; Quam pri-

tia esse cognoscibilia sit, hoc ipso necesse est ut à Deo [illegible] cognoscantur. Rursus cùm quæcunque possibilia sunt, ab [illegible] necessitate naturali, necesse est ut hujus generis omnia Deo cognita fuerint ab æterno, necessitate naturali, nec ulla omnino est [illegible] potest indifferentia scientiæ divinæ ad [illegible] cognoscenda aut non cognoscenda ea omnia quæ hujusmodi. At contingentia quædam aliorum, quotquot ex illis futura erunt, sicut ab æterno futura [illegible] propter divinæ voluntatis determinationem quæ facta est etiam ab æterno; ita etiam ab æterno nota sunt Deo, nec ulla [illegible] est aut unquam fuit indifferentia in scientia Dei, [illegible] cognoscenda aut non cognoscenda [illegible] determinaretur ad ea cognoscenda. Ve[illegible] quia voluntas Dei libera est, neque omnia [illegible] libere volitæ, licet ab æterno volitæ sint, fieri tamen potuit ut à Deo volita non essent. hinc dicimus voluntatem suam natura sua indifferentem fuisse ad volendum, sive illa quæ volita sunt, sive alia [illegible] non illa: eademque secundum nostrum modum intelligendi dicimus in voluntate Dei prius indifferentiam quandam fuisse quam determinationem, & consequenter indifferentiam quandam proportionalem fingimus in scientia divina, quoad ea, quæ per liberam Dei voluntatem ab æterno futura erant, eamque priorem determinatione ejus, non tamen reipsa priorem, sed duntaxat secundum rationem, & quoad nostrum considerandi modum, quæ quidem indifferentia scientiæ proportionatur liberæ voluntati.

2. Dogma verò istud, quod sc. scientia Dei sit causa rerum (quippe cum sit scientia artificis) magnos [illegible] habet, tùm inter antiquos Patres, tùm apud Scholasticos. Scio Suarezio familiare esse istud elude[illegible] distinctione facta scientiæ Dei tanquam duplicis, simplicis sc. intelligentiæ & visionis, negatque scientiam visionis esse causam rerum. At quis Antiquorum, aut etiam Scholasticorum ita distinxit, ut hunc [illegible] modum [illegible] componeret? Certè Aquinas negat scientiam exercere causalitatem suam à voluntate Dei sejunctam. Verùm cùm scientia & voluntas in Deo unum sint simplicissimum; nimis absurdum videtur ista in Deo adeo diversa, ut primùm per voluntatem fiant futura, posteà per scientiam cognoscantur tanquam facta, licet propter imperfectum nostrum intelligendi modum nobis in usu positum sit, ut sic illa consideremus. Verùm & August. professus est Deum non aliter novisse facta quàm facienda. & una proculdubio, eademque est in Deo scientia simplicis intelligentiæ & visionis, licet antequam res volita sit, [illegible] objectum illius, postquam volitum fuerit, objectum hujus, pro nostro videlicet cognoscendi & considerandi modo.

3. Facile [illegible] Palatinum sine justa causa, alios Theologos carpere potuisse, nec Scoti sententiam rectè intellexisse, [illegible] eam ejus interpretationem amplexus est quam ex tribus Suarezius.

4. Verò minimè credibile est Palatinum ejusmodi determinationem scientiæ divinæ vel somniasse unquam, [illegible] vel [illegible] divinæ libertati damnosa esset. Itaque cum Suar. (missis istis) ad reliqua procedamus.

Suarez. *Deus ergo scientiam [illegible] per seipsam & ex vi causalitatis suæ non posse esse sufficientem rationem ob quam determinatur ad hoc objectum seu ad judicandum hoc esse futurum potius quàm illud, probatur primò, quia scientia visionis ut sic, non est causa futurorum contingentium quæ per illam sciuntur, quæ est expressa sententia Tho. q. 6. de verit. art. 3. ubi ait, præscientiam Dei non importare habitudinem causæ universaliter, & ideo certitudinem ejus tantum esse certitudinem cognitionis: prædestinationem verò addere habitudinem & certitudinem causæ. Item Orig. li. 7. super Epist. ad Rom. juxta illa verba,* Quos vocavit, hos & justificavit, *dicit non ideo aliquid erit, quia Deus scit, sed quia futurum est, scitur à Deo antequam fiat. Hoc tamen testimonium exponens Tho. 1. p. q. 23. art. 8. ad 1. ait intelligendum esse secundum [illegible] illationis: quia si futurum est scitur à Deo, non verò in ratione causalis, & eodem modo exponit Albert. 1. d. 38. art. 3. sed imprimis repugnat rei verborum tam causalis nota, quæ plus indicat quam illationem, deinde obstat illa conversio seu comparatio inter has duas propositiones, quia Deus scit futurum ideo futurum est, vel è converso; Quia futurum est ideo scitur à Deo; præterea August. 5. de civ. c. 10. Spiritualiter negat hanc causalem, Quia Deus scit Petrum peccaturum, peccabit, & hoc exemplo sufficienter possit comprobari illa sententia. Nam Deus non ideo scit Petrum peccaturum, quia per suam scientiam determinet illum ad peccandum, ut constat ex his Patribus, & ex omnibus quæ de hac re diximus l. 1. de auxil. Nam quoad hoc eadem est ratio de scientia, quæ de voluntate, vel quolibet alio principio. Nam omni modo repugnat Deum determinare hominem ad peccatum, ergo non potest illa esse generalis ratio præsciendi futura, imò etiam colligi potest nunquam esse, quia quoad hoc eadem est ratio de quolibet alio actu, qua de peccato. [illegible] Quod sensit etiam idem August. [illegible] si peccare noluerit hoc utique ille præscivit: sicut ergo si homo peccaturus est, hoc supponitur ut Deus illud sciat; ita etiam si peccaturus non est. Hinc colligunt Patres hanc scientiam non imponere rebus necessitatem, quia non est causa, sed pura intuitio, quod significavit Conc. Val. sub Lothario c. 2. dicens. Nec præscientia Dei impossibile [illegible] aliud esse non posset: sed quod ille facturus erat, ex propria voluntate, ille sciens Deus qui novit omnia antequam fiant, præscivit ex sua potentia & immutabili majestate. & hæc est ratio à priori hujus veritatis: nam scientia visionis seu futurorum ut sic, est mere speculativa & non practica. Omnis autem scientia speculativa supponit objectum suum; imo omnis cognitio quatenus cognitio est, supponit objectum cognoscibile ut recte Aug. 4. Gen. ad lit. c. 25. Deus non operatur res formaliter per eam scientiam, per quam scit eas esse factas quia talis scientia supponit effectum talium rerum juxta illud Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona, sed hæc scientia qua Deus cognoscit futura contingentia, est illa qua videt rem ut existentem pro suo tempore, ergo illa ut sic non est causa sui objecti: ergo non potest esse hæc scientia propria ratio determinationis rei futuræ.*

Et cur quæso scientia divina *per seipsam & ex vi causalitatis suæ non possit esse sufficiens ratio ob quam determinetur ad hoc objectum seu ad judicandum hoc potius esse futurum quam illud. An quia scientia visionis ut sic non est causa futurorum contingentium quæ per illam sciuntur?* At inquam ista ratio nullius pretii est, neque opus est ad hoc aliqua causatione futurorum contingentium juxta suam sententiam; quippe cum capite *superiore* secundo operosè contenderet *in propositionibus de futuro contingenti esse sufficientem veritatem determinatam secundum quam à Deo præsciri possit*, nec ullam hujus rei causam Suarez.

à quoquam extra res ipsas accersendam esse judicantes. Quod si in istis propositionibus sufficiens veritas sit, secundum quam prædici possit, profecto Dei scientiam sine omni causatione futurorum, aut ea præscire aut admodum inefficacem esse necesse est, nempe si nesciat judicare hoc futurum esse potius quam illud, si modo verum fuerit hoc futurum esse potius quam illud, quod jam c. 7. comprobandum suscepit Suarezius, idque satis verbose. libet tamen expendere etiam ea quæ disserit adimendæ scientiæ divinæ causationi rerum. Dicit itaque egregiam esse Thomæ sententiam *scientiam visionis ut sic non esse causam futurorum contingentium*. At inquam nihil illo falsius: dicit quidem Thomas præscientiam non importare habitudinem causæ universaliter; per scientiam istam interpretatur Suarez de scientia visionis, verum dicit Thomas præscientiam non importare habitudinem causæ, idque universaliter: ac si dixisset nomen præscientiæ non denotare causam, idque universaliter; quemadmodum nomen prædestinationis importat causam; Verumtamen si præscientia Dei sit conjuncta cum voluntate Dei, hoc modo erit causa rerum; quemadmodum passim docet Aquinas; atque hinc [illegible] minus probaverit dictum illud Origenis, *Non aliquid erit quia Deus scit, sed quia futurum est, scitur à Deo.* Atque dictum illud Origenis interpretatione commoda mollire conatus est, sed [illegible] Origenica Minerva; quemadmodum etiam melius observatum est à Bradwardino l. 1. c. 29. itaque aliam interpretationem excogitavit lib. 2. c. 2[illegible]. *Quomodo in super verbum possit intelligi Origenis super Epist. ad Rom., quod non propterea aliquid erit quia scit Deus illud futurum, sed quia futurum est illud sciatur à Deo antequam fiat; quam quod quia aliquid est futurum in voluntate & prædestinatione divina, ideo consequenter præscitur à Deo notitia simplici, non è contra.* Quamquam quis est Origenes, ut ad ejus distinctiones controversiarum Theologicarum decisiones conformemus? Et c. 19 [illegible] *prius est naturaliter futura, quam Deus hoc sciat, & vere esse futurum est causa divinæ præscientiæ; sicut etiam & res præsentes prius naturaliter sunt præsentes, quam Deus hoc sciat, & res esse præsentes est causa scientiæ Dei* [illegible] 15. & 16. plane; nunc ad illa inter se [illegible] progrediuntur [illegible]; *Sed hic [illegible] esse futura in voluntate & prædestinatione divina causaliter, non in propria [illegible] extrinseca, est causa divinæ scientiæ seu præscientiæ. Ipsa namque voluntas indiget rebus extrinsecis ad sciendum, sicut probabilia [illegible]. sed omnia futura habet scienter intra se [illegible] [illegible] sive sint sive ex se tantum, [illegible] sunt illa quare & præscientia [illegible] modo extrinseco [illegible]; Alias namque aliter intrinsice prius sunt futura, scientia præscientia, [illegible] vero præterita, quare & [illegible] [illegible], [illegible] quod dixit. Omnino ergo [illegible] sunt res prius futura in voluntate divina [illegible] præsentes [illegible] vere præterita, & semper similiter & æqualiter in præsentia & cognitione apud eum, & causæ sive scientiæ semper similiter & æqualiter.* Et aliquot interjectis; *Neque sola voluntas divina scientiæ Dei causa est.* [illegible] *quia intellectus divinus actum suum intelligendi & intellectionem [illegible]. Cur ergo intellectus divinus [illegible] immediatè in actu voluntatis divinæ, quæ efficit immediatè res extra, non possit immediatè, vel saltem immediatè*

sunt per illud sciri esse aut fuisse [illegible], præscientia [illegible] voluntatem divinam [illegible] [illegible] ita videlicet quod res præteritas [illegible] [illegible] ad scientiam Dei agat [illegible] & immediatè quoque modo [illegible] divinæ voluntatis [illegible], [illegible] Dei aut [illegible] res extra. Neque scientia Dei [illegible] [illegible] extrinseca [illegible] [illegible], [illegible], & [illegible] sed voluntate Dei [illegible]. Atque hoc modo (occasio) dicimus scientiam Dei esse causam rerum, quatenus nimirum [illegible] [illegible] Dei includit. Quod autem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quemadmodum [illegible] cum explicat Suarez, meo judicio videtur tantum esse [illegible] denominatio scientiæ Dei; [illegible] [illegible] [illegible] existentiæ aliquo modo extra causas suas. At [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] neque enim aliter [illegible] [illegible] [illegible]. Interea nos [illegible] indulgemus imperfectioni atque [illegible] nostræ, ut quemadmodum [illegible] [illegible] nominis non importat habitudinem causæ, ita etiam patiamur res prius à nobis considerari tanquam futuras, quàm cognoscantur à Deo tanquam futuræ: verum cum natura sua sint [illegible] possibiles, & tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem indifferentes, [illegible] [illegible] taliter indifferentes, transire possunt in conditionem rerum ad futuritionem determinatarum [illegible] causa, [illegible] minimè nobis placet. Jesuitarum [illegible] [illegible] atque audacia [illegible] [illegible] alteram partem contradictionis in futuris contingentibus determinatè veram esse, nulla omnino [illegible] causa, quæ res natura sua merè indeterminata, [illegible] determinata [illegible], ab æterno (hoc enim [illegible] [illegible] [illegible] esse ducunt, nempe quas [illegible] non possint veritatis emicantis radios aut obscurare, aut extinguere). Verum de causa transitus [illegible] [illegible] simul & diligenter inquirendum judicamus, & cum transitus ille factus sit ab æterno concludimus nihil præter illum [illegible] posse transitus illius causam, extra Deum. Rursus cum scientia Dei causa hujus esse non possit (Earundem hoc [illegible] [illegible] [illegible] hoc in loco Suarezius) [illegible] [illegible] referendam esse judicarunt istius causam in voluntatis divinæ determinationem, quod & Aquinati visum est & Scoto, & Bradwardino, unà cum Dominicanorum & Scotistarum familiis, excepto quod [illegible] [illegible]. Quæ verissima est illa Augustini sententia. *Non ideo peccat homo quia Deus illum peccaturum præscivit, sed [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] quia Deus eam [illegible] præscivit*, quia scil. ne præscientia quidem Dei importat habitudinem causæ universaliter ut loquitur Aquinas. Verum si scientia [illegible] Dei consideretur tanquam conjuncta cum voluntate Dei, hominem [illegible] [illegible] [illegible], procul dubio ideo credet homo quia Deus prædestinavit [illegible] [illegible]. Rursus si modo prædestinavit Deus ut facerent ea, quæ Pontius Pilatus & Herodes unà cum gentibus & populo Israëlis fecerint, dum congregati fuerunt adversus sanctum Dei filium; procul dubio etiam ideo fecerunt, quia prædefinierat, ut facerent; etiamsi voluntas Dei fecerit ut Regem [illegible] traderent

tradiderint regnum suum Bestiæ ad tyrannidem ejus Antichristianam promovendam, non minus verum est, ipso rege illos tradidisse regnum suum Bestiæ, quia voluntas Dei per eam implenda fuerat. Interea distinguemus de causa culpabili & non culpabili; voluntas Dei est causa rerum omnium quæ fiunt, sed non culpabilis; homo causa est malorum omnium quæ fiunt ab ipso & causa culpabilis, quia non tantum immediatè & indebitè facit quicquid facit, sed & liberè ea etiam est divinæ voluntatis efficacia justa Aquinatem, ut & necessaria fiant necessario, & contingentia & libera contingenter eveniant & liberè: nec omnino negari potest voluntatem Dei aliquo modo causam esse rerum omnium, quæ fieri vult, at nihil esse nisi quod Deus fieri velit, sive bonum fuerit sive malum, disertissime professus est Augustinus verbis. *Neque enim aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat*, (cujus generis sunt omnia peccata) *vel ipse faciendo*, cujus generis sunt omnia bona. Etiam Bellarminus agnoscit bonum esse, ut malum fiat Deo permittente. Itaque ad majorem doctrinæ istius (quia fortasse hic doctiusculus videtur non modo adversariis nostris, sed hominibus minimè malis) elucidationem, rursus distinguimus dicimusque: licet Dei voluntas sit rerum omnium causa, minime tamē dicenda est Auctor rerum omnium: Author est duntaxat rerum omnium quæ vult, ut fiant ipso faciente; at non est dicendus Author eorum, quæ vult ut fiant ipso duntaxat permittente. Immo vel Bellarmino arbitro, bonum est ut malum fiat Deo permittente. Itaque dum malum fieri vult Deus se permittente, boni potius author dicendus est quam Author mali. Itaque cum Suaresio profitemur, Deum non ideo scire Petrum peccaturum, quia per suam scientiam determinet illum ad peccandum. Neque enim scientia est determinare ad agendum, sed voluntatis potius. Sed neque dicimus Deum quenquam, sive per scientiam, sive per voluntatē ad peccandum determinare: determinat fateor ad faciendum bonum, sed neminē determinat ad peccandū. Sed neque opus est ulla determinatione ad peccandū, nam si non determinat hominem ad abstinendum à peccato, procul dubio peccasset quoque fuerit: Deo vel permittente tantū ruunt homines in peccata, sed non nisi corroborante & sustentante, abstinent à peccato; immo nec creatura quidem se determinat ad malum; nec ulla omnino opus est determinatione ad malum, nam si opus esset, peccatum haberet causam efficientem. At jam olim professus est Augustinus, mali nullam causam efficientem recognoscere: sed tantum modo deficientem. Certe determinatio voluntaria divina duplex est. qua determinat res ad futuritionem; Nam vel determinat res ad futuritionē, sive ad existendum pro futuro, ipso faciente; vel determinat res ad existendum pro futuro, ipso tantummodo permittente. determinatio rerum ad existendum pro futuro Deo faciente ut fiant, est ratio præcognoscendi ea tantum quæ bona sunt; rursus determinatio rerum ad existendum pro futuro Deo tantummodo permittente ratio est præcognoscendi ea tantum futura quæ mala sunt. Verum determinatio rerum divina ad futuritionem, sive ad existendum pro futuro generali est generalis ratio præcognoscendi futura ad unum omnia. sed videas quæso quo tendant Syrenes illi; *mo etiam* (inquit) *colligi potest nunquam esse, quia quoad hoc eadem est ratio de quolibet alio actu qui de peccaminoso*: nempe hoc velle neminem aut crediturum aut pœnitentiam acturum prævidit Deus, hoc nomine quod decreverat eum per gratiam suam crediturum aut pœnitentiā acturum. Neque enim fidem aut pœnitentiam vult Suarez esse opus Dei, nam si essent opera Dei cur non nota essent Deo idque hoc nomine quod decreverit ea operari. Itaque licet ortus sit plausibiliter à præscientia peccatorum, negans ea præsciri à Deo in decreto aut voluntate Dei: quæ quidem blandè fiunt ad amorē conciliandum prona, tanquam mulieris superne formosæ lenocinia; attamen desinit in Draconem, neque n. vel Diabolus in gratiam Dei, ejusque efficaciā serallius levehi potuisset, quam dicendo quod dicit Suarez, ne actus quidem fidei & resipiscentiæ supernaturales à Deo præsciri in decreto aut voluntate Dei. Potuimus & nos eadem prudentia usi, disputationem nostrā cœpisse à præscientia bonorum, & Lectoris attentionem huc revocare loco primo, atque in hoc apice stabilita prius orthodoxa doctrina, deinceps pergere ad indagandum etiam fundamentum præscientiæ malorum: verum nos *methodi* istas ex alto despicimus, dum causā Dei defendimus, & simplicius agere cupimus, quā astutiùs, & quocunque nos vocat adversarius, eo libenter in aciem nos cōferre; & dum pro Deo militamus, nullo in loco congressum declinare. Ubi Scripturarum reperit Suarez, à Deo minimè decreta aut volita esse ea quæ sunt mala. At nobis illustria suppetunt scripturarum testimonia, etiam de malis à Deo præfinitis & volitis. Sed cum discrimine jam olim ab August. assignato, ubi palam pronunciat, *non aliquid fieri nisi quod omnipotens fieri velit*, cum modo subjicit, *vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo*. Enchirid. c. 95. Sed ex Augustino contendit Suarez hoc in loco, nempe non magis de quocunque actu, puta actu fidei aut resipiscentiæ supernaturali, quam de peccaminoso verum esse, quod scilicet hoc nomine præsciatur à Deo, quia Deus determinat hominē ad credēdum, aut resipiscendum. An vero hoc ipsum totidem verbis tradiderit Augustinus? nihil minus; verum conjecturis suis (ut sunt Jesuitæ in suo genere Alchimistæ cum primis nobiles) tantundem extundent ex August. Agedum, ingenii Suaresiani specimen hac ex parte probè consideremus. Hoc Augustinum eodem loco sensisse confirmat, dum subdit; *si peccare noluerit, hoc omnino ille præsciverit*; hinc sic colligit Jesuita; *Sicut ergo si homo peccaturus sit, hoc supponitur ut Deus illud sciat, ita etiam, si peccaturus non sit*. At (inquam) nego illam consequentiam: neque enim par est ratio peccantis, & à peccato abstinentis, neque tu parem esse probare moliris; ego verò disparem esse confirmabo: nam non opus est determinatione ad peccandum, opus est determinatione ad abstinendū à peccato. *Deus est enim qui custodit nos à peccato*, 2. Tim. 4. 18. *Deus est qui operatur in nobis omne quod gratum est in conspectu ejus*. Hebr. 13. 21. At tum custodit à bono, aut operatur quod malum est in nobis? Rursus, licet supponatur quod ho-

mo peccatum est antequam hoc à Deo præscitum; tamen non supponitur quod peccaturus est, antequam hoc à Deo permitti decernatur; & consequenter, nec antequam à Deo volitum sit ut fiat ipso permittente: cum juxta Augustinum, nihil fiat nisi quod omnipotens fieri velit, sive bonum fuerit sive malum. Et secundum Scripturas etiam qui contra Christum congregati fuerunt, Herodes & Pontius Pilatus, unà cum gentibus & populo Israelis, à Dei manu & consilio jam olim prædefinita sunt ut fierent. Sed neque decretum Dei dicimus imponere necessitatem rebus omnibus magis quàm scientiam. Imò ex divinæ voluntatis efficacia provenire vult Aquinas, 1. q. 19. art. 8. in cor. quod & necessaria fiant necessario, & contingentia ac libera contingenter eveniant ac liberè. Ad scientiam speculativam quod attinet, vide quà lo[illegible] scientiam visionis divinam conformes ad modulū scientiæ visionis humanæ. Creatura aliter intuetur res factas quàm faciendas; non sic Deus. Esto, præsupponat scientia Dei suum objectum; sed ubi demum præsupponit? Advocemus huc Aquinas, Scotum, & familiæ ipsorum, etiā Bradwardinus, etiam ratio manifesta, ut suffragia ferant; omnes unanimiter confitebuntur non alibi speculari Deum objectum suum futurum, quàm in voluntatis suæ determinatione ab æterno facta. Verum cum discrimine: scientia Dei, respectu bonorum omniū in quocunque genere, est scientia artificis, & decernētis operari tanquam artifex; at scientia Dei respectu malorum non est scientia artificis sed potius scientia est Dei non decernētis operari tanquā artifex.

Secund. *Secundo argumentatur ulterius; quia quamvis daremus illā scientiam esse causam, tamen [illegible] est ex parte Dei deberet esse causa libera & indifferens, cum causetur extra Deum, ergo determinanda illa esset ad causandū hoc potius quā illud, & determinaretur ad indicandum hoc potius quàm illud; sed non potest ipsa seipsam determinare, quia scientia non est formaliter libera; deberet ergo determinari per potentem voluntatem; ergo impossibile est ut scientia sola per seipsam sit prima radix hujus determinationis. Ergo vel recurrendum est ad voluntatem divinam, quod predictus Author negat, de quo infra dicam, quatenus ad rem spectat: aliàs vero non consequenter loquitur, cum causalitas scientiæ esse non possit nisi per applicationem voluntatis; propter quam rationem potentia executiva Dei non potest esse prima radix hujus determinationis, quia debet per voluntatem determinari: At denique, si voluntas excludatur ex parte objecti seu rei scitæ, quærenda est determinatio ut posita concludemus.*

Respons. Scientia visionis communiter dici solet scientia libera, quatenus nimirum est ejusmodi rerum scientia, quæ non nisi libera divinæ voluntatis determinatione nitatur. At scientia Dei de qua Palatius agit, si Suaresio credimus, fingitur antecedanea voluntati divinæ. Quod suspicionem injicit Palatium nequaquam disseruisse de scientia visionis, sed de scientia simplicis intelligentiæ. Quæ tamen sicut non præscribit quid faciendum sit, aut quid fieri debeat, ita neque determinat quid factum sit. Proinde fateor ut existimem sententiā Palatii vix satis fideliter à Suaresio recitatam esse. Negat scientiam Dei indifferentem esse, aut determinationis indigentem. Quod & meo judicio verum est, cum necesse sit ut Deus intelligat quicquid intelligibile est, in quocunque genere intelligibile est; Cum itaque essentia divina repræsentat quicquid intelligibile est in genere possibilium, sicut & voluntas divina repræsentet, quicquid intelligibile est in genere futurorum; sequitur necessario hæc omnia à Deo intellecta esse, [illegible] ab æterno, cum ab æterno repræsentata sint quæcunque intelligibilia sunt in unoquoque genere; ut nunquam indifferens aut indeterminata fuerit scientia divina. Sed quia scriptum illud Palatii in sententiis in promptu mihi non est, transeant ista.

Ad fundamentum alterius sententiæ respondetur, satis satis constare ex dictis, quod Patres in hac re sentiunt, inter quos etiam Augustinum adduximus, cum ergo in aliis locis affirmet res esse futuras quia Deus scit illas, non loquitur de scientia visionis ut sic, sed de scientia practica, quæ scientia approbationis vocari solet, quæ secundum se præcedit ordine rationis decretum voluntatis, quo Deus vult rem futuram esse, vel permittere; per voluntatem autem determinatur ad hoc, aut illud faciendum, & sic approbationem divinam: Et ideo Augustinus l. 5. de Civit. 9. semper cum scientia voluntatē adjungit: sic enim habet in fine cap. Quapropter & voluntates nostræ tantum valent, quantum Deus eas valere voluit, atque præscivit, *præscientia sc. quæ cognoscit proprietatem rei, & valorem ejus: de eadem ergo intelligenda sunt cætera quæ subdit: & eodem modo ait lib. de Trinit.* Ideo sunt quia novit, non enim nescivit quæ fuerat creaturus: *loquitur ergo de scientia quæ antecedit, & quā Deus est potens ad creandum: ut patet ergo subdit,* Quia scivit, creavit, *adjuncta sc. voluntate. Scientia autem visionis subsequitur secundum rationem post decretum voluntatis: & ideo hæc scientia ut sic, non potest esse causa. Et eodem modo intelligendus est Thomas 1 p. q. 14. art. 13. ad 1. Quando verò negat Augustinus Deum cognoscere rem futuram, quia futura est, intendit præcipuā Dei scientiam non pendere ex præsentia seu existentia rei: unde non ait de futuro, sed de præsenti.* Non quia sunt, ideo novit, *& subjungit:* Neque aliter scivit creata quàm creanda. *Et eodem modo loquitur Durandus. Adde quod in ordine ad eandem scientiam approbationis, à futuro est vera illa negatio. Denique, aliquis scholasticus ita loquitur, ut significare voluerit objectum illud habere propriam causalitatem circa Dei scientiam, aut Deum accipere scientiā à rebus, cum per seipse omnia sciat: quam puto fuisse mentem Thomæ. Non tamen negant necessarium ordinem præsuppositionis, quo necessarium est hoc esse futurum, ut scientia visionis præsciri possit. Quod significant alii Patres, cum illa causali locutione utuntur. Ad primam confirmationem respondetur per eandem scientiam Deum causare præsentia, per quam causat futura: neutra autem causat per scientiam visionis ut sic. Neque Albertus loquitur de scientia visionis, sed de scientia absolute. Ad secundam confirmationem in qua absurdum esse reputat, scientiam Dei determinari ex rebus; Respondetur, si intelligat de determinatione formali, intrinseca, & reali quæ in Deo sit, verè est absurdum: sed à nemine hoc dicitur; si verò de objectiva determinatione tanquam conditione necessaria ut in divina scientia futurum repræsentetur, id non solum non est absurdum, sed omninò necessarium, ut scientia supponat objectum scibile.*

Resp. Prior distinctio *de scientia practica & scientia visionis ut sic,* non adeo placet, nec ullum protuli Authorem qui sic distinguat. Addit scientiam practicam scientiam approbationis vocari. An verò cum

videret

videret Deus omnia quæ fecerat & erant valdè bona, non erat illa scientia, scientia approbationis? Annon erat etiam visionis? Rursus, an scientia præcedens voluntatis determinationem est scientia approbationis, cum non dictet quid fieri debeat, sed quid decenter fieri possit? Conjuncta verò cum voluntate evadit in scientiam approbationis; quæ quidem est pallidior distinctio, quam quidem non approbare non possum. Scientia autem visionis quam secundum rationem subsequi dicitis decretum voluntatis, meo judicio ita dicitur tantum per externam denominationem, quatenus jam positum est aliquid, & hoc ipso quodammodo extra suas causas. At in creaturis non distinguimus scientiam practicam & scientiam visionis, nisi quatenus illa præcedit existentiam rei, hæc autem subsequitur eandem; unde novus modus oritur cognoscendi rem ipsam; non autem sic in Deo. Obiter adverte Suarezium enervare omnino dictum Augustini, dum ait, eum præcipuè intendere *Dei scientiam non pendere ex præsentia seu existentia rei; unde (inquit) non ait de futuris, sed de præsentibus: Non quia sunt, ideo novit;* & subjungit, *Neq; aliter scivit creata quàm creanda.* Et eodem modo loquitur Gregorius, certè ita loquitur August. lib. 6. de Trinit. cap. 10. & lib. 15. 13. Sed adverte Lector ne illi imponat Suarezius, dum hoc agit, ne quidquam ex Augustini Authoritate doctrinæ Iesuiticæ de scientia media præjudicaret. Si existentia rei non potest esse causa scientiæ divinæ qua novit rem existere, quanto minus futuritio rei causa censenda est scientiæ Dei qua novit eam esse futuram. Ratio est, quia res nondum existens longe impotentior est ad causandum aliquid quàm res existens. Secundò, ne scientia quidem Dei sejuncta à voluntate Dei, causa est cur res existat; conjuncta verò cum voluntate Dei quis neget perinde esse causam cur res futura, futura sit, atque cur res existens, existens sit. Quare quâ ratione dixerat Augustinus, *Non quia sunt, ideo novit Deus,* eadem per omnia ratione dicere potuisset, *Non quia futura sunt, ideo futura esse novit Deus.* Esto, Deus non accipit scientiam à rebus; annon verò hoc tantum obtinere velis de scientia divina rerum existentium, quod scilicet eam non accipiat Deus à rebus existentibus? Annon æqualiter obtinere censebitur de scientia divina rerum futurarum, quod scilicet eam non accipiat à rebus futuris? Esto verò, nolis accipere scientiam à rebus quomodocunque, sed tantum requirere ut objectum scibile ipsa supponat quod cognoscit. Haud equidem illibenter tibi gratificaturus sum istud: sed nolim te fingere rem in certo genere scibilem esse natura sua & citra omnem causam, quod in illo genere ut scibile sit citra causam fieri non possit. Exempli gratia; Res contingens est sua natura merè possibilis & indifferens perinde ad non futuritionem quàm ad futuritionem; nolim autem te comminisci rem hujusmodi ex conditione merè possibili atque indifferenti, migrare in conditionem rei ad futuritionem determinatæ, citra omnem causam, idque ab æterno. At hujusmodi est figmentum vestrum splendidissimum, & præsentis tuæ dissertationis universæ fundamentum, super quo scientia vestra media extruitur. Et quid quæso est castella in aëre ædificare quasi mundum alium novum in globo lunari ante annos aliquot detectum subjugaturus esses, si hoc non est.

CAPVT SEXTVM.

Ex decreto æterno divinæ voluntatis non sumi sufficientem rationem hujus scientiæ.

E*St multorum Theologorum opinio, Deum præcognoscere contingentia futura in decreto voluntatis suæ Rich. in 1. dist. 38 art. 1. q. 5. & Scot. dist. 39. q. unic.* § Visio de contingentia, *&c. & in quodlib. q. 14. & in re idem sentit Cajetanus q. 14. art. 13. ut cap. 5. attigi. Et multi ex modernis Thomistis idem sentiunt. Favet etiam Alexand. Halens. 1. p. q. 24. memb. 7. dicens præscientiam dicere ordinem ad prædinationem. Inclinat etiam Durandus in 1. dist. 38. dicens Deum cognoscere hæc futura in se & in causa eorum. Est autem diversitas inter hos Auctores; quia Richardus solum ait, cognoscere Deum hæc futura in sua voluntate, tanquam in causa infallibili, simplicissimo quidem modo, & absq; discursu ex parte cognoscentis: virtuali tamen discursu incluso in objecto, hoc scilicet: Quicquid Deus vult, erit; hoc Deus vult, ergo erit. Scotus vero addit alium modum cognitionis præter hunc, scilicet quia posito decreto illo divinæ voluntatis, statim incipit esse determinatè vera illa propositio:* Hoc erit, *quæ ante illud decretum non erat determinatè vera: & ideo jam Deus illam cognoscit non tantum in voluntate sua, sed etiam intuendo in seipsa veritatem illam.*

Fundamentum hujus sententiæ est; quia si hoc decretum est in Deo, sine dubio est sufficiens principium ad cognoscenda hæc futura propter efficaciam divinæ voluntatis: sed hæc voluntas est in Deo, ut isti authores latè probant, & summa omnium rationum est, quia Deus omnia immediatè operatur per voluntatem suam, vel solam, vel cum causis secundis: ergo & dirigit omnia in fines à se intentos & prædefinitos, quod pertinet ad perfectam & efficacem providentiam; & operatur omnia per efficacem voluntatem quâ vult illa esse antequam sint futura, & consequenter prius etiam quàm præsciat illa esse futura: ergo ad omnia quæ in tempore fiunt, antecedit voluntas efficax Dei, ut intendens

tendens & exequens, non solum antecessione æternitatis, sed etiam ante præscientiam secundum rationem. Quod breviter explicatur & confirmatur: Quia licet res non sit futura quia sit præscita à Deo, sed potius è contra, ideo est præscita à Deo quia futura est, tamen ideo est futura, quia Deus voluit illam fore. Nam operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. *Ergo à primo ad ultimum, voluntas Dei antecedit præscientiam, & consequenter voluntas est sufficiens ratio talis scientiæ.*

Respons. Certè in hoc apice Thomistis convenit cum Scotistis; & licet recentiores illi hoc non agnoscere non possint, cupiunt tamen dissimulare. Itaq; dicit Suarez multos ex modernis Thomistis idem sentire. De modernis tantum illud agnoscit, itaq; non omnibus, sed multis duntaxat; interea neminem ex iis producit Suarez, tanquam huic Thomistarum sententiæ adversantem, aut faventem sententiæ Jesuitæ. Imò ex Scholasticis sive modernis sive antiquioribus neminem repræsentat qui Jesuitis in hoc argumento propitius sit. Thomam ipsis adversantem non agnoscunt; attamen Bradwardinus ante centum & septuaginta annos sic Thomam interpretatus est quasi scientiam futurorum divinam in divinæ voluntatis determinatione fundaret. Etenim l. 1. cap. 18. postquam Scoti hac de re sententiam proposuisset, mox idem sentientem subjicit Aquinatem in hæc verba. *Item sanctus Thomas de Christiana religione, sive de fide, spe, & charitate 138. dicit quod contingentia effectuum causarum secundarum non potest certitudinem divinæ providentiæ perturbare, quia efficacia voluntatis divinæ certitudinem sibi præstat. Voluntas etiam Dei, cum sit universalis causa rerum, non solum ut aliquid fiat, sed ut sic fiat, ad efficaciam divinæ voluntatis pertinet non solum ut fiat quod vult fieri, sed ut hoc modo fiat quo illud vult fieri, ut sic divina voluntas impleatur efficaciter.* Etiam huc accommodat sententiam illam Thomæ, quia externam existentiam in æternitate, divinæ præscientiæ certitudini prospectum esse disserit. *Idem quoque, inquit, supra eodem 133. dicit, quod contingentia prout sunt virtualiter in suis causis non sunt determinata ad unum, ut de eis certa cognitio possit haberi, tamen prout sunt actu in suo esse in Dei æternitate, jam sunt determinata ad unum (nimirum in esse volito apud Deum) & potest de eis certa haberi cognitio.* Et cum [illegible] superius profitentem accepimus, Thomam nusquam rejicere præscientiam futurorum contingentium divinam, in voluntatis ipsius determinationem (quod tamen pro ea qua erat modestia disertè profiteri minimè sustinuit Franciscus Suarius) ideo dedimus operam ut ex ipso Aquinate loca aliqua illustria in hujus rei documentum exhibuimus. Quibus addi potuerunt etiam ista Thom. de verit. q. 3. art. 3. Dionysium laudat affirmantem *exemplar sive ideam esse prædefinitionem divinæ voluntatis. Et art. 6. in conclus. Ad ea (inquit) quæ sunt vel erunt, vel fuerunt producenda determinatur (Idea) ex proposito divinæ voluntatis. Et art. 7. in conclus. Quia nos ponimus Deum immediatam causam uniuscujusq; rei secundum quod in omnibus causis secundis operatur, & quod omnes effectus secundi ex ejus prædefinitione proveniant. Ideo non solum primorum entium, sed etiam secundorum ideas ponimus.* Et quia Suarez astute se gerens, præter Cajetanum modernos tantum Thomistas agnoscit hujus sententiæ assertores, Alvarem puta, Navarretum, & Lemosium; Itaq; in eandem scientiam subjiciam nunc Ferrariensem, etiam Capreolum. Ferrariensis in Thom. contr. Gent. lib. 1. cap. 67. *Ad rationem quantum res contingens* (inquit) *non prius est scibilis futura, quàm sit volita futura. Capreolus 1. distinct. 36. art. 1. §. q. 2. col. 2. Secundum* (inquit) *quod essentia divina, naturaliter & non secundum arbitrium voluntatis, repræsentat quidditates rerum: & ideo secundum idoneam ut est ratio quidditatis præcise, ipsa præcedit actum intellectus & voluntatis: sed essentia divina non naturaliter sed secundum arbitrium voluntatis repræsentat quidditatem sub existentia, & similiter enunciabilia ut sunt vera vel falsa.* Et quia Durandum exhibet non nisi obscurè eidem sententiæ adstipulantem; ecce igitur Durandi in hanc rem illustriora testimonia: Durand. in 1. dist. 39. q. 1. num. 35. *repræsentatur res fore vel non fore per essentiam divinam, non ut est solum essentia virtualiter omnem rem continens, sed ut est volens rem possibilem fore. Et dist. 38. q. 3. num. 26. Deum præscire A. fore, quia vult Deum velle A. fore.* Addamus his Bradwardinum ipsum justa disputatione confirmantem l. 1. c. 18. unde etiam sic concludit: *Ex omnibus ergo his videtur quod Deus præscit futura & non futura per voluntatem & voluntatem naturaliter quodammodo præviam voluntatis. Amplius autem per hoc scit Deus futura, per quod prius sint futura; sed hoc est divina voluntas sicut 24. ostendebat;* Differentias autem illa in ista sententia tradenda inter Richardum & Scotum prorsus nulla est. Uterq; enim ipso Suario referente profitetur rem hoc nomine futuram fieri quod sit à Deo volita, unde nobis fas est hunc in modum ratiocinari: *Quicquid Deus vult, erit; hoc Deus vult, ergo erit. At neuter dicit Deum hunc in modum ratiocinari.*

7. Certe divina voluntas est efficacissima; nec unquam deficit quemadmodum Aquinas 12. de verit. art. 10. ad 12. *Causæ, inquit, superiores quæ sunt rerum rationes in divina præscientia nunquam deficiunt ab impletione suorum effectuum, sicut deficiunt causæ inferiores.* Veruntamen hæc ratio non adeo accurate proponitur: nam si voluntas divina præmittat scientiam futurorum contingentium conditionatam, quemadmodum fingunt Jesuitæ, ratio prædicta vacillabit: & cum nobis probe jam perspectæ sint artes Jesuitæ, minimè dubitamus quin hoc consilio proposita sit à Suarezio, nimirum ut rima relinqueretur per quam dilaberetur, & locus esset ad scientiam istam futurorum conditionatam recurrendi. Rursus jam capite secundo disserens Suarez alteram partem contradictionis in futuris contingentibus determinatè veram esse ab æterno citra constitutionem divinam, aut voluntatis divinæ determinationem. Neque enim ullam hujus mentionem injecit Suarez, per quam determinaretur pars illa altera, quam ab æterno determinate veram esse prædicat. At inquam, quid opus est divinæ voluntatis efficacia, ad faciendum aliquid

aliquid futurum esse & consequenter cognoscibile in genere futuri quod circa eamdem divinæ voluntatis determinationem futurum est. Verum ratio quâ nititur & cui solvendæ non est universa Jesuitarum natio, quam nescio utrum ignorent magis an magis dissimulent Jesuitæ, hæc est. Inde unumquodque habet quod sit cognoscibile in genere futuri unde habet quod sit futurum. Sed futura contingentia à sola determinatione divinæ voluntatis habent quod sint futura: ergo ab illa sola habent quod sint cognoscibilia in genere futuri. Quod si cognoscibilia sunt in genere futuri, necesse est ut ab intellectu divino, quippe cum infinitus sit, cognoscantur; futura autem contingentia à sola determinatione voluntatis habere quod sint futura, sic probo: Ab æterno futura erant, non ex natura sua, quippe cum natura sua prorsus indeterminata sint, nec magis futura quàm non futura: ergo ab æterno causam habebant per quam ex conditione rei merè possibilis atque indifferentis transibant in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ. At transitus istius ab æterno facti causa nulla dari potuit extra Deum, cum extra Deum nihil ab æterno fuerit. In Deo igitur quærenda est migrationis istius causa. At essentia Dei transitus illius causa esse non potest, quia agens necessariò; neque enim omnino necesse fuit ut essent futura illa quæ futura sunt: si sit ut agens voluntariò, perinde est ac si causam istius transitus rejiceremus in ipsam Dei voluntatem ejusque determinationem ab æterno. Rursus scientia Dei transitus istius causa esse nequit vel Jesuitis arbitris, quippe qui docent scientiam futurorum in Deo, potius præsupponere futuritionem rerum quàm causare. Superest igitur ut sola Dei voluntas ejusque determinatio migrationis illius causa esse censeatur. Verum non me latet molestè ferre Jesuitas sententiam illam tam numerosis Scholasticorum suffragiis confirmari, quod tamen cum dissimulare nequeat Franciscus Suarez minus mirandum est, quod eam non simpliciter improbare videri velit Jesuita, sed duntaxat quatenus generatim proposita. Improbationis tamen suæ qualiscumque fuerit rationem ut explicet, distinguit de duplici voluntate Dei circa actum liberum creaturæ, quarum utraque locum habeat prius ratione quàm intelligatur esse absolute futurum.

Una (inquit) est circa actum ipsum absolute & secundum se qua scilicet vult illum actum esse: alia est circa concursum suum ad talem actum. Prior voluntas neutrâ est inefficax, seu simplex tantum affectus, de qua hic non est sermo, quia certum est ex illa non inferri infallibiliter futurum esse effectum, quia hæc solum est voluntas antecedens, ergo etc. Debet ergo esse voluntas efficax, & ita absoluta quæ nullam includit conditionem, quæ ex vi & efficacitate sua per se non possit & hæc dici solet prædefinitio, vel prædeterminatio, quia non solum ex æternitate præcedit temporalem determinationem ipsius voluntatis sed etiam ordine rationis antecedit præscientiam ejus. De quâ prædefinitione magna est quæstio, an Deus illam habeat circa actus liberos, vel repugnet libertati. Ego vero ex his quæ late tradidi in præcedenti opere suppono prædefinitionem hanc, si solum [illegible] interni propositi & absolutæ intentionis voluntatis Dei non repugnare cum libertate nostrarum actionum, ideòque esse in Deo circa actus bonos præsertim supernaturales, circa actus autem pravos haberi non posse propter malitiam eorum. An autem talis præfinitio sit etiam prædeterminatio ad certa voluntatis creatæ quæ sic prædeterminant illam physicè & efficaciter ad opus, sic credimus repugnare libertati ut dicto loco late ostendimus.

Posterior autem voluntas concurrendi ad actum in universum necessaria est ad omnem actum tam bonum quam malum, quatenus actus est, quia nullus esse potest sine concursu Dei, & Deus non præbet concursum suum nisi volendo, nec incipit hoc velle in tempore sed ex æternitate; & necesse est ut prius ratione hoc velit quam præsciat absolute effectum esse futurum, cum non possit esse futurum nisi ex concursu ejus. Ac denique necesse est ut velit in particulari concurrere ad hunc vel illum actum hic & nunc & non tantum confuse ad nihil voluntatis, quia aliàs Deus confusè & imperfectè operaretur, nec haberet distinctam providentiam singulorum effectuum, quod erroneum est. Unde in hoc non potest esse inter Catholicos controversia, nec memini me legisse aut audivisse aliquem in hoc difficultatem aut in re constituentem hujus disputationis difficultatem; sed in hoc solum an hæc voluntas concurrendi quantumvis distincta & in particulari, sit sufficiens ratio cognoscendi effectum esse futurum.

In distinctione ista Suariana proponenda desidero candorem, neque enim membra distinctionis ullam habent legitimæ oppositionis formam. nam cum voluntatis divinæ distinctio fingi possit vel ratione objecti circa quod versatur, vel ratione modi versandi circa idem objectum, vel utroque modo; haud facile est assequi quo sensu procedat ista distinctio Suariana. Si tantum variam esse vellet ratione objecti, dicendum illi fuerat voluntatem Dei duplicem esse, quatenus vel versatur circa actum ipsum creaturæ, vel circa concursum suum. Verum tam simplici voluntatis duplicis apud Deum distinctione nequaquam acquiescit Suarez, nec injuria, quippe cum proposuisset sibi voluntatem Dei distinguendam circa unum objectum, actum videlicet liberum creaturæ. Licet huic consilio distinctio Suariana nequaquam respondeat; nam si candidè se gereret & congruenter iis quæ proposuerat, dicendum illi fuerat: Voluntatem Dei circa unum & eumdem actum liberum creaturæ versari posse dupliciter; vel absolutè & secundum se, qua scilicet vult illum actum esse; hoc enim est primum membrum distinctionis Suarianæ: vel alio aliquo modo, qui quidem modus explicandus illi fuerat, quem tamen dissimulat & loco differentis modi tantum substituit differentem materiam circa quam versatur, puta concursum Dei. Ac si hoc tantum modo dicere voluisset, Dei voluntas aut versatur circa actum liberum creaturæ, aut circa concursum suum ad talem actum, prior voluntas est volitio actus absolute, posterior voluntas est volitio actus illius conditionata; quia scilicet non vult concurrere ad actum talem, nisi modo creatura rationalis ad talem actum etiam velit concurrere. His artibus instructi accedunt Jesuitæ ad tractandam Scholasticam Theologiam, nempe distinctiones suas ita explicant ut ad obscurandam veritatem comparatiores sint quàm ad illam illustrandam. Rursus priorem illam voluntatem distinguit

Suarez in voluntatem inefficacem & efficacem; illam vocat antecedentem, & simplicem tantum affectum designare volentis de eo quod velit, nempe non tam voluntatem, quàm velleitatem dicendam esse significat. Ego verò nego hujusmodi velleitatem, aut simplicē (quem vocat) affectū Deo posse competere. Primò quia si vellet aut desideraret aliquid fieri Deus, quod tamen non fit, qualis fingi solet illa voluntas qua velle dicitur omnes salvos fieri, hoc ipso periclitaretur fidei nostræ initium, quo nos credere profitemur in Deum omnipotentem, quemadmodū jam ante mille ducentos annos docuerat Augustinus. Rursus vel affectus iste in æternum durat vel non: si non durat, hoc ipso Deus constituitur mutabilis. Si durat, etiam hodie vult Deus, & in æternum volet salvos esse eos qui damnantur ad infernum. Voluntas antecedens juxta Scoti Durandiq; explicationem, tantum est voluntas interpretativè sic dicta. Voluntas antecedens juxta Thomam & Thomistas revocari non potest ad voluntatem simpliciter dictam sed duntaxat ad voluntatem negativam nondum scil. consideratis omnibus considerandis. At voluntas antecedens juxta interpretationem Ariminensis multò congruentior ē ipsi Damasceni sententiæ, quem distinctionis illius authorem fingunt Scholastici antiquiores, eadem penitus est cū voluntate absoluta, atq; efficaci apud August. qua vult Deus salutem electorum, qui quidem comprehendunt genera singulorum, non autem singulos generum. Sed agnoscit Suarez volitionem divinam efficacem circa actum liberum creaturæ, priusquam actus ille intelligatur esse absolute futurus, quam quidem prædefinitionem vocat & determinationem, nec repugnare dicit cum libertate creaturæ, duobus provisis quorum alterum est quod scilicet fiat *per modum interni propositi & absolutæ intentionis voluntatis Dei, non autem sit prædeterminatio ad extra voluntatem creatā per se prædeterminans illam physicè & efficaciter ad unum; Sic enim repugnare vult libertati.* Alterum quod fiat ista prædefinitio, *tantummodo circa actus bonos, præsertim supernaturales; nam circa actus pravos haberi non posse censet propter malitiam eorum.* Hic se produnt mysteria Jesuitica, sed sine sale & acute excogitata: quod ut manifestum faciam, prius exprimendum est quo fundamento nitatur agnitio Suariana prædefinitionis divinæ circa actus liberos creaturæ, citra detrimentum libertatis ejusdem. Hujus autem fundamentum est scientia quædam futurorum conditionata, quam etiam huic prædefinitioni divinæ præstruendam ducunt. Licet enim prædefinitio ista divina præcedat præscientiam futurorum contingentium absolutam, non tamen præcedit præscientiam futurorum conditionatam: per scientiam autem futurorum conditionatam fingunt Deum præscire, quòd si creatura rationalis certa quadam vocatione (quam hoc nomine congruam vocant) vocetur sive suadeatur ad actum bonum, infallibiliter eliciet aut imperabit actum illum. Hujusmodi autem præscientia futurorum præsupposita, licet Deo quemlibet actum liberum creaturæ bonum prædefinire, quippe cum probè conscius sit certorum mediorum possibilium, quibus adhibitis creaturæ infallibiliter actum aliquem producturæ sint. Imprimis itaque paucis convellam fundamentum illud de præscientia futurorum conditionata, quam Deo tribuunt, quod haud difficulter præstabimus, eadem nimirum opera qua doctrinam ipsorum de scientia futurorum absoluta infirmavimus, dudum responsionem ad librum secundum Suaresii de scientia Dei prius absolveram quam primi istius libri refutationem inchoaveram. Dico itaque falsum esse quod ajunt, Deum scire et prævidere quod creatura talem actum productura sit, quando certo modo moveatur per vocationem seu suasionem certam; quod & sic confirmo. Quod futurum non est, à Deo prævideri non potest tanquam futurum. At creaturam producturam esse talem actum modò certa quadam suasione moveatur, non est futurum: ergo nec à Deo prævideri potest tanquam futurum. Major propositio conceditur à Jesuitis, atque ab ipso Suaresio. Minorem verò sic confirmo; Si futurum est ut creatura producat talem actum, si certa suasione suadeatur, tum vel natura sua futurum est hoc, vel per aliquam causam extrinsecam factum est ut futurum sit, idque ab æterno; (nam ab æterno præscitum est hoc à Deo tanquam futurum: ergo ab æterno futurum erat.) Sed natura sua non erat futurum, sed merè possibile, æque indifferens, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem: ut manifestum est, neganti hoc nemine. Superest igitur ut per causam aliquam extrinsecam factum sit ut complexio ista (nempe si tali suasione suadeatur aliquod voluntati, tale aliquid faciet voluntas) ex conditione rei purè possibilis atque indifferentis transierit in conditionem rei futuræ, sivè ad futuritionem determinatæ. At hujus transitus causa nulla fingi potest extra Deum; ratio est, quia transitus iste factus est ab æterno, nam ab æterno futurum erat, quicquid futurum est. At ab æterno nihil erat quod transitus illius causa esset extra Deum. In Deo igitur migrationis istius causa quærenda est. Nunc in ipso Deo nihil occurrit in quod rejici possit præter voluntatem divinam: Neque enim essentia Dei agens necessitate facit ut res merè possibilis natura sua deveniat futura; Sed neque scientia Dei ut ipsi Jesuitæ arbitrantur transitus illius causa esse potest. Superest igitur ut in solam voluntatem divinam ejusq; determinationem rejiciatur tanquam in causam. Unde sequitur non quidem decretum Dei de futuritione rerum quarumcunque præsupponere præscientiam futurorum conditionatam in qua fundetur: sed ex adverso potius, omnem scientiam futurorum contingentium conditionatam præsupponere decretum Dei, quo nitatur illa scientia futurorum quantumvis conditionata. Quare concusso vel potius subverso ipso sententiæ Suarezianæ fundamento, sententiam ipsam non dico nutare, sed in præceps ruere necesse est. Veruntamen placet etiam propositiones à Suaresio propositas seorsim in considerationem revocare. Prima est, *posse Deum præstituere, seu prædeterminare actum liberum creaturæ per modum interni propositi & absolutæ intentionis, sed non posse ad extra prædeterminare voluntatem creatam physicè & efficaciter ad unum.* At (inquam) hujus assertionis membra sunt manifestè contradictoria. Etenim actus

liber

Enchirid. cap. [illegible]

liber creaturæ est actus voluntatis ejus, quare si prædefinitur actum liberum creaturæ, necesse est ut prædefiniatur actum liberum voluntatis ejus. Forte hoc vult Suarez: potest Deus prædefinire, ut actus liber voluntatis creatæ fiat, sed non potest prædefinire ut voluntas creata actum liberum faciat; vel sic, potest prædefinire ut actus liber à voluntate creata fiat, non potest prædefinire ut voluntas creata illum actum faciat. At istam absurditatem differendi jam olim profligatam dedi in Bellarmino ipso, dum examinis Arminiani refutationem in me suscepi. Sed & amplius urgeo actum liberum à voluntate creata fieri, & voluntatem creatam actum liberum facere prorsus unum idemque est; Quemadmodum via Athenis Thebas, & Thebis Athenas, idque non modo secundum Aristotelem, sed & secundum Hortadonum Jesuitam in Metaphysicis. Etiam olim conclusit Bradwardinus, quoties Deus vult aliquod antecedens, necesse etiam esse ut velit omne ejus consequens. Sed neque Suarez prodit hoc loco animum sibi esse in tam absurdas distinctiones præcipitem se dare, nec tamen melioribus utitur, sed mera perturbatione laborat, quasi hoc tantum ageret ut lector quid sibi vellet Suarez nequaquam intelligeret: imo probabile est ne Suarezium quidem ipsum quid sibi vellet probe intellexisse. Nam cum prædefinitionem distinguendam suscipiat, & primum distinctionis membrum procedat de prædefinitione per modum interni propositi; nihil prorsus occurrit quod huic respondeat ex membro altero quod sic procedit; *Si autem prædefinitio sit prædeterminatio voluntatis creatæ.* Hic forte lector nihil fraudis suspicans existimaret distinctionem fieri inter prædefinitionem & prædeterminationem. At jam ista pro Synonymis adhibuit Suarez in superioribus. Hæc (inquit) *solet prædefinitio vel prædeterminatio*; hic autem ista quasi distincta considerat cum ait, *si autem prædefinitio sit prædeterminatio.* Videas quæso annon ad ludificandum lectorem simplicem destinata sint ista, cum non haberet in hoc argumento Suarez quo se vel tolerabiliter expediret. Forte dices distinctionem procedere non de prædefinitione & prædeterminatione (quippe cum unum idemque sint Suaresio) sed de hujus prædefinitionis sive prædeterminationis objecto seu materia, quatenus scilicet vel transit in voluntatem creatam quemadmodum expresse traditur membro distinctionis posteriori; vel in aliquid aliud quemadmodum nihilo minus expresse traditur membro priori; sed revera nihil hujusmodi ponit Jesuita in illo membro. Verum sic procedit distinctio; prædefinitio vel est interni propositi vel voluntatis creatæ, quasi vero fieri possit prædefinitio voluntatis creatæ sine prædefinitione interni propositi divini, vel prædefinitio interni propositi divini de actibus liberè futuris, nisi simul prædefinitio illa transiret vel in voluntatem creatam, vel in aliquid aliud, quod tamen silentio transmittit Suarez ne si candide ageret, fraudem ejus unusquisque mox subodoraretur. Obiter advertas quam abstrusè se gerat, dum ait prædefinitionem esse per modum interni propositi, innuens aliam adhuc esse modum prædefinitionis divinæ, quasi vero aliud esset aut esse posset prædefinitio divina quam internum ejus propositum; aut internum propositum Dei aliud esse potuisset quam prædefinitio divina; mitto, quod si prædefinit Deus vel internè proponit, voluntatem creatam aliquid acturam, hoc ipsum sufficiet ad prædeterminandam voluntatem creatam ad agendum illud aliquid; quemadmodum si prædefiniat Deus aliquid producendum ex nihilo, hoc ipso producetur ex nihilo; nullam enim agnoscimus (idque cum bonis autoribus; cum bonos autores dico, non dico Jesuitas) potentiam executivam in Deo distinctam à voluntate ejus. Sed argumento militat Suarez, quia scilicet si voluntatem creatam determinaret, repugnaret libertati. At inquam hoc est dictare non differere; Nos in adversum Aquinatem differentem exhibemus de veritate quæst. 6. art. 5. ad 13. *Deus in voluntate agit non per modum necessitatis, quia voluntatem non cogit, sed movet eam non auferendo ei modum suum qui in libertate ad utrumlibet consistit, & ideo quamvis divinæ voluntati nihil resistat, tamen voluntas & quælibet alia res exequitur divinam voluntatem secundum modum suum, quia & ipsum modum divina voluntas rebus dedit, ut sic ejus voluntas impleretur; & ideo quædam explent divinam voluntatem necessariò, quædam contingenter, quamvis illud quod Deus vult semper fiat.* Verum addit Suarez se hoc late ostendisse opere præcedenti, nempe hoc prædeterminationis genus repugnare libertati; At inquam quam abjectè te gesseris in prædeterminationis seu prædefinitionis distinctione, jam vidimus probavimusque; pari per omnia ratione rejiciendam esse prædefinitionem per modum interni propositi, tanquam libertati creatæ repugnantem, atque prædefinitionem voluntatis creatæ. Rursus cum dicis hoc à te opere præcedenti latè demonstratum esse, artes tuas probe callemus, candorem tuum nullum agnoscimus. Quid enim? an non prædefinitio tua quam agnoscis in solidum nititur doctrina vestra de futurorum contingentium præscientia conditionata? an vero illa ex præcedente opere petenda est & non potius ex isto, una cum opere subsequente? Itaque cum in hac materia versaris, solenne tibi est lectorem ablegare ad opus præcedens; cum in opere præcedenti versatus fueris nihil dubito, quin perinde solenne tibi fuerit lectorem tuum transmittere ad opus illud de scientia futurorum, nempe cum paulò supra sic scribis. *Ego verò hic quæ latè tractabo in præcedenti opere suppono prædefinitionem hanc, si solùm sit per modum interni propositi non repugnare cum libertate nostra*; judiciosos omnes appello, annon ad hanc assertionis fidem faciendam multo commodius inserviat opus præsens quam præcedens. Cum nonnisi in præscientia futurorum contingentium conditionata in solidum fundetur. Ad extremum hoc à te libenter sciscitarer, an scilicet opere tuo præcedenti confectum dederis divinam voluntatis creatæ determinationem ad aliquid agendum libere, præjudicare libertati ejus? At nisi hoc præstitum dederis, nihil effeceris. Sic ſuis ex provisionibus tuis uno quam in vagam fuliginem abire fecimus; sequitur altera, nempe prædefinitionem divinam istam versari vult duntaxat circa actus bonos *præsertim supernaturales, circa actus autem pravos haberi*

beri non posse, sit propter malitiam ipsorum. At inquam hoc non tam eruditioni tuæ dandum est quàm prudentiæ, videlicet ad faciendum populum, & ne alii si compelles injuriæ tentur consiliis vestris debacchandi in nos, quod Deum statuamus velle mala. Itaque in hoc scamno sua servit Suarez; Solenne enim est Iesuitis in dissertationibus suis ballistionam exercere; Sed frustra prorsus; nam velitis nolitis necessario vobis concedendum est, Deum tam velle mala quàm bona, huc enim vos adiget doctrinæ vestræ genius de scientia media. Cedo hic quemvis arbitrum modò non Iesuitam: videt Deus unumquemque perductum iri ad sanam mentem, ad fidem in Christum & resipiscentiam, modò congrua suasione vocetur; illa enim proculdubio futura est efficax. Rursus videt neminem ad sanitatem rediturum, aut ad fidem & resipiscentiam perductum iri, modò suasione optima congrua sollicitetur ad credendum & resipiscendum: gratia enim incongrua licet sufficiens inefficax tamen futura est, si Jesuitis credimus: vult tamen Deus his (electis scilicet) gratiam congruam subministrare; unde manifestè sequitur Deum, sicut vult ut salvi fiant, ita etiam velle ut credant & resipiscant; Cum vero aliis (videlicet reprobis) gratiam quantumvis sufficientem suppeditet, congruam tamen largiri recuset, hic sobrios omnes appello, annon æque manifesto sequatur, Deum perinde velle ut illi nec credant nec resipiscant, sed propter infidelitatem & impœnitentiam condemnentur, atque vult ut electi credant & resipiscant, & juxta fidem & resipiscentiam vita æterna coronentur. Non hic repræsento Bradwardinum justa disputatione contendentem, circa quodcunque versatur promissio divina circa idem versari volitionem Dei actualem: Bellarminus ipse fatetur bonum esse ut mala fiant Deo permittente, & non tantum Deo velle quod bonum est? Hugonem de Sancto Victore producit. *Cum dicitur Deus vult mala, refugit hoc pia mens, non quia quod dicitur non bene dicitur, sed quia quod bene dicitur, non bene intelligitur.* Imò ad Augustinum provoco, non aliud (inquit) *fit nisi quod omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo*: sive enim eveniant à Deo faciente, quomodo eveniunt omnia quæ bona sunt, sive Deo sinente quomodo eveniunt omnia quæ mala sunt, omnia tamen & singula fiunt Deo volente juxta Augustinum. Imo in ipsis sacris literis nihil testatius; Nempe Apostoli uno ore profitentur apud Deum: *Adversus sanctum Filium tuum Iesum, quem unxisti, congregati sunt Herodes, Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israelis ad faciendum quæ tua manus, & tuum consilium prædefinierat ut fierent.* & Apocal. 17. 17. *Deus indidit in cordibus Regum, ut faciant voluntatem suam, & ut dent regnum suum Bestiæ*, nempe dicimus Deum velle ut bona fiant, ipso faciente, sed quia bonum est ut fiant & mala, Augustino præeunte, Bellarmino consentiente, doctrina etiam Jesuitarum de scientia media id ipsum confirmante, dicimus etiam, Deum velle ut mala fiant ipso permittente.

II. De concursu Dei tanquam ad unitatem actum necessario requisito, & voluntate concurrendi tanquam ab æterno habita apud Deum, litem nullam movemus Iesuitis: Nec in concursu simpliciter futurorum fundamus præscientiam quam Deo tribuimus, sed in certo concursus modo, qui scilicet fiat per determinationem voluntatis creatæ, ad actum suum, qualem esse concursum Dei, atque omnem alium concursum à Jesuitis confictum prorsus impossibilem esse, clara atque evidenti ratione demonstrari posse judicamus.

Actus prædefiniti certò cognoscuntur in prædefinitione.

Suar. *His positis dico primo, actus liberi boni prædefiniti à Deo, supposita tali prædefinitione evidenter cognoscuntur futuri in illa, & ex vi illius, illa tamen prædefinitio non potest esse prima ratio cognoscendi futura libera, sed necessariò aliam supponit seu includit, prima pars conclusionis certissima est.*

Respons. Quod attinet ad primam partem conclusionis, expatiatur Suarez congrediendo cum difficultate quadam à Gabriele Vasquez proposita in 1. Disputatione 64. cap. 2. Et ex professo disput. 80. nodus autem enodandus sic proponitur à Suarezio. *Æternum decretum divinæ voluntatis solam addit respectum rationis ipsi divinæ voluntati, qui respectus rationis intelligitur resultare in Deo eo quod res sit futura sicut resultat relatio ex positione termini, ergo non potest in decreto ipso cognosci quod res sit futura, sed potius cognoscendo rem esse futuram & cognoscendo voluntatem Dei, cognoscitur in ea esse tale decretum, sicut cognito fundamento & termino cognoscitur relatio & consurgit; quia Deus non potest in se intelligere respectum rationis; solus enim intellectus creatus illum confingit dum imperfecte rem concipit, & ideo solum est objective in intellectu creato, abstractive cognoscente.* Sic fuit nodus ad cujus enodationem se accingit Suarez: verum imprimis monet, has rationes supponere quidem illam difficultatem nunquam satis explicatam, quid scilicet sit completè, seu quid addat hoc decretum Deo, tamen in præsenti nullam novam difficultatem ingerunt. At inquam, quid adderet decretum Deo? num quid accidens aliquid adderet sive actum volendi, qualis inest in creaturis? At fatentur omnes in essentiam divinam aliquod accidens competere non posse, cùm sit omnis compositionis expers, an vero substantiam? hoc vero quid aliud esset quàm Deum alterum Deo superaddere? Quorsum ergo expectaremus ut aliquid adderetur Deo, per decretum Dei? nostra libertas est ad actus varios, non sic Dei libertas, inquit, Scotus, verùm Dei voluntas libera est ad objecta varia, non autem ad actus varios: Navarretus etiam actum volendi liberum addi Deo censet idque formaliter sed eminenter, nempe nihil vult addere Deo quod ab essentia ipsius distinctum sit. In essentia divina mysteriorum plena sunt omnia, etiam attributa divina mysteriorum plena sunt, hodie quicquid de Deo cognoscimus, non nisi ad plan-

[illegible] nosscimus: Oportet [illegible] speculari; ubi autem [illegible] Deum facie ad faciem, & Trinitatem [illegible] & processionum illarum rationalium [illegible] cognoscimur in creaturam cadit, tum de- [illegible] cognoscemus. Itaque ad [illegible] Vincentiali [illegible] diluendas progreditur Suarez: *[illegible] probat Deum non [illegible] decretum liberum in se ipso, quod sine [illegible] probat; probatur, quia si [illegible] per hoc decretum, ut [illegible] cognoscit non posset [illegible] Deum [illegible] sequitur Deum [illegible] decretum, quae [illegible] quae est de ratione ejus: Si autem [illegible] talis decreti, ut [illegible] decretum [illegible] talem effectum, ut [illegible] & Deus [illegible] & [illegible] etiam [illegible] decretum forma- [illegible] effectum [illegible] tale effectum [illegible] futurum, per quod etiam [illegible] decreto, sed [illegible] quod res fu- tura est, esse in Deo decretum, quod falsum est. & [illegible] quod [illegible] futurum est, decretum in Deo [illegible] per quem [illegible] & [illegible] decretum. Falsum ergo est hoc quod supponitur [illegible] effectum [illegible] decretum, & decretum [illegible] & [illegible] in Deo, non posset [illegible] effectum [illegible] decretum, & [illegible] ad fingendum effe- ctum [illegible] cognoscendum ipsum decretum; [illegible] effectum [illegible] decreti, [illegible] ut negetur hoc decretum [illegible] Deum [illegible] esse [illegible]. Nihil ergo ob[illegible] quae [illegible] praedefinitio cognoscitur esse futurum in decreto, quo praedefinitum [illegible] in causa, quae [illegible] infallibile est sequi talem effectum:* Agnolum operam in hac Suarii [illegible] feliciter navatam adversus infau- stam illam subtilitatem, seu deliram potius imagina- tionem Vasquezii, quam etiam [illegible] ventilan- dam & profligandam suscepi, Respons. ad Examen Arminii lib. 2. part. 2. de electione Digress. 20. Sed quia secunda pars [illegible] Francisci non magis [illegible], in ea confirmanda [illegible] se gerit Sua- rez, [illegible]:

[illegible] ita de- [illegible], nam hoc praedefinitio [illegible] ad actum liberum creaturae, [illegible] supponit in Deo & [illegible] actum infallibiliter fiat, & scientiam qua novit quid necesse sit ipsum Deum facere, circa voluntatem creatam ut illa infallibiliter fa- [illegible]; & hoc sensu [illegible] praedefinitio [illegible] praesupponit in Deo hanc scientiam conditionatam, [illegible] circa hunc hominem [illegible] si hic homini tali opportunitate [illegible] vel [illegible], hoc operabitur, [illegible] ponunt in Deo prae- definitionem hanc, si simpliciter negant hanc scientiam non consequenter loquuntur, & repugnantia dicunt: Di- co autem si simpliciter negent, quia [illegible] modo hanc scientiam [illegible], ut statim explicabo: Et si uno modo ne- getur [illegible], [illegible] repugnantia; tamen simpliciter illam tollere & admittere praedefinitionem repugnat, pro- batur, quippe impossibile est eum, qui per intellectum & voluntatem operatur, intendere prudenter & efficaciter finem, quem habeat praecognita media quibus consequi pos- sit ipsum finem. Ergo si intentio [illegible] debet esse efficax, [illegible] ita ut illa posita impossibile sit [illegible] effectum intentum non sequi, necesse est ut qui habet eam intentionem praecognoscat media & etiam in- fallibiliter [illegible] effectum intentum, [illegible] talis in- tentionem infallibile [illegible] applicare illa media, quibus ille effe- ctus infallibiliter est futurus [illegible] Dei efficax ut declaratum est. & [illegible] de Deo dicitur: quaecunque voluit Deus fecit. Ergo talis voluntas sup- ponit scientiam & [illegible] facultate, [illegible] omnipotentissima & [illegible] voluntas, quae vellet aliquid ut infallibiliter efficiendum, ignorat [illegible] posset facere ut infallibiliter fieret: haec autem scientia inclu- dit veritatem illam conditionalem, quod si Deus hoc vel il- lud faceret, vel permitteret circa voluntatem creatam, illa hoc vel illud operaretur.

II. Rursus haec praescientia [illegible] modis intelligitur: primo ut effectus ille cognoscatur futurus, posita illa con- ditione seu motione Dei [illegible]; vel [illegible] in a- lia praescientia [illegible]: Sic hoc posterius dicatur, [illegible] modus supponit cognitionem effectus liberi, [illegible] & rationem praeter praedefinitionem divinam, Et ita praede- finitio non poterit esse prima ratio & causa cognoscendi ef- fectum liberum, [illegible]; prior vero modus re- quirit non tantum praedefinitionem per modum intentio- nis, sed etiam per modum efficacis determinationis volun- tatis quod repugnat libertati; Ergo nullo modo praedefini- tio potest esse prima ratio hujus cognitionis.

Praedefinitio divina determinans ad actum liberum creaturae supponit (fateor) in Deo facultatem faci- endi ut ille actus infallibiliter fiat; verum hoc nihil ad rem: Sed neque necesse est ut illa facultas facien- di, ut ille actus infallibiliter fiat, distinguatur ab ipsa voluntate. Tantum quaeritur, an hujusmodi praede- finitio praesupponat praescientiam in Deo tanquam rationem cognoscendi futura ipsa praedefinitione priorem, quod nos prorsus negamus: Itaque dicit Suarez, praedefinitionem illam divinam supponere scientiam qua novit, *quid necesse sit ipsum facere circa illam voluntatem creatam ut illa infallibiliter faciat talem actum.* At inquam ista ratio duobus nominibus in- valida est; licet enim hujusmodi scientiam Dei prae- definitio supponat, tamen illa scientia non est ratio cognoscendi futura, prius ipsa praedefinitione. Li- cet enim prior esse concedatur ipsa praedefinitione, tamen non est ratio cognoscendi futura: seclusa praedefinitione. Nam quamvis nunquam praedefi- nivisset Deus liberum aliquem actum creaturae, ta- men hoc nihil obstante scivisset *quid necesse sit ipsum*

Deum

Deum facere circa voluntatem creatam ut illa infallibiliter faciat aliquem actum: Secundo dum hunc in modum differit Suarez, supponit aliquid Deo faciendum esse circa voluntatem creatam per quod faciat illam infallibiliter facere talem actum. At nos illud prorsus negamus: Ex adverso dicimus nihil aliud Deo faciendum esse per quod faciat voluntatem creatam infallibiliter aliquid velle. Iuxta phrasin Scripturæ,

Philip. 2. *Operatur in nobis & velle & perficere*: Rursus, *Faciam ut in*

Ezech. 36. *statutis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis*: Non diffiteor Deum insuper docere, & prius docere quid faciendum sit, quam faciat, ut velimus vel operemur, quod faciendum esse docet & mandat: verum docere quid faciendum sit, nequaquam est facere ut faciamus. Sed nec suadere aut exhortari ut faciamus aliquid, est facere ut faciamus: Nam ut recte

Lib. 2. de grat. Chr. cont. Pelag. & Cœlest. cap. 10. Augustinus *Si quid inter docere & suadere seu potius exhortari discriminis est, id tamen doctrinæ generalitate comprehenditur*: Prædefinire autem actum liberum voluntatis creatæ, nihil aliud est quàm prædefinire eo futurum, ut voluntas creata actum liberum eliciat, aut imperet: hoc autem nullam aliam scientiã præsupponit, quam quæ sit simplicis intelligentiæ, per quam novit voluntatis suæ prædefinitionem irresistibilem esse; at hujusmodi scientia nequaquam ratio est cognoscendi futura: Itaque conditionata scientia quam prædefinitio supponit tantum est hujusmodi, Si decrevero hominem tale aliquid voliturum profecto tale aliquid voliturus est; quis enim resistet voluntati Dei omnipotentis? Sed neq; fieri potest, ut ista prædefinitio non secum trahat suo tempore istam determinationem voluntatis creatæ ad volendum aliquid sive operandum. Ad consequentias vero Suarezianas quod attinet, quarum prima est: *Ergo hoc vel illud facit circa hunc hominem, hoc volet. Secundo, si hic homo in tali opportunitate excitetur vel moveatur, hoc operabitur*, tantum veritatem obtinent si antecedens procedat de motione Dei, voluntatem creatam ad volitionem vel operationem determinante; Sin procedat de motione morali per modum suasionis aut exhortationis, prorsus falsæ sunt, hoc est non veræ: etenim quæcunque suasione aut morali motione posita, non magis sequitur hominem voliturum quàm non voliturum. Etenim res complexione illa (homo sic moraliter motus hoc volet) significata contingens est duntaxat & merè possibilis natura sua atq; indifferens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem; nec fieri potest ut ex conditione rei merè possibilis transeat in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ sine causa; & si futura erat ab æterno, etiam & ab æterno causam hujus futuritionis habuerit, necesse est: At extra Deum nihil erat ab æterno quod transitum cujus ab æterno facti causa esse potuisset. Sed nec aliquid in Deo subit, à quo causam hujus arcessere possimus, præter ipsam divinæ voluntatis prædefinitionem: unde conficitur manifesto, hujusmodi consequentiarum scientiam Deo tributam subjiciendam potius esse divinæ prædefinitioni, quàm ullatenus eidem præficiendam: Quare quoties aliter philosophatur Suarez, videtur cum scientia sua media tanquam Helena obdormire, sicut Endymion olim cum Diana mundum expertem. Addit tamen Suarez ad censuram suam temperandam, [illegible] cum dixisset non consequenter loqui qui ponunt in DEO prædefinitionem, & hanc scientiam negant, *& dicunt modo prævisam futuram*; nempe vel ex [illegible] divinæ, vel ex alia præsentia [illegible] hoc autem est absurdũ insipidum, tum quia consequentia a Suarezio proposita non tam admittunt quam respiciunt prædeterminationem voluntatis creatæ; tum quia scientia Dei irresistibilis conditionis voluntatis divinæ non est scientia media, quã cognoscuntur futura, sed duntaxat simplicis intelligentiæ; tum denique, quia non nisi posita prædefinitione Dei res contingentes, ex mere possibilibus evadunt futuræ, & consequenter hoc ipso fiunt cognoscibiles in genere futuri; videamus tamen rationem Suarezii qua contendit minime consequenter loqui, qui scientiam conditionatam nequaquam præsciunt prædefinitionibus divinis actuum liberorum voluntatis creatæ. Licet nos libenter damus, ante prædefinitionem divinam, Deo probe notum esse, quod quicquid aliquando faciendum esse definierit illud futurum sit, hoc autem nihil aliud est quàm cognoscere voluntatem suam irresistibilem esse. ratio igitur Suarezii hæc est, *impossibile est eum qui per intellectum & voluntatem operatur intendere prudenter & efficaciter finem, quem habere prærogativa media, quibus possit consequi finem illum*: procul-dubio ne Suarez quidem experrectus esse videtur cum Endymione. Somniat enim quicquid Deus per intellectum & voluntatem operatur, illud intendere tanquam finem ad quem per media quædam perveniat; Alias enim quid opus esset ut intentioni suæ præmitteret cognitionem mediorum, per quæ quod intenderat assequatur. Nos vero negamus Deum intendere fidem Petri tanquam finem; potius dicimus, Deum intendere fidem Petri tanquam medium ad finem, ad hoc autem non opus est alio aliquo, quam ut vim suam exerat aperiendo cor Petri fatendoq; ut credat. Dices, atqui non nisi per media perducit Petrum ad fidem, Respondeo, vel sine mediis posse Deum cuilibet inspirare fidem; ratio autem adhibendi media non hinc petitur, quod sine mediis Petrus ad fidem perduci simpliciter non possit, sed potius hinc, quod sine mediis ad fidem perduci non possit certo modo, nempe congruenti naturæ suæ, hoc est per externam verbi prædicationem & exhortationem ad fidem; nec tamen modus iste perducendi scilicet Petrum ad fidem per prædicationem est modus infallibilis virtute mediorum. Certissimum enim est paucissimos ex iis qui vocantur per prædicationem Evangelii perduci ad fidem; verum infallibilitas perducendi Petrum ad fidem sola Dei prædefinitione nititur, & secundum prædefinitionem suam voluntatis Petri determinatione, quod quidem à Deo præstari potest, (determinationem dico voluntatis Petri) tam sine mediis quibuscunq; quam per media: Solus modus infallibilis illud faciendi, est gratiosa & supernaturalis influentia divina in mentem & voluntatem Petri, per ipsam inspirat fidem. Et probe novit Deus voluntatem suam ad præstandam hujusmodi influentiam atq; inspirationem esse irresistibilem, nec aliam ullam scien-

tiam

tiam conditionatam præmittunt prædefinitioni divinæ voluntatis circa actus liberos voluntatis creatæ.

3. Agnosco si effectus cognosceretur futurus aliunde, quàm ex motione Dei juxta voluntatem ejus; daretur qualem alia via & ratio cognoscendi effectus futuros præter prædefinitionem divinam. Admodum stupidum esse oporteat qui hæc non adverteret, nonne si daretur alia animalia præter hominem, procul dubio non solus homo est animal. Sed memineris quod olim Trucillus Scribo: *Si ita est, ò in exilium*; quod item Salinus Trucillo, *Si non est, redeo.* Addit Suarez: Si cognosceretur effectus ex vi motionis divinæ, eo ipso hanc requiri non modo prædefinitivam per modum intentionis; sed etiam per modum efficacis prædeterminationis *quæ repugnat* (inquit) *libertati*. Agnoscimus ad hoc sequi prædeterminationem, sed quam absurde distinguitur prædeterminatio à prædefinitione? Item quin sive prædefinitio sive prædestinatio dicantur, nequaquam repugnet libertati jam ostendimus sectione superiori, unde fit utrumque etiam quam hinc infert conclusio, dum ait *ergo nullo modo sola prædefinitio potest esse prima ratio hujus cognitionis.* Quidni enim? cum non prædefinitio divina, quæ definit se determinaturum voluntatem creatam ad liberum actum suum, non erit prima ratio cognoscendi futura, modo talis prædefinitio concedatur? Aliam vero prædefinitionem nimirum scientia vestra conditionatâ nitisam concedimus. Nos verò nullam prædefinitionē agnoscimus circa actus liberos voluntatis creatæ, quam quæ suo tempore determinativa sit voluntatis creatæ ad liberum actum suum. Dices, atqui etiam ista prædefinitio determinativa præmittit scientiam qua novit DEUS, quod quicquid futurum esse decreverit DEUS, illud aliquando fiet. Libenter fateor unamquamque Dei prædefinitionem divinam scientiam sibi præmittere. At illa scientia non alia est, quam quâ probè novit Deus voluntatem suam esse irresistibilem: etiam decretum de mundo creando eandem scientiam præsupponit; nec tamen propterea dixeris, decretum non esse primam rationem fundamentalem cognoscendi futuritionem mundi; præsertim cum ex solo decreto Dei mūdus ex conditione rei merè possibilis transiit in conditionem rei futuræ. & pari per omnia ratione actus liber voluntatis creatæ per solam prædefinitionem divinam, ex conditione rei merè possibilis atque indifferentis, tam ad non futuritionem quam ad futuritionem migrabit in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ. Tandem aliquando fatetur Suarez *prædefinitionem posse esse primam radicem hujus cognitionis, si modo talis sit quæ physicè determinet voluntatem ad actum prædefinitum.* Sed supponit hoc esse impossibile salva libertate ex dictis in lib. 2. & 3. de auxiliis; At hoc jam refutatum dedimus sectione superiori. Atque hinc etiam, neque ex scientia divina futurorum contingentium, argumentum extruimus ad convellenda ea omnia quæ contra determinationem voluntatis creatæ à Deo factam, disserunt libris illis de auxiliis, idque ex animi sui sententia. Jesuitarum ratio non est hactenus refellendo; Sed nec audent impetus ejus sustinere; imo passim dissimulant, & hoc ubique agunt ut vim ejus obscurent, ne radiis suis omnium oculos perstringat, & in obsequium sui vel volentes ducat vel renitentes trahat. Argumentum autem est hujusmodi: Quicquid futurum est aut erit, ab æterno futurum erat; At nullum contingens futurum erat ab æterno naturâ suâ, quæcunque posita aut ponenda conditione præterquam divinæ voluntatis prædeterminatione, sed merè possibile & indifferens tam ad non futuritionē quàm ad futuritionē natura sua; Ergo ex conditione ista rei merè possibilis in conditionē rei futuræ migrare non potuit sine causa; & cum ab æterno facta fuerit illa migratio (nam ab æterno futura erāt quotquot aliquando futura erant) necesse fuit ut hujus migrationis causa esset æterna. At nihil æternum est aut fuit extra Deum: ergo in Deo solo migrationis istius causa quærenda est, non autem in essentia Dei constitui potest, nec in scientia ipsius; superest igitur ut in sola divinæ voluntatis determinatione transitus istius causa constituatur. Abige igitur prædefinitionem divinam scientia vestra conditionata etiamnum. Explosa autem ista scientia conditionata, superest ut non alia prædefinitio admittatur quàm quæ vel Suario judice secum trahit determinationem voluntatis creatæ ad omnē actum suum.

Dico secundò, prædefinitio divina non est neque esse potest sufficiens ratio cognoscendi hæc futura in universum: ratio est, quia hæc prædefinitio non convenit rebus omnibus seu actibus futuris contingentibus; in prædefinitione autem solum possunt cognosci ea quæ prædefiniuntur, ut per se constat. prior propositio probata est à nobis latè in libro 2. de auxiliis, ubi ostendimus DEUM non prædeterminare voluntates humanas ad actus peccaminosos, nec eos absolutè prædefinire aut determinare ut fiant, sed solum permittere, ut Concilia & Sancti loquuntur, oppositumque repugnare divinæ bonitati. Dicunt verò aliqui sufficere voluntatem permittendi peccatum, ut in eo cognoscatur esse futurum: Sed hoc falsum est in rigore & per se loquendo, nisi supponatur alia ratio cognoscendi hæc futura quæ per se juvet, ut in fine hujus capitis declarabo. De actibus autem bonis in eodem opere de auxiliis ostendimus, incertum esse an omnes sint prædefiniti à Deo, præsertim illi qui supernaturales non sunt: si ergo aliqui non fuere prædefiniti, illi non cognoscentur in decreto prædefiniendi; & solum videtur certum, permisso DEUM non prædefinire hos actus etiamsi voluerit ad illos concurrere; non poterit tamen illos ignorare quacunque ratione futuri fuerint; Prædefinitio ergo neque adæquata nec necessaria ratio hujus scientiæ futurorum esse potest. Suarez.

Unicam hactenus accepimus à Suarezio rationem, quâ militat adversus eos qui scientiam futurorum contingentium in Deo niti volunt, prædefinitione divina sive decreto Dei, eamque ductam à libertate voluntatis creatæ. Altera est quâ contendit saltem in universum rationem esse non posse cognoscendi omnia futura, quia scilicet non potest esse ratio cognoscendi mala. At in hoc etiam apice tenitamen habet, Navarretum, Alvarez & Dominicanos, ni fallor, ad unum omnes; mitto Scotum, mitto Bradwardinum etiā in hoc apice sclaras adversarios, at quid ita quæso? An quia Deus nō prædeterminat humanas voluntates ad actus peccaminosū? An verò negat actū à peccato substratū à Deo esse, ullo in genere causæ efficientis? Nihil minus; quod si posset esse causa actus *Respons.*

peccami-

peccaminosi quoad substantiam actus, quid ni possit etiam determinare voluntatem creatam ad actum peccaminosum quoad substantiam actus? Nam etiam actus peccaminosi substantia bona est, alioqui nequaquam rejiceretur in influentiam divinam tanquam in causam ejus. Rursus si non concurrit ad substantiam actus, determinando voluntatem creatam; num concurrit modò voluntas velit? At ponamus actum ipsum de quo agimus esse actum volendi, num dices Deum ad actum volendi producendum concurrere modò creata voluntas velit? at modò velit, quid opus est concursu Dei ut velit? Rursus an sobrietatem sapit, ponere actum volendi prævie tantum concursui divino ad producendum eundem actum volendi? Sed videtur Deus voluntatem creatam hoc momento volituram, modò Deus concursum suum exhibuerit? At ego hoc falsum esse jam centies demonstravi; Neq; enim videri potest aliquid tanquam futurum antequam futurum est; At seclusa divinæ voluntatis determinatione nihil omnino rerum contingentium futurũ est aut absolutè aut conditionatè, uti jã sæpius ostensũ est. Nihil habet Suar. de determinatione ad malitiam actus. Neq; enim malitia admittit causam ullam efficientem sed deficientem duntaxat, ut jam olim disseruit August. de Civit. l. 12. c. 7, verum addit Suarez *Deum non determinare vel prædefinire actum peccati ut fiat*. Non dicit Deum non posse prædefinire & determinare ne contradiceret ipse sibi. Nam cum l. 1. de auxil. c. 1. n. 7. *de hujus temporis hæreticis quos vocat asseruisset eos non negare quidem operari nos ex perfecto judicio & advertentia rationis. Experimur enim, (inquit) si ab ipsis absolute non cogi neq; necessitate pati, negare tamen nos libere operari* (quod tamen non alio sensu negant quàm quia libertatem arbitrii [illegible] *quod Deus sua omnipotentia voluntati nostræ necessitatem imponat*. vide jam quam [illegible] proponat Suarez de ista qualicunq; hæreticorum opinione ab ipso repræsentata. *In quo* (inquit) *à Catholicis non reprehenduntur eo quod asserant quod vel in re ipsa contradictionem aut repugnantiam involvat aut Dei omnipotentiam superet*. Hinc concludo Deum nequaquam constituendũ esse autorem peccati aut quicquã indecorum suæ majestati facere, quamvis omnipotenti sua voluntate nobis in agendo necessitatẽ imponat, quanto minus cum ex nostra sententia nequaquam determinet voluntatẽ nisi ad agendum liberè. Quod vero ex Suarez loco citato ex Scripturis constare, Deum ordinariè non uti nobiscum ea efficacia & omnipotentia sua, Jubet nos in hanc arenam descendimus ut cum Suarezio in hoc apice cõgrediamur; Annon Scriptura palam testatur Herodem & Pontium Pilatum unà cum gentibus & populo Israelis congregatos esse adversus filium Dei sanctum ut facerent quæ Dei manus & consilium prædefinierat ut fierent? (Act. 4. 27.) Etiã Deum indidisse cordibus Regum ut facerent voluntatem suam, & regnum suum traderent Bestiæ, (Apoc. 17.) Etiam uxores Davidis tradidisse Absolomo filio ipsius constuprandas, etiam alios in efficaciam erroris ut crederent mendacio, alios in reprobum sensum ut facerent quæ non conveniunt? Et licet non alia fidei principia agnoscamus præter verbũ Dei scriptum, tamen non desunt etiam ecclesiastica testimonia hanc ipsam veritatem confirmantia prout sectione superiori disserui ex Augustino, Hugone, de S.

Victore, Bradwardino, [illegible] atque etiam [illegible] de scientia [illegible] in hoc apice ad [illegible] Deum velle ut peccatum fiat ipso permittente, quoniam negat gratiam illam [illegible] abstinendum à peccato, & quam [illegible] tamen prævideat futuram [illegible], Sed & [illegible] hoc [illegible] demonstrat, nam cum [illegible] possibile, & indifferens tam ad [illegible] fieri nequit ut ex conditione [illegible] possibili, & hunc in modum indifferenti, [illegible] ad futuritionem determinatam transeat [illegible] sine causa nulla [illegible] potest extra Deum, quippe [illegible] futurum est, aut erat, [illegible] in æterno [illegible] conditionem ad futuritionem determinatam ab æterno factus, & proinde [illegible] externo existentem, ejus generis nulla sit extra Deum. Atqui in ipso Deo nihil occurrit, quod [illegible] voluntatem Dei: nam essentia Dei agit necessario, [illegible] necessitate absoluta fieret quicquid [illegible] in rerum natura; scientia quippe quæ [illegible] futura esse, potius quam facit. Superest ergo ut sola Dei voluntas in causa sit, cur malum quodcunq; ex conditione [illegible] in conditionem [illegible] voluntas, quæ vult ut fiat aliquid ipsa [illegible] enim malitia [illegible] causam efficientem [illegible] sed solummodo deficientem) sed permittente voluntate quâ vult Deus, ut fiat aliquid ipso permittente juxta illud Augustini *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* [illegible] Deus ab æterno gratiam concedere quâ quis abstineat à peccato, [illegible] gratiam [illegible] ille quisquis fuerit nunquam abstinebit à peccato. [illegible] est illud Augustini, causam cur Angeli electi steterint, [illegible] voluntatem Dei, electos Angelos [illegible] de Civit. Dei l. 12. c. 9. Sed [illegible] permissionem (& consequenter etiam [illegible] permittendi peccata) [illegible] sufficere ad cognoscendã peccata futura; verum hoc [illegible] in sequenti capite [illegible]. Obiter advertas quam [illegible] in Pelagianismum se gerunt & ad [illegible] populum [illegible] quoties negant actus malos à Deo prædefinitos (prædefinitos [illegible] à Deo definitos esse [illegible] dubitari) [illegible] actus bonos à Deo prædefinitos esse [illegible] Suarez vero [illegible] Videamus tamen quid [illegible] (inquit) in eodem opere [illegible] prædefinitos à Deo, [illegible] Deum non prædefinire hos actus [illegible] ad illos concurrere. Quæ tamen [illegible] addit Deum [illegible] Deum non potuisse illis [illegible] quantumvis [illegible] fuerint, dum hoc ipso [illegible] simplici, tum opus esse prædefinitione divina ad hoc, ut [illegible] futura [illegible]. Quod ut [illegible] supponit ea ante definitionem divinam futura esse. Quod [illegible] probatum [illegible] res contingentes [illegible] per prædefinitionem divinam; quippe [illegible] futura sint [illegible] non futura. & proinde ad futuritionem determinatam [illegible] sine causa: & tum ad [illegible] ab æterno, necesse est, ut hujus determinationis causa etiam ab æterno fuerit; & consequenter [illegible] extra Deum Nec quicquam in Deo [illegible] quod hujus determinationis causa constitui possit, præter voluntatis divinæ prædefinitionem: Dices, atqui jam probatũ dedit Suar. c. 2. [illegible] in futuris contingentibus esse determinate veram idq; ab æterno: non negamus. Sed si non nisi per præde-

prædefinitionem divinam, hoc factum fuerit, quid prædefinitio præstiterit? In eo quidē causæ ipsius magis obscuratio ...? Attamen prudens abstinuit Suarez ab inquisitione quomodo id fieri sit ut altera pars contradictionis in futuris contingentibus, determinatè vera sit ab æterno; Quod tamen maximopere scrutari debuisset ab indagatore veri: Sed non tam veritati quam scholæ suæ servivit Suarez, & proinde disputatione tam dilata & parum Scholastica sibi satisfecit. Neq; n. contendum est, si radios solis quem ferre non possunt in totum subterfugiant noctilucæ.

Deo tertio, decretum æternum quo Deus statuit concurrere in tempore cum voluntate humana ad talē actum, non est sufficiens principium, vel ratio cognoscendi illum actum esse futurum, nisi adsumatur alia scientia, vel præscientia futuri. Declaratur & probatur: quia vel illud decretum est absoluta & efficax volitio talis actus, vel est tantum volitio dandi concursum qui ex parte Dei requiritur primū hoc non potest, secundum autem per se non est sufficiens ratio cognoscendi futura: ergo minor quoad priorem partem probatur, primò quia illa volitio non est decretum, de quo agimus. loquimur n. in conclusione de voluntate Dei necessaria ad dandū concursum futurum creaturæ: illa autem voluntas sic absoluta & efficax non est necessaria ad dandum concursum ut ostl. 1. & 2. de auxil. latè probavi. tum quia etiam haberet potentiam Deus concurrendi ad ea opera, quæ non fiunt, quia de illis non est tale decretum Dei: tum quia in multis actibus non habet Deus tale decretū. Secundò principaliter: quia talis voluntas esset simpliciter prædefinitio talis actus, quæ non præscientiam actus absoluta & efficacem per illam voluntatem prædefinitur ut fiat.

Respondere potest, illam voluntatem esse quidem absolutam prædefinitionem talis actus prædefinitionem, in quantū secundum se latam æternitatis ad tempus: non tamen esse prædefinitionem secundum ordinem rationis ad nostram voluntatem, quæ est omnino concomitans comparatione illius. Sed hæc responsio satisfacere non potest; Nam cum voluntas Dei dicitur concomitans aliud, comparatur ad id, respectu cujus talis dicitur: aut ergo comparatur ad effectum prout in se per modum, aut ad præscientiam talis effectus, aut ad causalitatem causæ secundæ, cum qua Deus concurrit ad talem effectum. Primo modo non potest voluntas Dei dici concomitans, quia & realiter duratione æterna antecedit effectum, & ordine etiam causalitatis, quia est causa ejus; secundo autē modo non potest dici concomitans, maximè juxta contrariam opinionem, quia hæc voluntas talis esse dicitur, ut in ea Deus cognoscat futurum; ergo non est concomitans, sed antecedens scientiam, quia est ratio ejus; Tertio vero modo si fiat comparatio, constat non posse fieri in ordine ad durationem æqualem, quia voluntas Dei per æternitatem antecedit effectum causæ secundæ; nam licet actio ad extra totā prout à Deo sit, in tempore fiat, nunc autem non comparamus ipsam actionem ad extra secundum diversos habitus ejus, sed comparamus voluntatem æternam Dei cum temporali concursu creaturæ: ergo secundum durationem non possunt dici concomitantes si habent, sed antecedit voluntas Dei, ergo debent dici secundum causalitatem. Sed hoc etiā modo concomitans esse non potest, quia voluntas Dei quæ vult simpliciter effectum in se, ita debet esse efficax & infallibilis, ut in sensu composito, impossibile sit illam esse positam, & effectum non poni, ergo debet habere certam & infallibilem connexionem cum influxu causæ secundæ necessariò ad illum effectum: ergo hæc infallibilis connexio fundari debet vel in causalitate quia Deus per illam voluntatem facit, ut causa secunda influat vel in præscientia qua jam Deus prævidit causam secundam hoc esse facturā, & sua voluntate approbat, & illud vult fieri: & si fiat primo modo, est voluntas prædeterminans sive prædefiniens; si autem fiat posteriori modo, est subsequens, nam supponit effectum in æternitate, & præscientia ejus: nullo ergo modo potest esse concomitans, quia præter illos duos, nullus alius excogitari potest. Hoc itaq; confirmatur, & declaratur: nam ut actus creatæ voluntatis eveniat, necesse est, juxta hanc opinionem, ut duæ voluntates, divina sc. & humana in illo efficiendo, & suo modo volendo conveniant ergo necesse est, ut vel una ordine naturæ & causalitatis antecedat alteram, vel quod una ex præscientia alterius illi conjungatur, aliquin oportet à casu & fortuito in illo effectu volendo conjungantur, ut si duæ voluntates humanæ dicantur conjungi simul in volendo eodem opere, necesse est ut vel una moveat alteram vel adjungatur illi ex præscientia illius; aliquin casu, & fortuito conjungentur; sed voluntas divina & humana non conveniunt casu & fortuitò in volendo talis effectus: ergo si voluntas Dei ab æterno vult illum actum, ut is per se & infallibiliter conjungatur voluntas humana necesse est ut id fiat, vel ex vi alicujus causalitatis divinæ voluntatis in humanā, vel ratione præscientiæ, quæ talis determinatio voluntatis humanæ supponitur futura: ergo non habet hic locū voluntas mere concomitans.

In hoc argumento non admodum placet contentiosum funem trahere, neq. n. in simplici cōcursu Dei ad actum voluntatis creatæ, aut etiā in decreto concurrendi fundamus scientiam futurorum contingentium, quam Deo tribuimus. Veruntamen quia concursum divinum qualē fingunt Jesuitæ probare non possumus, nec alium concursum admitti posse judicamus, quàm qui cum divina motione creaturæ eaq; efficaci ad omnem actum suum conjunctus sit; ideo non displicet etiam in illis discutiendis operam nostram collocare, præsertim cum & ipse Suarez non modò prædefinitionem divinam passim vellicet, sed & alia de concursu divino admisceat, quæ nobis videntur admodū heterodoxa, licet sententiæ suæ geminum & recentem secutus eo adigatur Suarez, ut propinquiora nonnulla admittere necesse habeat, ne scilicet tanta ex ipsius de concursu divino sententia, libertati voluntatis creatæ repugnantia fieret, quantum nobis tanquam ex nostra sententia emergenti vitio vertit. Inprimis itaq; monet, decretum concurrendi ad actū ita formari posse, ut prorsus incidat in absolutam & efficacē volitionem talis actus ad quē cōcurrit Deus. Atq; in hoc refellēdo præsentis sectionis partem longe maximam occupat: itaq; operæ pretium fuerit in illo refellendo quomodo se gerat advertere. Sic itaq; disputat, *non potest quod decretū concurrendi sit absoluta & efficax volitio talis actus, quia (inquit) illa voluntas non est decretū de quo agimus, loquimur enim in conclusione de voluntate Dei necessaria ad dandum concursum futurum creaturæ: illa autem voluntas sic absoluta & efficax non est necessaria ad dandum concursum.* At (inquā) si hoc dici non potest, cur hoc tibi refellendū proponis, acsi dici potuisset? Proculdubio quicquid in adversum proferes, fieri potest, ut voluntas Dei necessaria ad dandum concursum, concipiatur includere etiam absolutam & efficacem volitionem talis actus, ad quem concursum suum præbet, aliqui sine dubio in illo refutando tam solers operam sudares. Quod quidem licet mihi primitus in men-

tem nequaquam fabierat, tamen ex iis quæ tunc ipse subjicit numero undecimo, & duodecimo, tale aliquid subodorari mihi videor, nihil obstantibus iis quæ l. 1. & 2. de aux. disseruerat: Nec est cur illa nos quicquam moveant, aut in proposito remorentur: præsertim cum ea jam ab Alvare & Navarretto passim ad examen revocata fuerint. Nunc autem in eo sumus & nos, ut quæ de scientia futurorum philosophatus est examini subjiciamus. Itaq; transeat illa prima ratio tanquam utcunq; gravis tibi videatur, tamen huic loco admodùm intempestiva. Secunda verò disquisitione dignissima est; ea sic procedit. *Tum quia nemo haberet paratum Dei concursum ad ea opera quæ non facit, quia de illis non est tale decretum Dei.* Hæc ratio ut fatear quod verum est, non exiguam suspicionem facit, etiam decretum concurrendi includere volitionē efficacem & absolutam talis actus ad quem concursurus est Deus: cum Suarez ipse non aliter hoc evitare posse videatur, quam fingendo voluntatem creatam non modo habere concursum Dei paratum ad ea opera quæ facit, verumetiam ad ea opera quæ non facit, quod mihi portenti alicujus simile esse videtur: nisi autem etiam talem Dei concursum paratum habeat, vel arbitrio Suaresio consitendum videtur, decretum concurrendi complecti absolutam & efficacem volitionem talis actus ad quem concurrit Deus. Sed quia pluribus hac de re (seu potius mysterio) sententiam suam explicat in sequentibus, ideo posterioribus operis, hujus discussionem remittendam censeo. Addit rationē tertiā his verbis. *Tum quia in malis actibus non habet Deus tale decretum.* At jam sæpius demonstravi Dei volitionē absolutam atque efficacem perinde versari circa actus malos, quoad substantiam actus, atque circa actus bonos volitionem dico non dico effectionem, efficit enim Deus actus bonos, non modo qua actus sunt, sed & qua boni; at actus malos efficit tantum quoad substantiam actus, qua verò mali sunt tantum fieri permittit, & sive fiant res Deo faciente, sive Deo tantummodo permittente, semper fiunt Deo volente juxta Augustinum, cujus ea vox illustris est. *Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Sequitur ratio ultima, *Secundò principaliter, quia talis voluntas est simpliciter prædefinitio talis actus, quia ante præscientiam actus absolutè & efficaciter per illam voluntatem præordinatur ut fiat.* Et quid tum postea? Fatemur enim ante omnem præscientiam actus contingenter futuri, dari in Deo prædefinitionem ejus, per quam ex conditione rei merè possibilis transeat in conditionem rei futuræ. Sed putat Suarez istam sententiam jam proximè ab ipso refutatam esse; nos autem ex adverso putamus, refutationem Suarianam nullius esse pretii jam à nobis demonstratum esse. Itaq; missa hujusmodi responsione, videtat Suarez aliam respondendi rationem iniri posse, quam sic proponit:

Enchir. c. 95

Respondere potest, illam voluntatem esse quidem absolutam prædefinitionem talis actus: prædefinitionem (inquam) secundum ordinem æternitatis ad tempus, non tamen esse prædefinitionem secundum ordinem rationis ad nostram voluntatem, quia est omnino concomitans comparatione illius. Quo tendat ista ratio, magis apparebit numero duodecimo, nempe ex ipsis adytis mysteriorum Jesuiticorum nova sententiarum meliam emergit. Itaq; par est, ut Suaresii responsionem adimtevadentis vestigia premamus, quam possumus accuratè. *Sed hæc (inquit) responsio satisfacere non potest, cum voluntas Dei dicitur concomitans aliud, comparatur ad id, respectu cujus talis dicitur: aut ergo comparatur ad effectum prout in re patendum, aut ad præscientiam talis effectus, aut ad causalitatem causæ secundæ cum qua Deus concurrit ad talem effectum.* Hanc distinctionem ridiculam, misere absumentem non tantum otia sua, sed & aliorum diligentiam. Quid enim opus fuit hac partium enumeratione, quasi ad explicandum sensum argumenti tanquam in re ambigua, cùm nihil manifestius sit voluntatem Dei concomitantem dici respectu voluntatis creatæ, tamen etiam aliis in membris refutandis strenuè se gerit, ut sciat Lector, qualis vir sit Suarez in debellandis hominibus ferreis aut stramineis. Itaq; ad tertium modum accedimus, qui solus locum habet in supra dicta comparatione. *Tertio verò modo (inquit) si fiat comparatio, constat non posse fieri in ordine ad durationem moralem: quia voluntas Dei per æternitatem antecedit efficientiam causæ secundæ.* (hic etiam non pauca minimè necessaria intermisi) *ergo debebat dici,* (supple concomitantes puta voluntas divina, & voluntas creata) *secundum causalitatem.* At ego istius consequentiæ nullam rationem teneo, nisi per causalitatem intelligas causationem actualem; quod quidem παυσικοβίῳ vult hac argumentum, licet non illud solummodo, nempe voluntatem æternam Dei concomitantem esse vult præscientiæ divinæ qua scit voluntatē creatam volituram aliquid, modo concurrat Deus, simulq; ab æterno decreverit absolutè atque efficaciter concurrere ad talis actus productionem. Hanc enim colligo mentē argumentis esse ex iis quæ sequuntur in istius argumenti prosecutione numero proximo, videlicet undecimo. Sed contra hunc insurgit Suarez, inquiens:

Sed hoc etiam modo concomitans esse non potest, quia voluntas Dei qua vult simpliciter effectum esse, ita debet esse efficax & infallibilis, ut in sensu composito impossibile sit illam esse positam, & effectum non ponendum: ergo debet habere certam & infallibilem connexionem cum influxu causæ secundæ necessario ad illum effectum, quæ quidem infallibilis connexio vel fundari debet in causalitate, qua Deus facit ut causa secunda influat; vel in præscientia qua Deus prævidet causam secundam hoc esse facturam: Si fiat primo modo, est voluntas prædeterminans, si posteriori, voluntas subsequens, neutro modo concomitans.

Respondeo, argumentem hunc in modum nequaquā agnoscere voluntatē divinā prædeterminantem voluntatē creatā, sed solummodo præscientiam, quod creata voluntas in certa circumstantia posita volitura sit, modò Deus concursurus sit; veruntamen hoc nihil obstante voluntas Dei ut causa actum cum voluntate creata causante, eundem actum nec præcedens est, nec subsequens, sed duntaxat concomitans, quemadmodum dicitur concurrens, & proinde eadem ratione dici potest concomitans, quia dicitur esse una tantum sive causans. Secundo non considerata voluntas Dei ut causans sed ut volens est adhuc concomi-

[illegible] respectu præscientiæ futurorum absolutè, [illegible] voluntatem præsumentem, præsci- [illegible] voluntatem [illegible], modo voluntas atque [illegible] sit conditionatè, modo voluntas Dei concursura sit; tamen non aliis actualiter po- sita prædefinitione divina præscit quid futurum sit absolutè. Ipsa explicatio [illegible] subjicit Suarez hoc absolutè, [illegible] concursum divinum, licet [illegible] nisi præscientia divina qua novit quid volun- tas creata factura sit modò Deus concursum suum præbeat; attamen nec intercedere causationem [illegible] etiam subsequi. Hanc tamen præsci- entiam quam fingunt Jesuitæ nullo fundamento nititur, quo fiat ut actiones sint merè contingen- tiam, quo fiat ut actiones tam ad [illegible] quam ad futuritio- nem indifferentes evadant futuræ, sive ad futuri- tionem determinatæ jam superiùs demonstravi, ab omni ratione prorsus alienam esse, & conse- quenter ex omni erudita Schola explodendam.

Verè hic verè respondere potest, illum voluntatem di- [illegible] & esse concomitantem cum concursu humanæ volun- tatis ad eundem actum ratione [illegible], quæ omnis [illegible]; ut autem Deus possit habere talē voluntatem, satis esse scientiam conditionatam, qua præ- [illegible] voluntatē creatam, in tali vel tali occasione fore de- terminandam ad hoc vel illud, si ipse Deus concursum ei præbeat.

Sed [illegible] hæc responsio admittit vel supponit quod intendimus: scilicet Deum alia via cognoscere futuram determinationem liberam nostræ voluntatis, illa qua non potest [illegible] effectus futurus, & consequenter suum de- cretum ad hoc non satis esse. Deinde inquiro, an posita il- la præscientia conditionata Deus absolutè velit talem a- ctum? & si vult esse ejus ut velit etiam esse [illegible] quicquid necessarium est ad talem actum & consequenter ut velit ipsum [illegible] liberi arbitrii in talem actum quæ sine illo esse non potest. [illegible] talis actus liberi excludit respectum ad liberum arbitrium, quia est proxima causa illius; ergo si Deus illum efficaciter & absolute vult, e- tiam [illegible] ut voluntas humana concurrat ad il- lum, ergo tale decretum Dei est antecedens nostrum libe- rum arbitrium & præfiniens & prædeterminans illud, quod repugnat libertati, ut sæpe dixi: si vero non sic vult Deus illum actum, sed tantum volendo concursum suum ad il- lum, jam conceditur aliud membrum propositum, de quo [illegible] dicetur.

Certè ex hujusmodi opinione sequitur, non tam aliam esse viam cognoscendi futuram determinati- onem liberam nostræ voluntatis, quam ad cogno- scendam determinationem istam voluntatis nostræ scientiam futuræ determinationis istius conditio- natam necessariò præmittendam decreto volunta- tis divinæ; & satè probabile videtur quod quisquis sic arguit, (nisi arguat [illegible] quoad homi- nem) etiam doctrinam vestram de scientia media in sinu foveat. Verùm nuper fortè incidens in ea quæ disserit Suarez lib. 1. de auxil. cap. 12. num. 5. 6. 7. 8. reperi Jesuitam rejicere sententiam illam in aliquos eorum, qui agnoscunt Deum prædetermi- nare ad quemlibet actum suum. Illi autem quinam fuerint, ne conjectura quidem assequor. Veruntamen qui sic instituunt nondum satisfaciunt Suare- sio, quandoquidem adhuc inquirit, an posita illa sci- entia conditionata Deus absolutè velit solum actū? Videtur igitur Suarez negaturus esse Deum absolu- tè velle illum actum ad quem vult concurrere, licet præscius sit futurum infallibiliter ut fiat ille actus, modò Deus voluerit concurrere; unde sequitur nec concursum suum Deum absolutè velle. Haud equidem expectabam Suaresium in hujusmodi subtilitatem esse induendum; nam licet interdum profiteatur concursum divinum suspensum esse qua- si ex conditione concursus humani, existimabam tamen eum hujus assertionis eo tantum tendere, ut voluntatem Dei, quid volitura & voluntas cre- ata, præscientiam sibi præmittere significatam vel- let: Nam & sine contradictione minimè videtur assumari posse, Deum velle ut voluntas creata velit modò velit, & juxta tenorem doctrinæ ipsorum de scientia media, præsertim de scientia futurorum contingentium conditionata meo judicio potius dicendum videtur Deum absolutè velle concurrere cum voluntate creata posita præscientia conditio- nata quâ videt eam volituram aliquid, modò Deus concursurus sit ad volitionem illam producendam: Verum cum advertam quàm mordicus ad hanc sententiam tanquam ad saxum adhæreat Suarez hoc in loco, præsertim numero proximo, de Deo scili- cet non absolutè concurrente ad hunc actum quem creaturam volituram præviderat, sed offerente sal- tem concursum tam ad alios actus non paucos, quos voluntatem creatam nequaquam volituram esse vi- derat, quàm ad hunc quem volituram esse probè novit. Itaque ne alias voluntas creata de sua liber- tate periclitetur & in extremum tantæ jacturæ fa- ciendæ discrimen adducatur, suspicor illis inesse nonnihil mysterii minimè contemnendi, quod qui- dem discernere & penetrare, ut profunda Jesuitarum [illegible] operæ pretium fuerit; præsertim cum huic subtilitati operam det etiam lib. 2. de au- xiliis cap. 3. num. 17. p. 155. & lib. 1. de auxiliis c. 12. num 5. 6. 7. 8. & lib. 1. cap. 15. num. 5. Itaque minimè diffiteor Suaresium non semel profiteri con- cursum hunc divinum cum voluntate creata esse conditionatum, quem tamen Molina vult esse in- definitum, forte eodem recurrente sententia, quo tendit sententia Suaresii. Vasquez ni fallor, non vult esse conditionatum, ne sic operatio creaturæ statuatur prior operatione primæ causæ, quas po- tius conjunctas esse judicat quàm subordinatas, nam lib. 1. de auxiliis cap. 14. p. 9. modus concur- sus divini Suaresio maximè probatus hic est, *Deum scilicet non absolutè sed quasi sub conditione velle, ut hic actus fiat à voluntate creata, si ipsa sese ad illum efficien- dum determinaverit.* mox tamen (quasi omnem sub- ordinationem tollere qualis est inter conditionem & rem conditionatam) profitetur Dei volunta- tem, *in ipsum operis initium ita influere ut nec mente con- cipi aut præscindi possit aliquod momentum aut signum in quo actus procedat à voluntate creata & non à divina po- tentia.* Et lib. 2. de auxil. c. 3. p. 156. c. *Satis est ut Deus velit voluntatem creatam agere non simpliciter sed sub intellecta conditione, si ipsa velit.* Et eodem c. num. 17. pag. 155. *Voluntate quasi generali, vult ad actum voluntatis creatæ concurrere, & vult illum actum esse*

 vel.

non absolute sed sub involuta conditione si liberum arbitrium ad illud efficiendum sese applicuerit seu determinaverit. Et lib. 1. cap. 15. num. 5. p. 90. c. *Deus vult creata voluntate actum absolute sed cum dependentia ejusdem actus à proxima causa seu voluntate creata, & includendo in se explicitam conditionem, si ipsa voluntas voluerit.* Observa diversas phrases quas tam à Suaresio confundi, quarum tamen explicatarum beneficio promiscuè frui non potest. Phrasiologiæ autem hæ sunt; *Vult Deus voluntatem creatam velle aliquid*, *vult Deus actum voluntatis creatæ*. Has quasi [illegible] usurpat Suarez, sed injuria, quam cum dicit *Deum velle creatæ voluntatis actum*, phrasis ista non invita abit in hujusmodi explicationem, non absolutè sed cum dependentia ejusdem actus à proxima causa, seu voluntate creata: ratio est, quia dependentia ista non formaliter includitur in ipsa phrasiologia, dicendo Deum velle actum voluntatis creatæ. At cum dicit, *Deum velle ut voluntas creata velit aliquid*, hic locum non est hujusmodi explicationi, & nonnisi absurdè adderetur explicationis vice, *non quidem simpliciter sed cum dependentia ejusdem actus à proxima causa seu voluntate creata*; ratio est, quia dependentia ista formaliter includitur in ipsa phrasiologia; aliud est dicere Deum velle ut actus volendi sit in voluntate creata, modò voluntas creata in eum influat producendo scilicet actum hunc; aliud & longè aliud dicere Deum velle ut voluntas creata influat in actum volendi producendo ipsum, modò influat in eundem, aut modo influxerit in influxum suum. Sit igitur ista constans Suaresii sententia, nempe concursum divinum cum voluntate creata seu voluntatem divinam concurrendi cum creatura rationali & libera conditionatam esse. At inquam, ista sententia nec solida videtur, per se considerata, nec quæ satis congruat cum doctrina Suaresii de scientia media; præsertim verò de scientia futurorum contingentium conditionata. Primum sic demonstro; admodum impropriè dicitur Deum cum voluntate creata concurrere ad actum modò voluntas creata velit; nam concurrere nihil aliud est quàm cum alio currente currere: Rursus, ad actum currere non aliud est quàm eundem producere; hinc conficitur, ad actum concurrere nihil aliud esse, quàm eundem actum simul producere. An verò sobriè dicitur, homine producente actum aliquem, Deum simul producere eundem actum modò homo velit? cum conditio tei dictæ debeat esse extra rem affirmatam sub conditione, tanquam quiddam præstandum ad hoc, ut fiat res conditionata. At in hoc dicto formaliter includitur conditio tanquam res non præstanda, sed jam præstita. Rursus absurdum est affirmare Deum velle, ut voluntas creata velit modò velit: neque enim res eadem (puta actus volendi) potest esse conditio sui ipsius. Imo quid opus est ad actum volendi in homine producendum, ut Deus concurrat, si modo jam supponitur hominem velle? cum hoc ipso supponatur actum illum volendi jamdudum existere, idque sufficientissimè. Sed fingo aliquem dicere, Deum velle, ut homo velit formaliter, modo ipse homo velit vitaliter. Velle formaliter est habere actum volendi quomodocunque productum. Velle vitaliter est voluntatem habere actum volendi ex seipsa, tanquam ex principio interno, & vitaliter productivo. Itaque respondeo, hoc nihil aliud esse, quàm Deum producere actum volendi in homine, modò homo eundem producat, unde fit, ut prior absurditas neutiquam evitetur, sed dumtaxat transferatur. Agedum verò, dicentiamus argumentum istam: Inprimis hoc sequitur, voluntatis creaturarum libertas neutiquam esse à Deo: terminos quidem actionum à Deo productos esse, nempe ipsos actus volendi, quos quidem collocari solent in prima specie qualitatis. At actiones quibus producuntur actus isti, quæque prædicamentaliter differunt ab ipsis actibus, à Deo neutiquam esse, sed potius expectari à Deo tanquam ab hominibus efficiendas, & à quibus suspenduntur actiones divinæ. Hujusmodi argumentum sibi solvendum proposuit Suarez, lib. 2. de auxiliis cap. 8. in materia mali & respondet concedendo aliquem malum effectum à voluntate creata fieri quem Deus absoluta voluntate non vult esse, nimirum hoc plenè solvere dicitur in materia mali. Sed cum eidem objectioni locus esset lib. 1. cap. 5. A. B. item pag. 87. quia tamen locus non erat eidem solutioni; proinde objectionem illam prudenter dissimulavit Suarez locis prædictis. Sed neque satisfacit illa responsio; tandem enim sistendum est in aliquo effectu reali, quem quidem nec absolutè velit Deus, ne reliqua etiam omnia effectum illum necessario concomitantia velle dicatur, idque absolute: nec conditionatè, ne alias progressio fiat in infinitum. Quid enim? an non actio creaturæ est realis effectus ejus? annon actio creaturæ rationalis aut spiritualis qua volitionem elicit, perinde dicenda est esse effectus realis atque calefactio, qua ignis producit calorem, licet ista sit talis successiva, illa verò instantanea? Itaque nos urgemus argumentum, ponimusque rem aliquam ex horum sententia divinæ efficientiæ necessariò subductam esse; quippe quam nec absolutè nec conditionatè velit, & ad quam nec absolutè nec conditionatè concurrat. Nam cum dicitur Deum non absolutè velle producere actum volendi in homine, nisi homo eundem producat; manifestum fit, istam hominis productionem, nec à Deo volitam esse nec productam; sed potius divinæ productioni actus volendi in homine præsuppositam. Nam si dicas productionem istam à Deo volitam & productam esse; vel absolutè ab eo volitam & productam esse dicas necesse est, vel conditionatè. Si dicas absolutè, sequitur ipsum actum volendi in homine productum non tam conditionatè quàm absolutè à Deo volitum esse. Sin dicas conditionatè tantùm à Deo volitum, quæso quam conditionem? At inquam nulla fingi potest, quod si posuisse de conditione illa renovandum esset argumentum, quærendumque utrum absolutè à Deo volita statuatur, an tantùm conditionatè, unde vel perventum erit aliquid à Deo omnino volitum aut productum; aut dicendum omnia etiam absolutè à Deo volita; quod si omnia conditionatè volita censeantur, evitari non poterit, quin progressio fiat in infinitum. Itaque dum homo producit actum suum volendi, productio illa (de qua quæritur,) ut

sit

[illegible] à Deo. Si si volita esse concedantur, utrum absolutè volita sint, an conditionatè) vel est absolutum aliquid vel tantummodo relativum; nam prius cum dubio non est, neque tamen est ens rationis. Neque enim fieri potest ut ens rationis producat effectum realem. Si dicat esse aliquid absolutum, si à Deo non est, sequitur dari aliquid absolutum in rerum natura cujus Deus non sit author. Si merè relativum esse dicatur, tum dicendum est resultare ex fundamento posito; quodnam quaeso est illud fundamentum, quo posito ponatur haec actio quae dicitur producere actum volendi? neque enim est ipse actus volendi, (tum sic diceretur prius produci quam derur productum) sed aut aliquid aliud; quia quodcunque dicatur vel prius extiterat vel de novo extitit. Sed nec dici potest prius extitisse, quia si prius extitisset, tum etiam prius ageret homo, quam agit, nec de novo extitere, ne sic ad illud producendum requireretur productio, atque ita fieret abitio in infinitum. Rursus quodcunque esse fingatur, novit Deus ab aeterno futurum esse, & consequenter ab aeterno futurum erat, tum natura sua, ne sic nihil contingenter fieret & liberè, sed omnia necessario. Cum verò natura sua contingens fuerit ab aeterno & indifferens tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, fieri non potuit ut ex conditione rei hunc in modum indifferentis transiret in conditionem rei futurae sive ad futuritionem determinatae, sine causa. At cum hujus transitus (quippe cum factus fuerit ab aeterno) causa nulla fingi possit extra Deum; sequitur hujus transitus sive transmigrationis causam in Deo solo quaerendam esse. At intra Deum nihil occurrit, quod hujus transitus causa esse fingatur praeter ipsam Dei voluntatem; ergo necesse est, ut à Deo volitum fuerit quicquid futurum, idque absolutè; ne si conditionatè à Deo volitum esse dicas, aliquam aperias progrediendi in infinitum. Quemadmodum jam cum disputavit Bradwardinus, atque hoc ipsissimo argumento comprobatum dedit, nihil à Deo volitum esse conditionatè, sed omnia absolutè; hoc est quoad actum volentis; nullam scilicet ex parte conditionem fingi posse; non autem quoad res volitas. Res enim à Deo volitae ita subordinari putantur, ut altera sit conditio alterius. At nihil fingi potest conditio, qua posita Deus dicatur velle aliquid. Secundo loco ostendam etiam quàm minimè congruat illa sententia Suaresii, negantis Deum aut velle ut creatura velit, aut velle illud absolutè cum ipsa doctrina Jesuitarum (de qua tanto opere gloriari solent tanquam invento suo) de scientia media. Nam si infallibiliter praesciat Deus (quod fingunt Jesuitae) voluntatem creatam certum aliquid volituram modò Deus ad volitionem illam producendam concurrat, sic, ut in Deo progressio fiat à praescientia sua conditionata ad praescientiam eorundem absolutam, quid aliud requiritur quàm ut concurrere statuat, idque absolutè. Quod si statuat hoc absolutè, sequitur & concursum suum & etiam ipsam per concursum infallibiliter producendam, absolutè à Deo volitam esse; verum hic reponet Suarez Deum quidem velle concurrere, sed nec absolutè velle, nec velle absolutè concurrere, sed utrumque conditionatè. Deventum est ad Triarios; ego vero infirmam istam respondendi rationem sic confuto; primò nisi hoc velit Deus absolutè, sequitur Deum nullam habere praescientiam futurorum contingentium absolutam, sed duntaxat conditionatam; consequentia sua luce perspicua est; nam quod absolutè futurum non est sed omnimodo tam ex parte creaturae quàm ex parte Dei conditionatè, non potest praesciri tanquam absolutè futurum. Secundò conditio quaecunque fingatur, necesse est ut aliquo modo volita sit à Deo, ergo inquam vel absolutè vel conditionatè; si dicatur absolutè, causam obtinui; si ad effugium quaeratur, dicendo rursus non nisi conditionatè (hoc est sub conditione alia) à Deo volitam esse, fiet progressus in infinitum, à quo sana omnis & sobria abhorret philosophia. Tertiò videas quis dari possit ex isto Labyrintho tolerabilis exitus. Voluntas creata vult talem actum producere, modò Deus velit ad eundem producendum concurrere; rursus Deus vult ad eundem producendum concurrere, modò creatura velit. Expendas quaeso sobriè, an positis hujusmodi dispositionibus ex utraque parte conditionatis unquam emersurus sit aliquis actus, aliqua operatio. Nam si dicam me libenter profecturum esse LONDINUM versus, modò tu vadas mecum; tu item profitearis te etiam LONDINUM versus profecturum esse, modò ego vadam tecum. Annunquam fiet profectio nisi alter nostrum absolutè profiteatur se profecturum esse?

Jam tandem ad Suarezium redeamus, ut vestigia ejus etiam in praesenti sectione premamus. Agnosco responsionem superiorem admittere vel supponere quod intendis. *Deum (scilicet) alia via cognoscere futuram determinationem liberam nostrae voluntatis quam per decretum suum*; nempe alia via, ex parte cognosci posse supponunt, sed utrum hujus responsionis autores istud supponant ex sententia sua, an tantum ex sententia tua, atque ita ex sententia tua contra te disputant, non satis liquet. Verum licet in hoc apice tecum consentiant nondum tamen tibi satisfaciunt nisi etiam *posita illa praescientia conditionata*, adhuc negent, Deum absolutè velle talem actum. Nec tamen sequitur quod infers, nempe si modo Deus absolutè velit talem actum, necesse esse ut velit etiam efficaciter, quicquid necessarium est ad talem actum, & consequenter, ut velit *influxum nostri liberi arbitrii ad talem actum, quia sine illo esse non potest*, dico istam consequentiam esse infirmam. Nam licet influxus iste sit necessarius ad actum à Deo volitum, tamen cum supponitur illum jam à Deo praescitum esse tanquam futurum modo Deus ad actum concursum sit, nihil opus est ut influxus ille sit etiam à Deo volitus. Si modo Deus velit actum aliquem, necesse est ut velit quicquid ad actum illum producendum necessarium est, nisi jam ante praesciatur tanquam futurum absque volitione Dei ad hunc requisita, quod quidem nos docet tenor & genius sententiae Suarezianae. Suaresium ipsum hujus responsionis meae testem adhibeo omni exceptione majorem, cujus haec sunt verba sectione immediatè praecedente: *voluntas Dei quae vult simpliciter effectum in se, ita debet esse efficax & infallibilis, ut in sensu composito impossibile sit illam esse frustratam &*

effectũ non potest ergo, inquit, *debet habere certam & infallibilẽ connexionem cum influxu causæ secundæ necessariæ ad illũ effectũ.* An verò necesse est ut ista infallibilis connexio, cum influxu causæ secundæ consistat, in aliqua causalitate, quod quidem necesse est, si modo influxus iste subjiciatur voluntati Dei quâ quidem vult efficaciter illũ fieri? Nihil minus; sed potius in præscientia conditionata, unde fit ut volũtas hujusmodi divina dicenda sit Suaresio potius voluntas subsequens quàm antecedens aut cõcomitans. Ecce enim quæ sequuntur: *Ergo hæc infallibilis connexio fundari debet vel in causalitate, quã Deus per illam voluntatem facit, ut causa secunda influat, vel in præscientia, quã jam Deus prævidit causam secundam hoc esse facturam; & si fiat primo modo, est voluntas prædeterminans; si altero fiat posteriori modo, est voluntas subsequens nam supponit effectum in æternitate & præscientia ejus.* Veteres suas nvias colit Suarez, dum passim inculcat, *Decretum Dei prædeterminans repugnare libertati.* Atque se hoc sæpe dixisse, nec tamen ignorat Dominicanos nihilominus sæpe dixisse contrarium, & in hoc apice Jesuitis se apponere. Verum dic, sodes Jesuita; an decretum Dei quo prædeterminat aliquid futurum liberè, fieri potest ut repugnet libertati?

Suar. *Respondent decretum illud esse absolutum & efficax & nihilominus nec repugnare libertati nec esse simpliciter antecedens, ex eo solum quod supponit dictam præscientiam conditionatam futuri eventus & consensus liberi, ipsius voluntatis. Sed hæc responsio sufficienter, ut existimo, rejecta potest, & ex ejus impugnatione apertè convinci quod intendimus. Nam imprimis fieri non potest, ut Deus velit illo modo præbere concursum, ex illa conditionata præscientia nisi illud decretum sub eadem conditione in objecto illius præscientiæ includatur. Quia necesse est ut in objecto illius præscientiæ includatur divinus concursus sub eadẽ conditione quia sine illo nihil potest velle creata voluntas; ergo non potest de illa præsciri, quod in hac opportunitate hoc vellet, nisi includendo in illo antecedenter hanc conditionẽ, si in illa opportunitate haberet proportionatũ concursum Dei: ergo non refert illa præscientia ad salvandam libertatem, si concursus definitè datur ad solũ hunc actum per absolutũ decretum, ex hac consequentia, quia sumo ipsam conditionatã præscientiã, & sequitur ex concursu ille qui in ejus objecto sub conditione includitur, dandusque colligatur per hanc absolutã & definitã voluntatem Dei vel per aliam, si dicas primũ, redit idem argumentũ, quia jã tunc non potest cognosci actus nisi ut necessario futurus ex illa suppositione, quia posito decreto Dei absoluto cũ potest nõ sequi effectus, etiam tũ dici non potest illud decretũ esse ex alia præscientia conditionata, vel ex alia suppositione nulla enim fingi potest. Ergo talis præscientia nihil confert ad libertatẽ, cũ in illa supponatur solutio ausormis libertatẽ & indifferentiã ad operandũ, si vero dicatur in illa conditionali non intelligi concursum, ut dandum per hoc decretum, sed per aliam voluntatẽ, ergo nunc etiã in re ipsa non datur per tale decretũ, quia in illa præscientia includitur sub conditione necessarius concursus, & nunc in re nõ datur alius, nisi qui necessarius est, & ex sciens autem.*

Respons. Agnosco in objecto præscientiæ conditionatæ divinum concursum includendum esse, sive supponendum, licet rarissimæ suppositionis hujus mentionem ullam injiciat Suarez; sed nimis absurde dicit Suarez divinum concursum includendum esse sub conditione. Neque enim divinus concursus includitur sub conditione in objecto præscientiæ divinæ: sed potius objectum præscientiæ divinæ dicitur res aliqua futura sub conditione concursus divini. Nec minus absurdo intrusus divinum concursum, eandem esse conditionem cum opportunitate, certa [illegible] qua res futura esse dicitur, alioqui etiam est opportunitas, aliud concursus divinus, cum [illegible] opportunitas prævisa, quàm concursus divinus conditionum unam conditionem integralem, ex cujus positione præscitur effectus futurus, [illegible] Suarez [illegible] distinctus esse vult, sed frustra sui. Sed [illegible] obiter animadverse. Cum ait [illegible] voluntatem creatam nihil posse velle sine concursu divino, non advertit quàm solemniter fundet ea, quæ sunt contradicentia. Nam voluntatem velle, quid aliud est, quàm voluntatem actum volendi producere. At si non potest actum suum producere nisi Deus velit, ut producat, tum vel nisi Deus velit hoc absolutè, vel nisi Deus hoc velit conditionatè. Si dicas nisi Deus *hoc velit absolutè*, ipse sibi contradicit, præscitur enim Deum hoc nequam velle absolutè. Si dicas, *nisi Deus hoc velit conditionatè*, tum conditio illa vel est, modò voluntas creata producat actum suum, vel modò aliquid aliud faciat. At ut aliquid aliud faciat, ex cujus suppositione Deus velit ut producat actum suum, nec sub imaginatione quidem cadit; sin conditio sit, modò voluntas producat actum suum, manifesta rursus existit contradictio; quæ res hoc perinde est ac si diceret, vult Deus ut illa productio fiat modò fiat, unde idem conditionum conditio sit ipsum, & consequenter prius & posterius seipso. Nam conditio prior est re conditionata. Sin reponat ipse, Deũ velle ut productio fiat Deo producente modò fiat homine producente, sequitur dari productionẽ productionis, unde aditus sit progressui in infinitũ, quod rursus sine contradictione dici nõ potest. Esto verò, sit concursus Dei supponendus perinde atque opportunitas, ut fiat actus liber, ut propterea nihil refert præscientia conditionata ad salvandam libertatẽ quàm infaustus igitur exitus erit doctrinæ vestræ de scientia media tantum inventa ad salvandam libertatem hominis (quam prædeterminatione divina violari prætenditis) cum professorem habeamus Suaresium præscientiam istam nihil afferre ad salvandam libertatem, si concursus definitè datur ad solum hunc actũ per absolutum decretum faciunt. Suarez sibi certis cautionibus hoc interpositis sibi providere, ne structuram doctrinæ Jesuiticæ de scientia media universam concutiat, & nutare faciat. Nempe concursũ divinum non vult obicem ponere præscientiæ conditionatæ, ne libertatem auferat non fert etiam voluntatem, sed concursum definitè datum & ad solũ hunc actum, & per absolutũ decretum. Hac ergo Suarez doctrinam Jesuiticam de scientia media fatetur tenditum esse admodũ infructuosam. At inquã nec fingi potest cum sobrietate concursus alius, quàm ad hunc solum actũ, & consequenter definitè datus, id quod per decretum absolutum, nec quisquam unquam, credo, post homines natos aliter exulit sententiam suam, quàm dicendo Deum præscivisse talem actum voluntatis futurũ, modò in tali opportunitate posita fuerit, & modò Deus ad illum actum concursurus esset. Nemo unquam puto disseruit, aut dixit Deum præscivisse talem actum voluntatis creatæ futurum modò

Deus

Contrario ad aliquem actum quam ad hunc concursum suum commodaturum esse. Neque praeterea usquam dicat Deum praescivisse talem actum voluntatis creatae futurum esse, modò Deus ad eum concursum esset paratus non absolutum sed conditionatum. Quod quidem decretum conditionatum non pendeat nonnisi a concursu voluntatis creatae, tanquam conditione concursus divini; hinc erit infallibilis Suaresii sententia; nempe Deum praescivisse talem actum voluntatis creatae futurum, modò Deus concursum suum esset sub conditione, videlicet modo voluntas creata concursura esset; quod si primus ad ultimum sic se habet; voluntas creata talem actum productura est; Deo hoc praesciente, modo eundem actum producturam sciret. Hic hunc Jesuiticarum subtilitatum specimen videat (lector) quid demum sit, hominem scholasticum dum per inanes ratiocinationis dicta vagatur, intelligendo facere ut nihil intelligat, si hoc non sit. Sed nec fieri potest ut concursus divinus ad aliquem actum, quam qui fit: nam concurrere non aliud est quam alio currente currere. Unde fit ut tantum concurrat Deus ad illud producendum quod agit creatura, non autem ad aliud quod creatura non agit. In productione eandem causalitatem requirit, nihilo prorsus superaddito quod si idem faciat, videamus tamen confirmatione & declaratione sua quicquam adjiciat quod consideratione dignum sit. Quaerit itaque, quando Deus praescit voluntatem humanam in hac occasione si habeat concursum paratum hoc volituram, an praecognoscat eandem voluntatem non volituram aliud, etiamsi habeat paratum concursum ad aliud volendum necne? Respondeo ex nostra sententia qua negamus praescientiam futurorum conditionatorum minimè [illegible] praecognitione divina dicendum esse, Deum praescire voluntatem creatam in praedicta occasione nequaquam volituram aliud, quamvis paratus sit Deus ad concursum suum commodandum, etiam ad illud aliud, si modo vellet illud voluntas creata; At hanc mirari non possum, cur fingeret Suarez responsionem in partem negativam; nisi quod sic commodius serviret Scientiae suae; Nam eius est in extremo suo Historico. *Sic (inquit) Deus hoc non praescit, sed solum praescit voluntatem creatam nihil aliud esse volituram in ea occasione quia non esset habitura concursum ad aliud volendum, talis enim sola sive concursus actus non praescit ut liberam sed ut necessariam, quia impossibile est voluntatem habere actum ad quem non habet concursum.* In his licet responsionem satis liceat accommodet ad placitum suum, tamen responsionem illam minimè confirmabit ad quaestionem propositam. Nam quaestio sic procedebat, An Deus praecognoscat eandem voluntatem non volituram aliud, etiamsi haberet paratum concursum ad aliud volendum; minimè quaerebat in praecognoscat Deus non volituram aliud, ideo quia non habitura esset concursum ad aliud volendum. At quasi hoc quaesitum modo procederet inquisitio, fingit Suarez responsionem, nempe ideo Deum praecognoscere eandem voluntatem non volituram aliud, quia scilicet non esset habitura concursum ad aliud volendum; quasi vero volitio voluntatis creatae dependeretur ab exspectatione concursus divini, & non potius concursus divinus suspendatur ab exspectatione volitionis voluntatis creatae; cum ex adverso constet Suaresium statuere Deum commodare suum concursum conditionate, modò scilicet ad hoc agendum se applicaverit aut determinaverit voluntas creata; At voluntas creata nequaquam sese applicat ad agendum aliquid conditionate, modò scilicet concursum suum praebuerit voluntas divina; Imo Suarez ipse statuit Deum prius videre voluntatem creatam hoc volituram esse, modo Deus concursurus sit, quam Deus concursum suum commodare constituerit.

Rursus aucupia tendit Suarez sua phraseologia, dum ait voluntatem habituram aut non habituram concursum, & perinde se gerit, ac si concursus esset quiddam indifferens tam ad faciendum hoc, quam ad faciendum aliud, creaturae concessus antequam agat, & à creata voluntate pro suo arbitrio determinandus ad agendum, sive hoc sive aliud. At hoc non est concurrere, sed ante cursum creaturae influxum aliquem sibi gratificari. Verùm nos dicimus quod & recta ratio suggerit, Deum praesto esse cum creatura concurrere in quamcunque partem sese flectere voluerit juxta defensores istius scientiae conditionatae; nec quia Deus vult aut non vult ad hoc agendum concurrere, propterea voluntas creata vult aut non vult hoc agere; sed ex adverso potius quia creatura vult hoc aut illud agere, ideo ad hoc aut illud agendum concurrit Deus, & cum praesciat Deus (ut dicunt illi) voluntatem creatam hoc volituram modò Deus concursurus sit, licet paratus sit exhibere concursum suum indifferenter ad agendum sive hoc sive aliud, tamen praesciens voluntatem creatam hoc tantum volituram in occasione praedicta, tantum ad hoc volendum concursum suum porrigit Deus. Sed neque possibile est ut aliter fiat, cum concursus supponat & formaliter includat cursum creaturae, unde fit, ut ad quod currit creata voluntas, ad illud tantum concurrat Deus. Posterior responsio à Suaresio exhibita commodior est: *Dicetur fortasse (inquit) illam non habituram esse concursum* in tali oppositione, quia non esset in ea voluntate libertas sua atque hoc ipsum praescire Deum. Jam dicit impossibile esse ut habeat concursum ad aliud, quam quod volitura est, quia concursus Dei formaliter includit volitionem seu cursum creaturae, & proinde si deficiente isto concursu deficit libertas creaturae, manifestum est Suaresium ad libertatem arbitrii creati salvam tectam conservandam, nihil hactenus omnino profecisse ex commento illo suo; itaque totis viribus impugnat Suarez, & satis animosè pronunciat hoc impossibile esse, cum nobis ex adverso videatur prorsus impossibile esse ut aliter fiat, nempe ut Deus cum creatura concurrat, ad faciendum aliquid quod creatura non vult facere, nec facere vult, quod & Suarez agnovisse videtur, & perinde cum distinctione, ait hoc impossibile esse, *loquendo ad loquimur de concursu in actu primo, seu prout est in se & ex parte voluntatis Dei*, quia (inquit) *ut voluntas habeat talem actum, necesse est ut simpliciter habeat concursum ex parte sua, sed sufficit ut paratum esset ex parte Dei.* Apage quisquilias illas distinctionum, quae nulla ratione suae li-

bertate

brevitate procedentium, de concursu scilicet, vel in actu primo vel in actu secundo; rursus de concursu vel oblato, vel non oblato; nam concursus est ipsissimus actus secundus. Quis autem unquam ante Suaresium adeò desipuit, ut distingueret actum secundum in actum primum, & in actum secundum: procedit quidem actus secundus ab actu primo, nempe qui sit vel potentia agendi vel habitus. At nos de concursu tantùm agimus, qui quidem actus secundus est, non autem de potentia aut habitu aut voluntate concurrendi. Neque enim creatura habet potentiam aut habitum aut voluntatem Dei. Interea verum est ex horum sententia Deum paratum esse ad concurrendum cum creatura, prout ad quemlibet actum eliciendum se accommodaverit, Verum concursum non praebet, nisi ad illum actum eliciendum in hac occasione, quam in hac occasione elicituram esse viderat ab aeterno.

Atque hactenus dici potest habere concursum quemlibet Dei in potestate sua, quatenus quodcunque fecerit, ad illud faciendum concursurus sit Deus. Sed neutrum concursum offert Deus, antequam de facto concursum commodet. Nam quod non omnino existit, qua sobrietate dici potest offerri? verum quod dicimus Deum paratum esse concurrere cum creatura, quocunque curtat, hoc ad arbitrium suum plasmat Suarez in varias phrasiologias, dicendo nunc concursum Dei offerri creaturae, nunc concursum commodari ad illud quod nec facit nec factura est creatura; commodari tamen saltem in actu primo. Tandem huc tantum evasit ut pronunciaret, *etiamsi voluntas Adae habeat in tali occasione concursum Dei paratum ad volendum resistere tentationi, non volet*, quod quidem minime negatum essent ad vetandum. Etenim *habere Dei concursum paratum ad volendum resistere tentationi*, nihil aliud est quam Deum paratum esse concurrere cum Adamo ad volitionem illam producendam; sed hic obiter nutrit absurditas manifesta; Nam cùm Dei concursus sit tantùm conditionatus juxta Suaresium, perinde est, ac si diceretur Deum producturum hanc volitionem Adae, modo Adam voluerit, hoc est modò Adam eam produxerit, hoc est, modo jam haec volitio facta fuerit; At quid opus est concursu Dei ad volendum modo Adam voluerit? rursus hinc nequaquam concluditur (licet concludi idque apertè opinatur Suarez) *concursum Dei non dari per voluntatem absolutam*, neque ulla est in hac conditionali repugnantia, *Si Deus velit absolutè aliquem actum esse*, sic enim procederet, non autem quemadmodum proponit Suarez *etiamsi Deus velit*) *ille non erit in libertate humanae voluntatis*. Nam si Deus velit ut à voluntate humana liberè fiat aliquid, an eo minus liberè fiet hoc aliquid, quo magis absolute volitum sit à Deo ut fiat liberè? Imo quia Deo absolutè volenti non potest humanum resistere arbitrium, proculdubio vel hoc nomine fiet liberè. At nos ex adverso probamus, impossibile esse ut concursus Dei non detur per voluntatem absolutam. Nam si voluntas creata volitura sit aliquid, modo Deus concurrat, & Deus hoc praeviso dicatur se concursurum conditionatè tantum, modò creatura velit; ex conditionatis illis dispositionibus ad agendum nunquam exibit actio aliqua determinata priusquam una existis dispositionibus ex conditionata transeat in absolutam.

Atque hinc ulterius concluditur voluntatem quam Deus nunc habet concurrendi cum humana voluntate hinc quemque non potuisse esse omnino absolutam propter praescientiam conditionatam, quia Deus praescivit voluntatem creatam fore hoc volituram, si ipse vellet cum illa concurrere. Nam ... quia nunc concurrit, non est alia ... quae in illa conditionali includitur alias mutaret Deus conditionatam, sed in illa conditionali non includitur voluntas absoluta ut ostensum est, quia debet esse talis voluntas cui humanum arbitrium possit resistere. & quia aeque debet afferre concursum ad oppositum actum, alias non esset voluntas ad utrumlibet indifferens, ergo. Concluditur praeterea praescientiam illam conditionalem non obstare quo minus impediatur usus libertatis si Deus praebet concursum per illam voluntatem absolutam. Quia si talis absoluta voluntas includitur sub conditione in objecto scientiae praesciatur futurum effectum ex efficacia antecedentis talis voluntatis Dei, & nunc libere ipsa voluntatis creatae tolletur indifferentia quoad specificationem, quia si concursus supponitur dandus per talem voluntatem: non potest dari neque offerri nisi ad unum actum, & consequenter voluntas creata non potest simpliciter aliter efficere: tollitur etiam libertas quoad exercitium quia supponitur in Deo volitio cui humana voluntas non potest resistere. & illud omnino contradicit cum non supponit etiam praescientiam ut ostensum est. Quod si in praescientia conditionata praescitur actus aliquis, ut necessario futurus ex vi talis causae posita conditione, talem necessitate fiet & non liberè, quia non aliter futurus est quam fuerit praescitus, neque è converso: si autem illa absoluta voluntas non includitur in objecto illius praescientiae, sed postea additur, jam non praebet Deus concursum in re ipsa eo modo, quo in praescientia illa supponebatur. ergo talis praescientia non obstat quo minus per adjunctam voluntatem Dei absolutam simpliciter impediatur usus libertatis, quia illa volitio Dei ultra praescientiam addita est, & voluntatem humanam praevenit, talisque est ut ei resistere non possit. Neque aliud extra illam velit.

Persenserat Suarez se distinctione illa in nonnullas angustias redactum esse, & stratum suum breviùs esse quam ut se porrigeret, & ex lassitudine sua se recrearet, itaque expatiatur latius, & speciem facit delectionibus suis gratificandi, rebus gestis ad hunc splendidioribus. *Hinc* (inquit) *ulterius concluditur*: at conclusio ejusmodi est, quam nemo vel mediocriter eruditus, cassa nuce redemptam censeret; utpote si volitio Dei quam ex praescientia conditionata habuit ab aeterno concurrendi cum creatura, non fuit absoluta, ne nunc quidem esse absolutam. At quis sobrius hac de re dubitaret, modo agnosceret apud Deum nullam esse mutationem aut vicissitudinis adumbrationem. Jam antea dixerat Suarez voluntatem creatam habere concursum Dei saltem in actu primo, non modo ad actum quem elicit, sed & ad illum quem non elicit. Rursus habere concursum hunc ad actus alios ab eo quem producit saltem oblatum; videtur autem stragulam illam angustiorem esse quam ut in ea se colligeret, itaque terminos mutat, & omisso concursu, de voluntate concurrendi philosophatur, eamque & nunc & olim non nisi conditionatam esse pronunciat, licet praescientiam conditionatam praemiserit, qua novit quid voluntas creata volitura esset modò Deus concursurus esset; concursurum (inquam)

non

non absolutè sed conditionatè, quo vix quicquam absurdius excogitari potest. Nam ex agentibus actum aliquod tantum conditionatè nunquam exibit actio nisi conditione posita absolutè: at hic fieri non potest ut in absolutam exeat, cum ex utraque parte utriusque agentis dependeat ex conditione mutua. Nam voluntas dicitur non esse volitura nisi Deus concurrat. Deus autem dicitur non esse concursurus nisi voluntas velit; unde fit, ut cum dependentia reciproca sit conditionata, & neutrum agens velit actum producere absolutè, impossibile sit ut aliquis actus producatur. Nam quoties duorum agentium concursus est ex parte conditionatus, perinde est, ac si in conditionibus agendi progressus fieret in infinitum; ex quo fieri non potest ut ulla emergat operatio. Jam ostendi quam absurdum sit concursum offerri ad oppositum actum; tum quia quod non omnino existit non potest offerri; tum quia actus oppositus nunquam erit; & ergo cum quæso tenderet oblatio concursus ad illud agendum quod probè novit Deus nunquam futurum. Quod autem infert Suarezius *voluntas ad utrumlibet non esset indifferens* si vera sit hujusmodi illatio, hoc ipso advertimus in quas angustias redactus sit Suarezius dum ad salvandam arbitrii creati libertatem rejecta determinatione Dei confugit ad scientiam conditionatam tanquam ad sacram anchoram, ex quo tamen nihil omnino lucratur fatente ipso, nisi fingat oblationem concursus ad actum oppositum, quæ quidem fictio nullam probabilem vel tolerabilem habet subsistentiam. Nam cum concursus sit actio transiens, quomodo dici possit offerri, aut cujus generis actio sit illa oblatio, idque qua efficiatur actio ne credibile quidem est Jesuitas ipsas expedire posse: Rursus si necessario requiritur illa oblatio ad indifferentiam voluntatis integram conservandam, tam dicendum esset Deum per scientiam conditionatam prævidere voluntatem in tali opportunitate non tam hoc voliturum (modò Deus ad hoc producendum concursurus sit) quàm hoc voliturum modò Deus concursum suum oblaturus sit, tam ad hoc producendum quàm ad aliud. At ante Suaresium nemo unquam scientiam futurorum conditionatam quam Deo tribuunt hunc in modum dedit nobis explicatam. Sed nec ipse quidem Suaresius hunc in modum philosophatus esse hactenus compertus est. Scientiæ mediæ genius simpliciter expositus hoc nos docet, ut dicamus voluntatem creatam in tali opportunitate positam, etsi in tali opportunitate indifferens sit ad volendum, tam aliud quam hoc, tamen hoc voliturum esse, modò Deus concursum suum ad hoc producendum commodaturus sit. quod si præstare potuissem, nequaquam illis litem intenderemus de sola voluntatis indifferentia. Absurdus esset meo judicio qui requireret concursum Dei ad producendum illud, quod voluntas creata cum qua concurrit Deus, nequaquam volitura est. Ad oblationem vero concursus quod attinet, fictio illa Suaresiana est planè Chimerica, nec speciem rationis habens, nec eruditionem, nec subtilitatem. *Sed impeditur (inquit) usus libertatis* (nihil obstante scientia conditionata,) *si Deus prædet concursum per illam voluntatem absolutam.* At, inquam, si nec voluntas creata volitura est absolutè sed conditionatè, modò Deus concurrerit, nec Deus velit absolutè concurrere, sed conditionatè, modo scilicet voluntas creata aut velit aut nolitura sit, quam diu suspensa manent utraque agentia propter conditiones, quas fingit Suaresius, fieri non potest ut aliquid fiat. Sed ne dictare videamur Suaresius & non differere, rationem dicti sui proponit in hæc verba; *quia si talis absoluta voluntas includitur sub conditione in objecto illius scientiæ præsciretur futurus effectus ex efficacia antecedenti talis volitionis Dei, & non ex libero usu voluntatis creatæ, tolleturque indifferentia quoad specificationem, & quoad exercitium, quia supponitur in Deo volitio cui humana voluntas non potest resistere, & illa est omnino antecedens cum non supponat aliam præscientiam*

Nos vero missa in totum scientia ista conditionata quam fingunt Jesuitæ, negamus absolutam Dei voluntatem de re aliqua ab homine facienda, quicquam impedire libertatem hominis; dicimus enim Deum absolutè velle ut hoc aut illud ab homine fiat liberè. An vero quia absolutè vult irresistibiliter aliquid ab homine fieri liberè, propterea fiat minus liberè? veruntamen, supposita scientia ista conditionata quam Deo tribuunt, dicimus argumentationem istam Suaresianam nullius esse pretii. Licet enim voluntas Dei sit absoluta, (quod quidem necesse est, cum voluntas creata ponatur esse conditionata. nam si utraque voluntas ad agendum requisita esset conditionata, nunquam exiret ab illis actio) non tamen præscietur effectus futurus ex efficacia antecedenti volitionis Dei. ex efficacia hujus volitionis effectus fateor futurus esset ex parte. sed ne ex parte quidem futurus esset effectus ex efficacia divinæ volitionis antecedenti, sed subsequenti potius, quia voluntas Dei utcunque absoluta, præmittit tamen præscientiam conditionatam, qua novit voluntatem creatam hoc voliturum modò Deus velit concurrere, voluntatem, inquam, creatam hoc voliturum liberè, atque indifferenter, unde nulla adimatur illi indifferentia quoad specificationem, neque enim sequitur quia concursus non datur nisi ad unum actum, ideò voluntatem creatam non posse simpliciter aliud efficere. Si nulla præmitteretur scientia conditionata speciem, fateor, haberet hæc argumentatio legitimæ consequentiæ, nunc autem nullam omnino vel speciem habet argumentationis solidæ. Nam statuitur Deus prævidere voluntatem creatam posse quidem alium actum efficere, sed non velle, & non nisi posita hujusmodi prævisione statuit absolutè concursum suum ad hunc actum suppeditare. atque eadem ratione neque quoad exercitium tollitur libertas voluntatis creatæ; quia licet hujusmodi volitioni divinæ voluntas creata non possit resistere, cùm tamen præmittat scientiam conditionatam, quâ novit voluntatem creatam licet possit actum hunc suspendere, tamen suspendere nolituram; sequitur volitionem istam divinam quantumvis absolutam, subordinatam tamen esse volitioni creatæ potius quàm volitionem creatam divinæ volitioni subordinatam, & consequenter hoc pacto libertati creatæ nihil omnino præjudicari. Mitto nimis absurd-

furdè dici hujusmodi volitioni divinæ voluntatem creatam non posse resistere, quod perinde est ac si diceretur, non posse resistere quamvis vellet. At inceptam ejusmodi suppositio est admodum intempestiva, & præsenti suppositioni prorsus contradictoria, quippe cum supponatur voluntatem creatam ex scientia conditionata, neutiquam velle resistere cuipiam ad talem actum peragendum requisito. Nam supponitur velle hunc actum & non nisi ex ista suppositione, accedit voluntas Dei absoluta ad hunc actum concurrendi, quare in præscientia conditionata nō omnino præscitur effectus futurus, ex vi volitionis divinæ; nam posita volitione divina scientia illa non est conditionata, sed ex conditionata jam transit in absolutam. Rursus in scientia futurorum contingentium absoluta non præscitur effectus ut necessariò futurus ex vi volitionis divinæ, nisi tanquam causæ partialis, similique præscitur futurus ex vi voluntatis creatæ tanquam causæ partialis, sed antecedentis tamen; cum voluntas divina per scientiam conditionatam statuatur causa subsequens: quare scientiæ mediæ defensores dicere possunt voluntatem illam absolutam Dei in objecto illius scientiæ conditionatæ includi, sine ullo præjudicio libertatis arbitrii creati, nequicquam obstantibus argumentis istis Suaresianis.

Inst. *Dum volitionem quâ Deus prædefinit aliquem actum humanæ voluntatis, juxta nostram sententiam non tollere libertatem: quia supponit conditionatam præscientiam, quamvis talis voluntas prædefinitiva non includatur in objecto illius scientiæ; Ergo idem dici poterit in præsenti. Respondeo, argumentum hoc efficaciter retorqueri ad hominem contra auctores alterius opinionis: ipsi enim dicunt volitionem prædefinitivam auferre libertatem non obstante præscientia conditionata: ergo multo magis id dicere debent de hac voluntate per quam Deus concurrit, si est voluntas absoluta talis actus. Nam est eadem ratio de illa, vel potius longè major. Sed nos facilè respondemus negando similitudinem; nam voluntas prædefinitiva non per seipsam immediatè efficit in humanam voluntatem, nec mutat modum operandi, vel concurrendi Dei ad talem actum, ita ut ex vi illius determinationis necessariò prodeat: media accommodata quibus præscit infallibiliter esse futurum talem actum quamvis liberè. Secus vero est de illa voluntate absoluta quâ dicitur Deus concurrere ad actum, quia illa per se est operativa effectiviter ad extra, & per illam mutatur modus concurrendi Dei inclusus in objecto conditionatæ præscientiæ, vel si illum non mutat in ipsum & præscientia, non præcognoscitur talis effectus ut liberè, sed ut determinatè, ac necessariò futurus, ex vi illius voluntatis Dei, ut satis declaratum est.*

Respons. Adversativa illa clausula, *quamvis talis voluntas prædefinitiva non includatur in objecto illius scientiæ*, sensum universæ sententiæ miserè perturbat: existimo particulam negativam excludendam esse, & membrum illud affirmativè procedere debere in hunc modum, *quamvis talis voluntas prædefinitiva includatur in objecto illius scientiæ*; nam sententia ejusmodi esse præfertur quæ speciem faciat violandi libertatem arbitrii creati; ad quod quidem conducere magis est inclusio voluntatis prædefinitivæ, quàm non inclusio. Videntur autem ii, quos impugnat Suarez certis apicibus, in doctrina de scientia media à Suarezio dissidere: vult Suarez actus bonos præsertim supernaturales à Deo prædefinitos esse, non autem actus malos; at illi aliter non magis actus bonos quam malos à Deo prædefinitos esse contendunt. Rursus ad concursum Dei quod attinet, vult Suarez voluntatem Dei concurrendi cum creatura sua ad actum certum nequaquam esse absolutam: at illi aliter voluntatem illam absolutam esse defendunt; In hoc secundo apice cum illis consentio, in apice primo etiam ex scientia media consentaneum esse judico, ut omnes boni actus prædefiniantur à Deo in quo cum Suarezio consentio potius, quam cum illis quos impugnat Suarez; verum non magis bonos quam malos à Deo prædefiniri esse judico, idque ex indole doctrinæ Jesuiticæ de scientia media, atque in hoc etiam apice à Suarezio dissentio.

Ad argumentum quod attinet à Suarezio propositum, licet Suarezio minimè probetur, mihi tamen videtur esse satis validum, nempe si voluntas prædefinitiva nihil impedit arbitrii creati libertatem, quatenus præmittitur scientiam conditionatam: pari ratione voluntatem Dei absolutè concurrendi ad actum aliquem nihil impedire libertatem arbitrii creati, quatenus nititur tali scientia conditionata, sed similitudinem rationis ex utraque parte negat Suarez. Sed nos vidimus rationem Suarezianam subjectam argumento, eaque cum voluntas absoluta, quâ dicitur Deus concurrere ad actum, licet sit efficaciter operativa ad extra, mutat modum concurrendi Dei inclusum in objecto conditionatæ scientiæ, & tamen in ipsa præscientia præcognoscitur talis effectus, ut liberè futurus, non ut determinatè ac necessariò futurus ex vi voluntatis illius Dei, ut satis declaratum est sectione superiori, præcognoscitur quidem ut determinatè & necessariò futurus, ex suppositione non solius voluntatis Dei, sed partim ex suppositione voluntatis Dei, partim ex suppositione voluntatis creatæ. Sed ex suppositione voluntatis creatæ tanquam antecedentis volitione modi Deus concurrerit, ex suppositione vero voluntatis Dei, tanquam subsequentis concursum suum sed absolute determinantis.

Imperfectè dicendum de alio membro, & probandum aliam voluntatem concurrendi non esse sufficientem rationem hujus præscientiæ, primò, quia voluntas illa non est omnino absoluta, sed conditionem aliquam virtute includens, ut in libro de auxiliis ex communi Theologorum sententia, & ex modo divinæ providentiæ [illegible], ad conservandam actionem in potestate liberi arbitrii humani, & ut actus peccaminosi Deo non imputentur, [illegible] modo efficaci, sed in voluntate conditionata per se sumpta non cognoscitur effectus futurus sufficienter, nisi aliter cognoscatur conditio impleta vel implenda, quia conditio ipsa suspendit efficaciam voluntatis, vel potius ipsa voluntas suam efficaciam suspendit donec conditio impleatur: ergo. Atque hujus argumenti vis magis declaratur secunda ratione, quia talis est: Effectus talis voluntatis non est futurus à sola illa voluntate, sed necessarium est ut voluntas etiam humana simul se determinet ad talem effectum, quia Deus per illam voluntatem non vult efficere illum effectum vel actionem se solo, sed cum cooperatione liberæ voluntatis humanæ, ideoque actio ad extra, quæ ab illa voluntate procedit effectualiter, dependet ab utraque voluntate; non potest ergo

ergo

[illegible] effectus ut futura, nisi praecognita utriusque voluntatis determinatione simul & ergo, non potest sufficienter [illegible] quia [illegible] decreta voluntatis divinae patet consequentia, quia effectus non potest praecognosci in causa nisi illa sit sufficiens & efficax, illud autem decretum per se solum non est sufficiens & efficax simpliciter respectu illius effectus, sed tantum in suo genere, seu ut causa prima.

Dices fortasse quando Deus definit dare concursum humanae voluntati ad actum illum simul in ipso cognoscit fore voluntatem humanam esse determinandam ad eundem actum, ideoque statim praecognoscit effectum esse futurum, sed imprimis hoc fortasse non [illegible] solum cum voluntas humana sit prorsus libera, non tantum quoad exercitium actus sed etiam quoad specificationem, non solum [illegible] concursum oblatum ex parte Dei ad unum actum quem facturus est sed etiam ad plures quos [illegible] facere posset. Deus autem non offert concursum nisi per voluntatem concurrendi ad talem, vel talem actum prout libera voluntas humana [illegible] fuerit hoc [illegible] conditione [illegible] in illa voluntate, [illegible] divina voluntate [illegible] absoluta ad eum effectum vult [illegible] causa secunda [illegible] concursus applicationem [illegible] Quae omnia in dictis libris de auxiliis fusius demonstravi [illegible] hinc etiam confirmatur [illegible] quod dicendum quia voluntas concurrendi ut supponitur est [illegible] effectum ergo non est sufficiens ratio ut [illegible] cognoscatur effectum esse futurum [illegible] illius [illegible] quae [illegible] à sola voluntate [illegible] sufficientem rationem cognoscendi futuritionem illius actus. Cum enim dicitur Deum posse illo decreto cognoscere ad quem actum voluntas humana cooperatura sit [illegible] cognoscit esse cooperaturam ex vi et efficacia illius voluntatis divinae de concursu praestando [illegible] non potest, quia illa voluntas Dei non est tantum concurrendi sed etiam determinandi humanam voluntatem, vel an solum cognoscit Deus humanam voluntatem suo arbitrio [illegible] esse determinandam ipso concurrente, quod verissimum est [illegible] non sequitur illam determinationem futuram humanae voluntatis non cognosci à Deo in suo decreto concurrendi [illegible] quia illa voluntas non se habet [illegible] per via [illegible] ad determinationem voluntatis humanae [illegible] ab ipsa manatura est, sed tantum concomitanter ergo non potest in illa ut in causa cognosci, quandoquidem non est ratio cognoscendi cooperationem alterius causae, sine cujus cognitione non potest cognosci effectum esse futurum.

Nos dum Dei concursum nequaquam agnoscimus, quàm qui conjunctus sit cum determinatione divina voluntatis creatae ad operandum; qua quidē determinatione sublata, ad concursum Dei minimè confugeremus, tanquam ad rationem sufficientem cognoscendi futura contingentia. Imo satis mirari non possum quid impulerit Suarezium, ut universam hanc operam suam tam multis dispenderet, in investigatione scil. modi, quo Deus praesciat futura contingentia, cum jam ex praeteritis erit alteram partem contradictionis in futuris contingentibus verā esse determinatam ab aeterno, quo posito, sequitur futura omnia contingentia quae dicuntur esse scibilia non modò in genere rerum possibilium, sed & in genere futurorum. An vero solerrium Theologum deceret scrupulosius inquirere, quomodo fiat, ut omniscientia divina sciat ea omnia quae scibilia sunt? cur nō pari ratione sudaret inquirendo qua ratione fiat, ut omnipotentia divina possit in omnia ea quae sunt possibilia? dicit Suarezius voluntatem concurrendi esse conditionatam (at inquam) hoc dici non potest sine contradictione manifesta, à qua tamen sententiā sua liberare cunque hactenus molitus est Suar. Quaenam enim erit conditio concursus divini? vel actus Dei vel actus creaturae? absurdū est Deum dicere concursurum sub conditione actus sui, si dicas concursurū sub conditione actus creaturae: At inquam ad illum actum creaturae, quem pro conditione ponis, concurrit Deus, modo sic vel progrediamur in infinitum conditiones concursus divini multiplicando, vel tandē status fiat, dicendumq; Deum ad aliquid producendum concurrere absolutè citra omnem conditionem vel potius absolutè facere ut creatura aliquid agat certè ad tuendam libertatem creaturae, & immaculatam operationē divinam solemnia vestra delicatis, quibus nos nihil opus habemus, sed iisdem tuendis cramus per gratiam Dei, nihil obstante determinatione divina quā defendendā suscepimus, invitis vobis omnibus & propodiosis vestris fictionib'.

Esto, in voluntate conditionata per se sumpta non *cognoscitur effectus futurus sufficienter nisi alias cognoscatur conditio impleta vel implenda*: Annon aequè verum est *in voluntatibus conditionatis per se sumpta non cognosci effectū futurum sufficienter nisi alias* cognoscatur conditio vel impleta, vel implenda? quid ergo fiet sententiae tuae, voluntatem creatam & increatam reciprocè conditionatam & à se mutuò conditionaliter dependentē statuentis? nam voluntas creata hoc volentura est modo Deus concurrerit, rursus Deus concursurus est modò voluntas creata voluerit. Sic se habet egregia tua & admodum doctoralis sententia, tanquam ex Cathedra dictitata. At harum conditionum alterutra unde quaeso cognoscetur, non dico impleta sed implenda, ut sic tandē aliquando cognoscatur effectus futurus à Deo antequam fiat? An potius non omnino praecognoscet, sed donec cōditio ex parte voluntatis creatae impleatur, expectabit, ut tum demum in effectum non tam futurum, quàm praesentem intueatur? Certe non poterit actio cognosci ut futura, nisi cognita utriusq; voluntatis determinatione futura; oportet igitur ut Deus cognoscat determinationem futurā etiam voluntatis creatae, idq; per concursum suum ad eandē determinationem; sed verò cum concursus iste cōditionatus est, ecce do igitur cōditionē: nempe concurret ad determinationem voluntatis creatae modo voluntas creata—Imo mitte Aposiopesin & fare liberè quid agendum sit creaturae ut cum illa concurrat Deus ad praestandam determinationem voluntatis ejus. dic liberè, *modo voluntas creata se determinaverit*. At inquam posito quod voluntas creata se determinaverit, quid opus est cōcursu Dei ad praestandem istam determinationem? superest igitur ut determinationem istam voluntatis creatae Deo tribuas absolutè, aut eandem illi in solidum adempturus. Ad veteres artes cedit Suarez dum philosophatur de concursu Dei oblato, non tantum ad illum actum unicum quem facit creatura, sed etiam ad plures. Neque enim ad illum unum actum quem facit creatura concursus Dei aliter offertur quàm fiendo. An tu vero dixeris etiā ad alios plures (etiā infinitos) actus qui nunquam fiunt, concursum Dei offerri fiendo? sive operationem, nā concursus Dei non est aliud quā operatio Dei, non dē praestando? Certè quicquid fit offerendo cōcursum, per voluntatē fit, sed scire pervelim, quomodo se gerat voluntas Dei dum concursum suū offert ad actus illos qui nunquā fiunt, quemadmodum à te finguntur; hoc est utrum agat aliquid, aut nihil agat: & si agat aliquid, opus est ut actionem illam nobis explices, ut quo-

 modo

modo se habeat intelligamus: Vereor autem ne confusius tibi visum fuerit, prosicere voluntatem Dei offerre suum concursum nihil procesin agendo, sed dũ parata est cum creatura ad quidlibet agendum concurrere; hoc nempe est concursum suum ad quemlibet effectum offerre phraseologia Suareziana. verumtamen non ignorans Deum probè scire ad quẽ actum ex pluribus creatura solummodo se determinatura sit. obiter adverto *esse rationem cognoscendi determinationem voluntatis creatæ* est phrasi Suareziana causaliter se habere ad determinationem voluntatis humanæ.

Hinc concludo dũ differentio instituitur de ratione cognoscendi futura contingentia apud Deum, eam huc revocandam esse, ut scilicet inquiratur quid demum illud sit quod causaliter se habeat ad futura contingentia, hoc est quod faciat cõtingentia ex natura sua indifferenti, tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, transire in conditionem rerum futurarum sive ad futuritionem determinatarum: hanc autem inquisitionem splendide dissimulavit Suarez & in solidum prætermisit, ne scilicet negocium prorsus insuperabile viribus ejus ipsi facesseret.

Dicunt fortasse primo ratione quam Deus habeat hoc decretum concurrendi suppositum ipse [illegible]

[illegible]

non enim potest Deus per [illegible]

Rationẽ negari antecedentis nullam exhibet [illegible] nisi quæ dictatis ipsius nitatur quæ vult pro principiis haberi, nempe Deum non tantum offerre concursum ad actum quem sub conditione præscivit futurum, sed & ad alios qui futuri non erant, [illegible] incolumis fieret libertas quoad specificationem, ubi obiter etiam distinguit de concursu à Deo oblato quantum est ex parte sua; indicans concursum dari à Deo oblatum nõ quantum est ex parte sua, sed quatenus est ex parte alterius, nescio cujus, & non patimus Suarezium pro ea quâ est subtilitate abundare distinctionibus supra modum minime necessariis. Nam hactenus distinxit tantum de concursu in actu primo nobis relinquens supplendum alterum, de concursu scil. in actu secundo. Rursus de cõcursu oblato quẽ præfert distinctum esse à concursu acceptato, quod tamen membrũ ipse ex promptuario suo nequaquam suppeditat, sed [illegible] suis subodorandum in medio linquit: vult enim discipulos suos esse plus justo sagaciores. [illegible] magnificè, si cõcursus Dei fieri posset sine determinatione voluntatis creatæ, effectum futurum ex vi solius voluntatis concurrendi cognosci minimè potuisse, gratissimum habeo hunc tuum syllogismũ, *Si voluntas humana habeat concursum divinum, hoc faciet, sed habeat illud ex vi decreti divini, ergo*; videat æquus lector, an nõ minor propositio perinde se habeat ac si dictũ fuisset, sed Deus concurret, ergo: hæc autem minor propositio procedatne absolutè, an cõditionatè, vestra æquus quisque consideret. Tua sententia est, Dei concursum esse duntaxat conditionatum. At nimirum fassi issi propositionem illam minorem esse re sua forma conditionatam; quod si utraque propositio conditionata esset, nequaquam funderent conclusionẽ absolutam & per consequens ex usu præcognitio minime sufficiens ratio esset cognoscendi aliquid futurum.

Permissionis voluntas non sufficit, ut ex vi ejus cognoscatur futurum peccatum.

Suarez. *Atq; hinc constat quarto & ultimo dicendum esse voluntatem permittendi peccatum per se solam non esse sufficientem rationem ut cognoscatur peccatum esse futurum. Hoc à fortiori constat ex dictis; declaratur tamen breviter. Nam duobus modis procedere possumus: primò supponendo Deum habere hanc scientiam conditionatam si permitto Adam hic & nunc peccare, peccabit, vel etiã supposita tali scientia, vel potius supponendo Deum non habere illam. Iuxta hunc posteriorem modum probatur facile conclusio ex dictis; quia voluntas permittendi duo includit; unum est propositum non impediendi peccatum, non dando auxilium efficax, seu determinationem [illegible] ad oppositum actum, seu ad vitandum peccatum; aliud est decretum concurrendi ad positivum actum voluntatis, quo peccatum liberè & voluntariè fit: suppono enim nunc peccatum non fieri sine actu positivo, etiam si sit peccatum omissionis, saltem non aliter loquendo. Ratione prioris partis non potest futurum peccatũ cognosci ex sola permissione ut late ostendi l. 2. de aux. c. 5. num. 16. & sequentibus, & nunc solum declaratur breviter. Quia vel illud auxilium efficax est aliqua prædeterminatio physica, & hoc non est necessaria ad vitandum peccatum, imo nec possibile si liberè vitandum est, aut etiam si homini imperatur quod illud non vitet, ut in prædicto libro de auxiliis sæpius ostendi; ergo ex negatione hujus determinationis non potest cognosci futurum peccatum: aut illud auxilium est aliqua vocatio, excitatio, aut specialis protectio Dei tempore congruo, & hæc (sive sit necessaria ad vitanda singula peccata sive non, de quo nunc non disputo) non est efficax absq; scientia conditionata, ut probatum est in l. 3. de auxiliis; nunc autem loquimur absq; præsuppositione talis scientiæ. Quod enim sententiam sit illa supposita, statim dicemus de altera vera parte, scil. de voluntate concurrendi jam generaliter dictũ est, & illa eadem locũ à fortiori habent in actibus malis, quia voluntas humana non est ex se determinata ad illos faciendos, sed indifferens, nec Deus ex vi voluntatis concurrendi determinat illam. At vero supposita prædicta scientia conditionali & adjuncta voluntate permittendi peccatũ, manifestum est evidenter inferri & cognosci peccatũ esse futurũ, nam infertur ex propositione cõditionata, quæ vera esse supponitur cũ veritate antecedentis, seu conditionis; talis vero conditio non est in sola voluntate permittendi, supponitq; aliam rationem cognoscendi liberã determinationem voluntatis humanæ, ut à fortiori ex dictis constat.*

Ista prorsus transfigemus, quia missis supervacaneis & quæ pertinentia loci non sunt, cætera quæ responsi [illegible] paucissima. Cum dicit à *futuri* [illegible] *constare ex dictis* quod voluntas permittendi peccatum non sit sufficiens ratio cognoscendi peccatum futurum, gratis dicuntur ista sed non multum quidé prorsum, [illegible] *à futuri constare ex iis quæ dicta sunt*; nos dicimus, ut fiat peccatum quâ peccatum, tantum requiri permissionem divinam quæ consistit gratiæ negatione. Nam ut jam olim tradidit August. peccatum non agnoscit causam efficientem, sed tantummodo deficientem de Civit. Dei l. 12. c. 7. ratio est, quia peccatum quâ peccatum versatur tantum in aversione à Deo, [illegible] peccato substrata, licet conversio ad creaturâ tamen quâ talis peccatum non est, sed tantummodo quatenus conjuncta est cum aversione à Deo. Rursus dicimus auxilium efficax, cujus negatione definitur peccati permissio, esse præ determinatione Physicam, non moralem, licet cum morali excitatione conjunctam, vocationem [illegible] illam vestram quæ congrua [illegible], non [illegible] Theologicum [illegible] judicamus, sed [illegible] [illegible] nec tamen libertati, qualis in creaturâ competit quicquam præjudicat ista determinatio: quippe cum determinet voluntatê creatam ad agendum liberè. Vestra vero concursus conditionatus à manifesta contradictione liberari non potest, quippe cùm eo dicatur Deus concurrere ad volitionem nostram [illegible] quasi vero sine contradictione dici potuisset, idem esse prius seipso, quod si præ determinatio Physica nihil impediat libertatem, manifesta sequitur nihil impedire [illegible] hominis in culpam. In adversum vero nihil affert hic loci Suar. sed [illegible] tantum [illegible] quæ in hanc rem disseruerat l. 3. de auxiliis. Itaq; ego demonstrationem confectâ dabo, non alia ratione cognosci posse peccatû futurû, quàm ex divinæ voluntatis determinatione, quâ ab æterno decrevit peccatû futurû esse. Nã cùm peccatum omne respectu cujuscunq; opportunitatis, [illegible] peccandi, quæ ponenda [illegible] [illegible] indifferentiam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, fieri non potest ut ex natura rei hunc in modum indifferentis transeat, aliquando ab æterno, in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinate sine causa; At hujus transitus cùm ab æterno factus sit, (nã peccatum omne sive præteritum sive præsens sive futurum, ab æterno futurû erat) causa nulla [illegible] potest extra Deû, quippe cùm præter Deum nihil extiterit ab æterno. [illegible] in Deo nihil [illegible], quod hujus transitus causa dicatur præter essentiam, scientiam, aut voluntatê Dei ejusq; determinationem. Si voluntas causa transitus [illegible], habemus quod intendimus; Scientia vero causa esse non potest, quippe quæ sejuncta à voluntate Dei supponit futura potius quàm facit. Denique si essentia causa hujus transitus fingatur, vel causa erit ut agens naturaliter, vel ut agês liberè; non ut agens naturaliter, ne sic futura [illegible], neque [illegible] contingenter & liberè, sed necessariò [illegible] esse dicatur ut agês liberè, hac ipso concedunt voluntatem Dei ejusq; determinationi causâ esse cur peccatum quodvis ab æterno transierit è conditione rei indifferentis in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionê determinata voluntas neque quâ vult ut fiat peccatum, sed quomodo? non quâ vult ut fiat peccatû ipso Deo efficiente, sed quâ vult ut peccatum fiat ipso permittente, juxta illud Augustini. *Nec aliquid fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat*, nempe si malum fuerit, *vel ipse faciendo*, nempe si bonum. Unde sequitur voluntatem permittendi peccatum esse rationê sufficientissimam cognoscendi futuritionem peccati. Quod attinet ad voluntatem concurrendi, de ea jã dictum est, quæ autê de ea disseruit [illegible] nequaquam concludunt ita se habere quod ait à futurum de actibus malis. Nã sicut voluntas humana non est ex se determinata ad illos faciendos sed indifferens, nec Deus ex vi voluntatis concurrendi determinat illam: ita nec voluntas humana ex se determinata est ad actus bonos, nec Deus vi voluntatis concurrendi determinat illam ad actus bonos. Imo longe determinatior est ad actus malos natura sua, quàm ad actus bonos. Scientia vestra conditionata non est præsentis loci, quam tamen tanti facimus, quanti facere solemus figmenta Jesuitarum præter omnem eruditionem & sobrietatem commentis suis lascivientium.

Ad fundamentum contrariæ sententiæ Jesuita constat ex dictis, quod etiam [illegible] *præsciam, non esse necessarium ad præscientiam præveniente divina ut omnes actus* [illegible] [illegible] *Deus* [illegible] [illegible] *I. 3. c. 13.* [illegible] *quomodo voluntas Dei qua vult concurrere cum humano arbitrio* [illegible] [illegible] *Deus voluntas ut fieret, quia Deus* [illegible] *voluntas permittendi non est tamen totalis effectus* [illegible] [illegible] *sufficiens ad cognoscendum esse futurum.*

Præmotio ista Suarezium nititur scientia conditionata, adeo ut potius decreto sit determinatio voluntatis divinæ de re aliqua facienda quã prædeterminatio aut præfinitio. At ut Deus velit unumquodque actû, ex scientia conditionata necessario consequens est, quãvis hoc nolit Suar. sed reclamet. Appello hic [illegible] cujusq; conscientiã, nã cùm ex præscientia conditionata novit Deus quid futurû sit posita quacũq; opportunita-

tinuitate, dum vult hanc aut illam opportunitatem poni, minimè necesse est ut simul velit actum illum quem ex positione illius opportunitatis futuram viderat; aut verò omnem actum futurum (malla & vel in creatam acta vestra scientia conditionata) Antecedenter à Deo definitum esse ab æterno, & non nisi hoc nomine futurum, quia scilicet à Deo definitus fuerit, quod & sæpissimè probatum dedimus, nō enim fieri potest ut ex conditione rei merè indifferentis tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem (qualis est res omnis contingens natura sua) transeat in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ sine causa. At hujus transitus causa nulla potest fingi extra Deum, quippe cum factus sit hic transitus ab æterno, In Deo verò ipso si transitus istius causam quæras, nulla dari potest præter voluntatis ipsius determinationē; cum autem addis non decere divinam bonitatem, ut præfiniat actus malus, speciem facit quasi *malitiosè* cupientis non modo Apostolos sed & Spiritum sanctum ad sobrietatem in loquendo; neque enim pudebat eos palam protestari Herodem & Pontium Pilatum unà cum gentibus & populis Israelis congregatos fuisse adversus sanctum Dei filium ut facerent quæ Dei manus & consilium præfinierat ut fierent & alia ejus generis frequentissimè occurrunt in sacris scripturis. nos voluntatem Dei determinare dicimus voluntatem humanam ad omnem actum suum agendum liberè; At concurrere ad producendam volitionem hominis, modò voluntas humana ad eandem volitionem se accommodaverit, nihil aliud est quam concurrere ad volitionē illam producendam modo voluntas humana volitionem illam producere voluerit, quod sine manifesta contradictione, & sensibus parsimonia progrediendi in infinitū, dici non potest. Causalem illam, *Res futura est quia Deus voluit eam fore verum esse* non solùm in his quæ à Deo solo fiunt, sed etiam in his quæ libero arbitrio cooperante fiunt; jam demonstratum dedi, etiam in actibus peccaminosis ulterius [illegible] confectum dedi; & si hoc sit indecens Deo, jam te recens probasse etiam Spiritum sanctum Deo tribuere quod sit indecens. & nō aliquid sit nisi omnipotens fieri velit, quod jam olim pronuntiavit Augustinus Enchirid. 95. Ecce enim etiam verum est, ut persecutionem quidem recessiæ Antichristianā fieri nisi omnipotens fieri velit, enim dico, non id Deus voluit sed permisit; dicere debueras ut consequentia fundetur, Deus non id fieri voluit, sed voluit permittere. certè si Deus non vult impedire ne fiat peccatum, peccatum illud fiet, hoc est, si non vult in nobis pro suo beneplacito operari & velle & perficere in abstinendo à peccato, à peccato nequaquam abstinebimus. ille procul dubio facit, ut in statutis ejus ambulemus, & judicia ejus custodiamus. Ezech. 36. 28. voluntas divina quā vult ut peccatum fiat ipso permittente, est causa totalis & solitaria, cur peccatum futurum est, hoc est cur ab æterno transierit è conditione rei merè indifferentis, tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem, in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ. Sed voluntas illa divina non est causa sola cur fiat, sed & humana voluntas causa est cur fiat, neutra tamen causa efficiens. sed deficiens tantummodo (loquendo de peccato quà peccatum est), cum hoc tamen discrimine, voluntas creata deficit culpabiliter faciendo quod non debebat, vel quomodo non debebat, aut non faciendo quod debebat, vel quomodo debebat. At voluntas divina nec culpabiliter deficit, nec potest sic deficere, neq; enim fieri potest, ut aut faciat quod non debuerat, aut quomodo non debuerat, aut non faciat quod debuerat, aut quomodo debuerat. Facilè ergo juxta vestram sententiam Deum non aliter constitues authorem boni, quàm quatenus consulit quod bonum est, ut sit ne tenui quidem discrimine [illegible] et vestra de gratia Dei sententia à sententia veterum Pelagianorum.

CAPVT SEPTIMVM.

Realem ac æternam præsentiam seu coexistentiam cum Deo non convenire rebus creatis, neque in ea fundari posse scientiam futurorum contingentium.

Ins. D. *Thom. 1. p. quæst. 14. art. 13. postquam improbavit alios modos cognoscendi futura contingentia, concludit posse cognosci quatenus sunt æternitati præsentia, quia æternitas infinita est, & tota simul ideoque omnia complectitur. Atque eodem modo explicat D. Thom. hanc cognitionem ubicunque de illa disputat 1. part. quæst. 57 art. 3. ubi negat Angelos posse cognoscere hæc futura, quia eorum cognitio non mensuratur æternitate. Idem 1. cont. Gent. cap. 66. & 67. ubi comparat æternitatem puncto centri, in quo lineæ non distant quamvis aliàs inter se distant. Sumpsit autem D. Thomas hanc dicendi rationem ex antiquis Patribus, præsertim ex Augustino, qui sæpissimè dicit respectu Dei nihil esse futurum, neque præteritum: quia in illa æternitate nulla est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Iac. 1. Sed omnia respectu illius sunt quasi permanentia in uno nunc. & id eo in Scriptura declaratur æternitas per modum unius diei præsentis, Psal. 2.* ego hodie genui te. *De qua re legi potest Augustinus lib. 11. confess. à cap. 18. & lib. 10. de civit. cap. 12. & lib. 11. cap. 21. & libr. 4. de Trinit. cap. 14. & lib. 11. c. 7. & libro de prædestinatione Sanct. capite 5. & libro 2. ad Simplic. quæstione 2. ubi id confirmat. Quia non aliter Deus intuetur futura cum in suo tempore sunt, quàm antequam sint, quia in divina cognitione non potest esse unus atque alius modus cognitionis sed semper idem. & ideo dicitur ad Rom. 4.* Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ

sunt

sunt. & Ecclesiast. 39. opera universa carnis coram illo, *sed quando sunt, videt illa realiter praesentia: ergo sic semper videt. Quare idem repetit August. serm. 11. de verbis Apostoli circa id* Ephes. 1. elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. *Ubi Hieronymus idem sentit, & idem August. exponens illud Psal. 49. Pulchritudo agri mecum est. Simili modo loquitur saepe Gregor. 2. Moral. cap. 20. & libro 4. capite 32. & 38. & libro 9. cap. 25. & libro 20. capite 24. ubi inter alia dicit, praescientiam non proprie dici de Deo, quia nihil ei est futurum, sed omnia praesentia. Quod dixerat prius Augustinus loco citato ad Simplicianum: & Boet. lib. 5. de Consolatione, prosa ult. Idem sentit Ambrosius lib. 1. de fide cap. 7. & 1. ad Corint. 15. Anselm. lib. de concord. praedest. & liberi arbit. capite 1. & 2. & de casu diaboli capite ult. & libro 1. Cur Deus homo, capite 18. Beda libro 1. variarum quaest. q. 17. tom. 8. & Boetius citato loco Hugo de S. Vict. in Sum. sent. tract. 1. cap. 12.*

SEntentiam Thomae 1. par. quaest. 14. art. 13. propositam, jam certa digerissime operam dedi ut intelligerem. Vult fateor omnia futura, Deo praesentia esse ab aeterno, atque hujusmodi praesentialitate rerum fundatam indicat cognitionem futurorum contingentium quam Deo tribuimus; non tamen hoc sola ostitur, sed & vero aliter hoc illam rationem commodissimam esse judicet ad ostendendum quomodo infallibilis futurorum cognitio divina conspirare possit cum ipsorum contingentia, etiam in 1. quaest. 57. art. 3. cognitionem futurorum Angelis admit hoc nomine, quod licet eorum intellectus sicut & quilibet intellectus creatus deficiat ab aeternitate divina, hoc est, uti ego interpretor quia intellectus eorum non est conjunctus cum esse aeterna ratione cujus adesse omni tempori, & consequenter omnia tempore contenta ipsi essent praesentia, & ita essent ad terminandam cognitionem eorundem divinam admodum idoneam: non quia cognitio Angelorum non mensuretur aeternitate quemadmodum Suarezius interpretatur Aquinatem: sed quia cum esse Angelorum aeternum non sit, non adsint omni tempori quo sint ut omnia tempore contenta ipsis repraesententur, atq; ita ab ipsis cognoscerentur. Haec enim sunt verba Thomae. *Alio modo cognoscuntur futura in seipsis; & sic solius Dei est cognoscere futura, etiam casualia & fortuita*, mox dictis sui rationem hanc exhibet: *Quia Deus videt omnia in sua aeternitate*, (non dicit, quia Deus quicquid videt, videt ab aeterno) hinc progreditur ad ostendendum quomodo omnia exhibeantur Deo tanquam praesentia propter aeternitatem suam; quippe quia *cum sit simplex toti tempori adest & ipsum concludit. & ideo unus Dei intuitus fertur in omnia quae aguntur per totum tempus, sicut in praesentia & videt omnia ut in seipsis sunt: Angelicus autem intellectus & quilibet intellectus creatus deficit ab aeternitate divina*. Cajetanus in hunc articulum commentatus, hanc habet *advertentiam* in haec verba Thomae. *Cum duae rationes assignari possint respectu cognitionis futurorum contingentium in seipsis, scilicet aeternitas intuitus & plenitudo rationis repraesentativae, quae scilicet repraesentat rem & ejus durationem. S. Thomas* (inquit) *non curavit de hac secunda exclusione prima ab Angelis sufficienter ostensam eam videlicet, propterea ut adverteret quia se mutuo consequuntur, & tandem unum est ex alio altera: quae illa spectat ad infinitatem, haec ad aeternitatem, tam autem aeternitas, quam infinitas soli Deo conveniunt, aeque ex aeternitate arguitur, quia ut dictum constat Angelis repugnare aeternitatem intuitus ac plenitudinem talis repraesentativi*. At meo judicio Thomam utraque nititur, nempe tam repraesentatione rerum apud Deum, quam earundem intuitione, atque in illa priori fundat illam posteriorem. *Videt* (inquit) *omnia in sua aeternitate*, non dicit ab aeterno vidit omnia, sed *videt omnia in sua aeternitate*, ut aeternitas à Thoma statuatur ratio quare videat omnia etiam futura: ratio (inquam) qua fiat ut futura sint idonea ad terminandam cognitionem divinam hanc autem rationem mox uberius explicat his verbis: *Quae* (scil. aeternitas Dei) *cum sit simplex, toti tempori adest & ipsum concludit*; Rursus, ex illo principio deducit divinum intuitum ferri super omnia, ut manifestum sit non aeternam tantum rerum intuitionem à Thoma memorari, sed & rationem, cur ab aeterno res futuras intueatur, exhiberi, *& ideo* (inquit) *unus Dei intuitus fertur in omnia quae aguntur per totum tempus, sicut in praesentia, & videt omnia ut in seipsis sunt*. At si sic instituisset, tempus universum est praesens Deo (hoc enim innuere videtur, cum sic ait: *Aeternitas cum sit simplex, toti tempori adest, & ipsum concludit*) & consequenter etiam omnia quae aguntur per totum tempus, sunt praesentia Deo, & quatenus singula aguntur in hoc tempore, existunt sive in seipsis. Atque hinc infert, Deum propterea videre omnia ut sunt in seipsis. Obiter adverto repraesentationem futurorum à Cajetano tribui Deo non ratione aeternitatis, sed ratione infinitatis divinae: nempe essentiae divinae convenit repraesentare res, non autem durationi ejus, quae dicitur aeternitas. Et quidem omnia possibilia essentia divina repraesentat naturaliter, futura verò non repraesentat nisi ut volens: numquid hoc in causa sit, quod non libenter agnosceret utramque mentionem à Thoma factam, nempe tam repraesentationis rerum, quàm intuitionis earundem, ne sic absurdam sententiam Thomae tribueret, quasi rerum futurarum repraesentationem ad aeternitatem Dei referret, non autem ad essentiam ejus? verum hoc apud Aquinatem facilè salvari possit sane ab incommodo, neque enim per aeternitatis coexistentiam omni tempori, consequenterque omnis temporis coexistentiam aeternitati, intelligimus rerum omnium tempore contentarum repraesentationem formaliter, sed consequenter tantummodo. Quae non scil. hoc modo fiunt repraesentabilia in genere futurorum; unde consequens est, ut ab essentia divina repraesententur, quippe cum sit infinita, & proinde repraesentet in genere cognoscibilis quicquid cognoscibile est. Sed ad Thomam redeo, & rationem quae cognitionem futurorum Deo tribuit, Angelis adimit, ad examen revoco. Licet enim quod caetera in

hoc argumento Thomam tueri posse videar, quod & pro viribus conatum duco, sententiæ ipsius commodam interpretationem faciendo. Hic tamen apex videtur commodam omnem interpretationem indignari; vereorque ne nimium sibi aut potius captui lectorum suorum ablandiendus fuerit, dum infallibilis Dei cognitionis futurorum cum contingentia eorundem conciliandæ rationem inquit expeditiorem; atque ad hoc, æternitatis cum immensitate comparatione, atque ad immensitatem divinam conformatione nimis licenter usus est. Etenim ratio quare futura contingentia Deo nota *fuisse* dicantur ab æterno petitur ab æternitatis notione: quia scil. cum simplex sit toti tempori adesse colligatur, ipsumque tempus concludere. At, inquam, pari ratione & Angelis viderent omnia in ævo suo, quippe cùm simplex sit eadem rationis analogia, toti tempori adesse, ipsumque concludere confirmetur. Nam & ævum Angelicum est totum simul secundum Aquinatem, nec admittit prius & posterius, sicut nec æternitas, ut videre est apud Thomam 1. p. quæst. 10. art. 5. ad secundum & tertium, ac perinde hac etiam ratione dici poterit ambire totum tempus, quemadmodum & æternitas, posito quod ante temporis initium facti sint Angeli & post temporis universi consummationem duraturi. Quod si ævum Angelicum, æternumque simplex fuerit, nequaquam tamen adsit tempori futuro, certè nec æternitas propter simplicitatem suam adsit tempori futuro. Verum si quis dixerit (rationem Aquinatis aliter informans) quod non modò esse Dei sit totum simul, sed & scientia Dei proindeque necesse esse ut minimè cognoscat aliquid de novo, sed perinde cognoscere res in seipsis antequam existant in tempore atque postquam in tempore præsentes fiant; quod quidem nequaquam obtinet de scientia Angelorum, quippe cùm non sit tota simul, sed Angelis accrescat alia atque alia; non equidem inficior illud discriminis admodum momentosi locum habere inter scientiam Divinam atque Angelicam. Atque hunc in modum argumentum suum prosequitur Aquinas ab æternitate petitum. 1. sent. dist. 38. quæst. 1. referente Capreolo 1. dist. 38. q. 1. art. 2. p. 507. *Divinus* (inquit) *intellectus ab æterno unumquodque contingentium* intuetur, non solùm prout est in causis suis, sed prout est in suo esse determinato. unde si non nisi re ipsa existente *videret eam prout est in suo esse determinato, aliter cognosceret eam dum est, quam antequam fieret, & sic ex rerum eventibus aliquid sibi accresceret cognitioni.* Et rursus ibidem referente etiam Capreolo pag. 510. *contingens dum est in actu determinatè verum est, & ideò à cognitione quæ est præsens illi actui potest certitudinaliter cognosci, sicut patet de visu corporali. Et quia divina* (supple cognitio) *æternitate mensuratur, quæ eadem manens omni tempori præsens est, ideò unumquodque contingentium videt prout est in suo actu.* Ubi operæ pretium fuerit obiter advertere phraseologiam Aquinatis: cum dicit æternitatem dici præsentem omni tempori, quatenus *manens* (sive permanens) *eadem*, dum scilicet omne tempus seriatim exsilit & succedit. Non igitur quatenus æternitas est, sed quatenus *permanens* est in posterum, iis temporibus futuris adest, nempe quam primum tempora illa prodeunt. Deus verò jam antea cognovit idque ab æterno, quicquid in successivis secundùm intervalla temporum, quia nihil cognoscit de novo, sed sicut esse divinum est totum simul, ita etiam scientia divina est tota simul. Atque hujusmodi etiam argumento nititur Durandus 1. dist. 38. q. 3. n. 11. *Manifestum* (inquit) *quod Deus cognoscit contingens dum est præsens, puta Socratem currere; alioquin ego cognoscerem aliquid quod Deus ignoraret. Si ergo non cognoscebat hoc ab æterno quando fuit futurum, sequeretur quod aliquid accrevisset sibi de novo, quod est impossibile.* Verumtamen ut ingenuè profitear quod res est, illa ratio non est à priori, sed omnino à posteriori petita, nec ostendit modum quo fiat ut Deus omnia intelligat, aut quo omnia sibi habeat præsentia in esse cognoscibili, principium tamen cognoscat. hujus autem ratio vel sola ducitur à voluntate divina, ejusque determinatione, unde fiunt ipsa futura apud Deum, tanquam in esse vel nunquam aliquando reperitur ab æternitate Dei. Quod si per impossibile Deus nequaquam esset æternus, & consequenter rerum omnium non modò præsentium, sed & futurarum periodus esset: adhuc quotquot futura essent, apud Deum præsentia essent tanquam in *esse reali*, consequenterque ad scientiam earum omnium divinam terminandam idonea, antequam existerent. Sed reponet aliquis hoc non aliud esse quàm Deum cognoscere futura in causis eorundem; At cognitionem futurorum in seipsis passim distinguit Aquinas à cognitione futurorum in causis; Respondeo primò; quoties Thomas mentionem facit cognitionis futurorum contingentium in causis simpliciter dictis, non nisi respectu causarum secundarum & proximarum intelligendum est, quippe propter quas dicuntur contingentia, prout distinguuntur à necessariis. Sic enim scribit 1. contra Gentes, cap. 68. *Si prima causa fuerit contingens* (hoc est, contingentiæ operans) *quo effectum oportet esse contingentem.* Secundò Respondeo, Cognitio futurorum ut est *in esse reali*, apud Deum non modò est cognitio rerum in causa ipsarum suprema, sed & secundùm earum actualem præsentiam, sive cognitio earum prout actu sunt in seipsis apud Deum; quia scilicet Deus nihil intuetur nisi in essentia sua. Neque enim cognitionem rerum accipit à rebus, neque cognoscit eas in seipsis, sed in seipso, ut profitentem accepimus Aquin. 1. p. q. 14. art. 5. in corp. *Ad sciendum* (inquit) *qualiter alia à se cognoscat Deus considerandum est, quod dupliciter aliquid cognoscitur: uno modo in seipso; alio modo in altero. In seipso quidem cognoscitur aliquid, quando cognoscitur per speciem propriam adæquatam ipsi cognoscibili, sicut cum oculus videt hominem per speciem hominis. In alio autem videtur id quod videtur per speciem continentis, sicut cum pars videtur in toto per speciem totius; vel cum homo videtur in speculo per speciem speculi, vel quocunque alio modo contingat aliquid in alio videri. Sic igitur dicendum est quod Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Verùm placet de via paulisper divertere, & Ferrariensem diligentem cum quo congrediar, Scholasticum principium ex illis qui hanc Thomæ sententiam tuentur de rerum omnium futurarum existentia in æternitate.

DIGRES-

DIGRESSIO QVARTA,

In qua

QUÆ FERRARIENSIS, in lib. 1. Thom. contra Gent. cap. 66. commentatus pro rerum omnium futurarum existentia in æternitate disserit, examini subjiciuntur.

Cum dupliciter possit intelligi non-entia esse præsentia Deo in æternitate, scilicet secundum realem coexistentiam ipsorum ad Deum, & secundum esse cognitum & objectivum tantum, quidam Thomistarum tenent non-entia esse præsentia Deo in æternitate in esse objectivo, quia videlicet ab æterno cognoscuntur à Deo, non autem secundum realem coexistentiam esse rerum ad esse divinum. Mihi autem videtur (quod & plerique Thomistæ tenent) esse de mente S. Thom. quod utroque modo omnia tam præterita & futura quam præsentia sunt Deo in æternitate præsentia: & quod illi realiter coexistunt in æternitate, & æternaliter ab illo cognoscuntur. Moveor autem inde quia ubicunque S. Thom. de hac materia loquitur, pro ratione quare Deus cognoscat futura contingentia certitudinaliter assignat hanc, Quia omnia sunt Deo & æternitati præsentia, & quod æternitas cuilibet temporis vel instanti temporis adest, ut patet in hoc cap. & 1. part. quæst. 14. art. 9. & 13. & de veritate quæst. 2. art. 12. Item 1. Sent. distinct. 38. artic. 5. Esset autem petitio principii, si intelligeret quod omnia sunt præsentia Deo intuitive, non autem secundum realem coexistentiam, quia assumeret quod haberet probare: quod cum non sit tanto viro & in re tanta attribuendum, dicendum est, quod ipse volebat arguere Deum intelligere omnia futura contingentia, quia intelligere divinum se extendit ad omnia quæ sunt præsentia suæ mensuræ & illi coexistunt: mensura autem divina intellectionis est æternitas, cui non solùm nobis præsentia, sed etiam nobis futura realiter coexistunt. Sequendo itaque hanc partem quæ profectò difficultatem maximam videtur pati propter assuefactionem nostram ad res temporales, ad ejus evidentiam considerandum primò &c.

Responsio. GRatissimam habemus hanc Ferrariensis confessionem agnoscentis quosdam etiam Thomistarum tenentes non-entia esse præsentia Deo in æternitate in esse objectivo, quia videlicet ab æterno cognoscuntur à Deo, non autem secundum realem coexistentiam esse rerum ad esse divinum. Verùm aliter videtur Ferrariensi, neque esse de mente Thomæ quòd utroque modo omnia futura sunt Deo in æternitate præsentia, nimirum non solùm secundum esse objectivum illo, & secundum realem eorundem coexistentiam æternitati. Sed & sic verum est Capreolum [illegible] mihi (inquit) [illegible] *S. Thomæ*; quo tamen non obstante professus est, se nihil asserere eorum quæ in hac apice disseruerat, *De his autem* (inquit) *nihil omnino assero quæ præd[illegible].* Eadem Cajetano visa est Thomistarum omnium modestia, quamvis Thomæ se in hunc sensum interpretanti [illegible] contra: *His horum* (inquit) *ab adversariis* [illegible] *plane contradictionem & errorem, à sequentibus autem doctrinam S. Thomæ* [illegible] *adeo obscuram, ut sententiam* [illegible] [illegible] *verba assertivè* [illegible] *dictum.* Eadem modestia decere potuisset ipsum Cajetanum, nihil ubi[illegible] illa post quindecim annorum investigationem studiosam excogitata, quæ tam[illegible] [illegible] distinctionis [illegible] præsertim cum hæc eadem distinctio, quam ope D. Thomæ tandem aliquando illustrasse sibi præfert, jam antea [illegible] (ut vulgò creditur) aut ignota fuerit Capreolo, aut ab illo dissimulata. Quo major nobis etiam spes effulget de Ferrariensi nostro, non [illegible] licet Thomam in eundem sensum & interpretetur, & tueatur, quo Capreolus, nihil tamen assertivè proferre eorum quæ disserat. Ratio autem quæ movetur Ferrariensis in hunc sensum Thomam sanum interpretari, admodum perturbatè proponitur his verbis, *Quia omnia sunt quod Deo & æternitati, & æternitati præsentia, cuilibet tempori vel instanti temporis adest*: Textum verò restituendum esse judico in hunc modum: *Quia omnia sunt Deo & æternitati præsentia, & quod æternitas cuilibet tempori & instanti temporis adest.* Atque sic solis verbis capitis [illegible] sumus, singulis tamen uti conjicere est in suam propriam sedem restitutis. Quod attinet ad locum illum 1. par. quæst. 14. art. 13. [illegible] Alvarez auctores oppositæ sententiæ Thomam hic interpretari de præsentialitate objectiva tantùm, hos refellere conatur Alvarez; sed quam fragilè hoc faciat, jam dedimus operam ut ostenderemus. Hic autem tecum tantummodò congrediendum est: itaque dicimus Thomam 1. p. q. 14. art. 13 nequaquam concludere intuitum Dei ferri super omnia, quia omnia quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, sed ex adverso potiùs, quia intuitus Dei fertur ab æterno super omnia prout sunt in sua præsentialitate, hinc infert omnia quæ sunt in tempore esse Deo ab æterno præsentia. Quæst. 2. de verit. art. 12. & 1. Sent. distinct. 38. quæst. 1. articulo 5. habet Thomas, jam adversùs Alvarez ostendi. Thomam in iis de præsentialitate rerum temporali, super quam fertur intuitus divinus, philosophari, minimè verò de præsentialitate rerum in æternitate, qualem præsentialitatem nusquam habet Aquinas. In hoc autem capite 66. lib. 1. contra

Dist. 38. q. 1. art. 5. (margin, right)

Contra Cajetanum (margin, left; partly illegible)

Gent. expatiatur Aquinas dum rationem hanc lectam in longum producit. Argumentum verò Thomæ prout formatur à Ferrariensi nihil ipsum juvat; *Intelligere* (inquit) *Dei mensuratur æternitate, ergo ad omnia quæ sub quibusque temporis cursum subdita sunt, se extendit.* Esto, se extendat; nempe ut cum iis coexistat quam primum & illa extitura sint, etiam ab æterno ad ea se extenderit, quatenus ea cognoverit. Verum unica sententia est apud Aquinatem, quæ Ferrariensi non modicè favet. *Quicquid* (inquit) *per totū temporis decursum agit divinus intellectus, in tota sua æternitate intuetur quasi præsens. Quasi præsens* (inquit Aquinas;) Ego verò nihil dubito quin præsens sit Deo prius ratione quàm cognoscatur, sed non realiter præsens, verùm intentionaliter tantummodò, quatenus nimirum reperitur in *esse* volito apud Deum. Quod autem hoc et coinfert Thomas, quod *æterno non possit aliquid coexistere nisi toti, quia successionis durationem non habet,* consequentiam illam nullius pretii esse judico, sed & negationis meæ rationem jamdudum exhibui. Hujus etiam consequentiæ solutionem jam diu expedivit Durandus, dicendo, coexistit quidem æternitati ut toti, quatenus non habet partes, non tamen coexistit ei ut toti, quatenus est & sine principio & sine fine. Hanc autē solutionē à Durando agitatam nullus in hunc diem Thomistarum, quod sciam, refutandam sibi proposuit. pergit Ferrariensis quasdam suppositiones præmittere; quarum prima est constitutio veræ differentiæ temporis & æternitatis, quam nemo sciens ignorat, nempe tempus esse mensuram fluentem & in partes divisibilem: *æternitatem verò quæ mensurat esse indivisibile totum simul existens, non divisi in plures partes, quarum una sit præterita, altera futura, sed totum simul existere, & habere se sicut quoddam nunc, & sicut durationem indivisibilem simul stans, & semper præsens nullamque successionem variationemve; quemadmodum definitur à Boetio, quod sit interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.* Secunda suppositio proponitur etiam ab Alvare, sed multo candidius, quàm à Ferrariensi: qui hoc tamen agere videtur, artibus Sophisticis instructus, quod justo Marte, justa disputatione obtinere non potest. Jam diximus quàm longè absuerit à legitima proportione comparatio ab Alvare facta inter æternitatem & tempus, quasi inter mensuram communem & particularem. Verum longè insidiosius procedit Ferrariensis, itaque operæ pretium fuerit, ea quæ proponit sigillatim expendere.

Ferrar. *Considerandum secundò, quod sicut esse divinum ad omne esse creatum comparatur sicut commune ad proprium, communitate scil. perfectionis & causalitatis, propter quod dicuntur omnia esse in Deo, sicut in sua causa, & sua exemplaritate æternitas in ratione mensuræ comparatur ad quodcunque tempus mensurans esse rei temporalis, sicut mensura communis ad propriam mensuram; ita quod in ipsa omnes temporis differentiæ continentur; sicut propria & particularis mensura continetur in mensura communi & excedente. Propter quod* (inquit Thomas) *quod æternitas comprehendit omne tempus, & quia quod continetur à mensura particulari, continetur etiam à mensura communi illam continente, sicut quod continetur à loco, continetur etiam à cœlo, oportet, ut omne quod sub aliqua temporis differentia continetur, sive sit tempus præteritum sive præsens, sive futurum, etiam sub æternitate contineatur, ut sicut dicitur esse in tempore aliquo, sicut in mensura propria & adæquata; ita dicatur esse in æternitate, sicut in mensura inadæquata & excedente, sicut omnia quæ sunt in propriis locis dicuntur esse in cœlo ut in loco communi, sicut in loco universali communi, & sic dicimus quod omnia quæ sub quacunque temporis differentia continentur, tam videlicet præterita & futura quam præsentia, sunt in æternitate. Et quia æternitas non habet partes, ut possit dici una res sub una parte æternitatis esse, & alia res sub alia parte, sed est tota simul existens, ideo convenienter simul dicitur, quod omnia continentur & sunt in tota æternitate.*

Obser. Video Pontificium istum genere conscientiam ad studia partium plus satis ductilem, quasi hoc ageret ut partes quas fecit tueatur, quà cum verecundia, quà præter verecundiam, quà cum candore, quà præter candorem, quà cum veritate, quà juxta veritate. Apud Alvarem comparatio ista visa est mihi satis indecora, verum apud Ferrariensem istam, non solum indecora, sed & prorsus intrectanda, & nulla ex parte sobria. Video multum interesse qui fide quis veritatem colat, utrum scilicet veritatis studio an partium factione. Absit autem à me longèque absit ut veritatem colam eo modo, quo Ferrariensis colit veritatem suam; ne dum fides mea ad obsequium hominis comparatur potius quàm ad obsequium Dei. Haud infrequenter soleo me comparare ad mentem Thomam, præsertim in istis apicibus, sed usque ad aras. Ille potius apud me naufragium faciat famæ suæ, quàm ego in ipso defendendo jacturam faciam conscientiæ bonæ. Sed Ferrariensem reperio *esse* divinum ad omne *esse* creatum comparari sicut commune ad proprium, nunc primum accepi ex hujus Theologi doctrina; ad placitum ficta (nihil dubito) comparatione, ut confirmetur scil. aliquatenus *esse* divinum ad esse creatum: quemadmodum duratio divina in genere mensuræ conformatur ab illis ad durationem creatam, ut scilicet illa ad hanc ita se habeat, quemadmodum mensura communis ad propriam. Ne verò insulsam nimis comparationem *esse* divini ad *esse* creatum, nulla specie verisimilitudinis suavibus abblandientem sallaciter lector, ad fastidium leniendum apponitur condimentum, dicendo, *communitate scil. perfectionis & causalitatis propter quod omnia dicuntur esse in Deo sicut in sua causa & exemplari:* Et quis unquam ante Ferrariensem hac ratione dixit *esse* divinum comparari ad *esse* creatum, sicut commune ad proprium? Hac ratione omnia dicuntur esse in DEO eminenter & exemplariter, non autem communiter. Et quomodo explicanda sit illa comparatio, qua ratione scilicet *esse* divinum se habeat ad *esse* creatum, sicut commune ad proprium, ne divinatione quidem assequor. Obiter adverto, cum ad comparationem æternitatis & temporis deventum est, cujus causa tot dubio facta est, illa prior comparatio introductoria. (licet in nullum prorsus rei usum, nisi fortè ad lectores obstupefaciendos & attonitos distinendos, nulla prorsus [illegible] hujusmodi similitudo,

comm-

communicet sibi perfectionis & consolationis; licet sint nonnulli, qui nunquam sibi satisfacient transformando caputum lectoris, nisi etiam caputum suum tenuirendum ... Esto; æternitas se habeat ad tempus tanquam mensura communis ad propriam, in quod in ipsa omnes temporis differentiæ continentur, sicut propria & particularis mensura continetur in mensura communi & excedente. Addit Ferrariensis dissimilitudinem alimodam aliquam; *sicut quod continetur a vase continetur etiam à cœlo*. Admirabile autem videtur quod impulerit Ferrariensem ut in comparationem adeò inderoram se indueret, cum longè congruentior in promptu esset, dicendo, sicut quicquid continetur in mense continetur in anno. Agimus enim de mensura durationis, non autem de mensura quantitatis permanentis. Vis lector hujus mysterii enucleationem? est enim animadversione dignissima, ut ingenium hominis supra modum Sophisticum, & quod me pene fefellerat, advertas. Procedat itaque comparatio juxta modulum à Ferrariense propositum, & videas quis demum sit ejus exitus: nempe sicut omnia quæ sunt in propriis locis (vere) dicuntur esse in aëre, aut in cœlo (idq; realiter) sicut in loco omnibus communi; sic omnia quæ sub quacunq; temporis differentia continentur, tam videlicet præterita & futura quàm præsentia sunt in æternitate, idque realiter; nam & in cœlo seu aëre tanquam in loco communi sunt realiter, quotquot in propriis locis sunt juxta tenaces, puta in vase, aut domo aliqua, aut tugurio: & quid superest quàm ut negotium confectum esse clamitet contra adversarios omnes; nempe etiam futura in æternitate esse, idque secundum existentiam realem, cum & futura sub aliqua temporis differentia contineantur: ut prorsus neutiquam opus fuerit æternitatis simplicitatem & impartibilitatem in subsidium advocare; quod tamen facit Ferrariensis, idq; non ulli artificio sed nullo candore. Alias etiam, nempe si ad paradoxon illud de reali rerum futurarum existentia in æternitate sustentandum, nunquam necessaria esset æternitatis ratio, quatenus simplex & impartibilis, atq; hoc nomine toti tempori coexistens; hac ipsa pessum iret Aquinatis sententia, simulq; commentum illius Ferrariensis universum; quippe qui sententiam illam Aquinatis (quæ tantos tumultus excitavit in hodiernum usque diem inter Scholasticos,) non alio tibicine fundatam esse profitetur, quàm quod æternitas, cum simplex sit, toti tempori adsit; & quicquid æternitati coexistit, ut ei toti coexistat, necesse sit. Quare nisi æternitatis impartibilitatem in considerationem revocasset, operam lusisset. In qua tamen consideranda operam quàm minimè necessariam posuerit, quis non videt? quippe cum non nisi confecto & transacto negotio universo, ad ejus considerationem accederet, nempe sicut quicquid continetur in vase aut in domo, aut in cathedra, hoc ipso continetur in aëre idq; realiter; ita quicquid continetur in quacunq; temporis differentia, continetur etiam in æternitate, idq; realiter & actualiter.

Talibus insidiis, insidiis, arte Sophista
Credita res, captiq; dolo, lachrymisq; coacti,
Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Quod si congruentem, quam ad manum habuit comparationem instituisset, mox cecidissent *omnes de eventibus hyperboræ*; arma sua prorsus extorta fuisset, & messis speratæ infaliciter excidisset. Exempli gratia; Sicut quæcunque continentur die, hebdomada, aut mense, continentur anno; ita quæcunque continentur aliqua temporis differentia, continentur æternitate: adeo ut quæ cunque realiter existunt aliquo die, hebdomada, aut mense, etiam in anno realiter existant, necesse est; quæ verò nondum realiter existant in mensura aliqua propria, sive illa dies fuerit aut hebdomada aut mensis, nec in anno realiter existere adhuc dicenda sunt: sed quamprimum extiterint realiter in mensura propria, simul etiam existent nihilominus realiter in mensura *communi*. Nihil horum mihi subiit in mentem, dum suppositionem illam apud Alvarum examini subjicerem, Neque enim ille tam veteratoriè se gessit, quemadmodum Ferrariensis. Ita pateat hic mihi in posterum, idque merito suo, nigro carbone notandus, sive causam veritatis egerit, sive secus; Etenim *timeo Danaos & Dona ferentes*. Sic suis præmunitio secunda, sequitur tertia.

Considerandum tertiò ex Arist. 4. phys. quòd aliter dicuntur duæ res quæ habent rationem mensurati, coexistere; & aliter duæ durationes (duo quæ mensurant) secundùm durationem invicem, dicuntur coexistere, quia eorum existentiæ in eadem mensura durationis præsentis continentur, sicut duo homines eodem die habentes esse, aut in eodem instanti temporis dicuntur coexistere: duæ autem mensuræ propriè loquendo dicuntur coexistere, quia una in altera continetur, sicut dies simul est cum mense, quia continetur à mense. Cum ergo dicitur temporale coexistere æterno, sensus est, quòd esse rei temporalis, & esse rei æternæ, una mensura durationis præsentis mensurantur: quod cum non possit verificari de tempore quod est propria mensura rei temporalis, quia æternum nulla temporis differentia mensuratur, sed est supra omnem tempus, oportet ut intelligatur de æternitate quæ est mensura propria & adæquata esse æterni; mensura verò excedens & inadæquata rei temporalis; & sic dicimus res creatas & temporales coexistere Deo etiam quæ nondum sunt in tempore præsenti, in quantum & esse Dei & illæ rerum temporalium hac mensura præsenti, est divisa in præteritum & futurum mensurantur, unum sicut mensura adæquata, alterum sicut mensura excedente.

Cum ergo, inquit S. Thom. quòd res coexistunt Deo, etiam quæ non sunt in tempore nobis præsenti sed sunt præterita ac futura nobis, non sic figuret, quod esse utrumq; mensuratur una mensura præsenti quæ est æternitas, non autem quod esse utrumq; tempore nobis præsenti mensuretur, ut videtur intelligere qui beati Thomæ positionem impugnant. Similiter cum dicitur quod æternitas adsit toti tempori, non est sensus quod in tempore nobis præsenti sit & æternitas & omne tempus (hoc enim contradictionem implicaret) sed quod omne tempus comparatur æternitati quæ est mensura semper præsens, sicut propria & particularis mensura in mensura communi & excedente continetur.

Esto,

Ferrar. Esto, duæ durationes dicantur coexistere, quia una in altera continetur, sicut dies simul est cum mense, quia continetur à mense. Verùm obiter advertas hoc falsum esse de duabus durationibus quibuscunque; neque enim necesse est ut duæ duorum hominum durationes ita coexistant, ut una contineatur ab altera: tantum obtinet de durationibus duabus; quarum altera est communis, altera verò propria; quemadmodum se habent inter se dies & mensis. Rursus quomodo coexistunt dies & mensis? num dies præsens cum mense præsenti simul existit quoad totum mensis, an duntaxat quoad partem ejus? non quoad totum mensis: licet enim in totis permanentibus pars possit existere simul simultate temporis cum toto quoad totum ipsius, non tamen ita se res habet in totis fluentibus: Ergo simul existunt dies & mensis quoad partem mensis; cedo igitur partem illam. An dies præsens coexistit mensi præsenti quoad ullam aliam partem ejus quam quoad hunc diem ipsissimum? ergò illa coexistentia quam vocas mensuræ propriæ & communis, nihil aliud est quàm mensuram propriam & adæquatam partem esse mensuræ communis inadæquatæ & excedentis, & qualem quæso partem aut cujus generis? certe partem formalem. Sed ad applicationem deveniamus; *Cum ergo* (inquis) *dicitur temporale coexistere æterno, sensus est quod esse rei temporalis & esse rei æternæ una mensura durationis præsentis mensuratur.* Expectabam accommodationem comparationis posterioris, non autem prioris, quippe quam, cum inutilis sit, putabam proponi tanquam introductionem ad comparationem posteriorem. Sed video te totum esse in accommodatione prioris, adeout quem in finem inculcetur posterior comparatio, me prorsus fugiat. Agedum verò, sequamur te quò feceris, & vestigia tua premamus. Negamus, coexistere esse mensurari; potius est mensurabile esse, quàm mensurari; sed neque coexistere est mensurabile esse; nam & instantia fluentis possunt coexistere, nec tamen sunt mensurationis capacia; quippe quæ partes non habeant, nam durare est manere, aut si sensim durant non tamen subito transit quod durat. Rursus, non omne manens quod foret est mensurabile, nisi etiam habeat partes, easque finitas, qualis non est æternitas, nam licet infinita sit sine principio, sine fine, partes tamen non habet secundum quas mensuretur. Sufficit ad coexistentiam rerum durantium, ut uni & eidem durationi coexistant, sive eadem duratione mensurabiles sint, sive non; exempli gratia: quæcunque hodie nascuntur, incipiunt hodie Deo coexistere; licet dies hodiernus sit propria mensura durationis rerum hodie nascentium, non sit omnino mensura rerum omnium hodie existentium, cum nec sit mensura durationis divinæ, nec durationis Angelicæ. Ad hæc, si temporale & æternum quatenus coexistunt, una mensura durationis mensuranda essent; congruentius esset utrumque mensurari duratione temporali, sive diurna, sive menstrua, sive annua, quam æternitate (Ratio est, quia mensura rerum coexistentium huc tendit, ut per eam nobis innotescat quamdiu coexistiterint. At hoc nobis melius innotescit per durationem temporis, quam per durationem æternitatis; exempli gratia: Dei coexistentia mundo antediluviano, & mundi antediluviani coexistentia Deo, fuit annorum 1656. neque minus neque amplius. Quis sobrius illud negaverit? videris itaque, an æternitatem exhibere nobis possit horum coexistentiæ durationem per æternitatem. Porrò vide quam te deceat paritationis momentum; cum temporale dicitur coexistere æviterno, sensus est quod esse rei temporalis, & esse rei æviternæ una mensura durationis præsentis mensuratur, quod cum non possit verificari de tempore, quod est propria mensura rei temporalis, quia æviternum nulla temporis differentia mensuratur, sed est supra omne tempus, oportet ut intelligatur de ævo seu æviternitate, quæ est mensura propria & adæquata esse æviterni, mensura verò excedens & inadæquata esse rei temporalis. Verùm licet tempus sit propria mensura rei temporalis, tamen hoc nihil impedit, quo minus per tempus nobis innotescat quamdiu duraverint Angeli, quod olim contendit Durandus, nec fieri posse, ut alio aliquo modo nobis innotescat quam æviterni fuerint Angeli. Sic enim scribit 2. sent. dist. 2. q. 5. nu. 15. *Per quid igitur mensurabitur quamdiu duraverunt quidam habuerunt æviterna, ex quo creata sunt usque ad nunc? Dicendum, quod per nullam mensuram univocam, sed per heterogeneam scil. per tempus. Cujus ratio est, quia nihil habet rationem mensurabilis, nisi secundum quod includit rationem quanti, sed duratio æviterni secundum se non est quanta, cum non habeat partem & partem. Includit autem rationem quanti, quatenus coexistit durationi quantæ, puta motui: ergo secundum se non habet mensuram, sed secundum ejus coexistentiam ad motum, & sic habet eandem quam motus, unde dicimus quod quilibet Angelus duravit, quantum duravit mundus, seu motus, & tempus.* Duratio Dei cum sit infinita, mensurari non potest: Verum coexistentia ejus cum mundo mensurari potest, nec ulla mensura convenientius, quam mensura temporis. Videamus igitur quam nullius pretii sit suppositum illud Ferrariensis:

Si æternitas adest cuilibet tempori, ergò quodlibet tempus adest æternitati; quod si verum est, ut etiam pro præsenti tempore omne tempus adsit æternitati necesse est: Nam te fatente, pro præsenti tempore verum est quod omne tempus adsit æternitati, & æternitas omni tempori; ergo inquam, pro præsenti tempore omne tempus adest æternitati, & æternitas omni tempori. Probo consequentiam. Si pro præsenti tempore verum est te loqui, sequitur te in præsenti tempore loqui, sive opportuna sint, sive parum sobria quæ loqueris, nihil interest. Verum hoc latius expendendum erit in sequentibus.

Sed tamen advertendum, quod difficultatem in hac re Ferrar. *nobis affert, quia cum cognitio nostra sit à rebus temporalibus originata, verba imposita à nobis ad aliquid significandum, consignificant aut actionem aliquam differentiam temporis consignificant; & adeo cum dicimus,* Hoc coexistit Deo, *videtur consignificari existentiam hujus cum Deo esse in tempore nobis præsenti: quod quidem sic intelligendo non potest de re non existente verificari. Sed si significationem verbi præsentis temporis abstrahamus a consignificatione*

sentiam hujus durationis præsentia, quæ est tempus, & nullam consequenter æternam mensuram durationis præsentem, non descendendo ad hanc vel illam, tollitur dissimile & impossibile. Si enim cum dico, Antichristus coexistit Deo, nihil aliud dicimus, quam quod esse Dei & esse Antichristi sunt in una mensura durationis, quæ non est præterita, aut futura, sed præsens; Patet ex prædictis quod est verissimum, quia sunt in æternitate quæ est mensura præsens. Sed si cum hoc intelligeretur quod talis mensura præsens sit tempore nobis præsens, esset falsa: sicut cum dicimus quod Socrates est animal, si nihil aliud intelligatur quam quod est substantia animata sensibilis, verum dicitur; si autem intelligatur quod est talis substantia sensibilis, quale est brutum, dicitur falsum. Ex hoc patet quod cum dicitur, coexistentia in tempore nobis præsente, sive futura, aut præterita coexistunt Deo, ad sensum verum quem intendit Thomas non opus est intelligere, quod sint simul cum Deo in una æternitate, licet hoc sit verum, sed sufficit intelligere quod simul sunt cum aliqua mensura æterna.

Sufficienter perstrinxi obscuritatem nobis exhibet ut distinctionis pars & expedita clarèq; in hac comprehensionis nostræ quam fieri potest congruentissima ad conciliandam fidem, itaque obscuritatem quandam removere cupit, concedimusque ut non tam in specie possimus aliquid coexistere Deo in æternitate, (hoc enim conceptu difficile futurum arguitur, quia [illegible] à rebus temporalibus originatur nostra cognitio) quam indefinitè temporale aliquid (quantumvis futurum) coexistere Deo. At ingenuè fateor, me operis hujus initium tuam obscuritatem neququam promovisse, adeò admodum parturire hanc conceptionem superlationis tuæ, adeò ut me eam aliquando parturum esse prorsus desperem. Abeat igitur ista conceptio in malam crucem, nihilo minus [illegible] prætuleq; in crudum sinum tuum ex nostra, tanquam valetudini cognitionis nostræ nihil profuturam; valeamus autem gis opportuna ponere in sequentibus; hæc enim novissima præmunitio prorsus indigna fuit, quæ chartas oblineret; quippe quæ obscurius & conspurcentur potius, quam ornentur.

Si autem quæratur, utrum secundum positionem Thomæ, nunc Adam coexistit Deo, & similiter de Antichristo, respondetur, quod ex Nunc, potest importare tempus ex parte propositionis significantis, tanquam indicans mensuram veritatis ipsius. & potest importare tempus ex parte rei significatæ, tanquam ejus esse mensurans. Primo modo sensus est, quod in isto nunc hæc propositio est vera: Adam coexistit Deo; & tunc dicitur quod est verum, quia Adam & tempus in quo erit verum dicere, Adam est, [illegible] cum Deo in una mensura præsenti, quæ est æternitas, ut jam dicimus. Secundo modo sensus est quod esse Dei & Adam sunt in hoc instanti temporis; & tunc dicitur quod est falsum. Et similiter dicitur de istis propositionibus, Semper omnia coexistunt Deo: omnia æternaliter coexistunt Deo; & omnia sunt præsentia Deo, & de similibus. Sic ergo intellecta positione Thomæ nullam patitur calumniam, immò necesse est sic tenere: quod manifeste ostenditur per hanc rationem: Quæro enim, aut verum est nunc ad sensum dictum, ut scilicet ad æternitatem sit relatio, quod Adam coexistit Deo & Antichristus, aut non est verum quod coexistat, sed tantum quod Adam coexti-tit, & quod Antichristus coexistet. Si detur primum, habetur propositum: si secundum dicatur, ergo in æternitate est præteritum & futurum. Nihil enim dicitur præteritum aut futurum in ordine ad aliquam suam durationem, nisi illa duratio habeat in se præteritum & futurum, ut in tempore patet: sed hoc ratio æternitatis repugnat: ergo.

Distinctionem illam de mensura veritatis propositionis, & mensura rei per propositionem significatæ, ut magno dignemur honore nequaquam expectabit Ferrariensis; præsertim cum ista distinctio minus arriserit Navarreto Licet Dominicano. Sic enim scribit in 1. q. 14. art. 13. p. 328. *Nec mandum etiam* (inquit) *idem esse dicere, quod nunc illa propositio est vera, & quod res significata per eam ita se habent nunc, sicut per talem propositionem significatur.* Quod *dicere tum* (inquit) *quia Ferrar. 1. contr. Gent. cap. 66. distinguit cum Cajetano & aliis, duplicem sensum istius propositionis in hoc instanti res futura nobis sunt præsentes æternitati. Si enim illa determinatio in hoc tempore instanti denotat mensuram veritatis aliuis enuntiationis, propositio est vera; si vero denotat mensuram rerum significatarum, est falsa propositio.* Sic fuit distinctio Ferrariensis quam Alvarez approbat; etiam à Cajetano comprobatam fuisse significat Navarretus. Vide jam quam censuram de distinctione illa ferat Navarretus: *Nobis tamen* (inquit ille) *videtur, quod eadem ratione sit mensura veritatis propositionis atque rerum quæ per propositionem significantur. Siquidem ab eo quod res est vel non est, propositio dicitur vera vel falsa, & ita si in hoc instanti verum est dicere quod Antichristus est in æternitate, etiam erit verum dicere, quod ita est à parte rei, modo, scil. quod Antichristus est præsens æternitate, & sicut falsum est dicere quod Antichristus in ordine ad hoc instans est præsens in æternitate, ita est falsum dicere, quod illa propositio verificatur per ordinem ad hoc instans; sed debet verificari per ordinem ad totam æternitatem cui coexistit hoc instans.* Et in hoc rectè Navarretus. Etiam hanc distinctionem jam refutatam dedi cum Alvare congressus. Sed ad argumentum Ferrariensis accedo, quo vel solo gloriatur tanquam negotium hoc suum quàm felicissime confecturo. Sed & hujus argumenti solutionem expedivimus, dum dissertationem haberemus cum Alvare. Itaque nego Adamum Deo coexistere; dico ejus coexistentiam Deo præteritam esse; dico vocationis Judæorum & ruinæ Antichristi, Deo nondum esse, sed suo tempore adventuram; sed nego inde sequi, (quod infert Ferrariensis) in æternitate esse præteritum & futurum; sed potius hinc sequitur extra æternitatem dari præteritum & futurum, nempe in duratione successiva rerum temporalium, secundum quam dicimus alia citius, alia serius Deo coexistere, quippe quæ per aliquod spatium non coexistiterunt Deo, per aliquod coexistiterint Deo, per aliquod coexistere Deo desierint. Quare nequaquam dicitur ista coexistentia rerum cum Deo secundum durationem Dei æternam, sed tantummodo secundum durationem rerum temporalem. Pari ratione si diceres Adamum desiisse Gabrieli Angelo coexistere, et [illegible] destructorem Antichristi nondum Deo coexistere, sed certo tempore coexiturum esse: num propterea concluderes in ævo Angelico dari futurum & præteritum?

[illegible] credibile est te dicturū Antichristū iam existere in ævo Angelico, nisi fortè chorus purpuratorū Cardinaliū sit ubi pro ævo Angelico, & quid nisi, est mihi perinde philosophari de æternitate Dei, quemadmodum de ævo Angelico philosophatur Durand. 2. sent. dist. 2. q. 5. nu. 9. *Quamvis in ævo secundum se non sit successio, potest cum tamen successiva temporis coexistere, nec etiam est ævum, sicut nunc temporis quod non potest hic simul ex quod fuerit est, sed quasi nunc stans quod multiplici potest significari, & ab hoc pluribus coexistere. Quemadmodum si quis fugat palum in fluvio, durat palus & fluvius, sed in duratione fluvij est successio aqua post aquam ; in duratione vero pali non. Sic durat Angelus, durat motus, durat ævum, durat tempus: Sed in duratione motus & temporis est successio, non sic in duratione Angeli & ævi, & tamen sibi invicem coexistunt, ratione cujus coexistentiæ dicitur Angelus fuisse, quia coexistit præterito: & fore, quia coexistit futuro, quamvis de esse Angeli nihil amittatur in præterito, nec acquiratur in futuro.* Eandem prorsus doctrinam innuit Aquinas 1. q. 10. art. 5. ad 5. *Quod dicimus Angelum esse vel fuisse, vel futurum esse, differt secundum acceptionem intellectus nostri, qui accipit esse Angeli per comparationem ad diversas partes temporis.* Sed progredimur ad solutiones rationum Scoti, quas nobis exhibet Ferrariensis.

Ad primam rationē in oppositum, quæ sumitur ex Scoto, in 1. sen. d. 39. patet solutio ex dictis. Concedimus n. quod sicut Antichristus est præsens æternitati, quæ scil. æternitate mensuratur tanquam mensurā indivisā, quæ est mensura [illegible] *ita verum est dicere quod Antichristus est; (i.) mensuratur aliqua præsenti mensura, scil. æternitate, pro tempore, quo erit verum dicere, Antichristus est. Sicut autem non est verum quod sit in tempore nobis præsenti: ita non est verum quod sit præsens Deo in tempore nobis præsenti, tanquam præsentialitas ejus ad Deum tempore præsenti mensuretur.*

2. Ad secundam etiam sensum concedimus, quod omnia sunt præsentia, & nihil est futurum, sic. secundum quod Deo & æternitati comparantur, licet secundum quod comparantur tempori, non omnia sunt præsentia, sed aliqua sunt præterita & aliqua futura. Verum non debet simpliciter & absolute concedi: Antichristus est, & quod omnia sunt præsentia, & nihil futurum, dicitur quod non: quia cum esse & præsens esse absolute sumptum secundum consuetam significationē importet esse in tempore præsenti, & nihil ponatur in illa propositione per quam possit determinari ad æternitatem, denotaretur & Antichristum, & omnia esse in tempore præsenti. Cum autem dicitur quod omnia sunt præsentia Deo, aut quod omnia coexistunt Deo, quia ratione illius termini, Deo, potest intelligi præsentialitas & coexistentia esse in aliqua mensura communi Deo & creaturæ, quæ est æternitas, ideo potest absolute concedi utrumque.

Ex quo patet defectus rationis Scoti loco prædicto, cum deducit, quod si aliquid futurum, est in actu respectu Dei, simpliciter est in actu, & impossibile est ipsum postea poni in actu, quia quod dicitur tale respectu primæ causæ, simpliciter potest dici tale. Patet enim quod illud non sequitur, scil. si aliquid futurum, est in actu respectu Dei, quod sit in actu simpliciter & absolute loquendo: assumptum autem ad probationem illius, non habet veritatem, quando pro diversis mensuris intelligitur, quod dicitur de re cum respectu ad primam causam, & quod dicitur de re simpliciter, ut istis propositionibus. Nam cum dicitur, hoc futurum nobis, est in actu respectu Dei, consignatur pro mensura præsenti quæ est æternitas. Quum autem absolute dicitur hoc est in actu, intelligitur pro præsenti mensura quæ est tempus; ideo primum est verum, secundum [illegible]*, & propterea nihil prohibet, quin futurum nobis possit poni in actu.*

Si Antichristum esse, sit mensuratum mensura aliqua pro tempore in quo verum erit dicere quod Antichristus est: cum non est verum dicere Antichristum esse, antequam tempus illud advenerit, in quo verum erit dicere quod Antichristus est, nisi fingē dicere quod Antichristus est propter mensuram æternitatis qua mensuratur, non aliud sit lingua familiari atq; omnibus obvia, quàm dicere quod Antichristus erit. Nec omnino potest illa loquendi barbaries à vobis evitari, dicendo Antichristum aut potius quodvis vere futurum hoc instanti temporis existere in æternitate. Nam vel te fateris, verum est in hoc temporis momento quod Antichristus existit in æternitate; ergo inquam in hoc temporis momento necesse est ut Antichristus existat in æternitate. Nam si hoc instanti temporis verum sit, te delirare: annon manifesto sequitur, te hoc instanti temporis revera delirare? hoc enim & Navarrettus palam admittit. Annon ante mundum conditum futura erant innumera? annon quæcunque futura erant existebant in æternitate juxta hanc vestra sententiam; quod si ante mundum conditum existebat Antichristus in æternitate, etiam in initio mundi conditi existebat idem Antichristus in æternitate; etiam hodie existit in æternitate, nec in æternitate solum, sed & Romæ, & in Vaticano suo, & si verum audire vis, necesse est ut quodlibet futurū non prius existat in æternitate quàm existat suo tempore, in quo demum existit reipsa & actualiter, hoc ipso coexistit Deo & æternitati.

Admirabilē verò tuam differentiā fecistiā, dum rē realiter existentē in æternitate, negatis simpliciter esse, quasi verbum *in æternitate* esset terminus diminuens. Alias n. procul dubio valeret argumētum ab *est tertio adjacente*, ad *est secundū adjacens*. At inquam nota ista *in æternitate* si sit terminus diminuens existentiam rei, necesse est ut vel habeat significationem privativā, vel intentionalem. Exempli gratia, illa consequentia, *Mortui sunt mortui, ergo mortui sunt*, non valet; ratio est, quia terminus ille *mortui*, terminus est privativus, & consequenter diminuit rei existentiam. Rursus ista argumentatio, (*consummatio mundi & ruina Antichristi est à Deo præcognita, ergo est*) nullius precii est, quippe cum *esse præcognitum* non sit esse reale, sed duntaxat *intentionale*; Eadem ratione non valet, *Ruina Antichristi est à Deo decreta; ergo est*, idq; quia *esse volitum*, non est *esse reale*, sed duntaxat *intentionale*. At *esse in æternitate* non est *esse privativum*, quod omnes norunt; superest ergo ut sit esse tantum intentionale (cum non sit esse reale), & consequenter reducendum sit vel ad *esse præcognitum*, vel saltem ad *esse volitum*, per quod revera constituitur in *esse* cognoscibili apud Deum, prius ratione quam sit à Deo cognitum. Sed nec omnino vitari

potest

poterit, quia ... in tempore præsenti, si modo pro tempore præsenti verum sit, quod existat in æternitate, [illegible] manifestum sequetur [illegible] pro tempore præsenti existere in æternitate. [illegible] subtilitatem fingitur à vobis aliquid [illegible] in mensura communi [illegible] æternitatem [illegible] in mensura propria, [illegible] temporali, cum pari ratione dicere possetis [illegible] secundum quantum item [illegible] in commensuratione Dei, [illegible] loco proprio.

Tert. *Patet etiam ex eodem fundamento solutio ad aliam rationem Scoti, cum ait quod [illegible] præsens æternitati esse [illegible] productum [illegible] nihil aliud à Deo habet esse in tempore [illegible] productum à Deo [illegible]. Patet enim illud non sequi, [illegible] præsens Deo [illegible] præsens tempori, sed in aliqua mensura præsenti, quæ est æternitas; dicitur autem esse nunc productum absolute, quando habet esse in tempore præsenti [illegible] mensurante.*

Argu. Argumentum Scoti hujusmodi est; Sicut nihil aliud à Deo habet esse [illegible] nisi sit productum à Deo [illegible] illud esse: ita nihil aliud à Deo habet esse præsens æternitati in esse existentiæ, nisi sit productum in illo esse existentiæ. Tu tamen respondes, non sequi, [illegible] esse reale, [illegible] quod existit res in æternitate esse productum in tempore. At hoc non negabat Scotus, sed potius dixerit, hinc sequi res productas esse à Deo in æternitate, idque secundum esse eorum reale, antequam productæ sunt [illegible] ante mundum conditum adeoque ab æterno productas esse, quod quidem est monstrosæ opinionis; Nam cum esse reale [illegible] producitur nisi per creationem, sequitur creationem quandam factam esse ab æterno, Dicetur forsan, ipsam creationem [illegible] realiter in æternitate [illegible] ab æterno. Respondeo ergo vel solummodo volente Deo, per actionem immanentem, vel etiam producente Deo per actionem transeuntem; Non dices dari aliquam actionem Dei transeuntem ab æterno, ne creaturam introduces [illegible] per solam actionem immanentem, sequitur hoc esse rerum quod [illegible] reale, non esse reale sed duntaxat intentionale, [illegible] volitum, quod & verissimum est, [illegible] ab æterno [illegible]. Et communis omnium [illegible] prædestinationis nihil ponere in prædestinato [illegible] voluntas Dei nihil ponit in volito, [illegible] in esse reali. Quod autem distinguendum [illegible] absolute & non absolute, quasi verò quæ existunt in tempore, ea solum existerent absolute, non autem quæ existunt in æternitate, quamvis realiter existerent, quasi verò quicquam faceret duratio sive mensura externa, ad minuendam absolutam conditionem existentiæ alicujus realiter existentis, ut si penes mensuram externam esset [illegible] absolutam rei alicujus existentiam, deceret esse hoc tribuere æternitati, quasi existere in æternitate esset existere diminutivè [illegible] Atheistis potius quam Theologis propria sunt ista, quid enim fiet æternitati Dei, si modo habere existentiam in æternitate sit habere esse diminutivum?

Tert. *Patet etiam ex istis solutio rationis alterius, quæ arguit, quod tunc non esset rei non præsentis esse, sed simul erunt, & sic contradictoria erunt simul vera. Dicitur enim, quod absolute non est dicendum, Non esse rei est simul cum [illegible], quia hoc refertur ad tempus præsens, & sic implicaretur contradictio. Sed bene verum est, quod sunt simul in comparatione ad Deum, & ejus æternitatem, quæ simul absque successione attingit esse, & non esse rei.*

Respons. Falsum est, quod Deus simul coexistat rei mundum existenti, & postmodum [illegible] sequitur, quod quia sine successione ex parte Dei attingit utrumque, [illegible] utrique ergo simul coexistit utrique: nam & ævum Angelicum sine successione attingit *esse* & *non esse* rei, nec tamen simul attingit ea; [illegible] major est successio in *esse* æviterno & Angelico, quam in *esse* æterno & divino. Nec tamen simul [illegible] Deus aut Angelus attingit *esse* & *non esse* rei; nam licet [illegible] attingat, sine successione ex parte attingentis, non tamen sine successione ex parte rerum quas attingunt, sicut palus in fluvio sine successione ex parte sua, attingit aquas alias atque alias, non tamen simul eas attingit, ratio est quia licet eas attingat sine successione ex parte pali, non tamen sine successione ex parte aquarum continuo præterlabentium. Nec tantum simul sunt quæ simul sunt tempore, sed & quæ ab æterno sunt, necesse est ut verè simul sint, nisi coæternitatem absolutè dictam Patris, Filii, & Spiritus Sancti tibi negandam judices. Vos autem non tantum dicitis res temporales existere in æternitate, quod verum est de rebus temporalibus omnibus singillatim existentibus, ipsa æternitate, licet simplicissima, tamen successive coexistente rebus omnibus [illegible] succedentibus, sed & simul in æternitate dicitis existere realiter, idque ab æterno.

Tert. *De contradictoriis autem propositionibus nunquam contendendum est quod sint simul vera, etiam ad Deum & æternitatem res comparando. Semper enim altera propositio est falsa. Cum n. dicitur, Antichristus est præsens Deo, Antichristus non est præsens Deo negativa est falsa. Similiter cum dicitur, Antichristus non est in æternitate, falsa est propositio negative sumpta: falsum est enim quod non sit præsens Deo, & quod non habeat esse in æternitate; sed si illa propositio acciperetur in sensu affirmativo, ut esset sensus, Antichristus non est, id est, habet non esse in æternitate, ita quod prædicatum esset negativum sive infinitum; propositio autem affirmativa, tum utraque esset vera, Antichristus enim in æternitate & habet esse & habet non esse, in quantum æternitas simul attingit & ejus esse & ejus non esse. Sed tunc constat, quod non sunt contradictoriæ propositiones, cum utraque affirmative sumatur. Si autem dicatur quod ab affirmativa de prædicato infinito ad negativam valet ad negativam de prædicato finito aut affirmato: valet enim, Est injustus, ergo non est justus, & per consequens etiam valet, Habet non esse, ergo non habet esse: & sic, si affirmativa est vera, etiam negativa est vera: dicitur quod illa regula tenet, ubi propositio aliquam mensuram temporis importat: quia n. in uno tempore non possunt esse simul opposita prædicata & esse ac non esse ejusdem rei, ideo cum alicui pro uno tempore attribuatur prædicatum infinitum sive non esse, oportet, ut pro eodem tempore*

ob eo excludatur praelatam [illegible] & [illegible] oppositam. Nec etiam tenet regula illa, ubi propositio importat mensuram, quae est aeternitas: quia, ut dictum est, aeternitas sola simul existens, simul utrumque oppositorum & esse & non esse mensurat, cum non sit mensura communis & [illegible] parte, ut possit dici quod in aeternitate res habet esse & non esse.

[illegible] Ego in adversum probabo negativam illam, *Antichristus non est praesens Deo*, perinde veram esse atque affirmativam illam *Antichristus est praesens Deo*, imo multo magis. Nam Antichristum esse praesentem Deo nihil aliud est quam esse Antichristi mensurari aliqua praesenti mensura, scil. aeternitate; idque pro tempore quo erit verum dicere quod Antichristus est. Ecce Ferrariensem hoc affirmantem ad rationem primam; At inquam si esse Antichristi mensurari aeternitate pro tẽpore in quo verum erit dicere quod Antichristus est, sufficiat ad veritatem hujus propositionis *Antichristus est*; pari ratione *esse* Antichristi non mensurari aeternitate pro tẽpore in quo est, aut fuit aut erit, verũ dicere quod Antichristus non est, sufficit ad veritatẽ ejus propositionis *Antichristus non est*; Et certissimum est *esse Antichristi* tam non mensurari aeternitate pro tempore, in quo est, fuit aut erit verum dicere quod Antichristus non est, quam mensurari aeternitate pro tempore, quo verum erit dicere quod Antichristus est. Et quia longe spatiosius est tempus illud, in quo verum fuit aut erit dicere Antichristus non est, quam in quo verum erit aut erit, dicere *Antichristus est*; sequitur magis dicendum esse, *Antichristus non est* quam *Antichristus est*. quia pro longe prolixiori tempore obtinet illud quam hoc; & fatetur Ferrariensis *non esse* Antichristi perinde mensurari aeternitate Dei atque *esse* ejus; unde etiam fatendum est, tam non *esse* Antichristi mensurari aeternitate pro tempore, quo verum est dicere Antichristus non est, quam *esse* Antichristi dicitur ab eo mensurari aeternitate pro tempore, quo verum erit aut est dicere quod Antichristus est. Operae pretium fuerit advertere quid struat, dum regulam Aristotelis interpretatur, quae docet propositionem affirmativam eandem esse cum negativa; nempe si dicas de aliquo quod sit non *justus*, perinde est ac si dicas eum non esse *justum*. Dicit enim vera esse hanc regulam, ubi propositio mensuram temporis importat, At inquam hoc falsum est de mensura quacunque temporis, neque enim sequitur, Socrates fuit non justus superiori anno, ergo non fuit justus anno superiori. Nam fieri potuit ut spacio anni, imo spatio unius mensis transiret ẽ conditione injusti in conditionem justi. Tantum obtinet de eodem instanti temporis, quia scil. in eodem instanti temporis fieri non potest ut & justus sit & injustus. Cum autem addit regulam illam nequaquam obtinere de mensura aeternitatis; quilibet advertat annon hinc sequatur, aeternitatem quamvis sit nunc indivisibile, sicut est instans temporis, tamen ut mensura est veritatis propositionũ, conformari ad similitudinem temporis, quod partes habet divisibiles, potius quã ad similitudinem instantis, quod & verissimum est, nam licet in hoc instanti temporis similis sit aeternitas, quod sit indivisibilis; tamen cum sit non nunc fluens ad instar momenti temporis, sed nunc permanens idque sine fine, in hoc tempori potius similis est quam instanti temporis; nempe quatenus unita rebus succedentibus coexistit tempori per successionem sui. Indem rebus omnibus coexistit aeternitas (etiam ultra omnia se extendens) non per successionem sui, quippe quam non admittit cum sit tota simul, sed per indeficientem permanentiã. Sicut palus in fluvio (sic enim magnis componere parva solemus) fixus & permanens, aquis invicem succedentibus coexistit sine ulla successione sui.

Pro responsione ad confirmationem [illegible] S. Thom. in loco praeallegato, quod licet aevum, quo esse Angelorum mensuratur, sit totum simul, & nullam habeat partium diversitatem, sicut neque aeternitas, tamen aliquam successionem & diversitatem patitur adjunctam [illegible] eo quod aevo mensuratur, quod sane est ab aeternitate alienum, quae nullam alterationem & successionem cum aeterna compatitur. Unde licet esse rei aeternae sit totum simul, operatio tamen Angeli, quae res alias à se intelligit, non est tota simul, sed uni intellectioni succedit alia, & ideo intellectio Angeli non mensuratur aevo, quod non habet successionem, sed tempore discreto, quod habet successionem, sicut & ipsa operatio. Unde plane intellectiones tempore discreto mensurantur [illegible] intellectio mensuratur instanti temporis discreti. Sicut autem est de intellectione, ita est de repraesentatione speciei, per quã fit intellectio quod sit, ejus repraesentatio non est tota simul [illegible], sed quod res successive capiunt esse. Et ideo non est eadem ratio de similitudine intellectus Angelici & de aeternitate, quia videlicet in aeternitate nulla est successio, in repraesentatione autem speciei Angelicae potest esse successio. Ex hoc sequitur rationem Scoti, ubi supra, nihil contra nos concludere. Addit n. quod cum aevum toti tempori secundum se coexistat, per eandem rationem sequitur, Angelum, qui aevo mensuratur, omnia futura cognoscere. Dicitur n. quod repraesentatio per speciẽ Angelicam non mensuratur aevo sed tempore discreto, & ideo non est tota simul; ideo non oportet ut omnia simul cognoscat, quamvis, etiamsi mensuraretur aevo non oporteret ob hoc, ut futura Angelus cognosceret, sicut de Deo arguimus, quia intelligere Angeli nõ mensuratur aeternitate sicut intelligere divinum, sed tẽpore discreto sive instanti temporis discreti, ut ostendetur inferius.

Minime negamus non modicum discrimen esse [illegible] inter aeternitatem & aevum, nempe aeternitatẽ agnoscimus ita esse durationem Dei permanentem sine successione, ut nec in ipsa substantia Dei cujus est duratio, nec in operatione, aut aliqua alia, conjunctã sibi habeat successionem, aevum autem rerum creatarum ita esse durationẽ permanentem substantiae, ut tamen in accidentibus & operationibus quae sunt simul cum ipso, cum sint, successio sit. Itaque non negamus uni intellectioni Angelicae aliam succedere; damus etiam intellectionẽ Angelicam mensurari instanti temporis discreti, & proinde hac ex parte non esse eandẽ rationem, *de similitudine intellectus Angelici & divini*; quia sc. in intellectu divino nulla est successio, sicut nec in aeternitate, datur successio in intellectu Angelico: verum tamen aevum Angelicum cum est totũ simul quemadmodum & aeternitas Dei; & proinde sicut quicquid coexistit aeternitati, coexistit ei toti, cum aeternitas non habeat partes, ita etiã quicquid coexistit aevo Angelico, coexistit ei toti, cũ

aevum

uum Angelicum non habeat partes: & sicut aeternitas cum sit simplex adesse dicitur omni tempori, propter eandem rationem cum sit simplex adesse omni tempori, & omne tempus adesse aevo; & consequenter omnia futura praesentia huic aevo Angelico. Sic Angelis ipsis in duratione eorum aeviterna. Quod si praesentia sint Angelis, quid prohibebit quo minus Angeli cognoscant etiam quae futura sunt. Quid enim? Annon videbunt quaecunque sunt ipsis praesentia? praesentia inquam sive esse obiectorum intelligibilium, idque ex quo primum à Deo creati sunt? Respondes, *repraesentatio per species Angelorum non* [illegible] *, sed tempore discreta, & ideo non est tota simul, ideo non oportet ut omnia simul cognoscat, quae futura sunt.* At ista prorsus vagantur extra ideas. Neque enim contendimus Angelum simul cognoscere quaecunque futura sunt. Sicut fortasse non simul cognoscit omnia quae praesentia sunt. Sin simul cognoscit omnia quae praesentia sunt ipsi, certè si futura sint praesentia, necesse erit ut etiam futura omnia cognoscat Angelus. at omnia futura etiam aevo Angelico praesentia esse contendimus, pari per omnia ratione, qua vos concedit futura omnia esse praesentia aeternitati: nam sicut quicquid coexistit aeternitati coexistit ei toti, quia non habet partes: ita etiam quicquid coexistit aevo coexistit ei toti, quia non habet partes. quod si eiusmodi conditio sit Angelica, ut plura simul intelligere non possit, sed uno intellectu unum successive aliud; hinc fateor sequi & angelum nequaquam intelligere omnia simul, etiam eorum quae praesentia sunt ipsi, & per consequens nec omnia futura simul intelligere, quo nihil obstante futura poterit intelligere alia post alia, quemadmodum intelligentia, quae praesentia sunt quinam & futura connoscuntur esse praesentia Angelis in aevo suo pari rationis pondere, quo concluditur etiam Deo praesentia esse in aeternitate sua. quare missis Ferrariensi ad Suarezium redeamus.

Suar. *Propter hoc est prima sententia affirmans hanc praesentiam realem, quam late exposuit Capr. 1. p. q. 14. ar. 13. Prius verò docuerat Capr. 1. d. 36. 37. ab etiam Richar. 47. 1. q. 3. & d. 39. ar. 2. q. 1. Ferrar. 1. cont. Gent. c. 66.* [illegible] *7. Iavellus Met. l. 12. q. 41. ar. 2.* [illegible] *1. q. 68. & 70.* [illegible] *Caietanus, opusc. de praesc. & praed. & Commentator Thomista. Quorum sententia in duobus praecipue consistit: Primum est, res omnes quae in tempore sunt, semper esse praesentes aeternitati Dei secundum realem existentiam, prius ratione quam cognoscantur, ita ut si intelligatur essentia Dei aeterna, etiamsi per impossibile non esset cognoscitiva, intelligenda sit perpetuo realiter coexistentia rebus omnibus; & omnes illi. Quod si inquiras, quomodo res, quae nunc est in sua duratione & tempore, potuit semper coexistere aeternitati? Respondetur, quia aeternitas in se indivisibilis existens omnia tempora complectitur: quo fit ut quicquid in tempore existit, sit etiam in aeternitate, & consequenter, licet res in se non semper existat, tamen in aeternitate semper sit, & hoc est aeternitati coexistere. atque hoc solum est fundamentum huius partis propter auctoritatem Sanctorum; Quia in Deo aeternitas nulla est successio, ergo simul complectitur omnium temporum successiones, cum sit infinita: ergo è contrario omnia quae sunt in aliqua differentia temporum, simul sunt aeternitati correspondentia, etiamsi inter se non coexistant quia non adaequate coexistant aeternitati, nec pro quolibet instanti temporis et Capreolus notat, sed tamen inadaequatè pro suo tempore, & pro instanti aeternitatis. Secundum dictum huius sententiae est, hanc praesentiam esse sufficientem rationem ex parte obiecti, atque adeo simpliciter sufficientem ut Deus haec cognoscat probatur, quia obiectum praesens iam est determinatum, & consequenter aptum ad determinatam cognitionem; sed ex parte Dei est etiam infinita vis cognoscendi, & aeterna visio, quae omnia etiam tempora complectitur. Imo hanc praeterea addunt plerumque, (licet non omnes auctores huius sententiae hoc admittant) hanc praesentiam esse simpliciter necessariam ad hanc cognitionem; id a. sentit D. Thom. supra, idem sentiunt Argent. & Bann. qui non solum ponunt in Deo scientiam praesentiam rerum, sed negant propriam praescientiam futurorum Deo. Argent. infert tanquam inconveniens quod Deus habeat certam scientiam duplicem futurorum, s. praescientiam futurorum ut sic, & scientiam praesentium. Ratione etiam ostenditur quia quamdiu aliqua futura considerantur sunt indeterminata, ut praesentia vero sunt determinata ad unum. Ergo non possunt certò cognosci sub priori consideratione, sed sub posteriori, à Deo autem certò cognoscuntur, ergo necesse est cognosci ut praesentia, & confirmatur: primò quia scientia Dei est necessaria, ergo non attingit veritatem aliquam nisi ut necessariam; veritas autem contingens non habet necessitatem, nisi ut praesens est, cum sic, de qua dixit Arist. quod est quando est, necesse est esse, ergo &c. Confirmatur secundò quia excellentiori modo cognoscuntur haec futura à Deo, quam à nobis, ergo debent cognosci in seipsis: cognoscere autem aliquid in se, idem est quod cognoscere ut praesens, quia sublata hac praesentia nihil est & consequenter nihil habet quod possit in se, & per se* [illegible] *terminare. Atque hanc sententiam* [illegible] *quia si haec praesentia non est secundum existentiam realem, nihil ponit in obiecto, quod possit terminare actum intellectus: tum maximè quia si non est praesentia realis quaenam erit? Dices esse praesentiam obiectivam. Contra, interrogo, an haec praesentia obiectiva in ordine rationis antecedat scientiam vel sequatur, vel ad scientiam formaliter per illam fiat, ita ut sit denominatio ab ipsamet scientia? Si hoc posterius dicatur talis praesentia non deservit ad hanc scientiam, neque est alio modo ratio illius ut per se constat. ergo per hanc praesentiam sic explicatam nullo modo declaratur quomodo Deus cognoscat haec futura: imo ideo per illam dicuntur affirmando Deum scire futura, quia habet illa praesentia obiectivè, & in rigore esset falsa illa causalis. Nam potius habet illa praesentia, quia illa videt, ergo necesse est explicare illa praesentia priori modo, ita ut quasi in actu primo ostendat res prius ratione obiectivè praesentes quam actu videantur, talis autem praesentia obiectiva considerata, vel includit necessariò praesentiam existentiae realis quia ut dicebamus necesse est tali praesentialitatem fundari in esse reali eius, in quo etiam consistit coexistentia realis.*

Rationem illam huius sententiae quam repraesentat Suarezius agnosco esse potissimam, & quae procedere videtur à positione quam saepe insinuat Thom. *aeternitas (inquiens: cum sit simplex adest omni tempori)* unde necesse esse videtur, ut omne tempus adsit aeternitati, & per consequens quicquid in tempore continetur adsit aeternitati: veruntamen non valent eiusmodi consequentiae, nisi aeternitas intelligatur simul & semel adesse omni tempori, nempe tam praeterito & futuro quam praesenti: sed & sic adesse singulis omni tempori per fictionem admirabilem, quasi successio universa temporalis contraheretur in unum instans sive nunc, in quo contineretur non formaliter, sed eminenter, quod quidem instans sive nunc Refell.

dicitur mox æternitatis. Atque hoc provehuntur ex consideratione æternitatis, quod scilicet sit impartibilis, nec ullam admittat successionem. At si æternitas non nisi permanendo in tempus posterum successivè coexistit aliis atque aliis. Suspicio fieret illam æternitatis permanentiam admittere successionem partium secundum quas alias atque alias, rebus aliis atque aliis succedentibus coexisteret. Atque hinc ex fallax factum est quod Bonaventura licet in esse Angelico nequaquam admitteret conversationem aut innovationem: negaret tamen ævum Angelicum esse totum simul, sed admitteret prius & posterius, juxta permanentiam ejus: ut sic ævum Angelicum distingueret ab æternitate, mensura durationis divinæ. verum nimis absurdum est fingere successionem secundum prius & posterius, ubi nullus est motus; Nam ut in hoc ait Cajetanus in 1. q. 10. art. 5. *Successio est in mensura ergo in mensurato; quia variatio mensurati est causa successionis in mensura.* In Deo autem omnia sunt æterna, non modo essentia ipsius eadem fuit ab æterno, sed & scientia divina eadem fuit ab æterno, etiam voluntas Dei eadem fuit ab æterno, sed & in æternum manebit. Permanet igitur in omne tempus & ultra tempus: est enim æternitas nunc stans seu permanens à generatione in omnem generationem, & consequenter coexistit omni generationi rerum, non simul & semel sed successivè, non propter aliquam successionem aliquam in ipso Deo, sed propter successionem rerum extra Deum: sicut palus in fluvio fixus successivè coexistit aquis aliis atque aliis prætereuntibus, non propter successionem suam sed propter successionem aquarum jugiter accedentium, & præterfluentium. Sed & aliæ rationes occurrunt Dominicani non paucæ, quibus hanc quam Thomæ tribuit sententiam stabilitum eunt, uti videre est apud Alvarem, præsertim verò apud Navarretum, inter quas præcipua ratio quam innuit Ferrariensis alteriusque generis est, quam tamen refutatam dedimus Digressione novissima.

11. Omnino necesse esse judico rerum futurarum præsentiam apud Deum præmittere cognitioni earundem, sed intentionalem non realem; in ejusmodi tamen genere præsentiam intentionalem, quæ non magis allubescat Jesuitis quàm præsentia realis. Nec possum satis mirari cur præsentiam illam rerum in æternitate realem, adeo infestantur Jesuitæ; nisi quia forsitan animadverterunt, hoc concessu, eos necessariò adigendos, ut agnoscant rerum omnium futuritionem à voluntate divina, ejusque determinatione oriendam esse. Certè futura omnia, (sicut & præterita) sunt Deo præsentia, perinde atque ea quæ sunt nobis coram oculis præsentia: quæ tamen præsentialitas rerum apud Deum non magis præjudicat denominationi præscientiæ futurorum, quàm memoriæ præteritorum, quam tamen etiam Deo tribuit Augustinus, tum quia à rebus ipsis extra Deum nequaquam procedit aut inchoatur cognitio divina; Sed intra Deum perficitur universa ejus cognitio, res omnes possibiles in essentia ipsius speculando, res vero sive præteritas, sive præsentes, sive futuras in voluntatis suæ determinatione. Secundò, quia unamquamque eadem cognitione rerum in esse volito, cognoscit Deus res & futuras esse, dum tempora sibi ipsarum præsentia advenerint, & præsentes esse quam primum advenerit, & præteritas esse postquam illud tempus esse desierit. Aquinas hujusmodi propositionem occurrere apud Thomam admirans futura, quam diu ut futura considerantur, esse indeterminata; advertas tamen obiter hæc verba, nisi commodius explicentur, manifestam implicari contradictionem. Etenim impossibile est ut futurum sit, & futurum sit ad determinationem indeterminatum cum hoc ipso nomine; nec aliud dicatur futurum, quia scilicet etiamsi natura sua contingens fuerit, & merè indifferenter se habuerit tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, tamen sit ad futuritionem determinatum. Quæ non tam simpliciter considerata ut futura, hæc indeterminata, sic etiam procul dubio potius determinata sunt ad existendum pro futuro quàm indeterminata, sicut ad existendum pro præsenti sint indeterminata; quis dubitat? sed considerata tanquam futura in causis secundis contingenter operantibus, hoc est considerata tanquam futura contingenter sunt indeterminata, tametsi sit non magis futura, quam non futura. Unumquodque futurorum præsens est determinatum ad unum, & consequenter cognoscibile, sed in quo demum genere, nempe duntaxat in genere præsentis aut præteriti, nequaquam verò in genere futuri de cujus tamen cognitione apud Deum vel sola quæritur in præsenti. Itaque nobis investiganda est ejusmodi determinatio de præsenti, per quam cognoscatur res aliqua esse futura. hæc autem cognitio facile emergit ex determinatione divinæ voluntatis de re aliqua in posterum producenda. itaque hinc oritur veritas eaque Deo præsens, quæ abundè sufficiat ad infallibilem Dei cognitionem de rebus futuris stabiliendam. vult Aquinas res futuras cognosci à Deo non modo in rationibus ipsarum, sed prout sunt actu in seipsis 1. par. quæst. 14. art. 13. Veruntamen constans est Aquinatis sententia, Deum non cognoscere alia in seipsis, sed in alio, hoc est in seipso. 1. p. quæst. 14. art. 5. ad primum; *Dicendum quod verbum Augustini dicentis quod Deus nihil extra se intuetur, non est sic intelligendum quasi nihil quod sit extra se intueatur; sed quia id quod est extra seipsum non intuetur nisi in seipso ut dictum est* in corpore Articuli. *Dicendum est* (inquit) *quod Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. alia autem à se non videt in ipsis sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* cognosci aliquid in se est cognosci secundum actualem ejus existentiam, quæ quidem licet sit futura tamen fieri potest, ut sit præsens Deo, non realiter sed intentionaliter, nimirum in esse volito; quod quidem abundè sufficit ad cognoscendam eam futuritionem & præteritionem rei alicujus, quam ejusdem præsentiam temporalem. Et licet antequam fiat, nihil sit extra Deum, tamen cum sit apud Deum in esse volito, potest hoc ipso usque congruentissimè visionem Dei terminare, ut non omnino opus sit ad visionem divinam terminandam advocare ut subsidium

dicen

dum coexistentiam realem; nam ad hoc sufficit præsentia objectiva, non in esse cognito, sed in esse cognoscibili; etenim hoc ipso quod à Deo volitum est aliquid ad extra, fit à Deo cognoscibile in genere futuri; atque illa præsentia objectiva antecedit scientiam, sicut esse cognoscibile ratione prius est, quam esse cognitum. Quare facile tueri poterimus præsentiam rerum apud Deum cognitioni divinæ antecedaneam; quæ tamen non sit præsentia rerum secundum coexistentiam realem, sed duntaxat quoad coexistentiam earundem intentionalem, nimirum in esse volito apud Deum, harum tertiam solutionem, Exhibere consultum duxi, quia Suarezius eã aut dissimulat, aut nimis frigide aggreditur cõtestatione fiduciaria motens potius, quã argumentorum adversantium dilutione ad liquidum expedita.

Secunda opinio contraria.

Suar. *Nihilominus communiter alij Theologi in 1. dist. 38. negant res creatas semper extitisse, aut in se, aut etiam in æternitate: & consequenter negant eas semper æternitati coexistere, aut (quod idem est) esse illi semper præsentes secundum realem coexistentiam: ac denique concludunt hujusmodi coexistentiam non posse esse rationem cognoscendi futura, neque ex parte Dei, neque ex parte ipsarum rerum. Ita Scotus ibi. & Durand. q. 3. & Aureol. & Gabriel. q. unica. Et idem sentit Greg. q. 2. art. 1. Bonaventura dist. 39. art. 2. q. 3. Alexand. Hal. 1. p. q. 23. membr. 4. art. 3. & membr. 3. art. 4. Cardin. dist. q. 51. Dub. 8. Et ex fine. D. Thom. tenet Hervæus in 1. dist. 38. art. 3. Ex Salmant. ibid. q. 5. Sylvester in conflat. 1. part. & Ægid. opusc. contra corruptores doctrinæ D. Thom. art. 4.*

2. *Hæc posterior opinio, mea sententia, verissima est: prior vero adeo est difficilis, suppositis principiis certis ex doctrina fidei, ut vix intelligam quid dicere possit in [illegible] versum. Declarabo igitur prius coexistentiam & quanã præsentiam, vel existentiam rerum creatarum in æternitate possint admitti, & an illa quodammodo ad scientiam futurorũ conferre possit, tandem explicabo.*

3. *Primo ergo supponendum est coexistentiam realem inter duas res nihil esse aliud quam simultaneam existentiam utriusque. Nam coexistentia nullam dicit habitudinem causæ aut effectus aut aliam, sed inter res quæ coexistentes dicuntur: non potest ergo intelligi aliquid sub coexistentia præter illam simultaneam existendi, ita ut sit relatio realis inter res quæ coexistentes dicuntur, sicut [illegible], vel denominatio mutua ex utriusque existentia proveniens.*

4. *Secundo supponendum est, Deum habere æternam existentiam, ejusque æternitatem esse veram quandam sui durationem, ab intrinseco necessariam, infinitam & immutabilem, in qua præterire nulla potest esse vera & interna successio, aut successibilis, neque accidentalis: quia apud Deum nulla est transmutatio, sine qua realis successio nec concipi potest: est ergo illa æternitas eadem omnino semper permanens, ac propterea dicitur etiam indivisibilis ac tota simul, quia aliquid habere successionem, ut quare late diximus disp. 50. Metaphys.*

5. *Tertio [illegible] supponendum est, nullam rem extra Deum esse, non solum de se & proprie æternam, verum nec ab æterno productam, aut existentem, simpliciter loquendo. Nam de fide est res omnes creatas in tempore, & per veram creationem incepisse, id est ex nihilo productas fuisse simpliciter: ergo nihil erant antequam crearentur, id est in tota æternitate usque ad initium temporis. Ideoque merito dixit August. 12. de civit. ca. 15. Antequam fierent non fuisse, non solum in tempore, sed etiam in æternitate.*

I. His addantur Ferrariensem agnoscere quosdam Thomistarum tenere, non entia esse præsentia Deo in æternitate in esse objectivo, quia videlicet ab æterno cognoscuntur à Deo, non autem secundum realem coexistentiam esse rerum ad esse divinum. Cajetanus hac de re ingenuam edidit confessionem in 1. p. q. 14. artic. 13. *Ista tum (inquit) ab adversantibus judicatur plena contradictione & errore, à sequentibus autem doctrinam S. Thom. reputatur adeo obscura, ut nemini habeatur eadem sive scripto, sive verbo asserentibus dictum, & me jam annis forte quindecim fateor latuisse.* Capreolus licet Thomam suum pro virili tutatus fuerit, dissertationem tamen suam concludit in hæc verba. *De his autẽ nihil omnino assero quæ predixi, sed videtur mihi fuisse illa mens S. Thomæ*; Inter illa autem quæ præmiserat, occurrit illa distinctio Cajetani (prout nonnullis visum est) qua tantopere gloriatur, quasi quindecim annorum inquisitione merito redimenda fuisset, & quam ope D. Thomæ ipsi tandem illuxisse profitetur: quæ quidẽ licet jam antea & nota fuerit Capreolo & ab eo scriptis consignata, tamen non illam quidem assertive ab ipso prolatam vult lectorem suum advertere. De his (inquiens) nihil omnino assero quæ prædixi, operam tamen suam Thomæ vindicando commodavi, quia videbatur illi fuisse illa mens Sancti Thomæ.

Ferrar.

In 1. cont. Gent. cap. 66.

II. Prioris opinionis difficultatem tantum confitetur Suarezius, & sane videtur adeo captum ejus superasse ut justo marte cum Dominicano aliquo sententiam illam tutaturo congredi minimè sustinuerit. Quam tamen ut debellarum eat expediamus suppositionibus suis.

III. Itaque coexistentiam rerum duarum dicit esse nihil aliud quam simultaneam existentiam utriusque, nec omnino distinguit de coexistentia locali & temporali.

IV. Proximè supponit Deum habere æternam existentiam, ejusque *æternitatem esse ab intrinseco necessariam, infinitam & immutabilem*, unde concludit esse eam indivisibilem & totam simul. Sed & ævum Angelicum (ni fallor) secundum omnes Scholasticos, excepto Bonaventura, est indivisibile & tota simul, licet æviterna Angelorum duratio, nec sit æterna nec à mutatione accidentali sejuncta.

V. Ad extremum adjicit res creatas antequam crearentur nihil fuisse, & sine dubio antequam fierent aliquid non fuerunt aliquid.

Res creatas non coexstitisse Deo ab æterno in propria duratione.

Suar. *Ex his ergo quæ indubitata sunt, sequitur:*

Primo simpliciter loquendo res creatas ut considerata in propria duratione & mensura non coexstitisse Deo ab æterno.

Respons. Ita (inquit) tenent Doctores secundæ opinionis & non videntur contradicere priores, dicunt enim si in his locutionibus *Antichristus coexistit Deo*, vel *est præsens æternitati Dei*, copula referatur ad tempus seu propriã durationem Antichristi, propositiones esse falsas. At jã accepimus Ferrariensem profitentẽ propositionem illam *Antichristus coexistit Deo*, veram esse pro nunc temporis, licet falsum sit dicere Antichristum in nunc temporis coexistere DEO. Rursus accepimus Navarretum subtilitatem illam rejicere, quemadmodum & secundam rectam rationem rejicienda esse videtur, nempe si ante mundum conditum Antichristus coexistebat Deo, necesse est ut semper coexistat Deo, hoc est per omnia temporum intervalla, & momenta coexistat Deo, licet non in tempore fiat illa coexistentia sempiterna, sed duntaxat in æternitate. Nẽpe hæc est illa loquendi barbaries quam introducit ista sententia tam insensata, videlicet ut verum sit quod in quovis temporis momento coexistat Deo, non tamen in tempore sed æternitate, hoc est, in omni tempore coexistit Deo, non tamen in aliquo tempore præterquam in illo in quo producitur coexistit Deo, & tamen in omni tempore coexistit Deo nimirum in æternitate. Cum autem dicit Suarez, quod nec tempus nec duratio aliqua intrinseca rei creatæ extitit ab æterno, hoc pressius negarent Dominicani, dicerentq; pari ratione qua res temporales, etiam tempus ipsum coexstitisse Deo ab æterno; nimirum in æternitate. Sic enim Aquinas 1. dist. 38. q. 1. art. 5. in corpore. *Deus non tantum cognoscit ab æterno de rebus, se cognoscere causas, quod est esse in cognitione sua, sed etiam ab æterno videt uno intuitu singula tẽpora: & rem talem esse in hoc tẽpore & in hoc deficere.* Quare licet alterum extremorum habuerit existentiam simpliciter, dicerent tamen Dominicani habuisse existentiam in æternitate, quia scilicet aliquando coexistit æternitati & consequenter coexistit ei toti (cum æternitas non habeat partes) atq; hinc inferunt etiam ab æterno coexstitisse æternitati, nimirum in æternitate. Quod attinet ad secundum argumentum Suaresii, dicerẽt Dominicani tam ipsum tempus quàm res temporales simul existere cum æternitate, nimirum in æternitate, idq; propter rationem supradictam, quam nisi refutarent Suarez, licebit exclamare *ô frustra tui suscepti labores*!

Secundo sequitur (inquit) *nunquam tamen rem creatam quando in propria duratione vere existit vere etiam coexistere æternitati Dei & pati æternitatem Dei?* Hoc fateor non modo concessuri sunt Dominicani sed & ostentant, tanquam sententiæ suæ de rerum omnium existentia (idq; ab æterno) in æternitate firmamentum primarium. Nempe hinc concludunt coexistere æternitati ab æterno, quia scilicet tota æternitas fuit ab æterno. Cum vero addit Suarez non coexistere æternitati totaliter & adæquate refocilet, quod jam exsiblaverat. Nam toti æternitati coexistere quid aliud est quàm adæquatè coexistere illi, & totaliter ex parte æternitatis; verba & voces tantum sunt subtilitatem distinctionis præ se ferentes, sed quæ discussæ recidant in metam inanitatis. Quicquid coexistit alicui toti vel secundum tẽpus, vel secundum locum coexistit eidem adæquatè & totaliter ex parte rei cui coexistit, licet forte non totaliter nec adæquate ex parte rei coexistentis, quia fieri potest ut excedat. Rursus, quid aliud est coexistere alicui toti, quam secundum omnes ejus partes illi coexistere, nec aliud quicquam est coexistere alicui totaliter ex parte ejus cui dicitur coexistere; At inquies æternitas non habet partes: At inquam hac ratione dici non potest æternitati coexistere sive toti sive totaliter, si modo coexistere hoc modo sit coexistere secundum omnes ejus partes; Sin interpretemur istã phrasin negativè, ut coexistere æternitati toti sit coexistere non secundum partes, hoc sensu tam verum erit coexistere ei totaliter, quam coexistere ei toti. Quare ut hinc Dominicanorum argumento occurratur missæ faciendæ sunt inanes hujusmodi distinctiones sine successione cerebro, & fingenda est æternitas ad modum alicujus totius habentis partes: atq; hoc fieri potest dupliciter, Primò licet æternitas indivisibilis sit secundum prius, & posterius; & hac cõsideratione necesse sit ut quicquid ei coexistit coexistat ei toti: tamen etiam est sine principio & sine fine, atque hac consideratione minime necesse est, ut quicquid coexistit ei coexistat ei toti: sic olim argumentũ illud solvendũ esse indicavit Duran. Secundò licet æternitas non habeat partes, tamen perinde est ac si habuerit partes, quod attinet ad successivam ejus coexistentiam rebus temporalibus, quemadmodum & palus in flumine fixus immobiliter successivè coexistit aquis præterlabentibus, non propter successionem aliquam intrinsecam sui, sed propter successionẽ extrinsecam aquarum præterfluentium: Similiter coexistentia Dei partes habet per denominationẽ extrinsecam, nec ratione hujus coexistentiæ dici potest, quod quicquid coexistit Deo, coexistit ei toti, quoad coexistentiam ejus cum aliis omnibus: nam quicquid hoc modo coexistit Deo toti coexistit, etiam iis omnibus quibus Deus ipse coexistit, quod falsissimum est; nam licet singula prout in rerum natura producuntur coexistant Deo, non tamen hinc efficitur, ut coexistant universæ ejus existentiæ, nam coexistebat etiam Deus diluvio Noachino & creationi mundi, sed quæ hodie producuntur, licet cum producuntur coexistant Deo, non tamen coexistebant aut diluvio Noachino, aut mundi creationi. Rationes Suaresii, quibus prædictam suam distinctionem confirmavit, nullius sunt pretii; nam qua ratione probant res temporales nequaquam coexistere æternitati totaliter, eadẽ per omnia ratione probant non posse coexistere æternitati toti: *æternitas* (inquit) *est duratio ex se infinita, omnis autem duratio creatura finita est; finitam au-*

tem

tem non posse adaequari infinito. Mitto quid hic respondere possint Dominicani, nempe etiam durationem creaturae infinitam esse non quidem in tempore sed in aeternitate, sed cur non dicit aperte, finitum non posse totaliter coexistere infinito? nempe quia mox suppeteret in adversum ratio expedita lectori sagaci, dicenti: imo qua ratione fieri potest ut finitum coexistat infinito toti, eadem ratione dici posse finitum coexistere infinito totaliter; igitur ut si tantus procederet, nullam fecit mentionem coexistentiae totalis, & coexistentiae adaequatae, nam Sophisticationibus omnia fere transigunt Jesuitae, sed nec istae artes quicquam ipsis prodessent: dicam enim, atqui bone Theologe, si nihil obstat quo minus quod finitum est coexistat illi quod infinitum est totaliter, certe nec obstabit aliquid quo minus coexistat adaequate; rursus te licente, nihil obstat quo minus finitum coexistat infinito toti: ergo nihil obstat quo minus coexistat etiam totaliter; nec tu hactenus dedisti operam ut distinctionē illam nobis explicares, quasi velles nos siliquis tuis contentos acquiescere. inde rationibus refellitur etiā ratio tua posterior. nam qua ratione probas non posse quae tēporalia sunt coexistere aeternitati totaliter, eadē ratione probas ea nequaquam coexistere aeternitati toti: rursus qua ratione probas omnia temporalia coexistere aeternitati toti, eadem per omnia ratione probas eadem coexistere aeternitati totaliter. dicis quidem aeternum coexistere cuicunque rei temporali, quod quidem falsum est de tempore praesenti: nam si pro tempore praesenti coexisteret aeternitas omni rei temporali, certe res omnis temporalis pro tempore praesenti coexisteret aeternitati, juxta suppositiones Suarezianas: nam coexistentia rerum duarum secundum Suaresium, est earundem existentia simultanea; dicere debuerat, quod aeternum est successivè coexistere omni rei temporali; verùm si sic aperte se gessisset asserendo aeternitatis coexistentiam successivam, veritus fuisset homo meticulosus, ne in eos Dominicanorum laqueos sese indueret, è quibus admodum difficulter sese expediret; sed in hoc vanum timorem timuisse, magnum illum Metaphysicum nos jam non semel docuimus: addit aliquid saltem, quod ad sententiae illius Dominicanorum ineptias detegendas, sit meo judicio valde momentosum; nempe ab immensitatis divinae consideratione petitum, *tandem* (inquit) *hoc satis declarat exemplum de immensitate, nam ita Deus est in rebus ut totus sit in qualibet & consequenter coexistat illi totus ut qualibet res creata Deo toti secundum locum, non tamen totaliter nec adaequate; quia extra quamlibet rem totus Deus est, & quantumvis corporalia loca augeantur, Deus totus possit esse in pluribus & majoribus.* Verum Suaresius non rectè accommodat comparationem illam dum totus est in asserenda priore sua distinctione de coexistentia, scilicet aeternitati non autem totaliter: semper enim vigebit consequentia, si toti coexistit, etiam totaliter & adaequate, si non totaliter & adaequatè, certe nec toti coexistit. appello hic quamcunq; explicationem vocum istarum, *toti* & *totaliter*, coexistere sive aeternitati sive immensitati toti, quatenus verò dicimus non aliud significare, quam coexistere aeternitati & immensitati quae non habent partes; & pari ratione dici potest coexistere iis non partialiter sed totaliter, quatenus coexistit iis quae non habent partes. Veruntamen licet non habeant partes, coexistere tamen pluribus, perinde ac si haberent partes, exempli gratia; Immensitas Dei coexistit universo huic mundo, omnibusq; in eo contentis, perinde ac si haberet partes continuas, (adinstar lucis solaris omnia penetrantis) at quicquid coexistit immensitati Dei nequaquam coexistit ei, quatenus coexistit rebus omnibus, atq; hac ratione neq; coexistit ei toti nec totaliter; sicut nec aliqua res tēporalis coexistit aeternitati quatenus est sine principio: recta autē hujus cōparationis accommodatio haec est adversus Dominicanos, si quae nondum sunt sed futura sunt, coexistunt aeternitati in aeternitate; pari ratione quae nondū producta sunt coexistunt immensitati Dei in immensitate ejus; at ne Dominicani quidē dicturi sunt futurum aliquid hodie existere in immensitate Dei, & quid Suaresium impedit quo minus hunc in modum sententiam Dominicanorum impugnaret, an quia videbat sic necessario sibi congrediendum esse cum Capreolo, quippe qui consequentiam istā ab aeternitatis cum immensitate Dei comparatione ductam prorsus negat, adeoq; aliam aeternitatis, aliam immensitatis rationem esse strenuè contendit, & non libenter adversus Capreolum Thomistarum principem insurgeret Suaresius: agedum verò provinciam istā ab aliis, etiam à Jesuitis neglectam, nos administremus & quid dignum Theologo aut Scholastico tulerit in hac sua speculatione videamus.

DIGRESSIO QVINTA.

In qua

Argumentum Scoti contra rerum omnium existentiam in æternitate, quam inefficaciter à Capreolo diluatur, ostenditur.

Capreol. ITa Capreolus distinct. 36. quæst. 1. hujusmodi argumentum primo loco proponit pag. 495. *Sicut Deus est formaliter æternus, ita formaliter immensus, sed propter suam formalem immensitatem non coexistit locis non existentibus sed solum locis existentibus. ergo nec propter suam æternitatem coexistit partibus temporis non actualiter existentibus sed præsentibus solum*: sic fuit argumentum primum, sequitur ad primum illud responsio, pag. 496. col. 2. *Ad primum istorum dicitur* (inquit) *quod non est simile de immensitate respectu locorum & de æternitate respectu temporum, quia æternitas in Deo consequitur esse actuale divinitatis & ejus existentiam, quæ æquipollet in durando infinitæ durationi successivæ si esset, & mensuraret infinita esse, & infinitas existentias partibiles, sibi invicem succedentes. Et ideo sicut infinitum tempus mensurans infinitum motum simul attingeret quamlibet partem motus, licet non omnes partes illius motus aut temporis simul essent: non tamen & attingeret omnia facta in illo tempore: ita æternitas quæ indivisibilis & simplicissima existens illi infinitæ durationi, & infinito tempori æquipollet in durando simul attingit omnia quæ in toto infinito motu rerum successive aguntur: sed immensitas divina non dicit attingentiam alicujus successionis, nec aliquid æquivalens alicui infinitæ successioni; sed dicit aliquid indivisibile terminatum, & ideo non oportet quod Deus per suam immensitatem attingat loca quæ non sunt existentia* in * existendo, *sicut per suam æternitatem attingit omnem mensuram possibilem eidem coexistendo vel assistendo vel saltem omnem mensuram successivam attingit simul cuilibet parti ejus præsentialiter assistendo, sicut tota dies simul attingit totum motum unius circulationis cæli & totale tempus à principio mundi usque ad finem. Illud inquam tempus totale simul sumptum simul motum primum totaliter attingit præsentialiter coexistendo toti motui primi mobilis & cuilibet ejus circulationi & parti illius. Motus licet parte præterita attingat partem motus præteritam & futura futuram: ita Deus sua indivisibili æternitate simul totum illud discursum attingit & ultra excedit.*

* [illegible]

Respons. JAm in hac ipsa palæstra pertentavimus Alvarum, Navarretum, Ferrariensem, superest in vices etiam Capreoli Thomistarum principis pertentemus. Nemo horum est quem non suspiciam, quorumq; dissertationes in aliis articulis non paucis, non magni faciam; verum in hoc apice cum insaniunt, hoc tantùm agunt, ut cum ratione insaniant. Saltem ut quod agunt quicquid facit cum ratione agere videantur. *Non est simile* (inquit) *de immensitate respectu locorum & de æternitate respectu temporum.* & quid ita quæso? nempe hoc prosequitur in sequentibus, quæ sigillatim nobis expendenda subeunt, *quia* inquit *æternitas in Deo consequitur esse actuale divinitatis & ejus existentiam*, esto; an verò non sic immensitas? Confero me ad membrum comparationis alterum, ut advertam an disparem esse velit immensitatis rationem; verùm nihil hac ex parte tanquam minus congruum à Capreolo designatum reperio; neque mirum, quid enim, annon esse divinum necessario consequens est tam immensum esse ex parte magnitudinis, quàm æternum ex parte durationis? itaque transeo illud, cætera videamus: *æternitas* (inquit) *æquipollet in durando infinitæ durationi successivæ si esset, & mensuraret infinita esse, & infinitas existentias partibiles sibi invicem succedentes.* At, inquam, similiter etiam immensitas in magnitudine, æquipollet infinitæ magnitudini continuæ si esset; & mensuraret infinitam magnitudinem partibilem habentem partem extra partem, ipsa licet indivisibilis existens in genere magnitudinis, sicut æternitas indivisibilis & impartibilis manet in genere durationis: verùm ex superiori assumptione dum infert Capreolus, *ideo æternitas quæ indivisibilis & simplicissima existens, illi infinitæ durationi & infinito tempori æquipollet in durando, simul attingit omnia quæ in toto infinito motu rerum successive aguntur*: hanc non consequentiam prorsus negamus, tanquam præter omnem sobrietatem excogitatam: aliter advertito, ista apud Capreolum fluere currente calamo, sine subsidio cunctæ illius distinctionis, de æternitatis coexistentia rebus temporalibus earumq; temporalium coexistentia æternitati, nempe quatenus dicatur esse vel in tempore vel in æternitate, de qua tanquam invento suo gloriatur Cajetanus, & quindecim annorum studio merito redimenda. verùm ante Cajetanum subtilitas ista minimè latuit Capreolum ut vulgo creditur; cujus tamen operam sibi hoc in loco nequaquam advocat in auxilium, sed placidè fluunt ista quasi simpliciter verum esset, *æternitatem simul attingere omnia quæ in toto infinito motu rerum successive aguntur*; At nullus, quod sciam, Thomistarum putavit hoc dici simpliciter, ne sic concedendum esset, æternitatem hæc omnia attingere simul temporeq; at licet immensitas corporibus omnibus adsit & jamque adesset quamvis mundi istius visibilis spatia in infinitum extenderentur, non tamen simul locis adesset iis omnibus, sed utcunque per diversa loca & locorum spatia dispersis omnibus tamen adesset Deus per immensitatem suam sicut etiamsi sphæra nova cæteras omnes ambiret, (quod possibile esse nemo dubitat,) adhuc ad eam usque ad omnes partes ejus Deus per suam immensitatem se extenderet, sed similitudine quadam consequentiam suam nulla vera similitudine per se nixam statuminat Capreolus, sicut, inquit, *infinitum tempus mensurans infinitum motum simul attingeret quamlibet partem motus, licet non omnes partes illius motus aut temporis simul essent*, &c. & quis putaret ingenium scholasticum tam facile transformari potuisse in ingenium Poeticum, adeo ut in fingendis comparationibus non tam luderet, quod Poetæ solent, quàm lasciviret? Accepi aliquando à Salchildo nostro, Vasquesium Jesuitam à cu-

mina

[illegible] concludendi necessitate: tanquam asinum ad lyram; Aristotelem vero in facultate poetica aliquanto [illegible], potuisse enim carmen componere, licet [illegible]. Nam ceterum experturs sum admodum libenter sese induere in hujusmodi comparationes, illustrationis gratia, quam argumentationem ejus quam in hac ex parte minus compensasset, dum ad hujusmodi fictiones cum quo nihil habebat fuisset. Verum dum sic tradeunt à genere in genus d [illegible] in [illegible] praesertim quoties reperiuntur parum congeneres, nihil mirum si comparationibus admodum alienis in medium productis lectoribus suis ludibrium debeant; cujusmodi videtur ista comparatio Capreoli; Nam vel in [illegible] ista comparatione res ipsa longè melius succederet; Nam licet duratio temporalis quam aeternitas mensurare dicitur, non sit tota simul, attamen ipsa aeternitas est tota simul. at in ista comparatione à temporeitate motum mensurata, nec res mensurata nec ipsa mensura est tota simul. Item miserandam simultatem temporalem, quippe qui simul esse dicantur, non quae uno momento, aut uno die aut uno anno, aut una centuria annorum, aut uno millenario, aut myriade una, aut una myriade myriadum comprehenduntur: sed tempore infinito, adeo ut quamvis multis annorum myriadibus inter se distent, tamen tempore simul esse dicantur, juxta subtilem istam Capreoli calculationem, quam illustrandae veritatis gratia lectoribus suis communicat. Et quid quaeso differunt (in hoc obiter quaeram) infinitum tempus ab infinito motu? annon tempus est ipsa duratio motus? & dum mensurat motum, quid aliud mensurat quam durationem motus? Atque ita conficitur, infinitam durationem mensurando infinitam motus durationem simul attingere quamlibet partem ejus, sed modo simul etiam attingit quamlibet partem sui, idque tempore simul. Sed quo tempore aut quanto tempore simul, nempe non minus [illegible] quam sit tempus infinitum, adeo ut licet myriade myriadum annorum distent inter se, tamen admodum subtiliter dicantur à Capreolo simul tempore. Pari subtilitate Bardus aliquis aut stupidus dici potest ejusdem ingenii cum Capreolo, licet non minus ingenio distent scholastico, quam Aquinas ipse à Carbonario. Sic splendidè satis exegisse videtur membrum comparationis primum, sequens membrum comparationis alterum quod vero in immensitate temporum à legitima cum aeternitate comparationis genio deficientia causatur hac [illegible] *Sed immensitas* (inquit) *divina non dicit attingentiam aliquam successivam*: certè fateor, non dicit: sed nec ratio aliqua aut species rationis exigit, ut successivam aliquam attingentiam significet; Nam vel te ipso arbitro, tamen non respondentur, ut similitudo obtineret de immensitate respectu locorum (non successivorum) & de aeternitate respectu temporum, hoc est, ut immensitas perinde attingat omnem magnitudinem permanentem, quemadmodum aeternitas attingit omnem durationem successivam. Addit itaq; Capreolus aeternitatem non dicere aliquid *equivalens aliquo infinito successive*; At inquam, nec opus est ut aequivaleat, sed potius ut proportionetur aeternitati, quae quidem est duratio infinita permanens non successiva, proportionetur inquam aeternitati, hoc est, ut ita se habeat ad quantitatem permanentem quemadmodum aeternitas se habet ad quantitatem seu durationem successivam. Sicuti autem sic proportionari sequebatur ut sicut & cum primis accurate; nempe consisteret immensitas omnibus partibus tantum quamvis in infinitum extenderetur, sicut & aeternitas coexisteret tempori aut motui infinito si daretur; verum sicut immensitas non actu coexistit spatio alicui locali aut corporeo, nisi spatium illud corporeum actu sit, ita nec aeternitas coexistit spatio alicui temporis, nisi tempus illud actu sit. Dicit fateor aliquid nullo modo terminatum, sic & aeternitas, & sicut aeternitas attingit quicquid attingi potest in genere durationis temporalis sive quantitatis fluentis; ita & immensitas attingit quicquid attingi potest in genere magnitudinis seu quantitatis permanentis. Veruntamen sicut magnitudo seu quantitas permanens quae nondum existit, non potest attingi à magnitudine quantumvis immensa saltem; ita etiam duratio temporalis, seu quantitas fluenta quae nondum existit non potest attingi à duratione Dei quantumvis aeterna statuatur. Quare si *non oportet quod Deus per suam immensitatem attingat loca quae non sunt, nisi ea coexistendo*, certè nec oportet quod per suam aeternitatem attingat durationem aliquam, quae nondum est *nisi ei coexistendo*, licet tota dicta Capreoli phrasiologia dicatur *attingere totum motum uniuscujusque circulationis coelestis*; & quis ignorat diem viginti quatuor horarum spatia continens quarum pars altera praeterita est, altera praesens, altera futura, & per consequens quoad partem praeteritam non attingit dies motum circulationis coelestis, sed attingebat; etiam quoad partem futuram, non attingit motum circulationis coelestis, sed attinget. Verum sinant Poetarum fictiones nequaquam scrupulosius ad examen revocandas, & ni fallar scholastici isti jam olim in Poetas degenerarunt, imo lepidiores multo & congruentiores plurimum sunt comparationes poeticae, quam hae istae scholasticae. Sed & ad eundem modum attingit immensitas divina, tam magnitudinem praeteritam & futuram, quam praesentem. Nam & praeteritam attingebat, quum attingibilis esset, & futuram attinctura est, quum primum attingibilis erit, atque horum unumquodque juxta Grammaticam Capreoli amplissimè, praesertim in eandem sensum, est indiscriminatum attingere, perindeque magnitudo praesens attingi dicitur ab immensitate divina. Ut attingere dicitur nihil aliud esse, quam motus circulationis coelestis durationem. Verum hanc licentiam in singulis comparationibus sibi praeclaram non vult Capreolus, ne sic illustrationibus plurimum commodi [illegible] ad sublevandum ingenii sui ruditatem, magno suo detrimento lectoribus excideret. Itaque ista comparatione adeo sibi ablandiatur Thomistarum Princeps, ut ejus repetitione quasi negotium conficientem, responsionem suam concludit in haec verba. *Sicut ergo tempus totale à principio mundi usq; ad finem simul sumptum, simul motum primum totaliter attingit praesentialiter successivè tamen ut prius notatum; ita Deus sua indivisibili aeternitate simul totum illum discursum attingit.*

Ergo

Ego verò libenter dicam Capreolo comparationem illam [illegible] videtur quàm benignè eam ex [illegible]: Hinc enim tantum sequitur Deum attingere universum hunc motum primi mobilis, quanquam sit mille annorum spatio, potius quod tempus omnibus illius [illegible] principio ad finem, quanquam aut [illegible] millium annorum spatio comprehendatur; hoc enim ipsum dicitur à Capreolo simul sumi, & uno intuitu, simul motum primum totaliter attingere, praesentialiter ei coexistendo; simul inquam, hoc est spatio annorum quinquies aut sexies millenarum [illegible] quidem annorum spatio liberè feratur, Deum etiam universum illum motum attingere sua aeternitate indivisibili permanente, atque ita universum illum motum simul attingere. Nam simul illum attingere, quod tot annorum spatio motum illum attingere sunt *indiscreta*, juxta Capreoli Physicam imperitiam. Denique, sunt illa ex eorum numero quae in fine dissertationis istius à se praelibata esse fatetur Capreolus, de quibus omnibus admodum ingenuè professus est, se *nihil certum asserere quae probaverat.* Candorem hominis exosculor, exactionem verò in illa dissertatione (nam in plerisque suspicio) tanti facio quanti esse mereatur, quantam ne teruncio quidem redimendam esse judicem.

Ego verò, si Capreolo fuissem à consiliis, suasissem, ut missis prioribus omnibus inter aeternitatem & immensitatem [illegible] quas faciebat usque sua dispositione, hoc potius ageret, ut omnem etiam magnitudinem in immensitate realiter existere diceret, quamvis nondum existat simpliciter; quemadmodum contendit omnem durationem, etiam futuram, ab aeterno realiter extitisse in aeternitate. Quid enim? omnino aequum est, ut quicquid corporeum realiter existit, perinde existat secundum magnitudinem, atque secundum durationem? quare si secundum durationem existere dicitur in aeternitate, quid ni secundum magnitudinem existere dicatur in immensitate. Sed video quid forte reponi possit lector curiosus: Atqui verò (dices) Num aeternitas Dei tantum attingit pro praesenti quicquid actualiter existit in tempore? quod [illegible] hinc habet aeternitas, cùm & nobis competat ut coexistamus; etiam animalibus ephemeris competit ut coexistant rebus omnibus per diem illum, quo vitam agentes [illegible] durant, hoc est, ut eorum omnium durationem attingant. Respondeo, non esse expectandum ut aeternitatis praerogativa se extendat ad aliquid, quod sit impossibile. At impossibile est ut coexistat eis, quae non coexistunt aeternitati. Et quanquam simpliciter non existunt, ut coexistere quidem alicui dici possint. Verùm haec peculiaris est aeternitatis ratio, quod sit sine principio & sine fine, adeo ut omnibus coexistat serius ocyus sed & excedit omnia. At dices, si tempus fuisset ab aeterno, aequè fuisset absque initio atque ipse Deus. Certè fuisset, verumtamen hoc posito dispar erit utriusque rationem aeternitatis quoniam necesse est. Etenim aeternitas divina ejusmodi est ut nihil accrescat aut decrescat, quippe cùm sit impartibilis & tota simul permanens, tempori verò labitur è praesenti in praeteritum. Iterum forsitan reponet, aevum Angelicum, si ab aeterno fuisset, ne hoc quidem ex parte quapiam ab ipsissimo sui praerogativa deficeret, ac proinde nec ipsi aeternitati supparem esse. Respondeo, licet aevum Angelicum mensuram esse Angelicam nullam admittat vicissitudinem, tamen cum vicissitudine conjuncta est, nimirum respectu actuum intelligendi, quorum alii succedunt aliis, etiam respectu variarum affectionum subeuntium ipsa & subinde excurrentium. Sin hoc tibi minùs satisfaciat, at saltem vide Aquinatem magnum Theologum illo discrimine contentum acquievisse in 1. q. 10. art. 5. Addas si placet, aeternam Dei durationem esse simpliciter necessariam; caeterarum rerum durationes & initium habent & finem propterea Dei beneplacito; hoc minimè negaret Thomas, licet etiam mihi in aliquo ipse ab ipso Aquinate dissentire; vult ille mundum motum esse potuisse ab aeterno, ego verò hoc impossibile esse judico. Hinc enim sequeretur, infinitum dari posse numerum circulationum coelestium, & consequenter, cùm non possit infinitus dari sui numerus annorum, sequeretur dies singulos singulis annis aequales esse. Rursus sequeretur, simul existere infinitum numerum animarum rationalium, quippe cum eas immortales esse statuerit Aquinas. At numerum infinitum dari posse impossibile esse judicatum est ab ipso Aquinate. Sed non diffiteor Aquinatem in Opusculis dum hoc agit ut ea quae specie repugnantia videntur apud Aristotelem conciliet, operam dedisse, ut hujus contradictionis speciem evanescere faceret. Sed videat aequus lector annon è sartagine, quod dicitur, in prunas se conjecerit, dum et hoc incommodo sententiam suam liberaret, majori incommodo semetipsum implicaret. Etenim ad infinitum numerum animarum rationalium evitandum, fingit Deum potuisse primum hominem in statu caelibatus, aut saltem ab actibus conjugalibus sibi temperantem custodire per infinita annorum intervalla, adeo ut non nisi certo & finito abhinc annorum numero [illegible], prolem inciperet propagare. Vide mihi quaeso, quid hinc sequatur, nempe si mundus fuisset ab aeterno, fieri non potuisse, ut primi homines vel per omnipotentiam divinam prolem ederent, priusquam elapsum esset tempus infinitum: quod perinde est ac si dixisset, fieri non potuisse ut unquam prolem procrearent. Neque enim infinitum tempus est aliud, quod fieri potest ut sit elapsum. Nam elapsum esse est finem habere. Jam Scotistam repetamus.

Tempo-

Temporalia non verè dicantur Deo coexistere ab æterno.

[illegible] *Tertio principaliter sequitur ex dictis, res temporales & creatas non posse verè ac propriè dici coexistere Deo ab æterno, etiam in æternitate. Ita docent Authores secundæ sententiæ: & licet priores aliter loquantur, tamen nec D. Thomas illo modo unquam locutus est, ut infra ostendemus, neque in rigore videtur vera aut probanda sententia.*

[illegible] Certe Thomas nusquam legitur distinxisse de duplici rerum existentia, alia in tempore, alia in æternitate. Neque enim probabile est distinctionem istam si usquam extaret apud Aquinatem, per quindecim annorum spatium latere potuisse Cajetanum. Veruntamen ea quæ super hac re disserit Thomas ad sensum commodum non nisi juxta istius distinctionis normam revocari posse censent magni Scholastici Capreolus, Cajetanus, Ferrariensis, Alvarez, Navarretus, aliique non pauci, nempe 1. q. 14. art. 13. diserte profitetur Aquinas futura cognosci à Deo *prout unumquodque eorum est actu in seipso*. Unde sequi videtur unumquodque eorum esse actu in seipso apud Deum, idque ab æterno juxta Thomam, modo non sint in seipsis apud Deum in tempore, superest igitur ut actu esse dicantur in æternitate. Idem Thomas 1. Cont. Gent. cap. 66. *quicquid* (inquit) *est in quacumque parte temporis coexistit æterno quasi præsens eidem, etiamsi respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum.* Quæ quidem si procederent de præsentia tantū objectiva, frustra subjiceretur illa adversativa, etiamsi respectu alterius partis temporis sit præteritum vel futurum. Neque enim quisquam vel mediocriter eruditus ignorat temporalem rerum successionem nihil prorsus obstare quo minus omnia à Deo simul cognoscantur idque ab æterno. Et de verit. quæst. 2. art. 12. *Semper* (inquit) *ordo divinæ cognitionis ad rem quamcumque est sicut ordo præsentis ad præsens.* Notat quidem peculiare cognitionis divinæ præ cognitione creata etiam obtinet, quod quicquid cognoscitur quatenus cognoscitur præsens sit cognoscenti. Etiam de præsentia præcedente cognitionem intelligendus est Aquinas; quod & ea quæ sequuntur confirmant, cum ait *quicquid in tempore geritur non ut futurum sed ut præsens videt Deus*. prius itaque supponitur ut præsens Deo quam à Deo videatur. Imo eodem loco ad primum vult *æternitatem divinæ cognitionis ferri super contingens, non prout futurum est, quia quatenus futurum est, indeterminatum est, sed prout veritatem determinatam habet, idque quatenus productum est in rerum natura*. Et ad 7. *Contingens* (inquit) *refertur ad divinam cognitionem secundum quod ponitur esse in rerum natura.* Atque hoc est videre futura in seipsis in 1. quæst. 57. art. 3. atque etiam idem quod videre *omnia in sua æternitate*; *Solius Dei* (inquit) *est futura cognoscere in seipsis: quia Deus videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, toti tempori adest, ideo videt omnia sibi præsentia & ut in seipsis sunt.* Ac si sic instituerer, æternitas Dei est permanentia Dei universa. At æternitas Dei fuit ab æterno præsens Deo; ergo etiam universa Dei permanentia Deo præsens erat ab æterno; & sicut, qua ratione tempus universum est præsens Deo, eadem ratione quæcunque tempore concluduntur sunt præsentia Deo: Ita etiam qua ratione æternitas sive permanentia Dei universa est præsens Deo, eadem ratione quæcunque æternitate sive universa Dei permanentia concluduntur sunt etiam Deo præsentia. At æternitas sive universa Dei permanentia est præsens Deo realiter; ergo etiam omnia quæ æternitate Dei sive universa ejus permanentia concluduntur, sunt etiam Deo præsentia realiter. Porro, tempus universum & quæcunque tempore concluduntur, concluduntur etiam æternitate (nam æternitas sese exporrigit ultra omne tempus, ergo & tempus universum & temporalia quæcunque non modo præsentia, sed & præterita & futura sunt præsentia Deo realiter, etiam ab æterno realiter erant Deo præsentia, & hujusmodi forsitan argumentatio fuit quæ illuserat Aquinatem; præsertim cum hoc ageret ut infallibilem rerum præscientiam apud Deum cum earundem contingentia reconciliaret, atque hujusmodi specimine quasi ad fidem alliciendam admodum propensu repræsentatum daret. Nā contingens quando est, necesse est esse; perindeque infallibiliter cognoscibile, nihil prorsus obstante ejusdem contingentia. Certissimum est ex peculiari æternitatis ratione (quippe cum sit indivisibilis & tota simul) argumentum peti ad hanc sententiam astruendam validissimum; quod quidem Dominicanis oculos præstringit, quoque etiam illi aliis oculos præstringere moliuntur, ne veritatem adverterent.

Ad argumentum Suarezii quod attinet, Durandus olim adversus asserentes *futura esse præsentia Deo ab æterno secundum suum esse actuale*, sic disserebat, *Quod nihil est in se nulli potest realiter & actualiter coexistere. Coexistere enim præsupponit existere, sed futura non solum contingentia, sed quæcunque generantur, ab æterno nihil fuerunt in se secundum esse actuale, sed solum in potentia Dei creantis ergo non potuerunt ab æterno Deo coexistere secundum præsentialitatem suæ actualis existentiæ* 1. d. 38. q. 3. num. 13. atque hujusmodi argumento Durandi convictum se fatetur Penottus lib. 3. cap. 16. num. 5. *quod creaturæ non fuerint Deo præsentes ab æterno secundum suam propriam realem & actualem existentiam, probo* (inquit) *ratione à Durando virtualiter insinuata, quæ mihi intellectum plane convincit, neque adhuc ab aliquo Autore videtur in specie soluta. Ratio est, illud quod revera in se non existit nulli rei nisi à se potest vere coexistere: sed nulla creatura ante illud instans temporis in quo est productura, suis causis in rerum natura existit vere in se, ergo ante illud instans nulli omnino potest coexistere.* Verum agnoscit Penottus Cajetanum in occasum hoc argumento distinctionem excogitasse de rerum præsentia apud Deum & coexistentia Deo, idque ab æterno, non quidem in nunc temporis sed in nunc æternitatis: quam tamen distinctionem à Cajetano tanto labore tot annorum studio elaboratam profitetur Penottus, *videri nihil illorum causam juvare*. Verum jamdudum actæ sunt partes

meæ

tiuæ cum P. Ruitio, qui quidem meo judicio licet hanc Dominicanorum sententiam invadit, attamen in hoc opere tam infeliciter sese expedit, ut non in eandem sententiam se tandem præcipitet, aut processus nihil agat; & si enim viam novam meditetur, ut aliis tamen suis prorsus excidisse Novariensem illum pro comperto habeo. Illa vero distinctio quam tanquam inventionem suam subtilem ostentat Cajetanus, jam olim à Capreolo formata est & in sententia non modo vacillantis, sed & ruentis subsidium jam tum advocata, prout communiter existimatur. Et libenter fateor Capreolum prima facie videri se inducere in eandem distinctionem, quam à se post quindecim annorum studia adinventam gloriatur Cajetanus, idque ope D. Thomæ. Quare ne verisimile quidem est, judicio saltem Cajetani, eandem distinctionem usurpatam esse Capreolo. Decimum quintum hoc est extremum argumentum apud Capreolum idem est quod ex Durando repetit Penottus, & quo se convictum esse lubens fatetur. Sic autem proponitur à Capreolo. *Illud quod in se nullo modo existit nulli coexistit, cum coexistere præsupponat esse: sed constat quod futura nullo modo existunt in se, ergo non coexistunt æternitati.* Hujus autem argumenti solutionem exhibet in hæc verba. *Ad decimum quintum negatur minor, si enim ei existere comparet tempus quo ista comparatio formaliter fiunt. Antichristus vel aliud futurum nullo modo existit, non per comparationem ad tempus in quo sumus; sed per comparationem ad Deum, & sublata illa comparatione ita quod solum stat tempus aliud præsens & non nobis, sic conceditur quod Antichristus existit, quia subeat in tempore præsenti toti æternitati, vel futuro nobis.* In quibus concessa majori, dum se accommodat ad negationem minoris, nequaquam distinguit de existentia alia in tempore, alia in æternitate, sed de existentia in tempore idque non simpliciter, sed in tempore in quo sumus, hoc est in tempore præsenti, idque nobis præsenti. Membrum autem oppositum explicatur non per existentiam in æternitate, sed potius per existentiam in tempore præsenti, non quidem nobis præsenti, sed alicui alteri præsenti nempe toti æternitati, sublata scilicet comparatione *ad tempus quod est præsens nobis*, & loco ejus substituta *comparatione ad Deum*, quæ vel sola consideratione dissolvitur membrum illius distinctionis posterius in responsione ad argumentum 12. *Cum dicit argumentum quod illud quod futurum est non est actu; dico, quod illud quod futurum est non est actu, per comparationem ad mensuram tui illud dicitur futurum, & alio dico quod nec Antichristus nec habitudo ejus ad Deum nec tempus mensurans illa sunt actualiter pro ista mensura quæ sequuntur nunc,* sed potius futura sunt respectu hujus mensuræ: sed tamen omnia illa per comparationem ad Deum, sunt actu præsentia & nullo modo futura. & pro illa mensura est Deo præsens Antichristus & non pro ista. Veruntamen illa distinctio videtur admodum indecora, dum mensura non opponitur mensuræ, videlicet mensura temporis mensuræ æternitatis, sed potius mensura ex una parte opponitur mensurato ex parte altera. Neque enim Deus est mensura durationis, sed potius res mensurata. Quod si comparatio ad Deum constituat membrum distinctionis unum, æquum fuit ut comparatio ad aliquid extra Deum constitueret membrum oppositionis alterum: Quod tamen locum habere non potest, si sit instantia de coexistentia rerum futurarum æternitati ante mundum conditum. Nam ante mundum conditum nihil exstitit extra Deum, cujus comparatione negetur illa coexistentia rerum futurarum æternitati. Sed & videbat Capreolus non posse commode procedere distinctionem istam de variis generibus mensurarum, puta temporis & æternitatis quia quæritur de coexistentia rerum futurarum æternitati; neque enim videbatur Capreolo decorum, affirmare res futuras coexistere æternitati in æternitate. Nam procul dubio sic instituisset, si sic instituisse commodum per visum fuisset. Sed ab illa incongruentia disserendi sibi temperavit Capreolus, ut censetur; nam quâ ratione nequaquam congruit affirmare Deum coexistere tempori præsenti in tempore præsenti, pari ratione nequaquam congruit affirmare creaturam coexistere æternitati in æternitate. Rursus cum primum factum est tempus existebat; quæro igitur comparatione cujus tum demum existebat? non comparatione Dei, nam antequam factum est tempus secundum Capreolum existebat comparatione Dei, sed nec datur aliquid aliud cujus comparatione diceretur existere. Rursus existere cum annihilatur ex parte non aliud est, quam extra causas esse. Annon igitur necesse est, ut antequam extra causas sit, ne comparatione quidem ad Deum existeret, cum Deus sit rerum omnium causa prima; nisi forsitan hoc velis res omnes antequam producantur realiter, comparatione tamen ad Deum existere; quatenus aliquatenus extra Deum sunt, quippe per quem jam productæ sunt in esse volito, licet hoc nequaquam sit productio realiter, sed duntaxat intentionaliter. Quæ tamen productio satis abunde sufficit ad constituendam ejusmodi rerum contingentium præsentiam apud Deum, quæ sunt cognoscibiles in genere futurorum rerum. Verum misso Capreolo suam sententiam repetamus. Ille itaque usurpatam Dominicanorum distinctionem de rerum existentia reali sive in tempore sive in æternitate, sic invadit, ut neget rem ullam posse existere in æternitate quando in se non existit: *Quia* (inquit) *existere in æternitate supponit existere in se.* Quod cum à Dominicanis strenue negari non ignoret, in confirmationem suæ affirmationis subjicit rationem duplicem.

Harum prima est. *Res illa quæ existit in æternitate, ergo existit, non est ut aiunt à secundum quid ad simpliciter, sed est ab inferiori ad superius affirmatum.* At hoc etiam prorsus negant ad unum omnes hodie Dominicani, adeo ut ex non concessis disputet Scotista. Etenim æternitas mensura est, non solum æquiparans mensuram temporis universam, sed & superexcedens: unde sicut non sequitur res existit in aliqua parte temporis, ergo existit in hac parte: ita etiam nihilo minus inconsequens est in hunc modum ratiocinari, Res existit in æternitate, ergo existit in se: nam existere in se nihil aliud est, quam extra causas esse, quod quidem sit non nisi in illo segmento temporis in quo res actualiter producitur & producta conservatur. At æternitas complectitur non tantum

tum

tur illud segmentum temporis sed universum tempus immensum, & aeternum tempus excedi-tur. In confirmationem tamen ejus quod dicitur addit Suarez. *existere in aeternitate non est* [illegible] *sed esse supra aliud* [illegible] *vel relatum ad aliud sumi existens.* Imo [illegible] existere non [illegible] hujusmodi [illegible] ad aliud simul existens; haec est ratio [illegible]. Verum transeat illud; dico [illegible] sunt sequi *existere in aeternitate* [illegible] quemadmodum esse in *esse in mensura communi* [illegible] tempore non est [illegible]: veruntamen [illegible] non sequitur, *res existit in tempore, ergo existit in hoc tempore*: ita neque sequitur, *res existit in aeternitate, ergo in nunc temporis existit.* Sin respo-[illegible] si quid existit in tempore, etiam in hoc tempore (id est nunc) simpliciter existit; nam existere in tempore praeterito, non est existere, sed extitisse: existere vero in tempore futuro, non est existere, sed existiturum esse. Respondet Capreolus in hujusmodi locutionibus, vocem existere, non stricte accipi pro existentia ad nunc praesens determinata, sed communiter extendi tam ad futura & praesentia quam ad praeteritum. Sic enim scribit ad secundum. *Nec valet dicere, quod Antichristus est in tempore illo quod modo est futurum, vel quod Adam est in tempore illo quod modo est praeteritum, cum res est de-* [illegible] *temporis praesentis* [illegible] *secundum communem acceptionem. Nam in praedictis locutionibus id est acceptum generaliter pro est, fuit & erit, sicut cum dicimus, prima pars motus est in propria parte temporis, & ultima in ultima; Partes enim temporis possunt considerari ut* [illegible] *temporis ut ad unum continuum & tamen quoddam extrahi* [illegible]*; & secundum istam considerationem qualibet pars dicitur esse tam praesens quam praeterita, quam futura;* [illegible] *subjecti totum cujus sunt partes constitutivae aliud.* Quid vero huc usque cum Capreolo [illegible], tamquam ad quaestionem illam quam prae manibus de-[illegible] hactenus [illegible]. Quid [illegible] accipiamus ejus interpretationem, pro-[illegible] omnia existere, etiam praeterita, non in aeternitate tantum, sed & in tempore; quatenus existere in tempore complectitur esse fuisse, & futurum esse; & cum esse in aeternitate perinde complectatur omnes temporum differentias, tam praeteriti & futuri quam praesentis; quid ni [illegible] temporalia ad unum omnia DEO [illegible], quatenus [illegible] vel fuerunt vel erunt aeternitati realiter & actualiter coexistentia. Veruntamen ut [illegible] gerit Capreolus, dum [illegible] quasi unius rationis [illegible] dum verbum [illegible] hujusmodi locutione, *Adam est in tempore illo quod modo est praeteritum.* Ejusdem rationis esse vult cum verbo est in hujusmodi locutionibus, dum scilicet affirmatur primam partem motus esse in propria (prima) parte temporis & ultimam in ultima. Plurimum enim differunt hujus verbi est cum differentia usurpati [illegible]. Nam cum dicitur, Adam est in tempore, verbum *est* significat esse secundum aspectum sive *esse existentiae*: quod sumit locum praedicati, non cum notatione propriae mensurae ejus. At cum dicitur prima pars motus est in prima parte temporis, & ultima in ultima, nihil aliud significatur, quam partes motus conjungi cum propriis partibus temporis; In hujusmodi propositionibus verbum *est* notat *essentiam*, & in propositione supplet locum copulae, non autem praedicati. Sed ad Suarezium revertamur; sic [illegible] ratio ejus prima, sequitur secunda; *Quia inquit esse in aeternitate dicit durationem & quasi communem seu superiorem ad existentiam supponit esse in propria, sicut esse in loco communi supponit esse in proprio, quod sub communi continetur.* At inquam hoc ultimo negant Dominicani. Dicunt enim regulam illam, *quicquid est in mensura communi, debet esse in mensura propria*; tantum [illegible] quoties mensura communis & propria sunt unigeniae sicut annus & dies, non autem quoties sunt heterogeneae, quemadmodum sunt aeternitas & tempus; est tamen quod etiam in hoc [illegible] Dominicanis opponam. Etenim ipsorum etiam confessione admittit [illegible] de mensuris heterogeneis. Nam immensitas DEI & locus naturalis sunt mensurae heterogeneae, non tamen fieri potest ut aliquod existat in immensitate DEI quod non existat in loco naturali. Addit Suarez: *Sicut sine fundamento non potest intelligi relatio, ita neque coexistentia ad aliquod cum aliud sine existentia.* At haec potius spectant ad coexistentiam quam ad existentiam. [illegible] male comparatur existentia in aeternitate cum [illegible]entia in se. Nihil enim existit in se tanquam [illegible]. Verum temporalia dicuntur existere in se, quando realiter existunt in tempore. Quod si sic instituisset, Non potest aliquid existere in aeternitate nisi existat in tempore, illam ratiocinationem prorsus negarent Dominicani; quare cum nihil aliud sit existere in se quam existere in tempore, etiam [illegible] illatio Suareziana perinde pariter negationi [illegible] ex aequo patet. Verum Capreolus distingueret existentiam in se ab existentia in tempore praesenti, concederetque rem futuram existere in se comparatione ad DEUM. Et ad hujusmodi relationem illuminandam sufficere diceret existentiam rei sive pro tempore praesenti, sive pro tempore futuro aut praeterito. Veruntamen ut hoc obiter moneam: cum Capreolus quicquid coexistit aeternitati, aliquo modo existere; dum inquam hoc agnoscit simpliciter dictum; etiam admittendum est illi necessario quamquodque futurum semper existere, saltem aliquomodo, quod tamen negat Thomas Aquinas dum de hujusmodi futuris simpliciter ait, non semper fuisse existens. Locus est 1. Cont. Gent. capite 67. *Quicquid agitur per totum discursum temporis agitur, divinum intellectum in tota sua aeternitate intuetur quasi praesens, nec tamen quod in quadam parte temporis agitur, semper fuit existens* referente ipso Capreolo 1. distinctione 38. articulo 2. conclus. prima, quaestione prima.

Sed pergit Suarez. *Tandem inquiens quia dum res dicitur existere in aeternitate, duo de illa dicuntur unum quod existat, alterum quod in aeternitate existat. Primum horum in-*

potest esse denominatio extrinseca ; nulla enim res potest dici existens per denominationem extrinsecam ab aliuno ; nec potest aliquid dici existens in æternitate, per solam denominationem extrinsecam ab æternitate Dei. Ergo ut res dicatur existens in æternitate, debet supponi in se existens intrinsece : & ab æternitate solam accipiat denominationem, quantum ad illud quod est esse in æternitate ; probatur hæc consequentia, quia coexistere realiter supponit existentiam utriusque extremi in ordine ad eandem durationem seu mensuram, ita ut in qua duratione dicatur existere realiter, in eadem debeat utrumque existere ; Ergo non tantum Deus, sed & creatura ab æterno existit in æternitate : constat autem hoc esse falsum, scilicet creaturam ab æterno existere, etiam cum hoc addito in æternitate.

Sed responderet Capreolus creaturam, dum coexistit æternitati, etiam existere, comparatione nimirum ad Deum, cujusmodi quidem denominationem sive extrinsecam esse putat, sive intrinsecam, proportionaliter & respective se accommodaret ad infringendam conclusionem tuam ; nempe vel antecedens tuum negando vel consequens ; Rursus Alvarez una cum Capreolo diceret ad existendum in æternitate idque ab æterno, sufficere quod aliquando producatur sive ferius sive ocius in tempore ; nempe quicquid futurum fuit aut est, non nisi per decretum Dei constitui valuit in genere futuri ; quatenus nimirum ab æterno constituebatur apud Deum ea esse volita : & citra controversiam non aliter res contingentes innotuit Deo sunt ab æterno intuitus est ; neque enim extra se progreditur Deus ad res aut juxta temporum intervalla succedit novam cognitionem. Ergo non per solam denominationem ab æternitate dicuntur existere in æternitate, sed ad existentiam earundem in esse volito apud DEUM requirunt decretum DEI, ea quo constituuntur ea esse futura pro certo tempore ; atque hoc Dominicani sufficere judicant ad stabiliendam realem earundem existentiam in æternitate idque ab æterno ; nempe ea quæ ea futura esse DEUS decreverit. Itaque non solum Deum ipsum sed & futura omnia ab æterno extitisse in æternitate sine scrupulo pronuntiant Dominicani. Quod autem hoc falsum esse à te ostensum sit, h[illegible] magnopere adverti. Sed & agnoscit Suarez quid ad ista respondere soleat à Dominicanis : nempe omnia quidem coexistere æternitati idque ab æterno, non quidem in mensura temporis, sed in mensura æternitatis ; potiusque dicendum esse existere in æternitate, quam extitisse aut extiturum esse ; *quia in æternitate non est præteritum neque futurum sed tantum præsens. Verum (inquit) hoc totum magis pertinet ad modum loquendi quam ad veram existentiam vel coexistentiam rerum creatarum in æternitate : quia præterquam si attente res consideretur, ille modus concipiendi totam latitudinem temporis per modum unius diei præsentis, sit potius per apprehensionem intellectus quam in re subsistat, sicut loquimur de toto die vel anno, ac si nunc esset præsens cum revera secundum existentiam suam non ita sit, & ita illa simultas seu præsentia magis est secundum rationem objectivam quam secundum realem coexistentiam.* Ego vero ad rem ipsam quod attinet à Suarezio nequaquam dissideo ; existimo enim Dominicanos crassum errorem apud se fovere, non quidem seriatim hac de re[illegible] quam fingunt) & præsentem aliam esse, quam secundum rationem objectivam. Verum nunc novas[illegible] ut in isto figmento sustinendo quam [illegible] Suarez adversamur ; ei [illegible] pertinent [illegible] loquendi ; nam & hujus [illegible] la[illegible], nec tamen ad solum modum loquendi spectant ; nam procul dubio juxta [illegible] rationem æternitatis agnoscendum est in ea [illegible] ritum esse quidquam, nec futurum ; & si modus loquendi Dominicanorum in usu positus verus est, quod scilicet omnia re[illegible] existunt apud Deum [illegible] in æternitate ejus unà cum modo illo loquendi, connectenda est realis omnium rerum [illegible] æternitate. Sin minus, ne modus quidem loquendi ipse usurpari tolerandus erit : Quidquid vero sit [illegible] apud [illegible] in hoc apice [illegible], tamen procul dubio minus attente [illegible] nequaquam [illegible] esse videtur. Etenim distinctio ista, quam hic invadis, diu quæsita ; [illegible] post quindecim annorum spatium [illegible] Cajetano [illegible], idque ope D. Thomæ. Videas itaque in solido [illegible] augere [illegible] Certe [illegible] ; neque enim necesse est ut duratio nostra annum compleat ; quod si centum annis [illegible], non tamen esset tota simul, quæ tamen est ratio durationis divinæ ; etiam illa duratio DEI quæ [illegible] omnem [illegible], est tota simul, & ab æterno fuit tota simul. Quod si totus annus esset in hoc momento simul apud me ; annus & omnia hoc anno contenta simul apud me essent : Quod si igitur simul omnia & tempus universum simul extiterit apud Deum idque ab æterno ; cum æternitas ejus quid attingat & excedat omnia, fuerit apud DEUM tota simul, idque ab æterno. Sed progreditur Suarez, *Denique (inquit) admisso etiam illa significatione & apprehensione [illegible] videtur vere dici quod omnes res creatæ sunt ab æterno existentes, vel coexistentes æternitati seu in æternitate : quia aliud est coexistere æternitati, & aliud ab æterno coexistere : aliud primum [illegible] est, & particulare & pro certo tempore verificari potest, & ita potest ab æterno cognosci & verificari per propositionem de futuro vel de præsenti in ea significatione accepta jam declarata : tamen posterior locutio sonat simpliciter universalem & distributionem, & significat illam coexistentiam semper & absque initio fuisse. Hoc autem falsum est, quia coexistentia includit existentiam utriusque extremi, & hæc non semper fuit neque sine initio. Item, quia cum [illegible] amplius ad complectendam totam temporis latitudinem, [illegible] simpliciter aliquod tempus ab æterno existere [illegible] differentiam ejus, ex quo initium habuit ; Ergo etiam ratione talis significationis non potest illa locutio esse vera cum illo addito,* (ab æterno.) Certe aliud est coexistere æternitati in tempore, aliud ab æterno coexistere æternitati in æternitate. Verum quicquid coexistit æternitati in æternitate, ab æterno eidem coexistit juxta Dominicanorum in hoc apice Scholasticos Theologos, quæ hoc falsum esse hactenus proba-

gerebant Suarezium. Sed & Sisyphum agit idem sarum volvendo, nec hilum proficiendo, dum *ad eternam ... existentiam utrinque extremi*; nam & hujusmodi Capreolum, nempe etiam creaturam ab æterno existere comparatione ad Deum: & Alvarez cum Navarretto profitetur unumquodque ab æterno extitisse in æternitate. Neque enim tempus commune cum hoc dicunt, sed solum ex cummutatione temporis procedunt illa juxta Capreolum. Ita ut ipsum tempus ab æterno extiterit comparatione ad Deum secundum eundem: hoc est in æternitate juxta Capreolum, Alvarez, Navarrettū: nempe ad hoc sufficere volunt existentiam rei in quacunque temporis differentia sive præteriti sive præsentis sive futuri. Ut proinde nihil quæsierit hactenus Suarezius, quod ... fententiam vel tantillum debilitet: quemadmodum neminem eorum ad partes vocat, quem ponderatum & particulatim examinet: unde & confusionem quam ex principio tam calide & dilatis procedentem subjicit Suarez, tanquam nullius pretii missam facimus. Ad extremum, objectionem Adversariorum proponit quam refellit; *Duratio ergo etiam Dei coexistens successive, ergo est successio in ipsa æternitate. Respondetur concedendo primam consequentiam negando secundam, nam res quæ prius existit, prius etiam coexistit æternitati quàm altera quæ posterius fit, & hoc etiam modo Deus etiam prius coexistit uni rei quàm alteri: & hoc modo admittimus successionem in hac coexistentia, tum quia hæc coexistentia non est æterna, incipit ergo in tempore, ergo eadem ratione potest in ea esse prius & posterius & succedere ... potest sicut quæ incipit desinat esse. Omnia vero hæc solum ponunt in Deo denominationem extrinsecam ab aliis, quæ sicut cum illo existit, & idem non indicant successionem in æternitate Dei, sed in rebus quæ simul cum illo existunt. Exemplum sensibile est in arbore immobili permanente in flumine, quæ successive præsens est sua propinqua secundum locum, aquam fluentem non per successionem quæ sit in arbore sed in aqua: & exemplum de immutabilitate supra adductum id declarat. Nam Deus in tempore incipit esse creator, & desinit etiam esse in illo per earum mutationem: tota quidem hæc idem fuisse invenitur in ævo Angelorum. Nam idem manens successive coexistit temporalibus rebus quæ successive fiunt.* Certe et tantillus Interpres Thomæ cum primo nobilis ... quam ... Dei coexistentiam ... ab æterno ... , ... genuina Magistri sui sententia non quidem in tempore sed in æternitate explicationem suam modo prænotato concludit in hæc verba: *Sic ergo intellecta positio D. Thomæ nullam patitur calumniam: cum* (inquit) *notissimum est, sic temere, quod manifeste efficere potest hac ratione. Quare enim, aut verum est nunc ad singulas dictiones ... ad æternitatem se relatas quod ... Deo & Antichristus, aut non est verum quod coexistant, sed quod coexistant, coexistit* (puta de præterito) *& ... coexistet. Si dicis primum, habetur propositum; si secundum dicas, ergo in æternitate est præteritum & futurum. Nihil enim dicitur præteritum aut futurum in ordine ad aliquam durationem suam nisi illa duratio habeat in se præteritum & futurum: ut de tempore patet, sed hoc ratione æternitatis repugnat. Ergo.* Verum huic argumento Ferrariensis paratissimam refutationem oppugnamus hoc loco. Secundis ergo ... occurrit aliquid quod suspicionem facit in hac argumentatione sua Ferrariensem ipsum ægre admodum sibi potuisse satisfacere, ut cum dicit *nihil dicitur præteritum aut futurum in ordine ad aliquam suam durationem*. At Quorsum quæso tendat mentio durationis suæ, quasi vero ulla aliquid dicatur præteritum aut futurum ratione durationis suæ. Si quis reponat: Imò etiam duratio nostra, partim præterita est partim præsens, partim futura: At inquam hoc nihil aliud significat, quàm durationem meam, admittere præteritum & futurum. Hoc autem significatur Ferrariensis membro sequenti, quod quasi per illationem subjicit membro præcedenti, dum ait: *nihil dicitur præteritum aut futurum in ordine ad aliquam durationem suam, nisi illa duratio habeat in se præteritum & futurum.* Rursus quorsum tendat mentio non modò durationis suæ, sed alicujus durationis suæ, divinatione nondum assequor. Denique quod universalem propositionem instantia particulari confirmaverit dicendo, *ut patet in tempore*, admodum jejune se gerit, nec Theologo (qualem se præfert) aut scholastico quidquam dignum præstat. Sed ad Suarezium redeo; perplacet mihi illa responsio Suareziana, nollem tamen dissimulasset per quos profecisset, nempe ad hanc responsionem viam compendiariam munivérunt ei quæ de ævo Angelico disserit Durandus 2. sentent. distinctione 2. quæstione 3. num. 9. *Quamvis* (inquit) *in ævo secundum se non sit successio, potest tamen talis successio temporis coexistere. Nec tamen est ævum sic ut nunc temporis, quod non potest his fluxu esse quod fuerat est sed quasi nunc stans quod multitudo potest significari; & ob hoc planius consistere. Quemadmodum si quis figat palum in fluvio, durat palus & fluvius; sed in duratione fluvii est successio aqua post aquam, in duratione vero pali non: sic durat Angelus, durat motus, durat ævum, durat tempus: Sed in duratione motus & temporis est successio, non sic in duratione Angeli et ævi. Et tamen simultatem coexistunt, ratione cujus coexistentia dicitur Angelus fuisse quia coexistit præterito, & fore quia coexistet futuro: Quamvis de esse Angeli nihil amittatur in præterito, nil acquiratur in futuro.* Eandem prorsus doctrinam innuit Aquinas 1. quæstione 10. articulo 4. ad 5. *Quod dicitur Angelum esse vel fuisse vel futurum esse differt secundum acceptionem intellectus nostri, qui accipit esse Angeli per comparationem ad diversas partes temporis.* Quod si hujusmodi denominationem extrinsecam secundum quas dicitur Angelus non tantum esse sed & fuisse & futurum esse, nihil impedium quo minus esse Angelicum sit totum simul, licet possit multotes tum, secundum coexistentiam rebus futuris succedentibus; certe nec hujusmodi denominationes extrinsecæ secundum quas dicatur etiam Deus non tantum esse, sed & fuisse, & futurus esse (juxta ipsum Spiritus Sancti phrasiologiam) nihil obstabunt quo minus æternitas Dei sit tota simul, licet possit multoties tum secundum coexistentiam rebus temporalibus, temporis ordine sibi succedentibus. Cui et tamen adstipulatur Suarezium quod ad quæstionem respondet Capreolus, cum objiceretur, *quod æterna duratio sit successiva*. Hoc enim negat de duratione

prout consideratur in divinis duo (inquit) *in creaturis sit verum.* Videtur igitur universim de creaturis, & consequenter etiam de Angelis sensisse, quod eorum duratio sit distensiva, non sic duratio in divinis. Verum minime credibile est Capreolum in os contradictorum fuisse Aquinati, qui durationem Angelicam quoad esse Angelicum agnoscit esse totum simul perinde atque durationem Dei. Procul dubio duratio divina, sicut impertibilis est, ita etiam in immensum permanens est; quare si distensio non aliud sit quam permanere, sicut heri, ita hodie & in æternum; negari non potest quin ejus duratio sit distensiva. Sin per distensionem intelligatur duratio divisibilis in partes; quarum altera sit prior, altera posterior, negamus hujusmodi distensionem Angelis competere, nedum Deo. Etenim divisibilitas durationis in solidum fundatur in motu & mutatione rei durantis; unde fit ut aliud acquiratur, aliud amittatur. At Deus est prorsus immutabilis. Essentia divina eadem manet, scientia divina, voluntas divina eadem manet, omnis motus & successionis expers. Summa est; quæcunque intra Deum sunt penitus immutabilia sunt, omnisque motus experta. Sunt tamen (ut nihil dissimulem) qui in ipsa permanentia partes fingunt, dum scilicet intelligitur tanquam distensiva. Sed frustra; absit enim ut Deus non permaneat in æternum, licet duratio ejus sit indivisibilis. & partes fingere succedentes sine motu, somnium est hominis. Veruntamen videat lector quid hinc emergit, quod Suaresianam argumentationem concutiat. Putat Suarez nullam successionem in ipsa Dei duratione locum habere, ergo inquam universa Dei permanentia erit Deo præsens ab æterno, nam aut universa aut tantum pars aliqua; non tantum pars aliqua, quia non habet partes alias aliis succedentes, uti supponitur; ergo universa; ergo hodierna Dei permanentia erat præsens Deo ab æterno. At hodierna Dei permanentia est inseparabilis a coexistentia ejusdem cum rebus hodie existentibus extra Deum, ergo ab æterno duratio seu permanentia Dei erat coexistentia cum rebus hodie existentibus, ergo res hodie existentes ab æterno coexistebant Deo. Videat inquam lector eruditus, annon occurrat hic dignus vindice nodus. Itaque respondeo, in hoc argumento fictionem fieri quæ sit contraria suppositioni. Supponitur enim durationem Dei non esse divisibilem in partes priores & posteriores, cum tamen consideratur tanquam universa, consideratur hoc ipso tanquam partes complexa; & quod deterius est, tanquam finita tam ex parte principii quam ex parte finis; hoc enim innuit notio universi, cum tamen æternitas licet non habeat partes, tamen est sine principio & sine fine. Exempli gratia, si universa mea duratio hodie esset nec ante hodiernum diem extitissem, nec usque ad diem crastinum duraturus essem, Essentia quidem mea est hodie tota simul; verum essentiæ meæ permanentia non est hodie tota simul; quod si esset, nec ante hunc diem fuisset, nec in posterum permansura esset. Quare sic instituo juxta distinctionem Durandi, considerantis æternitatem dupliciter, vel ut sine partibus, & sic absurde dicitur universa quocunque modo; vel ut sine principio & fine, & sic etiam absurde dicitur universa affirmative; nam universum notat quiddam positivum; verum considerari potest tanquam universum negative, idque vel tanquam non habens partes, vel tanquam non habens principium & finem. Cum igitur dicitur universa Dei permanentia erat præsens Deo pro ab æterno, si procedat negatione partium, hic sensus emergit, permanentia Dei considerata quatenus non habet partes, erat præsens Deo ab æterno; cum autem hinc infertur, Ergo hodierna Dei permanentia, erat præsens Deo ab æterno, negatur consequentia, nam consequentiæ species nulla prorsus apparet. Neque enim hodierna Dei permanentia est permanentia Dei considerata quatenus non habens partes, sed ex adverso potius est permanentia Dei considerata secundum partem, quæ dicitur hodierna distincta ab hesterna & crastina, tanquam partibus etiam permanentiæ divinæ. Sin vero cum dicitur, *universa Dei permanentia erat præsens Deo ab æterno*, propositio ista procedat negatione principii & finis, hic sensus planius expositus emergit, permanentia Dei considerata tanquam sine principio & fine erat præsens Deo ab æterno, id est sine principio. Hæ autem distinguendæ sunt duæ propositiones, ne nobis ipsis qui præcavemus in errorem, laqueos injiciamus rerum distinctissimarum confusione. Prima scilicet, *permanentia Dei considerata tanquam sine principio erat præsens Deo sine principio*; secunda sit *permanentia Dei considerata tanquam sine fine, erat præsens Deo sine principio*. Quæ quidem propositiones sunt admodum dilutæ nec ad quidquam expectatione dignum concludendum idoneæ. Nam permanentia Dei quocunque modo considerata est & præsens Deo & sine principio & sine fine. licet ratio proportionis exigere videatur, ut sicut *permanentia Dei considerata tanquam sine principio, dicitur præsens fuisse Deo ab æterno* hoc est sine principio, ita *permanentia Dei considerata tanquam sine fine dicatur præsens futura Deo in æternum*, hoc est sine fine. Sed prorsus si placet juxta explicationem præmissam, vides jam quam nullo nexu cohæreat consequentia, quippe cum infertur, *ergo hodierna Dei permanentia est permanentia Dei considerata tanquam sine principio & sine fine*, quin potius est permanentia Dei considerata tanquam cum principio & fine. Nam quatenus hodierna habet & principium & finem; neque enim hodiernum aut hesternum fuit aut erit crastinum. Itaque paucis respondeo: Quoties permanentia Dei consideratur, ut universa, complectens hodiernam, hesternam & crastinam, consideratur ut quanta & ut habens partes, & per consequens non consideratur absolute ut existentia permanens, sed relative ut coexistentia cum rebus creatis, & sic quidem æternitatem comparari posse agnoscit Cajetanus prima par. quæst. 10. articulo 2. *æternitas* (inquit) *ipsa duratio æternæ consistit ratione à tempore, & hoc secundum, si loquendo quamvis concepta ut coexistens tempori, tanquam etiam à ratio illis abstrahitur.* Addo etiam, à Spiritu Sancto nihil de Deo dicitur ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, etiam [illegible] quoties concipitur ut hodierna necesse est ut sic con-

[illegible] sunt, nam hodierna Dei permanentia notione sua formali dicat Dei coexistentiam diei hodiernæ. Itaque negamus antecedens, negamus similiter Dei permanentiam fuisse Deo præsentem ab æterno, negamus hodiernam & hesternam & crastinam Dei permanentiam fuisse præsentem Deo ab æterno, [illegible] quam coexistentia Dei cum rebus hodiernis fuit præsens Deo ab æterno; quod si concederetur, sequeretur coexistentiam rerum hodiernarum cum Deo, fuisse Deo præsentem ab æterno. Nam si res hodiernæ coextitissent Deo ab æterno, proculdubio etiam extitissent ab æterno; nam coexistere supponit existere, quod & agnoscit Capreolus. Jam tandem progrediamur cum Suarezio.

Res objectivè solum ab æternitate Deo præsentes sunt.

[illegible] *V*Ltimo ex dictis concludo, res creatas simpliciter loquendo non esse præsentes Deo ab æterno secundum realem coexistentiam, sed tantum objectivè, in ordine ad æternam scientiam Dei, quatenus ejus intuitus æternus simul cadit in omnia tempora, ac si jam actu existentia. Hæc non indiget nova probatione: nam prior pars negativa demonstrata est ex dictis: posterior vero sequitur à sufficienti enumeratione ex priori. Nam testimonia & rationes initio producta probant aliquo modo omnia esse ab æterno præsentia Divinæ scientiæ: Ergo si hoc non est verum propter coexistentiam æternam, necesse est ut saltem propter objectivam verum sit. Et revera Sancti citati nihil aliud intendunt ut facile constabit consideranti eorum verba. Hoc enim dixit Augustinus:* Non aliter novit futura quam facta quia in ejus dispositione jam tempora facta sunt. *& Gregor.* Deo futurum nihil est, ante cujus conspectum non transeunt futura neque veniunt. *& Boetius,* talia apud se præsentia spectat, qualia in tempore futura proveniunt. *Dicetur ergo hi Patres negant in Deo præscientiam futurorum propriè dictam, sed solum scientiam? ergo quando sancti negant scientiam Dei esse præscientiam, asserere volunt non solum objectivam præsentiam, sed etiam realem secundū coexistentiam. Respondeo, si hoc argumentum esset validum, etiam probaretur in Deo non esse propriè prædefinitionem, nec prædestinationem, cum tamen iidem sancti hæc & similia Deo tribuant cum omni proprietate. Deinde in omni etiam proprietate certissimum est scientiam Dei sicut & Deum ipsum, duratione antecedere omnium rerum creatarum existentiam. Non ergo dicti Patres in hoc sensu hoc negarunt sed per quandam exaggerationem locuti sunt, ut declararent perfectionem scientiæ, quam Deus habet de futuris, nam illa tam clare & distincte cum omnibus circumstantiis intuetur, ac si præsentia actu jam existerent: ideoque scientia illa non est abstractiva, sed propriissima intuitiva: ad hoc ergo significandum dixerunt illam non tam esse dicendam præscientiam, quam scientiam. Nam more humano loquendo, quæ præsciuntur non ita clare & distincte cognoscuntur. Nam Astrologus qui præscit futuram esse Eclipsim, non apprehendit & cognoscit illum effectum distincte, prout in re futurum est, cum omnibus conditionibus & circumstantiis ejus & ideo non habet de illo scientiam intuitivam, sed abstractivam. at vero Deus tam distincte intuetur futurum antequam sit, sicut quando est, tamque veram scientiam intuitivam illius habet. Quocirca in eo sensu in quo illi patres voluerunt illam scientiam propriè appellare præscientiam: illa particula præ non solum excludit realem existentiam, sed etiam præsentiam objectivam exactam, & omnimodam effectus sic cogniti.*

[illegible] Quam recte concludat quæ concludis, videbunt Dominicani, sed & nos jam vidimus aliquatenus pro modulo nostro; in istis vero quæ proponis tanquam contradictoria, contradictionem esse negarent Dominicani. Nam & illi simpliciter loquendo, non dicunt res creatas esse præsentes Deo ab æterno secundum realem coexistentiam, nec tamen objectivè tantum Deo præsentes esse volunt, sed secundum realem tantummodo coexistentiam Deo, non quidem simpliciter sic dictam quæ connotaret coexistentiam in tempore, sed secundum quid quam vocant coexistentiam Deo in æternitate. Æternus Dei intuitus simul cadit (inquis) in omnia tempora, ac si jam essent actu existentia. An vero vis Deum ante mundum conditum cognovisse futura esse actu existentia, cum actualem eorum existentiam, antequam existant, tantum cognoscit esse futuram, quam primum vero existunt cognoscit esse præsentem in tempore videlicet, utramque cognoscit ut præsentem in esse volito. Neque enim fieri potest ut extra se egrediatur Deus ad res cognoscendas. Quare licet aliter atque aliter cognoscat res futuras & præsentes ex parte rerum cognitarum, non tamen aliter atque aliter ex parte cognoscentis. Nam videre aliquid apud Deum in esse volito pro certo tempore, est & videre illud futurum esse, donec tempus illud advenerit & præsens esse cum primum advenerit, & præteritum esse simulatque tempus illud elapsum fuerit. Sufficientem à te factam esse partium enumerationem negarent Dominicani, prout modo dixi repræsentata simul negationis ratione. Rursus præsentia objectiva duplex est, quarum altera prior altera: Nam & præsentia objectiva dici solet, qua res dicuntur esse præsentes in esse cognito: Datur etiam objectiva rerum præsentia apud Deum prior illa, videlicet in esse cognoscibili. Hanc autem dis-

simul et Suarez, nec injuria; nam si quærat quomodo res natura sua merè possibiles fiant futuræ, congruens ad hanc quæstionem responsio rectà nos ducit ad agnoscendum rerum omnium præsentiam in esse volito apud Deum, priusquam præsentia sint in esse cognito. Veruntamen ista rerum apud Deum præsentia nihil facit ad palatum Suarezii, scientiæ mediæ assertionis strenui. Vides tamen annon hoc agnoverit Augustinus ubi profitetur in Dei dispositione jam tempora facta esse: & Enchirid. 95. Non aliquid fit nisi omnipotens fieri velit; quicquid autem vult Deus, ab æterno illud voluit. Etiam quod ait Gregorius: *Ante Dei conspectum nec transire futura nec venire*, commodius exponi non potest, quam dicendo Deum videre omnia tam futura & præterita quam præsentia in esse volito. Nam videre aliquid in esse volito pro certo tempore, est videre & futurum esse & præsens & præteritum pro certo tempore. Atque hoc modo omnia sunt Deo præsentia secundum Boetium. Atque hunc ipsissimum in modum Boetium interpretatus est doctissimus fere retro annis Thomas de Bradwardina libro 1. capite 16. pag. 213. *Quare (inquit) & Deus non proprie dicitur habere præscientiam futurorum, sed magis præsentium scientiam quia omnia futura sunt ei præsentia. & idem dicit Anselmus de incarn. 7. & Boet. 5. de consol. Philosophiæ, prosa sexta, quod videtur non posse intelligi aliter, nisi Deus per hoc sciat omnia futura quia sunt ei præsentia, id est per suam insuperabilem & immutabilem voluntatem, præsentialiter determinata, & decreta constitutionaliter ut sunt futura.* & prout idealiter non prius præscit futura quam existant apud Deum in esse volito, non aliter etiam ea Deus quam prout apud ipsum Deum existunt in esse volito. Licet & esse volitum eorum & esse cognitum prius sit esse ipsorum actuali in proprio, nulla opus hac exaggeratione aut loquendi pleonasmo exaggerativa, ad quam tamquam ad sacram anchoram confugiamus, quando dicta Patrum vindicemus. Astrologus aliter videt eclipsim futuram, aliter existentem: non modo ex parte rei visæ, sed ex parte videntis; at Deum ex parte videntis aliter & aliter non videt unumquodque, licet aliter atque aliter videat ex parte rei visæ, hoc est non aliter atque aliter videt, sed eodem modo videt rem visam aliter atque aliter se habere: nempe heri forsitan viderat futuram, hodie præsentem videt, cras videbit futuram; quæ tamen visiones sunt una Dei visio simplicissima qua videt res singulas apud seipsum in esse volito, pro certis suis temporibus.

Suarez. *Tandem hanc eandem etiam existimo sententiam D. Thomæ, primo quia nullibi talem circumstantiam explicuit, sed semper declarat per ordinem ad divinum intuitum, sic enim 1. p. quæst. 14. art. 13. scribit*, omnia quæ sunt in tempore, sunt Deo præsentia ab æterno, quia ejus intuitus fertur supra omnia prout sunt in sua præsentialitate, *& in se*, contingentia infallibiliter à Deo cognoscuntur in quantum subduntur divino conspectui secundum præsentialitatem suam. *Et idem colligere licet ex solutionibus argumentorum præsertim ad secundum, & in art. 9 ubi dicit, scientiam quâ Deus novit quæ futura sunt in aliqua differentia temporis, vocari scientiam visionis*, quia cum æternitate mensuratur, quæ sine successione existens totum tempus comprehendit, præsens intuitus Dei fertur ad omne tempus & in omnia quæ sunt in quocumque tempore, sicut in subjecta sibi præsentialiter. *Vbi non dicit sunt in existentia futuri, sed sicut in subjecta sibi præsentialiter*, quia ejus intuitus (ait) habet hanc vim attingendi, & sub aspectu di sibi omnia tempora. *Optimus locus est quæst. 16. art. 7. Vbi inquirit an veritates creatæ sint æternæ: & respondet esse æternas solum prout sunt objective in intellectu divino*, & si nullus, inquit, intellectus esset æternus, nulla veritas creata esset æterna. *Et in solutione ad tertium extendit hanc doctrinam ad veritates contingentes. & quæst. 10. art. 2. ad 2. dicit creaturas ab æterno non fuisse nisi in Deo tamen per hoc quod in Deo fuerunt ab æterno cognovit ab ipso in propriis naturis. & quæst. 57 articulo 3.* Sic ait. In se ipsis quidem futura cognosci non possunt, nisi à Deo cui etiam sunt præsentia, dum in cursu rerum sunt futura in quantum ejus æternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum *ut supra dixerat quæst. 57. art. 3. Idem in 1. distinct. 38. quæst. unica art. 4. Et ita intelligunt Thomam Herveus, Capreolus, Bisbolius & Sylvester locis citatis. Duo vero hic supersunt explicanda. Primum, quid sit hæc præsentia ab æterno futurorum, quomodo ad scientiam futurorum deserviat. Utrum quæ vera hic & communiter assenderunt sequenti capite, in qua magis declarabitur mens & assensum Thomæ in illo articulo 13.*

Respondet Alvarez Thomam docere quidem *futura contingentia esse præsentia Deo objective in æternitate*, non tamen negare in aliis locis esse præsentia secundum propriam existentiam, quin potius expressè id asseruisse in aliis locis supra indicatis, & quodlibet 11. art. 3. ad 3. Primum locum à Suaresio productum Alvarez videtur agnoscere, de solo tantum præsentiam objectivam. Secundum locum à Suaresio productum videtur eidem adversari, nempe præsentiam rerum præsentiam apud Deum, per quam infallibiliter à Deo cognoscuntur, & secundum Aquinatem non potest contingens infallibiliter cognosci nisi quatenus determinatum ad unum, quod quidem fit per ejusdem præsentialitatem; sic enim disserit Thomas 1. part. quæst. 14. art. 13. in Corp. *Contingens (inquit) potest dupliciter considerari, uno modo, in seipso secundum quod actu est, & sic non consideratur ut futurum sed ut præsens, neque ad utrumlibet contingens sed ut determinatum ad unum, & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, utpote sensui visus sicut cum video Socratem sedere. Alio modo potest considerari contingens ut est in sua causa, & sic consideratur ut futurum, & ut contingens nondum determinatum ad unum, quia causa contingens se habet ad opposita: & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Unde quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet nisi conjecturalem cognitionem.* Ergo secundum Aquinatem datur præsentia rerum apud Deum secundum determinationem ad unum, priusquam alioquin fiant ut à Deo cognoscantur infallibiliter. Sed & locum priorem non patent Alvarez exponi de præsentia tantum objectiva, uti videre est apud eundem disp. 8. citat., ubi hanc interpretationem sibi diluendam proponit. Addit Suar. idem colligere licere ex solutionibus argumentorum præsertim ad secundum. At æquum fuit ut collectiones suas

[illegible] et parte [illegible] communicatam praesentiam [illegible] plus satis conticere collectiones illas poterant [illegible] Capreolum, Cajetanum, Ferrariensem, Alvarem, Navarretum. Vult etiam ex articulo nono [illegible] colligi; Ubi (inquit) de scientia qua Deus videt quae futura sunt [illegible] differentia temporis [illegible] scientiam [illegible] quae cum aeternitate mensuratur, quae sine successione existens totum tempus comprehendit; praesens [illegible] Dei fertur ad totum tempus, & ad omnia quae sunt in quocumque tempore, sicut ad subjecta sibi praesentialiter. Ubi (inquit) non dicit sicut in coexistentia sibi realiter, sed sicut in subjecta sibi praesentialiter: quia ejus intuitus (inquit) habet hanc vim attingendi & subjiciendi sibi omnia tempora. At inquam illa potius facit pro sententia Dominicanorum, quam pro sententia vestra; etsi enim non dicat, quod intuitus Dei feratur in omnia tanquam in coexistentia [illegible], Sic enim si dixisset, procul nullus esset locus dubitandi de sententia Aquinatis; dicit tamen ut intuitum ejus ferri in omnia tanquam in subjecta sibi praesentialiter: manifestum est prius Deo subjecta esse praesentialiter, quam intuitus Dei feratur in ea; ergo vel in esse volito necesse est ut praesentialiter Deo subjecta sint vel in esse reali. Tibi vero non placet prius Deo subjecta esse praesentialiter in esse volito, superest igitur, ut Deo subjecta esse fatearis idque praesentialiter in esse reali. Quod & ulterius evincitur, ut haec ipsa sententia, saltem per differentiam tuam [illegible] minime stat, quo [illegible] evincatur; [illegible] omnia Deo subjecta esse praesentialiter quia aeternitas sine successione totum tempus comprehendit. At inquam aeternitas Dei ab aeterno Deo praesens erat realiter, ergo & omne tempus & per consequens omnia quae in tempore peraguntur, praesentia erant Deo realiter ab aeterno. Nam quo modo tempus est praesens Deo, eodem modo procul dubio praesens est Deo quidquid tempore comprehenditur. Verum optimum locum esse (ait) q. 16. art. 7. [illegible] veritatis creatae, sit aeterna, & respondet esse aeternas [illegible] prout sunt objective in intellectu divino: & si [illegible] (inquit) intellectus esset aeternus, nulla veritas creata esset aeterna. Ad hoc jam responsum est à Navarretto [illegible] (inquit) quod quamvis [illegible] veritates creatae sint realiter praesentes in aeternitate, dicuntur praesentes secundum esse objectivum in intellectu divino: quia veritas etiam praesens habet [illegible] veritatis formaliter secundum quod est objective in intellectu. [illegible] Thom. [illegible] [illegible] (inquit) veritates cum aliis rebus in modo existendi in aeternitate realiter, differunt vero in modo proprio [illegible] objective. Unde (inquit) concedimus, quod [illegible] dicuntur mensurata aeternitate in esse divino, & non dicuntur [illegible] mensurata aeternitate, non [illegible] existere realiter in aeternitate secundum propriam formalitatem. [illegible] res quae formaliter non dicuntur [illegible], quia habent esse objectivum in intellectu, [illegible] realiter in aeternitate quae mensuratur divinam [illegible]. Et cum in eo essem, ut Navarretto refutationem opponerem, nulla ratione Suaresiana, quae nullius pretii visa est; hoc ergo ut aliunde argumentum [illegible] restaurarem, idque ex Aquinate. Imo Suarius ipse infra cap. 8. num. 2. agnoscit Aquinatem eo loci agere de veritate formaliter considerata, Quae ex q. 10. art. 2. ad 2. promit, ipsi Suaresio non tam [illegible], quam obsunt, etenim introducunt praesentiam rerum omnium apud Deum, per quam eas cognoscat, quod locum habere non potest de praesentia rerum in esse cognito; sic enim si sensisset, nequaquam causam reddidisset, sed in manifestam tautologiam sese induisset. Cum autem ex q. 57. art. 4. Aquinatem repraesentat in haec verba: *In [illegible] quidem futura cognosci non possunt, nisi à Deo cui etiam sunt praesentia dum in cursu rerum sunt futura, in quantum ejus aeternus intuitus simul fertur super totum temporis cursum.* Vide quaeso quid tecum contendit Navarretum. *Et mirum certe est, quod Suarez, addat et pro se Thom. q. 57. art. 4. [illegible] &c. Nam quid clarius dici poterat pro nostra sententia? Quid enim est Deum cognoscere futura [illegible], quam quod actualiter terminatur ejus scientia ad talia futura in se, & non solum in verbo, vel in intellectu divino. Quando vero subdit divus, In quantum ejus aeternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum, aliud in quantum non dicit conditionem [illegible], sed declarat rationem notitiae intuitivae. Itaque non denotat rationem existendi formaliter in aeternitate, neque sumitur reduplicative in ordine ad aeternitatem, sed [illegible], etiamsi denotet formalitatem cognitionis intuitivae.* Esse vero ita intellexerint Thomam Hervaeus, Aegidius, Hispalensis, addo his Ferrariensem [illegible] quendam Thomistarum tenere non [illegible] esse praesentia Deo in aeternitate, in esse objectivo, quia videlicet ab aeterno cognoscuntur à Deo non autem secundum eandem coexistentiam esse [illegible], ad esse divinum: in 1. cont. Gent. cap. 66. [illegible] Capreolum [illegible] suam quia pro veritatis est interpretationem textus Aquinatis in hunc sensum, sic eum [illegible]. *De his autem nihil [illegible] asserere, quae praestiti, sed videtur mihi fuisse illa mens S. Thomae.* Denique Cajetanum profitetur, *locum istum ab adversantibus judicari plenum contradictionis & erroris; à sequentibus autem doctrinam Thomae reputari adeo obscurum ut neminem hactenus vidisse sive [illegible] [illegible] assertum certa[illegible]*; Ipsum etiam Cajetanum, jam annis forte quindecim [illegible]. Sed quid dicta à Suaresio praestari potuisset, in eo eramus ut expectaremus.

Fundamenta alterius opinionis ex dictis expedita sunt. Nam dicta Sanctorum solum probant in aeternitate Dei non esse intrinsecam successionem. Ex quo recte sequitur, res omnes quamdiu existunt [illegible] coexistere; non tamen inde sequitur semper eis coexistere, quia nulla res est quae totaliter & adaequate illi coexistit. Ac propterea etiam non recte asseritur res omnes ab aeterno coexistere Deo etiam in aeternitate, cum non semper in illa existunt, aut [illegible], illi coexistunt. Unde etiam fit, nihil repugnare divinae aeternitati & ejus permanentiae, ut successive rebus creatis coexistat, quatenus illa successive existunt: quia haec successio non est intrinseca in Deo, sed denominatio extrinseca, [illegible] quam negare non possunt Cajetanus & alii, quatenus secundum propriam temporis durationem fatentur, non semper neque simul coexistere Deo res omnes creatas: ergo secundum eam [illegible] [illegible] coexistunt successive, praeter hanc vero non

dare etiam satis ut opinor ostensum est. 2. Ad alteram vero partem fatemur quidem si daretur talis praesentia realis creaturarum, illam ex parte objecti esse sufficientem rationem seu conditionem ut ab intellectu habente sufficientem vim cognoscendi, videri possint; tamen quia haec praesentia intelligi non potest, antequam in sua duratione existat, ideo negamus rationem illam sic intellectam esse sufficientem, imo & esse possibilem. Unde a fortiori negamus esse necessariam. Nec Thom. & alii Patres in hoc sensu locuti sunt, ut ostendimus. Nec vero hinc sequitur, Deum aliter scire rem ab aeterno, seu antequam sit & illa existat, quia ut supra dicebamus, haec scientia Dei ab aeterno est intuitiva, quae perfectissime repraesentat rem secundum omnes conditiones existentiae ejus, neque aliquid amplius in ea videt quando existit, quam antea, neque alio modo ex parte sua, quia eadem claritate & perspicuitate semper videt, sed ex parte rei videt eam aliter se habere & sub alio respectu ad hoc vel illud tempus. At vero per denominationem quandam extrinsecam possit hoc modo scientia Dei ratione a nobis distingui in scientiam futurorum & praesentium non multum refert, quia quaestio solum esse videtur de nomine. Gabriel tamen in 1. dist. 39. videtur id insinuare cum cognitionem hanc distinguit in scientiam & praescientiam: eadem vero ratione addere debet memoriam, quae sit scientia praeteritorum; nam eadem est de illa ratio. Alii vero Doctores communiter non ita distinguunt, nec videtur necessarium, quia illa tria solum distinguuntur a nobis, quando aliquo modo variatur cognitio propter alium respectum, aut in objecto aliquid mutatur vel additur, quod saltem secundum rationem intelligitur addi in scientia, quo modo distinguimus in Deo scientiam futurorum a scientia praesentium. At vero per scientiam rei praesentis nihil additur etiam secundum rationem scientiae rei futurae, sed eadem res cum diverso respectu significatur. Illae ergo denominationes pertinent magis ad objecta ipsa quam ad scientiae distinctionem. Caetera ex dicendis duobus capitibus sequentibus dissoluta relinquentur.

Bradw. Ad dicta Patrum quod attinet, jam ostendi ex Bradwardino, ea procedere, propter praesentiam rerum omnium apud Deum in esse volito, quod & ratio manifesta eaque indissolubilis confirmat, nempe non alio modo fieri potuisse ut res natura sua tantum possibiles transirent in conditionem rerum futurarum idque ab aeterno, quam per divinae voluntatis determinationem. Certè quicquid coexistit aeternitati, coexistit ei toti, non parti, neque enim partes habet aeternitas: sed non coexistit ei toti quatenus totū aeternitatis in eo consistit ut sit sine principio & fine fini: sic enim distinguentem possis agnoscere Durandum. Distinctionem hanc jam de rerum coexistentia aeternitati, toti quidem sed non totaliter & adaequate ja ventilavimus, & in nihilum evanescere fecimus. Procul dubio res omnes coexistebant Deo non quidem realiter, sed intentionaliter; idque non tantum in esse cognito sed & in esse cognoscibili, nimirum in esse volito. Ad coexistentiam vero realiter quod attinet, si non nisi tua ista distinctione de coexistentia quidem aeternitati toti, sed non totaliter & adaequate, ponere possis obex coexistentiae rerum ab aeterno, idque realiter, cur aliquis obex eidem ponatur equidem non vides. Probe tamen distinguis (meo judicio, quicquid in adversum obstrepant Dominicani) inter existentiam Dei & ejusdem coexistentiam rebus creatis, dum hanc successivam esse putas, quippe cum sola sit extrinseca denominatio, non autem ipsa existentia.

11. Certè si res existerent realiter in aeternitate, realis illa earundem existentia in aeternitate cognoscibilis esset, etiam in tempore futura, hoc ipso cognoscerentur, si modo quicquid existit in aeternitate aliquando exstiturum sit in tempore; verum qua demum differentia temporis existeret, quomodo cognoscibilis esset res aliqua, nondum hinc manifestum fit. Deum non aliter videre res antequam fiant aut postquam esse desierint, quam dum existunt, certissimum ex parte ipsius videntis, licet ex parte rerum visarum aliter atque aliter; verum quomodo hoc fiat ex sua sententia nondum explicat Suarezius. Nos dicimus Deum dum videt omnia apud se in esse volito pro certa temporum differentia, hoc ipso videre & futura esse, donec tempus illud advenerit, & praesentia cum primum tempus illud advenerit, & praeterita postquam tempus illud elapsum fuerit. Eadem (inquit) ratione, qua Gregorius distinguit cognitionem in scientiam & praescientiam, addere debet memoriam quae sit scientia praeteritorum, nam eadem est de illa ratio. Agnosco eandem esse rationem. Sed & Augustinum tribuisse Deo memoriam praeteritorum ignorare non debuerat Suarezius. Nec tamen necessarium esse arbitror ut sic distinguamus. Nec tamen solum sic distinguunt Sancti, quando aliquo modo variatur cognitio, propter alium respectum; hoc enim si verum esset, nequaquam tribuerent Deo memoriam, quemadmodum & sacra Scriptura tribuit non semel.

CAPUT

CAPVT OCTAVVM.

Quo tandem modo cognoscet Deus futura contingentia.

IN omnibus divinis rebus difficilius est cognoscere quomodo sint, quam quomodo non sint. Et ideo rejectis modis quibus non satis cognoscuntur hæc futura, adhuc superest quod difficilius est; ut si fieri potest declaremus modum quo cognoscuntur. Ratio autem difficultatis satis colligitur ex dictis, quia neq; in alio neq; in seipsis videntur posse cognosci, quomodo ergo cognoscentur? propter quam difficultatem, ut supra dicebam, fere omnes Nominales dicunt, fide quidem nos certo scire Deum hæc cognoscere: impossibile tamen esse intellectui humano declarare modum quo illa cognoscit. Ita Okam in 1. d. 38. q. 1. Gabr. q. 1. art. 2. post secundam conclusionem. Greg. quæ. 2. art. 2. fere idem dicit Corduba supra dicta q. 55. dub. 10.

II. Nihilominus dicendum est, Deum cognoscere hæc futura solum per simplicem intuitum veritatis vel rei quæ futura est in sua temporis differentia, & prout in illa futura est, & secundum omnes conditiones existentiæ quas in illa est habitura. Ita docent ijdem omnes Auctores. Nam licet dicant non posse à nobis declarari quo modo fiat hic intuitus, quod verum est, quia res divinas, prout in se sunt, concipere non possumus, non tamen negant posse à nobis intelligi hunc modum intuitionis esse possibilem: & assignant aliquo modo sufficientia principia ejus. Scotus etiam quem supra citavi ca. 5. supposita determinatione voluntatis divinæ hunc modum admittit, qui frequentius Theologis nostri temporis placet, & mihi etiam semper placuit: non est tamen à novis Theologis excogitatus ut quidam objiciunt, sed antiquorum est Theologorum quos retulimus. Imo & D. Thomas & alij qui hoc declarant per præsentiam & simplicem intuitionem, nihil aliud intendere potuerunt, cum ostensum sit, eos non loqui de præsentia, secundum existentiam realem, qua seclusa, non potest alius præsentiæ modus excogitari.

III. Primum igitur hunc modum impossibilem non esse probo, quia nulla potest ostendi repugnantia quam involvat. Secundo, quia res non solum præsens, sed etiam præterita potest in seipsa directe videri & cognosci, quia sicut res præsens est determinata ad unum, ita res quæ semel fuit. Unde veritas quæ de illa enuntiatur jam est determinata & necessaria; & ideo censetur in se & per se cognoscibilis simplici intuitu: ergo idem erit de veritate futura, quam supra ostendimus esse jam determinatam ad unum. Tertio, quia unumquodque eo modo quo est, est de se cognoscibile, si ex parte cognoscentis non desit virtus: sed sicut res possibilis præsens & præterita intelligitur habere suam propriam habitudinem ad esse secundum quam est cognoscibilis: ita etiam & res futura ratione cujus veritas de futuro semper determinata est. Ergo totum hoc quantum est ex parte objecti, est aliquid cognoscibile: sed in Deo non potest deesse virtus cognoscendi: ergo hinc satis intelligimus hunc modum cognitionis non esse impossibilem.

Expos. NOn tam facile possumus vera invenire quam falsa convincere. Sic Orator; nihil isto verius in divinis, Thom. 1. cont. Gent. cap. 14. *In consideratione* (inquit) *divinæ substantiæ præcipue utendum est via remotionis: nam divina substantia omnem formam quam intellectus noster attingit sua immensitate excedit, & sic ipsam apprehendere non possumus cognoscendo quid est, sed aliqualem ejus notitiam habemus cognoscendo quid non est, tantoque ejus notitiæ magis appropinquamus, quanto plura per intellectum nostrum ab eo poterimus removere.* Veruntamen de modo quo Deus cognoscit futura contingentia, longe alia res est. Etenim si quæstio instituatur, utrum Deus extra se progrediatur cognoscendo aliquid, aut in seipso videat omnia quæcunq; videt. Extra controversiam est inter Scholasticos. *Deum seipsum videre in seipso quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem esse videre non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipsa.* Quum autem quæritur, quomodo Deus cognoscat futura contingentia, hic sedit universa difficultas, quomodo scilicet fiat ut res natura sua mere possibiles & contingentes, hoc est tam ad non futuritionem quam ad futuritionem indifferentes, & consequenter cognoscibiles duntaxat in genere possibilium, quomodo inquam evadant futuræ, [illegible] quæcunque cognoscibiles fiant non tantum in genere possibilium, sed in genere futurorum: ad quam quidem difficultatem è medio tollendam quæstionemq; super hoc apice decidendam facilis aditus aperitur, modo sola veritatis desiderio non autem partium studio procedamus. Nam cum in confesso sit, rem natura sua indifferentem tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, non posse ad futuritionem determinari sine causa aliqua extrinsecus accedente; necesse est ut hujus determinationis causa sit aut ipse Deus aut aliquid extra Deum. Sed rursus quandoquidem ea quæ futura sunt ab æterno futura erant; nihil autem extra Deum extitit, quod determinationis ab æterno factæ causa fingi possit; quippe cum extra Deum nihil sit æternum, & per consequens nec causa esse possit determinationis alicujus ejusmodi quæ facta fuit ab æterno: superest

ut prædictæ determinationis causa sit ipse Deus, sive aliquid intra Deum ipsum, puta vel essentia ipsius, vel scientia, vel voluntas, è quibus una voluntas per liberam ipsius determinationem idonea reperitur, quæ res ab æterno migrare faciat ex conditione merè possibilium in conditionem rerum futurarum. Verum quotquot veritatem non sectantur, sed studia partium suarum, illis imprimis opus est, ut apicem vel maxime controversiarum dissimulent, ne vel invitos perstringat eos veritatis irradiatio. Itaque quæstione ipsa perperam instituta, hoc agunt ut veritati nebulas offundant, ne conspiciatur. Nihil isto solennius Jesuitis nostris. Quippe magnam præfert Suarez difficultatem investigandi quomodo Deus cognoscit futura contingentia; cum tamen posito quod sint cognoscibilia in genere futurorum, cur magis anxiè solliciti essemus quomodo Deus qui omnisciens est, sciat quicquid est scibile; quàm quomodo Deus qui omnipotens est præstare possit quicquid est possibile. Fingit autē Suarez rationem difficultatis satis colligi ex dictis, quia (scilicet) neque in alio neque in seipsis videntur posse cognosci. Cum tamen tanta controversiam ponat Aquinas, repugnante quod sciam nemine, alia omnia à Deo, nequaquam à Deo cognosci in seipsis, sed à Deo cognosci in seipso, posito nimirum quod sint cognoscibilia. Verum quomodo ea quæ dicimus futura evaserint futura, idque ab æterno (quippe quæ cum natura sua non magis ad futuritionem propendeant quam ad non futuritionem) consequenterque cognoscibilia etiam in genere futurorum hoc fateor vel solus *dignus vindice nodus*. Pergit tamen Suarez in exaggeranda ea quam fingit & quā ex parte fingit, difficultate, nempe propter hanc difficultatem fere omnes Nominales dicere fide quidē nos certò scire, Deum hæc cognoscere, impossibile tamen esse intellectui humano declarare, modū quo illa cognoscit. Nempe à Scoto discedunt illi, purissime Deum cognoscere futura contingentia in determinatione suæ voluntatis. Verum quàm superficiariis rationibus ii hoc fecerint, jam adversus Vasquesium dedi operam ut ostenderem. Et quidem fungum esse oportebat, quisquis crederet impossibile esse assequi quicquid non assequuti sunt Nominales illi. Nec tamen ita se gerunt Nominales quemadmodum scenæ suæ serviens tribuit illis Suarezius ut c. 5. hujus libri manifestum feci.

11. Jam tandem devenimus ad splendidam difficultatis illius solutionem Suarezianam, paucissimis expeditam; nempe *Deum cognoscere hæc futura solum per simplicem intuitum veritatis, vel res quæ futura est in sua temporis differentia*. Enimvero æquissimum est ut electā rationem tam momentosam, tam expeditam tanto labore, tanta sollicitudine, tanta animi contentione quæsitam, tanti quanti fieri meretur, faciamus. Sic enim haud infrequenter fit, ut

Parturiunt montes, nascitur ridiculus mus.

Capite tertio, postquam monuisset hujus Mysterii enucleationem Nominalibus desperatam esse, mox subjicit. *Quamvis verum sit, non posse nos exactè mysterium hoc intelligere, aut explicare quod modum ejus; nihilominus aliquam ejus rationem assignari posse.* Et jam tandem postquam [illegible] satis asserendum putat quæ non sit, tunc demum quæ sit illa ratio tandem liberaliter nobis communicat sive paucissimis exhibeatur. At verò tantam ipsius ingenuitatem appello. An vel ipsi Nominales unquam dubitarunt utrum Deus cognosceret illa futura contingentia; aut dum hoc explicare professi sunt, non simpliciter ut Deum per simplicem intuitum veritatis rem quæ futura est, in sua temporis differentia illam cognoscere vel negarent, vel tanquam rem extra controversiam positam non agnoscerent? Quod si cognitionem futurorum à determinatione divinæ voluntatis arcessendam putarent, alii ab actuali rerum in æternitate existentia, alii ab ipsa cognitionis arcana quæsitum adducens recurrerent; alii in causarum omnium secundarum ad effectum concurrentium prædicentium concursuum, complexione seu determinatione acquirendam sibi putarent; & quia horum omnium quamcunque in hujus mysterii investigatione viam sequendam judicarunt, non tamen Deum illa cognoscere *per simplicem intuitum veritatis, vel res quæ futura est in sua temporis differentia* libenter agnoscerent? Etenim omnes fatentur unanimiter, scientiam tam futurorum quàm præsentium esse scientiam visionis & intuitivam Dei, quæ ubique simplicissima est, quam tamen sibi nequaquam acquiescendam esse putarunt; sed porro quærendum quomodo res natura sua merè contingens, apta sit & idonea ad determinatam divinam cognitionem in genere futuri potius quā in genere non futuri; quippe cum sibi constet, rem ipsam contingentem in natura sua non magis futuram esse, quam non futuram. *Ita docent* (inquit) *plurimi auctores, & hoc est Nominalium. Nam licet dicant non posse à nobis declarari, quo modo fiat hæc intuitio, quod verum est; quia res divinas, prout in se sunt concipere non possumus: non tamen negant posse à nobis intelligi hanc notitiam intuitivam esse possibilem & assignari aliquo modo posse sufficientia principia ejus.* Quare licet in ca. 58. vides fallet Suarez ab analogia rationum divertere: hic tamen Nominales laudat, tanquam in hoc mysterio enucleando sibi præeuntes. Et sane pridem apud Petrum Hurtadium de Mendoza, quanto in pretio apud Jesuitas sint Nominales animadverti. Sed operæpretium fuerit sententiam hac de re Gabrielis repræsentare, in 1. dist. 38. q. 1. art. 2. in resp. ad dub. 3. *Deus*, (inquit) *non cognoscit aliquid per aliud quasi per medium; nec propria essentia repræsentat cognita quasi species, nec primo cognoscit essentiam suam, & per illam quasi per cognitum mediatum cognoscit res alias, sicut beati cognoscunt creaturas relucentes in essentia, cognitam tamen in verbo: Sed, ut supra tactum fuit in recitatione opinionis Okam. Deus est essentia divina & natura intuitiva immediate omnium rerum actualium & possibilium, & judicium verissimum ac evidentissimum omnium veritatum contingentium & necessariarum & actuum particularium existentium & non existentium.* Postpone procœlium istis, quæ tamen prudens aliquis ne teruntio quidem redimeret. Sed & proclus abhiduntur ipsa exacte proposito. An intuitio divina quicquam differat ab essentia divina proclus non quæritur. Damus omnes nihil omnino quod accidentale sit, occurrere in es-

sentia

[illegible] divina? Nec quicquam ex iis nomine tenus Christus [illegible], an omnia vera cognoscantur à Deo. Nec [illegible] esse etiam divinam esse aut speciem, aut medium [illegible] cognitum per quod cognoscat cætera. Tandem quæritur, quomodo quæ sunt [illegible] contingentia, sint cognoscibilia in genere futurorum. Dantur esse cognoscibilia in genere possibilium [illegible] rerum natura sua non sint, cognoscibilia in genere futurorum [illegible] omni contingentia natura sua non magis sint futura quam non futura. Quæ quidem ad futuritionem determinata sunt, aliqua causa est causa aliqua, per quam ad futuritionem determinantur. In hujusmodi verò causa repræsentatione [illegible] nobis est Scotus. Supponit ea esse futura, neque non distinxit quam declarat [illegible]; verum unde fiant ex possibilibus evadant futura, nullam penitus aperte mentionem [illegible] explicat. Addit, tandem, supposita determinatione voluntatis divinæ, hunc modum admittere. Nempe posita divinæ voluntatis determinatione, cum res contingentes, quæ antea esse poterit quomodo dignoscet Deus, utrum res aliqua contingens futura sit, an secus? Quid enim sine propriæ determinationis nequaquam cognoscitur Deus? Animadversione dignissimum est, quod hic Scotus [illegible] profitetur habemus modum hunc (scil. cognoscendi futura apud Deum) à Scoto præsentatum, frequentius Theologis nostri temporis placere, nempe res contingentes ex parte possibilibus evadere futuras aut non futuras, nonnisi per divinæ voluntatis determinationem. Verum cum addit, *sibi etiam hunc modum semper placuisse*, videtur intelligendus, non tam de divinæ voluntatis determinatione, tanquam causa futuritionis rerum, quam de modo intuitivum futurorum divinæ supposita illa determinatione. Atqui, quam si hoc vult, Theologi illi, quibus tam sententiam frequenter placere dicit, aut Jesuitæ tantum sunt aut Scholastici, quos ferè solos pro Theologis habet Suarez. [illegible] modo quem præscit Suarez, futurorum *per simplicem intuitum veritatis, vel rei quæ futura est*. Ridicule, utique enim [illegible] significatur: Perinde enim est ac si diceret, Deum intueri futuritionem rerum, per simplicem intuitum futuritionis rerum, denique videre res futuras per simplicem visionem rerum futurarum. Et tamen soli Jesuitæ videantur obliviscere, cùm modum istum ab antiquis Theologis receptum esse, ipsi etiam Thomæ [illegible] probatum fuisse; Sed penes auctorem tantum hujus rei fides esto.

III. Certè modus continet repugnantiam, nisi fingendo modum intuendi futura, ubi nulla prorsus extant modi [illegible] vestigia, quippe qui hoc manifestâ absurditate enuntiari non potest. Nam Deum cognoscere futura per simplicem intuitum rerum futurarum, quid aliud est quam Deum cognoscere futura per simplicem cognitionem futurorum; cum cognitio futurorum sit cognitio visionis, perinde est, ac si diceretur, Deum videre futura per visionem futurorum. Neque enim quisquam docet Deum cognoscere aliquid extra se, per medium, verum quodquod cognoscibile est, in genere præsentis, præteriti, aut futuri; illud simpliciter intueri. Possibilia quidem cognoscit per simplicem intelligentiam: futura vero præsentia, & præterita cognoscit per visionem sive intuitionem. Verum tamen hoc est discrimen inter præsentia & præterita ex parte una & futura ex parte altera; quod scilicet præsentia determinata sunt ad unum per causas secundas, atque hoc ipso dum desinunt esse, fiunt præterita. Atqui futura determinationem in suum esse sortiri non possunt à causis secundis, quippe cum ab æterno facta sint futura, ab æterno inquam, ex rebus mere possibilibus (qualia sunt natura sua) transeuntia in conditionem rerum futurarum, sive ad suam eorum determinationem. Hujus autem transitus sive migrationis ab æterno factæ, causa rejici non potest in aliquid extra Deum: quia cum nihil extra Deum fuerit æternum, transitus alicujus ab æterno facti causa esse non potest. Superest igitur ut in Deum solum illius migrationis causa rejiciatur. Quæ non est eadem ratio de veritate rei futuræ, & de veritate rei præsentis, aut præteritæ. Ad tertium respondemus, concedendo *unumquodque, eo modo quo est, esse etiam cognoscibile, si ex parte cognoscentis non deficiat virtus*. Itaque concedimus rem futuram habere suam etiam propriam habitudinem ad esse, secundùm quam cognoscibile est. Verum si quæris, unde res illa contingens (quam futuram vocas) habeat suam futuritionem, facile videbis, unde simul habeat suam cognoscibilitatem in genere futuri: nempe non aliunde quam ex determinatione voluntatis divinæ; cujus rei, prout egregium dissimulatorem decet, rationem nullam habes, licet in hoc apex vel maximè vigeat præsens controversia: etiam hinc emergat luculentissima totius præsentis controversiæ decisio. Nam futura cognosci à Deo in voluntatis suæ determinatione, non aliud est, quam futura nimirum à divinæ voluntatis determinatione sortiri quod futura sint, & per consequens, quod cognoscibilia sint in genere futurorum.

2. Atque hinc ulterius explicatur à nobis aliquo modo [illegible] infinita perfectio hujus cognitionis, quæ ex duplici parte possunt requiri. Primò ex parte cognoscentis, & [illegible] quia Deo sola essentia ipsius est sufficiens ratio cujuscunque cognoscibilis possibilis, tam per modum speciei, quàm per modum potentiæ vel actus, si absolute fuerit parte objecti necessaria concurrere, tum in virtute & efficacitate intelligendi sit simpliciter infinita. Et ex hoc ipso sequitur etiam maxima certitudo, & infallibilitas in illa scientia, quia cum sit per se infinita, per se etiam tendit in verum, [illegible] Aliud ergo requiri est [illegible] objectum ex quo est tota difficultas, quia cum nihil sit ab æterno extra [illegible], non apparet quomodo possit esse in se & in se visibile, aut quomodo [illegible] ab æterna vero cognitione [illegible] de futuro, aut quomodo [illegible] nihil reale sit. [illegible]

Propter quod dicunt aliqui, ad hanc cognitionem non esse necessariam proportionem, seu commensurationem inter scientiam & objectum, quia [illegible] est certa ex objecti certitudine [illegible] sed solum ex eminentia & perfectione divini intellectus qui paratus est certissimè cognoscere hæc objecta, quantum ipsa sunt cognoscibilia. Illa vero [illegible] sunt ab æterno, [illegible] & consequenter ex parte [illegible]

ipsorum

psorum nulla ratio talis scientiae dari potest. Nihilominus tamen Deus infinita vi sua illa cognoscit, & quasi vincit illam difficultatem. Sed hoc intelligibile dictum involvit, ut videtur, repugnantiam, quia sicut divina potentia non potest facere id quod de se non est factibile, ita nec scientia divina scire id, quod ex se scibile non est, neq; certum judicium ferre de eo, quod ex se omnino incertum est. Nam neq; scientia potest ferri extra suum objectum, neq; potest suo modo non commensurari ejus certitudini & infallibilitate, quia requirit adaequationem. Et ideo D. Thom. saepe dicit scientiam non posse esse necessariam nisi objectum sub aliqua ratione, qua attingitur, veritatem habeat; & hoc modo dici potest requiri ex parte objecti certitudinem objectivam, id est, talem modum veritatis qui aptus sit ut certum & infallibile judicium feratur, quod sane habet omnis veritas hoc ipso quod veritas determinata est.

5. Distinguenda ergo est in objecto duplex habitudo, una est principii, altera quasi termini. Priori modo est verum non esse in objectis divinae scientiae inquirendam entitatem, seu realitatem per quam possit esse principium talis scientiae; quia scientia Dei non sumitur ab his objectis, praesertim quia hoc est objectum secundarium, respectu absolutae scientiae secundum se, & ita quoad hoc cessat difficultas. Posteriori autem modo possunt futura contingentia terminare divinam scientiam, etiamsi ab aeterno non habeant existentiam realem, nec coexistentiam aeternam ad Deum, sed tantum pro suo tempore: quia hoc terminare non est aliquid reale intrinsecum in objecto determinante scientiam, sed est denominatio extrinseca proveniens ab ipsa scientia. Unde si aliqua scientia ipsa ex se haberet sufficientem vim attingendi infallibiliter tale objectum, potest terminari ad illud, etiamsi in illo nulla sit actualis entitas seu existentia per quam terminet talem actum. Et hoc recte explicatur exemplo absolutae scientiae rerum praeteritarum, ut sic. Nam etiam praeteritum ut praeteritum nullam existentiam vel entitatem actu habet respectu alicujus temporis, pro quo praeteritum dicitur. Item de re possibili, de qua supra diximus, terminare etiam cognitionem seu scientiam, cum tamen secundum eum statum non habeat in se propriam & actualem entitatem, sed in causa.

c. pass. Obiter advertit essentiam Dei à Suaresio statui sufficientem rationem cujuscunque cognitionis possibilis, tam per modum speciei, quam per modum potentiae vel actus. At Nominales negant, (praesertim verò Gabriel ut supra accepimus) essentiam Dei propriè repraesentare cognita quasi speciem; quos tamen in hac specie sequi se videri volebat. Sed & illa Gabrielis sententia, meo judicio, vera est: nempe essentiam Dei nequaquam repraesentare cognita tanquam speciem: Sed potius dicimus essentiam supplere locum speciei in cognitione rerum, hoc est, non opus habere specie ad ea repraesentanda, quae cognoscit Deus, sed per seipsum ad hoc abunde sufficere. Agnosco totam difficultatem esse ex parte objecti, non tamen quemadmodum Suarius proponit, qui totus est in exercendo histrionem. Nam & res possibilis perinde nihil est, atq; res futura, imo magis. Etenim res quatenus futura jam ex conditione rei merè possibilis transivit in conditionem rei ad futuritionem determinatae: Nec tamen hoc quicquam obstat, quo minus à Deo cognoscantur ea quae sunt possibilia. Modo cognoscibile sit aliquid, in quocunque genere cognoscibile sit, quantulamcunque existentiam habeat, sive realem sive intentionalem, hoc ipso quod cognoscibile est, conditionem habet sufficientem ut à Deo cognoscatur.

II. Quare si statuis aliquam proportionem inter rem cognoscendam, & divinam cognitionem, quaerenda non est; quid enim realitatis habet possibilitas, quam non habet futuritio? Imo plus realitatis habet futuritio quam possibilitas; quippe cum quando res futura sit possibilis, non autem è contra similiter, ut quicquid possibile est, sit etiam futurum. Verum tamen proportio quaerenda est, non quidem realitatis, sed ut ita dicam cognoscibilitatis sive in genere reali, sive in genere intentionali. Aequum enim est ut prius cognoscibile sit aliquid, in aliquo genere, sive in genere possibilis, sive in genere futuri, prius, quam à Deo cognoscatur. Imò fieri non potest ut à Deo quidlibet cognoscatur, sive in genere possibilis, sive in genere futuri, si aut possibile non sit, aut non sit futurum. Atque haec est ratio contingentium omnium, quae pro arbitrio dicitis futura, seclusa divinae voluntatis determinatione; quasi vero seclusa divinae voluntatis determinatione fieri possit, ut res natura sua merè possibilis transiret in conditionem rei futurae aliquid ab aeterno. Quare cum seclusa divina voluntate contingentia (quae futura vocatis) non magis sint futura quam non futura, sequitur à Deo non magis scibilia esse in genere futuri, quam in genere non futuri.

III. Certè in objectis scientiae divinae quaecunque (non modo in genere futuri, sed nec in genere praeteriti aut praesentis) non est inquirenda entitas per quam possit esse principium scientiae divinae; quia sc. scientia Dei non sumitur ab objectis. Possunt tamen terminare scientiam divinam objective, prorsus quod sint reverà aut praesentia aut praeterita, aut futura. At contingentia vestra, (quae futura dicitis & gratis hoc dicitis seclusa voluntate divina) sunt ad terminandam quidem scientiam divinam satis idonea: quippe cum, seclusa voluntate divina, non magis futura sint quam non futura. Etenim certissimum est non esse futura natura sua, sed duntaxat possibilia: nec fieri potest ut migrent in conditionem rerum futurarum sine causa; sed nec migrationis ab aeterno factae causa ulla sub imaginationem cadit extra Deum: quippe cum aeternum esse necesse sit, quod transitus alicujus ab aeterno facti causa esse statuitur. Libenter fateor nec existentiam nec coexistentiam realem ad terminandam divinam cognitionem requiri in apprehensione futuri, sufficit ad hoc & abunde sufficit existentia & coexistentia rei cognoscendae intentionalis apud Deum, nimirum in esse volito. Sin non existat apud Deum intentionaliter in esse volito nec cognoscibile quidem erit in genere futuri. Quid ni? cum nisi per voluntatem Dei fieri non possit, ut res natura sua merè possibilis transeat in conditionem rei futurae idq; ab aeterno. Siquidem futurum esset consequenterq; cognoscibile in genere futuri, procul dubio scientia divina ex se haberet sufficientem vim attingendi infallibiliter tale objectum. Verum cum cognoscibile non sit, quia

[illegible] expectaret in scientia divina quamquamcumque [illegible] illud attingeret. Quam expectaret ut Deus [illegible] illud quod cognoscibile non est? Alia [illegible] possibilium diversum praesentium & praeteritorum, alia denique & longe alia est ratio futurorum. Neque enim possibilia ulla opus habent ab [illegible] determinatione, per quam fiant possibilia. [illegible] praesentia quam habent, [illegible] determinatione per quam fiant praesentia; sed ad hujusmodi determinationem praestandam abunde sufficiunt causae secundae quae quidem postquam esse desierint, hoc ipso fiunt praeterita. At futura sicut determinatione indigent, qua fiant futura, quippe cum natura sua sint tantum possibilia; ita ista determinatio, cum ab aeterno facta sit, non est praestabilis ab aliqua causa secunda, sed [illegible] a causa prima; unde fit, ut seclusa divina voluntate, nulla sit eorundem ad futuritionem determinatio: & consequenter nec a Deo cognoscibilia sint in genere futurorum, ut exempla tua a rebus possibilibus & praeteritis petita in nullam omnino rei usum [illegible] inserviant.

Collectiones ex dictis in hoc capite.

Atque hinc intelligitur primo, quomodo illud esse quod effectus contingens habet vel habiturus est in suo tempore, etiamsi ab aeterno revera non sit ex parte objecti, possit esse sufficiens fundamentum, ut per aliquam scientiam aeternam & eminentissimam cognosci possit, & tam perfecte ab aeterno videri ac si jam esset; quia scilicet illud satis est, ut actus intuitionis ad illud terminari possit, si aliunde ex parte cognoscentis sit sufficiens virtus.

Certe ex parte cognoscentis Dei numquam non dicitur sufficiens ad virtus cognoscendum quicquid cognoscibile est; & proinde quicquid futurum est, consequenterque cognoscibile in genere futuri, necesse est ut a Deo cognoscatur. At esse illud quod *effectus contingentem habiturum esse dicis in suo tempore*, h. e. quod futurum vocas, revera non magis futurum est, quam non futurum: & proinde non magis a Deo cognoscibile est tanquam futurum, quam tanquam non futurum. Apparet enim ex sua natura esse ex natura sua, ut non magis futurum sit, quam non futurum, quippe cum sit mere possibile natura sua, nec magis ad futuritionem determinatum, quam ad non futuritionem. Nec ulla a te causa introducitur, unde fiat, ut ex conditione rei mere possibilis, migraverit in conditionem rei futurae, aut ad futuritionem determinatae. Sed nec ulla quidem fictione tolerabili praestari potest; ut, cum illa migratio ex conditione rei mere possibilis (qualia sunt omnia contingentia natura sua) in conditionem rei futurae facta sit ab aeterno, causa illius migrationis rejiciatur in aliquid extra Deum; quippe cum extra Deum nihil sit aeternum, & per consequens nec migrationis alicujus ab aeterno factae, causa esse possit.

Secundo intelligitur, quid tam sit veritas hujus fundamentaliter de futuro contingenti esse ab aeterno, & determinate veras. Et quidnam sit aeterna eorum veritas, cum ipsae res nunc nihil sint: proprie n. veritas illa, ut formaliter sumitur, est in intellectu divino, ut recte D. Thomas supra docuit, praesertim dist. q. 16. art. 7. & de veritate in communi significare Arist. 6. Metaph. Ex parte vero objectorum nihil aliud est hac veritas, quam aptitudo quaedam sive non repugnantia, ut intellectus habeat veritatem intelligendi sufficiente praeditus de tali objecto vere enuntiare, sive judicare; quae aptitudo realiter non est aliud, praeter ipsum esse quod res suo tempore est habitura, ratione cujus comparari potest ad prius tempus, & sic dicitur futurum ad subsequens, & sic potest appellari praeteritum; itaque veritas hac ex parte objecti fundamentalis appellari solet, quia non semper requirit existentiam realem in actu, sed potentiam in actu. Vide Arist. 5. Metaph. text. 14. & lib. 6. in fine distinguit duplex esse; unum quod verum est, aliud quod licet non sit, sufficit ad veritatem propositionis: ita hic dicere possumus hoc etiam futurum, quamvis ab aeterno non sit, habere tamen quandam realitatem, in quantum sufficienter fundare potest veritatem judicii aeterni, sive enuntiationis, & terminare actum intelligendi, qui ut sua terminari potest ad quodlibet, quaemque ratione participat praesentis entis, sive praesentis sive futuri, praeteriti aut possibilis.

Operose admodum se gerit Suarez in eo probando de quo nemo dubitat, nempe unumquodque sive sit praesens, sive futurum, sive praeteritum, sive tantum possibile, cognoscibile esse in eo genere quo est aliquid, quicquid sit, sive tantum possibile, sive etiam futurum, sive praesens aut praeteritum. At, inquam, hac de re contentio aliqua numquam ullam quaestionem movebit. Hoc autem eo animo facit Suarez, ne quis suspicetur illud aliquid esse longe momentosius, in quo vel maxime versandum sit praesens controversia. Hoc autem graviter dissimulat. Primo enim futuritionem ex parte objectorum (si non errare malumus, quam veram sequi) est ipsa transitio seu migratio rerum mere possibilium natura sua, in conditionem rerum futurarum, eaque ab aeterno facta, quippe cum ab aeterno futura essent quaecunque futura sunt. Negata vero hujusmodi transitione, vel non supposita, nulla datur aptitudo vere enuntiandi (per quemcunque intellectum) de tali objecto quod futurum sit, magis quam non futurum, quia res ipsa (seclusa praedicta transitione) remanet mere possibilis, nec magis futura quam non futura: h. e. non magis esse habitura est aliquo tempore, quam non habitura: & consequenter non potest habere dici magis futura esse respectu cujuscunque temporis, quam non futura. Hanc autem transitionem necessario supponendam, quoties res aliqua vere dicitur futura, nequaquam advertit Suarezius; imo magno molimine hoc tantum agere videtur, ut splendide dissimulet, & ideo in varias formas transfigurationum sese induit, ut veritatem illam adventem & tenentem eludat tanquam Proteus aliquis.

> Nimirum ille suae contra non immemor artis
> Omnia transformat sese in miracula rerum,
> Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.

Sed quia forte fieri possit, ut e manibus tuis elabatur, sed quamvis ille magis formas se vertet in omnes dabit tenebras quaerit quibus se occultet, tanto magis nos [illegible] veritatem luci illi praeferemus, neque [illegible] [illegible] se expresserit manus. Enimvero quasi [illegible]

scriptum fuisset manifestum sit, fundamentalem illam quam appellat Suarez veritatem prorsus sine fundamento esse, cum nulla transitione facta ex conditione rei mere possibilis in conditionem rei futuræ supponat aliquid futurum esse, cum satis constet nulla illa transitione, rem contingentem quamlibet non magis futuram esse quàm non futuram. Quare cum contingentia futura vocat Suarez, ne tantillam quidem habet veritatis [illegible] quam hæc enuntiatio Suarezii [illegible], quæ sufficiat ad veritatem propositionis. Neque enim quæ futura vocat, magis sunt futura quàm non futura.

Suarez. *Tertio intelligitur ex dictis, quid sit præsentia objectiva: duobus enim modis intelligi potest. Primo in actu secundo, seu potius respectu actus secundi & ultimi: Et hoc sensu nihil aliud est, esse objective præsens quam actu videri, & de præsentia hoc modo explicata, verissime dicitur non antecedere etiam secundum rationem, ipsam scientiam, & ideo non posse ex tali præsentia rationem scientiæ reddi, cum per illam formaliter fiat. Secundo modo sumi potest, aptitudine, ut in sensibilibus dicitur objectum quamvis actu non videatur esse objective præsens: quando scilicet est propinquum illuminatum & dispositum; ut quantum est ex se videri possit. In præsenti ergo, si hoc modo velimus præsentiam objectivam explicare, nihil aliud est quam ipsum esse quod res est suo tempore habitura, quod dicitur præsens secundum existentiam in ordine ad tempus in quo actu existit, futurum tamen toto tempore superiori, vere vel imaginario, antequam fiat. Illud ergo esse, quatenus est sufficiens fundamentum ex parte objecti terminativi, ut videri possit à Deo (ut explicatum est) est sufficiens ratio ex parte ejusdem objecti, ut possit esse præsens actui intuitivæ scientiæ. Hæc igitur aptitudo ex parte rei cognoscendæ dici potest ex parte ejus præsentia objectiva, nihilque aliud excogitari potest.*

Refuta. Parerga prorsus sunt illa omnia; pergit enim [illegible] agere & veritatem quam ferre non potest dissimulare: Igitur in rebus admodum alienis moras nectit, in quo vero nodi maxime eget apex controversiæ, illud advertere non vult. Mittamus præsentiam objectivam secundum esse cognitum, de præsentia tantum objectiva agimus secundum esse cognoscibile. Ad hoc sufficere dum ait *ipsum esse quod res est suo tempore habitura*: hoc est, rem aliquam esse futuram, ut paucis omnia complectamur, ne pluribus dum expatiaris, eo commodius elabaris. Verum negamus rem aliquam esse futuram magis quàm non futuram, aut aliquo tempore esse habituram magis quam non habituram, seclusa voluntate divina. Ratio est, quia res omnes contingentes, natura sua, sunt mere possibiles, ut verò fiant futuræ, requiritur determinatio aliqua, idque ab æterno, quippe cum quæcumque futura sunt, ab æterno futura essent. Hujus autem determinationis assignari debet aliqua causa. At hujus determinationis causa nulla fingi potest extra Deum, quippe cum extra Deum, nihil sit æternum, & per consequens nec determinationis ab æterno factæ causa esse possit. Seclusa igitur voluntate Dei nulla datur causa determinationis prædictæ, & consequenter nulla facta est determinatio (cum sine causa fieri non possit): unde fit ut res contingentes maneant mere possibiles, adeoque non magis futuræ quam non futuræ, non magis esse aliquod in tempore habituræ quam non habituræ. Quare non possunt esse sufficiens fundamentum scientiæ divinæ, aut idoneum objectum ad terminandum scientiam divinam de iis tanquam futuris magis quam de iisdem tanquam minimè futuris: quippe quæ seclusa voluntate divina maneant mere possibiles, & indifferentes tam ad hoc, ut non unquam futuræ sint, quam ad hoc ut sint futuræ. Nulla igitur in his reperitur aptitudo ad constituendam perfectionem objectivam rei cognoscibilis in genere futuri, sed mera repugnantia.

Suarez. *Quarto intelligitur ex dictis, quomodo æternitas, seu coexistentia ad æternitatem, ad hanc scientiam supponatur necessaria sit. Nam imprimis ex parte divinæ scientiæ, hoc ipso quod æterna est, necesse est ut ab æterno possit attingere quicquid in tempore futurum est, imo de ratione æternitatis est ut totam suam perfectionem simul habeat. pertinet autem ad perfectionem scientiæ attingere omne objectum scibile, hoc ipso quod scibile est: hanc ergo perfectionem non potest divina scientia [illegible] ergo ex [illegible] æternitatis suæ totam illam habet simul ex ipsa æternitate. Sic et ex parte etiam sua simul habet quicquid necessarium est ad coexistendum realiter cum rebus, si ipsa existat. Ex parte autem rerum, ut absolute sciri ab æterno possint, necesse est, ut æternitati aliquando coexistant, quamvis illa coexistentia æterna non sit, ut sæpe dixi. Tamen ut ex parte objecti terminare possit scientiam æternam, necesse est, ut aliquando saltem sit.*

Refuta. Libenter agnoscimus ex parte rerum requiri ut absolute sciri ab æterno possint, atque hoc nomine requiri ut æternitati aliquando coexistant. At, inquam, res contingentes hoc nomine sciri non possunt, seclusa voluntate divina; neque enim seclusa voluntate Dei, magis verum est ab æterno quod aliquando existent, quam quod nunquam existent; quia sic, ut jam sæpe dictum est, seclusa Dei voluntate res contingentes sunt mere possibiles, & ex æquo tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem indifferentes, unde fit ut non magis idoneæ sint terminare scientiam divinam de veritate earum tanquam revera futurarum, quam de veritate earundem tanquam minimè futurarum.

Hinc pergit Suarez ad exponendum nobis, quam efficaciam habeat discursus D. Thomæ dicto art. 13. *ubi ex æternitate Dei colligit hanc præsentiam futurorum.* Hoc autem ut commodius explicet, advertendum monet *D. Thomam in principio illius articuli pro certo supponere, Deum cognoscere aliquo modo hæc futura; quod ex eo tantum probat,* (inquit) *quia Deus cognoscit omnia quæ sunt in potentia sua vel creaturæ; sed ex his quædam sunt contingentia nobis futura; ergo etiam ea cognoscit. Quæ ratio* (inquit) *si attente ponderetur, tantum dicit solum probat, Deum habere scientiam harum rerum quæ contingentes sunt futuræ, solum quatenus sunt possibiles contingentes, quæ ex vi cognitionis potentiæ suæ causæ [illegible] cognoscatur.* At, inquam, si hoc modo Thomas argueret scopis admodum dissolutis rem gereret. Etenim licet probaturus videatur, Deum cognoscere futura contingentia quatenus futura, hinc tamen exiret ejus probatio ut concluderetur Deum cognoscere futura tantum hoc nomine, nempe quatenus sunt possibilia. Quare multo probabilius, per ea *quæ in potentia sunt vel sua vel creaturæ*, Thomam intelligere non

non

rum possibilia, sed quæ ita sunt in potentia ut aliquando sint futura: atque quia sunt in potentia sed conjuncta cum quadam determinatione per quam cognoscuntur à Deo tanquam præsentia & in seipsis existentia coram Deo. Hæc autem determinatio fit per voluntatem divinam. & proinde q. 14 art. 11. [illegible] scientiæ principii ad cognoscendas res extra Deum requirit Aquinas à principio activo eorundem in Deo. Hoc autem principium activum est voluntas Dei. Quare cum dicit Aquinas Deum *esse illas futuras in seipsis* [illegible]*, sicut in causis* q. 14. ar. 7. in corp. & [illegible], *Deum non cognoscere per causam quasi prius cognitam, effectus incognitos, sed eos cognoscere in causa.* [illegible] ad 2. Causa illa apud Aquinatem commode statui potest voluntatis divinæ determinatio. Et q. 16. ar. 7. ad 3. *Illud, inquit, quod nunc est, ex eo futurum fuit, antequam esset quod in causa sua erat ut fieret. Unde sublata causa non esset futurum illud fieri. Sola autem causa prima est æterna. Unde ex hoc non sequitur quod ea quæ sunt, semper fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit ut essent futura, quæ quidem causa solus est Deus.* Quatenus autem Deus causa sit, ostendit idem q. 14 ar. 8. *Necesse est, inquit, quod Dei scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam. Unde scientia Dei, secundum quod est causa rerum consuevit nominari scientia approbationis.* Verum probe scio quam parum faciant ista ad palatū Suaresii. Sinamus itaq; Franciscum quo cœpit progredi, dum Aquinatem explicandum in se recipit. *Quia vero, (inquit) Deus non tantum cognoscit ea quæ sunt in potentia sua vel creatura, prout in ipsa sunt, sed etiam prout in se sunt directe ac propter ea contemplando & cognoscendo; ideo pro comperto etiam supponit D. Thom. Deum habere aliquam scientiam futurorum rerum contingentium in seipsis & prout in se sunt. Unde ut minimum necessarium etiam est, posse Deum cognoscere actualem existentiam rerum saltem quando illam habent.* At ista argumentatio Suaresiana videtur esse mirificentissima, dum Thomæ tribuit, quasi supponeret illud, quod & obscurissimum est, & probandum in se recipit, idq; demonstratione à propria æternitatis ratione petita, non admodum expedita, nempe *Deum habere aliquam scientiam futurorum rerū contingentium in seipsis & prout in se sunt:* Atq; inde procederet arguendo & deducendo quod est extra omnem controversiam positum, nempe, *posse Deum cognoscere actualem existentiam talium rerum saltē quādo illam habent,* h.e. quando actualiter existunt. Verum ut à tam incredibili fictione vindicetur Suarez, dici forte potest Suaresium talem suppositionem Thomæ non tribuere, sed *per scientiam futurarum rerum contingentium in seipsis, & prout actu sunt* intelligere scientiam futurorum in genere; atq; ideo non dicit à Thoma supponi Deum habere *scientiam futurorum*, sed aliquam scientiam futurorum. At, inquam, cum duplex sit scientia futurorum, nota vel in causis ipsorum, vel in seipsis; Suarez nominatim exprimit *scientiam futurorum in seipsis & prout actu sunt*; ergo loquitur non de scientia futurorum in genere, sed in specie; idq; in illa specie, cujus veritas (si modo veritatē contineat) est obscurissima. Adhæc si ponat aliquis credo sana ipsius mente, hanc ipsam scientiam futurorum contingentium *in seipsis & prout actu sunt*, duplicem esse vel quando actu sunt, vel antequam actu sunt; & Aquinatem supponere Deum habere aliquam saltem scientiam futurorum *in seipsis*, non modo aliquo indifferenti sed cum propensione in hanc partem quia clarissimum est hanc Deo competere, nempe *quando actu sunt*: Atq; hoc ni fallor illud est, quod intendit Suarez. At inquam, cur igitur diceret, Deum aliquam scientiam contingentiū habere prout in seipsis sunt, phrasi indefinita, cum non nisi de specie quadam definita procedat, in qua veritatem obtinere nemo dubitat; nempe Deum cognoscere contingentia in seipsis & prout actu sunt, quando actu sunt. Deniq; hoc non est scientiam habere futurorum, sed præsentium. Nam futura contingentia quum primum actu sunt, non amplius futura sunt, sed præsentia. Ad extremum suppositionē istā Thomæ tribuit, quasi corollarium ex alio principio deductum, quod quidem hujusmodi est. *Quia Deus non tantum cognoscit ea quæ sunt in potentia sua, vel creatura prout in ipsa sunt, sed etiam prout in se sunt* &c. At inquam corollariū prout superius expositum est clarissimum, & ejusmodi de quo nemo quæstionem movet; probatione nihil minimè decet tantum Theologum. Rursus non est hæc Thomæ argumentatio; Quia Deus non tantum cognoscit ea quæ sunt in potentia sua & creaturæ prout in ipsis sunt, sed prout in se sunt, sed prorsus inversa, nempe ad hanc formam concepta. *Cum Deus sciat omnia quæ non solum actu sed potentia tam sua quam creaturæ*, atq; hinc infert, Deum futura omnia contingentia; ut in seipsis sunt, secundum statum quo actu sunt & ab æterno & simul scire oportere. Hæc est ipsissima Thomæ conclusio 1. p. q. 14. art. 13. atq; huic conclusioni responsionem congenerem subjicit, *Respondeo dicendū, quod cum supra ostensum sit, quod Deus scit omnia non solum quæ actu sunt, sed etiam quæ sunt in potentia sua, vel creaturæ; horum autem quædam sunt contingentia nobis futura: sequitur quod Deus contingentia futura cognoscat.* Atq; hoc probandum recipit operosius argumento à peculiari æternitatis ratione petito. Videas, Lector, an stabulum Augiæ purgandum olim fuerit operosius quam præsens ista disceptatio Suaresiana; cum nec antecedens, nec suppositio consequens, quorum utrumq; fingit Suarez, quod obtrudat Aquinati, uspiam extet apud Thomam, secundum vel levissima alterutrius vestigia. Verum sinamus nugigerulum istum Iesuitam in suis fictionibus procedere. *Solum ergo (inquit) illud probandum supererat, posse Deum cognoscere hujusmodi res & actualem existentiam earum, antequam in se actu sint, atq; adeo cognoscere illas esse futuras. Hoc ergo optime probavit Thomas ex æternitate scientiæ divinæ, quia sua cognitio, inquit, mensuratur æternitate, sicut suum esse; quod intelligit de illa cognitione & scientia, non solum prout in se absolute intelligitur secundum suum esse reale, sed etiam prout intelligitur à nobis, sub quocunq; respectu seu terminatione ad quodcunq; objectum cognoscibile, quia ad infinitatem Dei perfectionem spectat, ut etiam hoc modo non possit esse in scientia aliqua variatio, quia nec potest scientia ipsa realiter augeri nec potest non simul repræsentare omnia, quæ per ipsam cognosci possunt, quia naturaliter ac necessario repræsentat supposita veritate seu cognoscibilitate in objecto.*

Argumentum quod hic loci Suarez obtrudit Aquinati est argumentum Durandi 1. dist. 38. q. 3. num. 11. partic. propositum: *Constat (inquit) quod Deus cognoscit contingens dum est praesens, puta Socratem currere, aliter enim ergo cognoscerem aliquid quod Deus ignoraret: Si ergo non cognoscebat hoc prius, quando fuit futurum, sequeretur quod aliquid accrevisset suae scientiae, quod est impossibile.* Multo simplicius rem gerit Durandus quam Suaresius dum instantiam ponit, *puta Socratem currere;* At Suaresius prudens sibi temperat ab instantiis, ne negotium ipsi facessèrent. Esto n. videat Deus Socratem currere dum currit; an vero propterea sequetur Deum vidisse Socratem currere in initio mundi? Sed & ejusmodi quid habet Aquinas 1. sent. dist. 38. q. 1. art. 5. recitante Capreolo in 1. d. 38. q. 1. *Divinus (inquit) intellectus ab aeterno unumquodq; contingentium intuetur, non solum prout est in causis suis, sed prout est in suo esse determinato. Cum enim existente re, rem ipsam videat prout est in suo esse determinato (nisi eodem modo cognosceret eandem rem ab aeterno; sic n. supplee sensum aliter imperfectum apud Capreolum) aliter cognosceret rem dum est quam antequam sit, & sic ex re [illegible] aliquid ejus accresceret cognitioni.* His non obstantibus, nihil dubito, quin Suaresio consilium fuerit, Deum novisse Socratem, non tam currere quam cursurum esse, antequam currebat, rursus non tam cursurum esse quam currere dum currebat, item non habere Socratem currere quemadmodum cucurrisse; idq; non aliter tamen atq; aliter ex parte cognoscentis, sed [illegible] tantum ex parte currentis. Verum quomodo hoc praestari possit, nusquam docuit Suarez. nobis verò non deest unde aliquatenus hoc praestare possimus; reducendo sc. triplicem istam conceptionem ad conceptionem unam. Quod genus expediendi difficultatem istam commemorat Aquinas 1. di. 38. apud Capr. 1. di. 38. q. 1. *Sint (inquit) quinq; homines qui successivè vident quinq; horis quinq; contingentia facta videant: possum ergo dicere, quod isti quinq; vident haec quinq; contingentia successivè praesentialiter: si autem poneretur quod isti eorum quinq; cognitiones essent unus actus, posset dici quod una cognitio esset praesentialiter de omnibus istis cognitis successivè se habentibus.* Juxta istam Thomae advertentiam nobis in promptu esse videtur, quomodo triplex illa superius memorata cognitio possit in unam reduci, supposita divinae voluntatis determinatione de re aliqua certo tempore producenda. Unde fiet ut existat apud Deum in esse volito, & juxta determinationem praedictam sequetur, Deum videndo rem in esse volito pro certo tempore hoc ipso videre & futuram esse donec tempus praestitutum advenerit, & praesentem esse quum primum advenerit, & praeteritam esse postquam tempus illud esse desierit. Atq; haec omnia simpliciter intuetur Deus in esse volito. Adhaec vide, quomodo sententiam suam confirmet Thomas loco supra citato: *Deus (inquit) ab aeterno non solum vidit respectum sui ad rem ex cujus potestate res erat futura, sed ipsum esse rei intuebatur* (certa conciò rerum in esse volito apud Deum) *quod qualiter sit evidenter docet Boetius in fine libri de consolatione. Divina enim cognitio modum aeternitatis habet, quae est esse totum simul sine successione, unde sicut, quamvis tempus sit successivum, tamen aeternitas est praesens omnibus temporibus, una & eadem, & indivisibilis, ita etiam [illegible] cognitio [illegible] temporis, quamvis illa succedantur, ut praesentia sibi, nec aliquid eorum est futurum respectu ipsius, sed unum respectu [illegible].*

Jam autem dixi, quomodo [illegible] interpretetur Bradwardinus ante 170. annos, [illegible] universa temporis successio sit Deo praesens [illegible] in esse volito, Bradw. sum. l. 1. c. 19. Verumtamen hoc genus argumentorum affinxit Aquinati 1. p. q. 14. art. 13. quod facit Suarez, ausim est, [illegible] verecundiâ, ad placitum confictum [illegible], cujus nec tenuis quidē umbra in [illegible] apud Thomam. Ab aeternitate futuri argumentum petit, sed videat lector, annon illud apud Aquinatem praedicto articulo procedat longe aliter quam formatur à Suaresio. Et ut fatear quod res est, si quid in hoc apice erratum est ab Aquinate, meo judicio erratum est hoc nomine, quod peculiarem aeternitatis rationem, quasi obtorto collo, in suae scientiae subsidium rapiat. Unde Dominicani inferunt realem futurorum omnium in aeternitate existentiam, idque ab aeterno. Atq; hoc modo Deum complecti omnia in quocunq; tempore existentia, prout sunt in sua praesentialitate, non autem quemadmodum fingit Suarez, quasi hoc nihil aliud esset, quam praesentialitatem eorum futuram Deum sibi notam habere. Nos praesentialitatem omnium apud Deum tenemus, non realē, quod faciunt Dominicani, sed intentionalem, nec tamen tantum in esse cognito, quod Jesuitis visum est, sed in esse volito atq; ut actuales eorundem existentias intuetur, adeoq; jam ipsum est ab aeterno, sed nec aliter eas intuetur, quando in tempore producuntur; non aliter, inquam, apud Deum, quam in esse volito. Esto verò simul habeat scientia Dei totam perfectionem scientiae possibilem, cum tamen etiam requirat cognoscibilitatem ex parte objecti, ut manifestum sit, seclusâ voluntate divina, nullum contingens ab aeterno fuisse futurum hinc luculenter concludimus nullum contingens (seclusa voluntate Dei) à Deo cognoscibile fuisse in genere futuri.

Ultimo intelligitur ex dictis, quatenus cognitio causae necessaria sit ad habendam certam scientiam futurorum contingentium. Quatenus enim supra cum D. Tho. diximus c. 3. haec futura non sufficienter cognosci in causa: nihilominus verum est, non cognosci sine causa, i. e. sine influxu & determinatione causae, ita ut uno verbo dicere possimus non cognosci in causa, cognosci tamen ex causa, id est, non videndo effectum in sola virtute causae, sed videndo emanationem ejus à sua causa quod maximè necessarium est in hac scientia Dei; quae ut diximus, est intuitiva, & perfectissima: unde est etiam comprehensiva talis effectus: & ideo non cognoscit illum, nisi intuendo emanationem ejus à sua causa. Duplex autem causa intervenit per se, & quantum ad praesens spectat, respectu talis effectus, scilicet voluntas divina & humana. Utraq; ergo determinatio necessè est cognoscatur per hanc scientiam, ut cognoscatur effectus contingentes futurus. Haec autem determinatio in divina voluntate nihil aliud est, quam ipsamet actio, per quam elicit consensum liberum, quatenum ab ipsa est, ut in libris de auxiliis late ostensum est: cognoscere ergo determinationem talis causae, est cognoscere ipsammet emanationem talis effectus futuram à tali causa. Nam sicut illam absolutè &

poten-

praevisionem (sed quia [illegible] ejus aliquo primum comprehendendum) illud credidit (& ideo cognoscere effectum, vel emanationem ejus à tali causa, in determinatione ejus [illegible] est), quam cognoscere emanationem ipsam & effectum, ut emanaturum, seu emanantem à sua causa. In utraque autem voluntate determinatio intelligitur esse per actum decreti liberi, quo vult tali tempore influere in talem effectum; quod decretum, quicquid illud sit, [illegible] determinationem voluntatis humanae, quatenus à Deo est; & comparatione illius est [illegible], quatenus in voluntate humana sit [illegible]. Ideoque tale decretum non est à divina voluntate tanquam effectus, quia ad illam non est actio: est ergo tanquam à causa, & ut sic dicam, tanquam à principio [illegible] ex parte Dei: necesse est ergo hunc effectum cognosci ut futurum à tali causa.

Sunt illae speculationes plurimum intempestivae, [illegible] in rebus admodum abstrusis. Vult Deum videre emanationem effectus à causa, & hoc maximè necessarium esse judicat in hac scientia Dei, quia est intuitiva. At inquam intuitiva scientia, prius supponit rem praesentem esse, deinde tanquam praesentem intuetur. Unde conficitur res contingentes omnes ab aeterno praesentes fuisse Deo, idque prius ratione quam eas Deus intueretur, imo realiter. quod sic ostendo: *Videt Deus* (inquit Suarez) *emanationem effectus à sua causa & [illegible]*: ergo vel tanquam praesentem, vel tanquam futuram; si tanquam futuram, hoc non spectat ad scientiam intuitivam, quippe quae supponit rei intuendae praesentiam, potius quam futuritionem, quae videtur esse quaedam rei absentia. Sin emanationem realem effectus à sua causa praesentem videat: ergo vel realiter praesentem vel tantum intentionaliter: si realiter, ergo omnia ab aeterno realiter extiterunt in aeternitate, quae Dominicanorum sententia est, & quam confutandam sibi proponit Suarez. Sin intentionaliter tantum, tum vel in esse cognito tantum vel in esse cognoscibili; praesentia in esse cognito ne ratione quidem antecedit ipsam Dei intuitionem: At intuitio rei praesupponit ejusdem praesentiam idoneam ad hoc ut quis eam intueatur. Superest ergo ut omnia, idque ab aeterno, statuantur Deo praesentia esse, in esse cognoscibili antequam ea Deus intueatur: At, inquam, nullum contingens cognoscibile est in genere futuri seclusa divinae voluntatis determinatione, uti jam saepissime demonstratum est: ergo, nisi in esse volito, nullum contingens futurum est quod à Deo cognoscatur, vel per simplicem intuitum, tanquam futurum.

Atque hinc fit, ad cognoscenda futura contingentia, [illegible] perfectè necessarium esse cognoscere decretum divinae voluntatis à quo unumquodque futurum est. Nam solum decreti cognitio, per se, non sufficit, ut dixi: Est tamen necessaria, quia non aliter potest cognosci emanatio effectus ab integra causa. Neque est quod quis haereat in peccatis futuris, eo quod non sit ab aliquo decreto Dei, tanquam à causa: nam licet hoc sit verum de peccato, ut peccatum est, tamen actus ipse liber quo peccatum fit, & sine quo non fieret, & prout hic & nunc, non est separabilis à malitia: actus (inquam) ille ab aliquo decreto Dei in suo genere. Et ideo [illegible] cognitio necessaria est, ad cognoscendum effectum futurum. Imo, licet fingamus peccatum futurum sine alio positivo, per puram negationem, necessarium erit praecognoscere decretum, de tali peccato permittendo, licet non sit causa ejus, sed solum non impediens. nam ad cognoscendum effectum futurum, non satis est cognoscere intrinsecam causam fore ad illum determinandam, si non impediatur, sed oportet etiam nosse non esse impediendam ab aliqua causa extrinseca; quod ex parte Dei pendet ex praedicto decreto. Ex hic vero adversus inferre solet, hanc scientiam futurorum contingentium in Deo, secundum rationem esse posteriorem, quam decreta libera circa futura contingentia. Sed an & quomodo hoc sit in fine sequentis libri commodius dicemus.

Jam saepissimè probavi solius decreti divini definitionem per se sufficere ad constituendum objectum aliquod à Deo cognoscibile in genere futuri, adeoque fieri non posse, ut aliquid extra Deum locum habere in constitutione rei futurae; quippe cum quicquid futurum est ab aeterno futurum esset. consequenterque ab aeterno transiret è conditione rei merè possibilis in conditionem rei futurae, sive ad futuritionem determinatae. Neque enim transitus iste, sive determinatio, ab aeterno facta, ab aliqua causa non aeterna fieri potuit. Atque hoc ubique de futuritione cujuscunque peccati, perinde atque operis boni. Nam & peccata natura sua sunt merè possibilia atque indifferentia tam ad non futuritionem quam ad futuritionem. Nec tamen negari potest, quin jam olim, etiam ab aeterno, transierint ex conditione ista in conditionem rerum futurarum: ergo ab aeterno repetenda est hujus transitionis causa: at ab aeterno nihil fuit extra Deum: ergo transitus illius causa, necessario rejicienda est in ipsum Deum. Nec quis hic haereat, veritus scilicet ne Deum hoc pacto constituat autorem mali; neque enim fit autor mali volendo, ut malum fiat ipso permittente; non enim ipse nisi faciendo & volendo ut bonum fiat ipso faciente fit Author boni; ergo non nisi faciendo & volendo ut malum fiat ipso faciente, fit Author mali. Sicut & creatura rationalis faciendo quod non debuerat, aut quomodo non debuerat, item omittendo quod facere debuerat, aut quomodo debuerat, facit ut peccatum & malum fiat, atque hoc ipso constituitur Author mali. At impossibile est ut Deus hoc modo constituatur Author mali. Etiam Augustinus palam professus est, *non aliquid fieri nisi quod omnipotens fieri velit, vel permittendo ut fiat, vel ipse faciendo,* (Enchirid. cap. 95.) ut Deo volente fiant juxta Augustinum tam quae Deo permittente fiunt, quam quae fiunt Deo faciente. Vide annon necesse sit hoc concedere juxta ea quae impraesentiarum dicuntur à Suaresio. Fatetur enim actum illum prout hic & nunc est, à Deo esse, à quo non est separabilis malitia: annon ergo necesse est ut Deus velit malitiam illam fieri, dum velit actum prout hic & nunc fieri, à quo probe novit malitiam non esse separabilem? Tandem concludit, quomodo scientia futurorum contingentium posterior sit ipsis decretis liberis circa ipsa futura contingentia, in fine libri sequentis se commodius expediturum; verum viderit lector ecquid dignum tulerit hic promissor [illegible] hiatu suo, aut congruenti lectoris expectatione.

CAPVT NONVM.

Quomodo præscientia Dei necessitatem non imponat effectibus futuris, nec usum libertatis impediat.

HActenus demonstravimus cognoscere Deum futura, & modum quo illa cognoscit explicavimus. Nunc vero difficultates ex hac veritate insurgentes dissolvemus, quod in hoc capite faciendum nobis superest. Est autem sita tota difficultas in eo, quod ex Cicerone & Aristotele tetigimus Capite 2. quia scientia infallibilis & certa, qualis est divina, pugnare videtur cum effectuum contingentia. Vnde factum est, ut sicut Philosophi dicti in Deo talem præscientiam, & in ipsis futuris contingentibus cognoscibilem veritatem negarunt, ne rerum contingentiam negarent; ita e converso alij Philosophi, & multi Hæretici, cum fateantur esse præscientiam, ab illa destrui contingentiam & usum libertatis, rebusque omnibus fatalem quandam necessitatem imponi asseruerunt, ut generatim de influxu causæ primæ retuli in disp. 19. Metaph. De præscientia autem in speciali id tradidit VVicclefus & colligitur ex VValdens. Tom. 1. cap. 22. & 25.

QVanti faciendæ sint demonstrationes Suaresianæ, & quam feliciter illi successerit explicandi modum quo Deus illa cognoscat, peritus quisque judicet. Perinde autem à præscientia Dei, atque à decreto Dei necessitatem (neutram tamen libertati humanæ aut rerum contingentiæ contrariam) introduci, jam olim diffinivit Augustinus in hæc verba: *[illegible] Ecclesiæ [illegible] multa. Ita se habet de prædestinatione [illegible] voluntate Dei, ut alij ex [illegible] acceptæ [illegible] fidem, vel accepta perseverantia [illegible] fide? [illegible] peccatorum [illegible] [illegible] quia [illegible] gratiæ [illegible]. Verumtamen qui [illegible] quos gratia sua prædestinavit eligendo, [illegible] eandem gratiam qua vocati, & sunt electi. Et si [illegible] prædestinati [illegible] obedire coepit, ut obedire [illegible].* Videamus proxime [illegible] in modum illis obviam eundem [illegible] Augustinus. *[illegible], ita nos à confitenda Dei gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur; & ita à confitenda secundum eam prædestinatione Sanctorum deterreri non debemus; sicut non deterremur à confitenda præscientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: Sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos futuros esse præscivit Deus, vel boni, si bonos, vel mali, si malos. Numquid, si hoc audito, nonnulli in torporem segnitiemque vertantur, & ad libitum proclives ad libidinem, post concupiscentias suas eant, propterea de præscientia Dei falsum putandum est esse quod dictum est? Nonne si Deus bonos illos futuros præscivit, boni erunt in quantalibet nunc malignitate versentur; si autem malos, mali erunt in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro Monasterio qui corripientibus fratribus, cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: Qualiscumque nunc sim, talis ero, qualem me Deus futurum esse præscivit. Qui profecto & verum dicebat, et hoc vero non proficiebat in bonum, sed usque adeo profecit in malum, ut deserta Monasterij societate, fieret canis reversus ad suum vomitum, & tamen adhuc qualis sit futurus incertum est.* Ibidem in Thom. tone Græc. lib. 1. cap. 6. *Ex eo quod sic à Deo cognoscantur, non tollitur ab ipsis contingentia & mutabilitas.*

Quod de Wicleffo scribit Suarez, ex Waldensi petitum est, referente Vasquez in 1. disput. 68. cap. 2. Hoc inquit argumento utebatur Wiclefus ut Auctor est Waldens. Deus præscivit [illegible] Petrum peccaturum; ergo Petrus peccabit. Consequentia est bona, antecedens necessarium; ergo & consequens, nempe Petrum peccaturum esse. Sed quod est necessarium non est liberum, quia non potest non esse, ergo non est liberum Petrum peccare. Hoc argumentum adeo efficax dicebat esse Wiclefus, ut assereret, Armachanum 20. annis in ejus solutione frustra laborasse, & tandem vi ipsius coactum dixisse, Christum in ea prædicatione errare potuisse. Waldensis verba hæc sunt:

Thomas VValdens. lib. 1. doctr. fidei art. 1. cap. 22. circa finem. Docent semper Ecclesiæ, quod quamvis præscientia Dei sit necessaria & infallibilis, non tamen facit eventus futuri absolute necessario futura, sed contingenter. Ita docuit ex alia parte, quod quamvis effectus sint contingentes & mutui, præscientia tamen Dei propterea [illegible] [illegible] absoluta necessitas absolute effectuum prætereundi propter necessitatem præscientiæ quam tenet VVicleffus ita est absurdum contingentes fallere divinæ præscientiæ sive prophetiæ propter contingentiam futurorum quam VVicleffus imputat Armachano. Vnde cap. 9. 3. trial. Dominus (inquit Wicleffus) *Armachanus dicit se pro solutione istius evidentiæ per 20. annos studuisse; scilicet, si Christus prophetavit vel asseruit hoc esse futurum; hoc est, vel fuit, vel erit; sed antecedens est necessarium, ergo & consequens & consequentia. Nec fuit Doctor iste [illegible] in fine quievit, nisi concedendo quod Christus errare potuit, & Ecclesiam decepisse. Sed quis Catholicus hoc dicit?* Hæc Wiclefus.

Mirergo sciat (sic Wald.) quod suum erat ad probandum complicem suum Hæreticum, & à Catholicis segregatum. Hæc tamen imputata in sermonibus suis in Armachanum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], qualiter forsan jam videtur [illegible].

Ex his videas qua fide prodiderint Vasquez in 1. disp. 68. cap. 2. Thomam Waldensem vindicasse ab hac calumnia Armachanum; *Primo* (inquit) *Thomas VValdensis vindicavit ab hac calumnia Armachanum, cum nihil tale in ejus scriptis reperiatur: idemque impositurum esse inquit manifestum.* At Waldensis

nequaquam

[illegible] vim [illegible] in se recepit Armachanum; sed [illegible] Wiclefus quod jam erat, *assertionem illius [illegible] fuisse haereticam & a Catholicis segregatam.* Numquid illa sapiunt vindicationem Armachani, aut animum ad Armachanum vindicandum propensum? Sed neque dicit Waldensis inibi haec in scriptis Armachani reperiri, tantum dicit, Haec inspersa in terminis suis in Armachano, se non meminisse quod Armachanum occurrere; quam [illegible] hanc imputationem impostura esse manifestam, quam tamen Censuram à Waldensi in Wiclefum factam refert Vasquez, sed praeter omnem veritatem. Imò manifestum est Waldensem scire tale aliquid occurrere apud Armachanum, licet non sub iisdem terminis. Itaque commendandum hac in re mihi propositum Armachanum ipsum, ut verba ipsius si quae huc spectantia compererim, lectori repraesentarem. Ecce igitur Armachanum ipsum suo se dialecto doctoraliter exprimentem. Armach. in quaest. Armin. lib. 16. cap. 4. *Omnes Scholastici [illegible] fatentur [illegible], quòd Deus non potest aliquod praeteritum facere jam non fuisse.* Et paulò post. *Quomodo [illegible] eadem difficultatem [illegible] creaturam aliquam, aut animam Christi aut aliam posse in verbo suo per [illegible] divinam [illegible], sive [illegible] ea [illegible] videt. Et tamen per viam semper [illegible] antiqui illud [illegible] laboravi. Difficultas autem in eo posita est, quod praescientia futurorum infallibilis [illegible] contingentiae praejudicare videatur.* In illius autem difficultatis solutione, quousque hactenus provectus fuerit Armachanus, & eandem ejus solutionem expediendam [illegible], adverterat quae [illegible] quae habet eodem libro capite 1. *[illegible] quae Scriptura per Spiritum propheticum pronuntiat de futuris contingentibus sine necessitate vera tamen non [illegible] necessitas simpliciter dicta in rebus, sed infallibilitas, [illegible] ita reperitur [illegible] in [illegible] necessarium quod sic est infallibile, & numquam fallit, licet falli possit.* Et paulò post. *[illegible] non est sine [illegible] fallendi, [illegible] non probavisse aut ex [illegible] esse [illegible] in aliis authoritatibus, quamvis bene [illegible] possibilitatem falsitatis in aliquibus contingentibus [illegible]: Quoniam non sequitur; illa contingentia quae ipsi [illegible] in sacra Scriptura sunt falsa aut fuerunt tunc falsa; igitur ipsi tunc docuerunt mendacium [illegible] bene sequitur. Dixerunt quod falsum erat; ergo aut docuerunt mendacium, aut decepti fuerunt, & hoc secundum fatum est possibile.* Idem ibid. capite 2. *[illegible] nec [illegible] quomodo necessario possit esse possibile quod Deus falsum fidem [illegible], & [illegible] in falsa [illegible] & quod Christus falsum asseruit, & ita [illegible] possibile quod Christus [illegible] dixerit, & [illegible].* Sic ille [illegible] Justinum: sequitur responsio Ricardi, hoc est, ipsius Armachani. *Ricardus [illegible] & [illegible]: in qua à [illegible] Theologiae [illegible] Doctorem. [illegible] vero quod [illegible], non sequitur, quamvis ut puto, negari non possit [illegible], quod possibile est quod in illo asserendo falsum asserat. Et quod [illegible] est (secundum [illegible] Christum secundum animam [illegible] omnia scire, sicut Deus [illegible] Magister sententiarum [illegible], & alii) non video quomodo [illegible] esse possibile quod ipse contra [illegible] falsum asseruit; & si [illegible] Christianis [illegible] praemissis, sequi videtur quod possibile est mundi quod dicat Christus [illegible], [illegible] falsum asseruisse, quod [illegible] [illegible], quoniam [illegible] quaestionem [illegible] supponendo possibile [illegible] Christi scientia) [illegible] nisi quod dixerit [illegible] esse possibile ut Christus [illegible] asserat, quod [illegible] possit, non video.*

[illegible] tamen puto dicere, non esse possibile quod Christus [illegible], nec [illegible] in verbo divino secundum animam [illegible], quam dicere non esse possibile, quod de illa [illegible] aut [illegible] sit loquutum, & [illegible]. [illegible] qui hoc [illegible] & [illegible] similia [illegible]. Et aliquae [illegible] *in difficultate praedicta sequitur omnino esse possibile quod Christus asserit falsum [illegible], scientia tamen divina [illegible] necessarium est Christum scire futura scientia divina.* Ex his prudens lector advertat, an ullam injuriam Armachano fecerit Wiclefus.

[illegible] difficultatis & apparentis repugnantiae, inter praescientiam & contingentiam seu liberum arbitrium, tribus [illegible] Doctor Thomas tribus argumentis propositis 1. p. quaest. 14. articulo 13. Primum est, ex causa necessaria necessarium sequitur effectum; sed scientia Dei est causa necessaria omnium effectuum qui futuri sunt [illegible] ab illa scientia, ex illa oritur necessitas in effectibus, & consequenter tollitur contingentia. Minor patet, quia scientia Dei est causa rerum, quia Deus omnia per intellectum operatur: & est necessaria, quia in Deo nihil potest esse contingens. Secundum argumentum est: Haec consequentia [illegible] est necessaria; Si Deus [illegible] aliquid esse futurum, illud erit: & antecedens illius est necessarium, ergo [illegible] Consequens: ergo posita praescientia Dei ponitur necessitas in effectibus praescitis, & consequenter tollitur contingentia. Major est evidens ex infallibilitate scientiae divinae. Minor patet quia est propositio de praeterito, & vera, ergo necessaria. Prima consequentia probatur, quia ex antecedente necessario in bona consequentia, [illegible] consequens necessarium [illegible] posset dare antecedens verum, & consequens falsum, ut Dialectici argumentantur. Altera vero consequentia patet, quia necessitas etiam ab extrinseca causa proveniens, tollit contingentiam, tum quia [illegible] non est contingens [illegible] [illegible] causarum, [illegible] quia undecunque proveniat necessitas, [illegible] liber impeditur. Tertium argumentum est simile praecedenti, quia omne futurum à Deo [illegible] esse, quia certitudo scientiae hoc requirit. Si ergo Deus praescit futura, necesse est illa esse.

Aggredimur verò, horum argumentorum solutionem aliquam aggredimur [illegible], prout ex dissertatione illa [illegible] dubitans [illegible], disquisitionem postmodum suscepimus. Primùm igitur advertendum quo sensu scientia Dei statuatur ab Aquinate causa rerum; nempe non aliter quàm cum voluntate ipsius conjuncta. Sic enim Thom. art. 8. ad 1. *Scientia non comperit ratio causalitatis nisi adjuncta voluntate.* Et quaest. 19. art. 4. ad 1. *Scientia [illegible] causa rerum quae fiunt nisi per voluntatem. Non [illegible] quae scimus facimus, nisi volumus.* Quare perinde disputari potuisset ex voluntate ad tollendam rerum contingentiam; Ex causa necessaria necessariò sequitur effectus, sed voluntas Dei est causa necessaria omnium effectuum qui futuri sunt, ergo posita illa voluntate, ex illa sequitur necessitas in effectibus, & consequenter tollitur contingentia. Minor patet, quia vo-

 lunt

tas Dei est causa rerum; & est necessaria, quia intra Deum nihil potest esse contingens. Qui tamen dixerit voluntatem Dei esse causam liberam, licet dici possit minime contingentem, hoc est, variabilem aut impedibilem ab extrinseco, cujus conditionis sunt causae secundae ad unum omnes. Atque hoc modo potest dici voluntas Dei causa immutabilis, quemadmodum scientiam Dei necessariam dictam apud Aquinatem interpretatur Ferrariensis 1. cont. Gent. capite 67. *Considerandum (inquit) quod scientiam divinam in quantum scientiam esse necessariam, dupliciter intelligi potest, scilicet aut absoluta necessitate, aut necessitate immutabilitatis. Scientia Dei non est necessaria necessitate absoluta dicta, sed necessitate immutabilitatis.* Etiam ex Thoma facile probari potest causam necessariam poni pro causa invariabili, (hoc est, immutabili,) ex 1. cont. Gent. cap. 85. ratione tertia. *Requirit (inquit) ordo universi aliquas causas esse variabiles. A causa autem variabili effectus contingens sequitur. Unde videmus, quamvis causa remota sit necessaria* (hoc est, invariabilis,) *si tamen causa proxima sit contingens* (hoc est variabilis, alias nequaquam cohaererent ista cum praemissis, de ordine universi) *effectum contingentem esse.* Quare respondemus ad argumentum; Perinde ex scientia tanquam ex causa necessaria, atque ex voluntate tanquam ex causa necessaria (nam tam voluntas Dei, quam scientia ejus est invariabilis) necessario sequitur effectus; sed necessitate tantum consequentiae, non autem absoluta: quemadmodum ipse disserit Aquinas 1. cont. Gent. capite 85 ratione 4 sic concludens, *ex voluntate igitur divina non potest concludi in rebus creatis necessitas absoluta.* & capite 83 sic ordiens: *Ex his autem haberi potest, quod licet Deus circa causata nihil necessario velit absolute, vult tamen aliquid necessario ex conditione seu suppositione.* Ostensum enim est divinam voluntatem immutabilem esse. In qualibet autem immutabili si semel est aliquid, non potest postmodum non inesse. Hoc enim moveri dicimus, quod aliter se habet nunc quam prius. Si igitur divina voluntas est immutabilis, posito quod aliquid velit, necesse est ex suppositione eum hoc velle. Quare licet intra Deum nihil sit contingens, tamen cum in Deo sit & voluntas libera, & scientia libera, quarum tamen utraque est immutabilis, necesse est ut fiat quicquid ab eo volitum est & scitum tanquam futurum, nec tamen hoc quicquam obstabit rerum contingentiae; imo contingentiam rerum confirmabit, si modo scientia Dei sit non modo rerum quod futurae sint, sed & quod contingenter futurae sint; item si voluntas Dei sit de rebus non modo quod fient, sed & quod contingenter fient.

Secundum argumentum, quatenus authoritate Thomae nititur, longe nervosius intentari potuit; quippe cum in hac consequentia, *Si Deus scivit aliquid esse futurum, illud erit*, antecedens non modo necessarium esse per sententiam Thomae, sed & absolute necessarium. Veruntamen hoc dictum Aquinatis revocat Ferrariensis ad necessitatem non absolutam, sed eam, quae dicitur immutabilitatis. Licet autem Cajetanus ad Thomae philologiam tanquam ad [illegible], & magnas super hac interpretatione tragoedias excitet in 1. quaest. 14. art. 13. affirmans [illegible] Thomistas [illegible] plusquam decem contra ejus intentionem. Quippe negat Thomam dicere *Dei praescientiam respectu futurorum absolute, & secundum rem.* Ait enim hanc consequentiam dicere esse, *quod scilicet non necessario absolute, sed libere novit A esse futurum; cum quo tamen stat quod necessario necessitate immutabilitatis novit A esse futurum*; in quo apice profitetur se nescire doctorem aliquem discordare. Verum hoc (ait) *esse extra propositum praesentis argumenti*: nempe vult Aquinatem hic loci dicere de praescientia Dei respectu futurorum *non absolute & secundum rem, sed ut significatur per tales propositiones. Unde (inquit) licet primo modo, id est secundum rem absolute nulla sit differentia inter istam, Deus scit A futurum, & istam, Deus scivit A futurum, quia scientia Dei in se est aeterna nec transit in praeteritum; magna tamen differentia est inter eas secundo modo, quia in prima significatur scire Dei ut praesens in secunda vero, ut praeteritum.* Et ideo tanta est differentia inter eas, *quanta inter necessitatem propositionum de praesenti, & de praeterito in materia contingenti. Constat autem (inquit) ex communibus, quod inter propositionem de praesenti, & propositionem de praeterito verum in materia contingenti* (puta inter istas, Socrates sedet, & Socrates sedit,) *haec est differentia, quod illa de praesenti non est necessaria absolute, quamvis sit necessaria cum [illegible] dum sedet: ista vero de praeterito est necessaria absolute, ut patet ex contradictoriis earum. Nam contradictoria ejus est simpliciter impossibilis etiam per divinam potentiam, scilicet, Socrates non sedit: illius vero contradictorium absolute est possibile, scilicet, Socrates non sedet, quia, quamvis vere sedeat, non tamen necessario, sed quia jam sedit, non solum vere sedit, sed necesse est ipsum sedisse. Hoc enim solo privatur Deus ingenita facere quae facta sunt.* Veruntamen nihil omnino tanto [illegible] dignum in istis omnibus tulit Cajetanus. Dixit Agatho, *hoc solo privari Deum infecta facere quae facta sunt*: quae quidem tam ad praesentia accommodabilia sunt, quam ad praeterita; non dixit Agatho, hoc solo privari Deum impraeterita facere quae praeterita sunt. Procul dubio tam impossibile est, ut non sit, facere quod est, quam ut non praeterierit facere quod praeteriit. Utrumque necessarium necessitate suppositionis, neutrum necessitate absoluta fateatur Cajetanus, dum est aliquid, fieri non posse ut non sit, antequam vero esset, fieri potuit, ut pro hoc instanti in quo nunc est, non esset. Pari ratione, dum praeteritum aliquid est, impossibile est, facere ut praeteritum non esset; at antequam praeteritum fuit, fieri potuit, ut praeteritum non esset, vel faciendo ut non omnino esset, vel postquam esset, in esse conservando. Quare etiam hanc Cajetani sententiam ex professo (nullo tamen nomine ipsius) confutat Ferrariensis 1. cont. Gent. capite 67. *Ex his excluditur (inquit) error illorum qui dicunt S. Thomam intelligere in illo antecedente de necessitate absoluta primo modo* (etenim ad dictum Thomae temperandum distinxerat Ferrariensis de necessaria absolute dupliciter) *dicunt enim quod ipse accipit necessarium simpliciter prout ejus oppositum est simpliciter impossibile, & quod loquatur de scientia Dei non in se, sed ut significatur per verbum praeteriti temporis cum dicimus: Deus scivit hoc, licet enim scientia Dei de contingentibus non sit necessaria absolute, ista tamen est necessaria absolute, Deus scivit hoc, quia est de praeterito: Propositio*

vel

verè de præterito est absolutè necessaria, & ejus contradictoria est simpliciter impossibilis etiam per divinam potentiam. Pergit igitur Ferrariensis in illarum refutatione quæ erant ex Aquinate. *Illa quidem (inquit) quatuor non adstruit fecerunt, assumunt falsum. Falsum est enim quod S. Thomas non loquatur de scientia Dei in se, sed tantum ut significatur per verbum præteriti temporis; Imò non facit differentiam inter scientiam Dei in se, & ipsam ut significatur in præteritum. Falsum etiam est quod loquatur de necessario absolutè primo modo. Et falsum est quod propositio omnis de præterito sit absolutè necessaria, ita quod ejus contradictoria sit simpliciter impossibilis.* Horum autem omnium probationem concicit per partes. *Primum horum (inquit) patet ex 1. sent. distinct. 38. articulo ult. ad 4. ubi enim ait S. Thomas quod illud antecedens est necessarium absolutè, tum ex immobilitate divini actus, tum ex ordine ad scitum, quia comparat scientiam Dei ad rem ut est in seipsa. Videlicet quod loquitur de scientia Dei in se, non autem secundum quod significatur per verbum præteriti temporis, quia illæ conditiones conveniunt scientiæ Dei in se, non autem ut significatur &c. Secundum quoque esse falsum, patet ex dictis: quia S. Thom. in 1. & quæst. de veritate, ponit hoc consequens, Hoc erit esse similiter absolutè necessarium, sicut & antecedens. Nullus autem dixerit illud consequens esse illo primo modo necessarium absolutè. Imò Thomas in prima parte (nempe q. 1. quæstiuncula 13. ad 2.) declarat ejus necessitatis rationem, quia omne quod est quando est necesse est esse: quod constat necessarium esse, non absolutè, sed immutabiliter pro eodem nunc. Tertium quoque falsum esse convincit & in se, & apud Thomam: In se quidem, quia accipio hanc propositionem veram de præterito, Adam fuit, & arguo sic; Deus absolutè loquendo potuit non producere Adam, quia liberè produxit; ergo potuit nunquam vera esse hæc propositio, Adam est: ergo & ista de præterito quæ illam de præsenti præsupponit, potuit non esse vera: ergo sua opposita potuit esse vera,* (scilicet) *Adam non fuit: ergo ista, Adam fuit non est necessaria absolutè, tanquam videlicet sua opposita implicet contradictionem: ergo non omnis propositio de præterito [illegible] illo modo necessaria absolutè.* Ad Suarezium redeamus, dicimus itaque perinde facilem esse istius argumenti solutionem atque superioris; Antecedens enim necessarium non est necessitate absoluta simpliciter dicta, sed duntaxat necessitate quæ dicitur immutabilitatis; & consequenter consequens non est necessarium necessitate absoluta, sed necessitate indifferenter se habente, tam ad contingentiam quàm ad necessitatem absolutam. Nempe ergo necesse est futurum esse, sive necessario sive contingenter. Nempe si scivit Deus aliquid futurum necessariò, sequitur necesse esse, ut futurum sit, sive aliquando fiat necessariò; Sin scivit Deus aliquid futurum esse contingenter, sequitur necesse esse ut futurum sit, sive aliquando fiat, non necessario sed contingenter: eadem ratione: Si præscivit Deus aliquid futurum esse liberè; sequitur necesse esse non modò ut fiat, verum etiam ut liberè fiat; quia scilicet scientia Dei est infallibilis. Ad eundem modum occurritur argumento tertio.

Dicendum est tertiò divinam scientiam non repugnare cum contingentia futurorum, neque illam auferre vel immutare: quod est de fide certum, ut constat satis ex dictis: Quia de fide est, Deum scire hæc futura, & etiam est de fide non obstante hac divina scientia, manere in nobis libertatem arbitrii & usum ejus in quo consistit contingentia horum futurorum; ergo est de fide, hæc duo non repugnare inter se. Confirmat hoc August. 5. de civit. capite 4. & 18. & l. 3. de lib. arb. c. 4. & 5. Quia non potest scientia Dei seipsam destruere aut falsam reddere: Si autem destrueret contingentiam rerum, suam veritatem destrueret: Quia ipsa non solum scit hæc esse futura, sed liberè & contingenter esse futura. Et perinde sicut est quod dicit Boetius 5. de consolatione parte ultima, non repugnare scire aliquid contingenter futurum, alioqui necessarium non esse, ut scientia futuri contingentis destrueret contingentiam ejus. Antecedens patet. Quia aliquid esse futurum contingenter non repugnat: ergo non repugnat illud sciri. Consequentia [illegible] cedentibus est clara, quia omne quod verum est, scibile est: si autem aliquid contingenter futurum est, verè futurum est, est ergo ista veritas scibilis, ergo non repugnat sciri ab aliquo: & consequenter maximè à Deo. Jam verò probatur antecedens; Quia esse futurum contingenter duo tantùm dicit (scilicet) futurum esse, & posse non esse. sed hæc duo non involvunt inter se repugnantiam: nam multa esse possunt quæ non sunt; ergo multa etiam fient quæ possunt non fieri: ergo futurum esse, & posse non esse facilè possunt in concordiam redigi; ergo & scientia futurorum cum eorum contingentia.

Pari per omnia ratione dicendum est divinam voluntatem nequaquam pugnare cum contingentia futurorum, neque illam auferre vel immutare; addo etiam confirmare potius. Quandoquidem si Deus velit aliquid contingenter aut liberè fieri, necesse erit pro ratione determinationis divinæ, non modò fiat; verum etiam ut contingenter aut liberè proveniat, quod etiam est de fide certum, in omni genere futurorum contingentium, & in genere malorum. Etenim indidit Deus in cordibus regum ut faciant voluntatem ejus, dentque regnum suum bestiæ Revel. 17. 17. Etiam tradit Deus alios in efficaciam erroris ut credant mendacio, quia non receperunt amorem veritatis 2. Thess. 2. 10. Alios in sensum reprobum ut faciant quæ non conveniunt. Rom. 1. 28. Etiam Herodes & Pontius Pilatus unà cum Gentibus & populo Israelis adversus Christum Dei filium congregati sunt, ut facerent, quæ Dei manus & consilium prædeterminaverat ut fierent. Quare etiam de fide certum est, quæcunque eveniunt, ea à Deo prædestinata fuisse, ut evenirent: etiam de fide certum est non obstante divina prædestinatione *manere in nobis libertatem arbitrii & usum ejus in quo consistit contingentia horum futurorum;* quod & extra controversiam, erit modò consideretur Deum decrevisse ut non modò fierent, ea quæ contingenter fiunt & liberè, verum etiam ut liberè & contingenter fierent: ergo est de fide certum, hæc duo non repugnare inter se. Hoc confirmat August. Enchirid. capite 95. professus disertè. *Non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit,* quod tam ad mala, quàm ad bona exponi sequentia docent: dum (ait) *vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Neque enim potest voluntas Dei semetipsam cessare & inefficacem reddere, quod tamen faceret, si modò volendo ut aliquid contingenter & liberè fieret (putà ut Cyrus edicto publico Judæis in patriam suam redeundi copiam faceret, milites Romani à Christi ossibus confringendis sibi temperarent) hoc ipso non fieret contingenter & liberè

berè quod Deus contingenter & liberè futurum esse decreverit. & perinde est quod dixit Augustinus; nempe non omnem necessitatem repugnare libertati, (puta) non hanc qua dicimus necesse esse ut aliquid fiat; nempe pro divinæ voluntatis efficacia, secundum Aquinatem tam necesse erit, ut fiant alia contingenter & liberè, modò sic ea fieri decreverit Deus, quàm alia necessariò. (Deo videlicet ita ordinante) nempe aliquid esse futurum contingens non repugnat. Ergo à Deo præstabile est, ergo poterit Deus decernere ut tale contingens fiat. Consequentia clara est; quippe cum Deus sit omnipotens, necesse est ut præstare possit, quicquid repugnantiam non involvit. Quod usque adeo verum est, ut ne futurum quidem sit aliquid contingens nisi per divinæ voluntatis determinationem ab æterno factam, quippe quo vel sola factum fuerit, ut ex conditione rei merè possibilis ac indifferentis tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, jam ab æterno transierit in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ. Seclusa enim Dei determinatione non magis verum fuit tale contingens futurum esse, quàm quod non esset futurum, unde enim haberet determinationem suam ad futuritionem potius quàm ad non futuritionem? si non ex voluntate Dei.

Bucc. *Tandem si mente apprehendamus, nullam esse de rebus futuris præscientiam, nihilominus si cætera omnia eodem modo maneant, res verè erunt futuræ & contingentes: eas enim fuisse futuras ostenderet postea ipse rerum eventus: Nam cum in tempore fiant argumentum est semper fuisse futuras. Contingentes autem essent, quia, ut supponimus causis de se sunt liberæ, (at falsa hac hypothesi) nulla esset præscientia, quæ contingentiam auferret: sed quod nunc addatur præscientia nihil facit ad contingentiam auferendam; quia illa omnino extrinsecè se habet ad res futuras, & non immutat causas earum, atque modum causandi, sed intuetur solùm: ergo etiam addita præscientia non tollitur contingentia. Quam rationem etiam tetigit Augustinus de libero arbitrio & in ea indicat primam radicem, & modum hujus concordiæ, nimirum quòd scientia hæc supponat futuritionem rerum, & ad illam extrinsecè se habet neque immutet illam per aliquam causalitatem. Et ideo comparat ibidem Augustinus hanc præscientiam Dei cum cognitione nostra, quæ nihil addit, vel tollit rebus cognitis. Unde sic colligit, si unus homo præsciret quid facturus esset voluntas alterius hominis, non tolleret contingentiam illius effectus, etiamsi certè esset futurus, postquam præscitus est, quia præscientia unius hominis non mutat voluntatem alterius: idem ergo est de præscientia Dei, quæ similiter in talis intuitiva est, non immutat eam. Quæ dicta sunt etiam aliter suprà Boëtius toto libro de consolatione.*

Resp. Ego vero prorsus nego eventum sufficere ad ostendendum res fuisse futuras antequam essent. Quid enim occurrit, quod res illas natura sua contingentes determinaret ad futuritionem potius quàm ad non futuritionem. Nam præter ipsam Dei voluntatem nihil prorsus occurrit, quod hoc præstet. Licet igitur dum in tempore fiunt, non desit quod eas determinet ad fieri; attamen antequam fierent, seclusa Dei voluntate nihil prorsus occurrit, quod eas determinaret ad futurum esse. Hinc est quod ipse Aristoteles negaret propositiones de futuris contingentibus veras esse nisi disjunctivè. Adeo ut licet hodie pluat, tamen nequaquam verum fuerit heri dicere, cras pluet, sed aut pluet aut non pluet. Quippe divinæ providentiæ mysterium ignotum fuit Aristoteli; de quo sola nos divina revelatio certiores facit. Præscientia fateor, nihil facit ad contingentiam auferendam, voluntas vero facit ad utramque confirmandam; nam sicut nulla res existeret nisi volente Deo idque ab æterno, ita nulla res contingenter aut liberè fieret nisi volente Deo idque ab æterno. Sed ut jam transierit ex conditione rei merè possibilis in conditionem rei futuræ necesse est priusquam fiat idoneum divinæ cognitionis objectum in genere futuri. qui quidem transitus cum ab æterno factus sit (nam ab æterno futurum erat quicquid aut hodie futurum est aut olim futurum fuit) autorem quem recognoscat extra Deum ipsum prorsus nullum habet. Quare sicut addita præscientia non tollitur contingentia, ita posita voluntate Dei, de rebus non modo futuris sed & contingenter & liberè futuris, pro ejus efficacia stabilitur contingentia idque irresistibiliter; quandoquidem quicquid Deus contingenter & liberè fieri vult, necesse est, ut & contingenter & liberè fiat, alias de suæ omnipotentiæ arce dejiceretur Deus. Atque hanc rationem commemorat etiam Augustinus de Civit. Dei libro 5. capite 9. *Ordinem (inquit) causarum ubi voluntas Dei plurimum potest, neque negamus neque fati vocabulo nuncupamus; nisi fortè ut fatum à fando dictum intelligamus, id est, à loquendo: non enim abnuere possumus esse scriptum in literis sanctis: Semel locutus est Deus, duo hæc audivi quoniam potestas est Dei, & tibi Domine misericordia quia tu reddes unicuique secundum opera ejus. Quod enim dictum est semel locutus est, intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter est locutus sicut novit incommutabiliter omnia quæ futura sunt & quæ ipse facturus est.* Quousque autem extenderit Augustinus fatum illud divinum, nempe non solum ad præmia & pœnas, sed & ad actus humanos, apparet lib. 2. contra duas Epistolas Pelag. capite 5. Sic enim Augustinum & Augustini similes sugillabant Pelagiani *Sub nomine gratiæ ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi Deus invito & rebellanti homini inspiraverit boni, & ipsius imperfecti cupiditatem neque à malo declinare nec bonum possit arripere.* His autem occurrit Augustinus in hæc verba: *Nos sub nomine gratiæ fatum asserimus quia nullis hominum meritis dicimus Dei gratiam antecedi. Si autem quibusdam omnipotentis Dei voluntatem placet fati nomine nuncupari profanas quidem verborum novitates evitamus, sed de verbis contendere non amamus.* & c. 8. *Iam de fato & gratia quod inania loquuntur ostendimus: Nunc illud est quod debemus advertere, utrum invito & rebellanti homini Deus inspiret boni cupiditatem, ut jam non sit rebellans, non sit invitus, sed consentiens bono & volens bonum.* Nempe hæc est Augustini sententia, Deum hominum voluntates ad bonum omnipotenti facilitate convertere & ex nolentibus volentes facere. Quod si Dei gratia in tantum efficax sit ad bonum; ex hujus gratiæ negatione quid sequetur aliud quàm voluntates humanas futuras nimium efficaces ad malum? Adeo ut sicut non nisi consilio dat gratiam illam, ita non nisi consilio deneget eandem; unde idem Augustinus

præsci-

[illegible] est [illegible] Dei judicio fieri per certitudinem [illegible] dist. 35. *Non aliquid (inquit) fit, nisi* [illegible] *sciri* [illegible], *vel ipsi faciendo.* Agnosco [illegible] nequaquam tollere contingentiam [illegible] hinc etiam sequitur [illegible] [illegible] de rebus contingentibus [illegible] contingentiae praejudicare; [illegible] praesupposita determinatione voluntatis [illegible], etiam res contingentes ex mere possibilibus [illegible] fieri non possint ut res [illegible] contingentes ullo modo cognoscibiles sint ut [illegible] genere sunt.

[illegible] [illegible] *ipsa ratione sufficiens videri poterat solutio primi argumenti: negantis scientiam Dei de quo agimus esse causam rerum futurarum* [illegible] *est talis scientia. Quia ut supra ostensum est, haec est pure* [illegible] *speculativa, quae ut sic non est causa sui objecti proprii, ideoque non potest illud* [illegible], *nec necessitatem imponere. Quamquam enim hoc ita sit formaliter ac praecise loquendo de scientia visionis, tamen quia tamen scientia secundum rem est causa futurorum, Thomas ut omnem difficultatem tolleret ad radicem difficultatis aliter respondet: potest enim ad solutionem a nobis datam sic instari. Esto scientia visionis ut sic non sit causa,* [illegible] *non posset Deus habere hanc scientiam visionis, nisi haberet scientiam practicam eorundem futurorum tanquam prima causa eorum, sed haec scientia infert necessitatem effectibus: ergo. Respondet ergo Thomas negando absolutam aliquam scientiam Dei quaecunque illa sit, inferre necessitatem his effectibus. Ad probationem vero concedit scientiam Dei esse causam necessariam, negat tamen hinc sequi necessitatem in effectu, qui non ab illa sola, sed cum causa* [illegible] *sit, a qua potest esse effectus contingens etiamsi prima causa necessaria sit.*

[illegible] Hujusmodi fatetur adhiberi a Thoma praedictae rationis [illegible]; verum jam ostendimus quo sensu scientia Dei dicatur causa necessaria, nempe non hoc intelligendum est de necessitate absolute dicta, sed duntaxat de necessitate quae dicitur immutabilitatis. Ad haec quaerat fortasse aliquis, cur Thomas solutionem suam minime fundaret in modo causandi rei futurae, quippe cum scientia non aliter dicatur causa rerum quam quatenus cum voluntate Dei conjuncta. Jam vero certissimum est voluntatem Dei nequaquam agere necessitate naturali, sed pro arbitrii libertate, unde consequens fit, res contingentes potius evenire quam necessitate aliqua naturali. Maluit tamen Thomas dum rationem istam solveret, in causarum secundarum operatione stabilire, id [illegible] hoc consilio; quia scilicet probe noverat contingentiam rerum aliquarum oppositam esse necessitati rerum aliarum; nempe quatenus [illegible] contingenter eveniunt & libere, ita etiam aliae producuntur necessario. At omnis necessitas rerum creatarum, dicitur tantum respectu causarum secundarum; non autem respectu causae primae, nam respectu agentis Dei, ut jam olim advertit Du- Durand. [illegible]
randus omnia contingenter & libere fiunt, nihil autem necessario: ergo contingentia tali necessitati opposita [illegible] habetur respectu causarum secundarum.

Suarez vero totus est in explicando quomodo scientia Dei dicatur necessaria tam in ratione scientiae quam in ratione causae; nempe in ratione scientiae simpliciter esse necessariam, quia non potest Deus esse sine scientia, ut est scientia talis vel talis effectus futuri, non esse simpliciter & absolute necessariam; neque enim necesse fuit ut talis res aliquando esset. verum supposito quod res aliqua futura sit, necesse esse ut a Deo sciatur: Secundo, quia talis scientia est immutabilis nihil obstante variatione rerum. Tertio quia necesse sit ut scientia Dei vera sit, tunc etiam in ratione causae dici posse necessariam tribus modis.

Primo quia necessaria sit ad producendum quemlibet effectum Dei, est enim Deus agens per intellectum; hinc ait nullam oriri contingentiae rerum, quia scilicet dum operatur cum causis secundis, sese accommodet illis: & ubi ita cum liberis agat, ut eas contingenter agere sinat. *Secundus (inquit) modus* est immutabilitatis. *Et de hac necessitate potest (inquit)* [illegible] *Thomas* addit etiam responsionem ejus facile procedere. *Nam licet (inquit) Deus immutabiliter operetur, non propterea majorem necessitatem infert.* Tertium modum causalitatis necessariae, ait esse per determinationem intrinsecam ad unum, atque hoc ait manifeste falsum esse, scientiam Dei esse causam necessariam, ut videas quam subdole jam antea professus sit scientiam Dei dici posse necessario tribus modis. Atque hinc constare ait *Thomam in hoc sensu fuisse locutum*, puto scribendum fuisse *in hoc sensu non fuisse locutum.* Tum rationem expedit quare in ista responsione sua exemplum adhibeat in sole influente ut plantae germinent, sed non satis apposite etiam sic ait. *Si enim causa remota seu universalis etiamsi ex necessitate naturae agat nihilominus producat effectum contingentem propter modum agendi causae proximae; multo magis hoc esse poterit, si in efficiente causa universali sit solum necessitas infallibilitatis.* At quo accuratior esse vult Suarez, eo fit dilutior. Deus enim ita est universalis causa omnium ut etiam sit particularis singulorum, ut in hoc recte Durandus. Quid enim? an quia remota causa nihil obest effectus contingentiae, ideo sequetur, causam particularem eamque impedibiliter operantem nequaquam obstare effectus contingentiae: exempla adhibentur tantum illustrandi non autem nervosius confirmandi gratia. Itaque aliter rem explicat, nempe quod divina voluntas se accommodet modo agendi causae proximae, atque hinc fieri vult quod rerum contingentiae nullum detrimentum fiat. At hoc modo exemplum a Solis influentia petitum, nequaquam habet idoneam illustrationem ejus, ad quod illustrandum introducitur; neque enim ad varias rerum formas varie se accommodat influxus Solis, sed potius eodem modo se habet ad omnes. Quod si ad naturas rerum accommodatio fieret, procul dubio non contingenter germinarent plantae, sed potius necessario. Hoc enim vergunt necessitate naturali, nisi externum impedimentum.

Solutio-

Solutiones variæ ad secundum argumentum.

IN secundo argumento fere omnes propositiones seu partes ejus in dubium revocantur. Nam imprimis aliqui negant illam conditionalem esse veram, si Deus scivit Petrum peccaturum, Petrus peccabit: quia non est consequentia necessaria: hodie enim antecedens est verum & consequens est falsum, quia jam Petrus non est peccaturus. Sed est falsa sententia & instantia frivola.

Ita profecto est & indigna in cujus refutatione laboret Suarez. Itaque [illegible] transimus unà cum refutatione ejus [illegible].

Deinde multi negant minorem ejusdem argumenti, scilicet hanc propositionem, Deus scivit Petrum peccaturum, esse necessariam, sed esse contingentem, adeout dicant nullam habere necessitatem, nec simpliciter nec ex suppositione, neque in sensu diviso neque in composito: quia licet scierit Deus Petrum peccaturum, simpliciter potest non scivisse, potestque Deus facere, ut neque jam sit, neque unquam in se fuerit talis scientia, imo & Petrus potest tum ipsum facere, nam potest non peccare, quod si non peccet, faciet ut nunquam in Deo fuerit talis scientia.

Ita videntur loqui aliqui Moderni, ut Vega libro 2. in Trid. capite 17. & lib. 12. capite 22. & Cordubâ tilla quæst. 55. dub. 11. & 12. & Driedonis concord. 2. p. capite 2. & 4. & Albert. Pigh. libro 8. de libero arb. capite 1. Tribuuntq; hanc opinionem multis antiquis & gravioribus Scholasticis Bonavent. in 1. d. 38. art. 2. quæst. 2. & distinct. 4. articulo 1. q. 1. Richard. d. 38. quæst. 6. Albert. articulo 4. Marsil. quæst. 4. ad 2. Scot. distinctione 39. quæstione un. Durand. 38. quæst. 3. præsertim eam indicant Nominales, Ockam, Gabriel, & maxime Greg. distinctione 38. quæst. 2.

Mihi plus satis incredibile videtur quenquam potuisse in tam absurdam sententiam præcipitem se dare, ut negaret propositionem illam, Deus scivit Petrum esse peccaturum esse ullomodo necessariam, quamvis enim mihi placeret indigitare necessitatem immobilitatis potius quam necessitatem aut simpliciter dictam aut ex suppositione in sensu diviso aut in composito. Sed nec Suarez sententiam illam alicui tribuendam judicat; tantum dicit aliquos Modernos ita loqui videri, item tribui hanc sententiam multis antiquis & gravioribus Scholasticis: Item Nominales eam non tam asserere quàm indicare. Ipse Suarez ait sententiam prædictam sustineri non posse; veruntamen prima ejus ratio minimè probatur; neque enim major est necessitas rerum de præterito Deo tributarum quàm de præsenti aut futuro; ratio est, quia nihil Deo tributum per intrinsecam denominationem (quo modo scientia Deo tribuitur) transit in futurum: nec omnino agnoscenda mihi videtur major necessitas propositionis istius *Deus scivit Petrum peccaturum* quam aut hujus *Deus scit Petrum peccaturum*, aut denique istius, *Deus sciturus est Petrum peccaturum*. Neque enim scientia Dei transit aut ex futuro in præsens, aut ex præsenti in præteritum. res contingens sane antequam producatur indifferens est, ut in statu illo non esse maneat aut ad esse transeat. Item res actu producta indifferens est natura sua, tam ad manendum in statu præsenti existendi, quàm ad esse desinendum. At postquam præterita est, non est indifferens ad statum illum alterandum: & consequenter datur potentia activa faciendi ea quæ nondum sunt transire è statu futuro in quo adhuc sunt transire è statu suo, non autem faciendi quæ præterita sunt, transire è statu in quo nunc est: quia hæc est temporis ratio ut ex futuro transeat in præsens, ex præsenti in præteritum, nullus autem transitus sit præteriti in futurum aut præsens. Veruntamen minime dignus Suarezium commentarium fuorum immemorem esse: quippe cum quæsit post eum Petri Hurtado de Mendoza sententia sit, posse quod præteritum est idem numero redire & revocari in præsens, & consequenter non tam ex præsenti transire in futurum, quam simile esse & futurum & præteritum, etiam eandem numero actionem, eundem numero motum posse redire per omnipotentiam divinam: Nempe Angelum Gabrielem creatum in A & corruptum seu annihilatum in B, posse redire eundem numero in instanti C: Atque in hujusmodi commento tanquam egregia subtilitate gloriantur illi. Istam sententiam adversarium tanquam supra modum absurdam exagitat Hurtado quasi ex ea sequerentur, quemadmodum sunt cæsi Augustales, ita etiam fore Angeli Augustales, qui non nisi in Augusto mense nascerentur: ex hac autem vera sententia manifeste sequitur dari potentiam in præteritum.

Quod vero Ferrariensi tribuit Suarez, quasi diceret propositionem illam *Deus scivit Petrum peccaturum*, non esse propriè de præterito, sed de præsenti, quia scientia Dei semper est: nihil præsens hujusmodi occurrit apud Ferrariensem loco designato, nempe contra Gent. capite 67. dicit quidem Thomam non facere differentiam inter scientiam Dei ... [illegible] ut significat in præsenti: quod & ex prima parte probat, quæst. 14. articulo 13. ubi necessitatem illius propositionis de præterito confirmat ex illo dicto Aristotelico, omne quod est quando est necesse est esse, cætera tolerari commodè possunt omnia.

Solutio 3.

Tertio igitur alii concesso antecedente negant consequentiam & hoc videtur sensisse Thomas supra ubi admittit propositionem illam, Deus scivit Petrum peccaturum, esse necessariam absolutè, de illa vero propositione Petrus peccabit negat eam esse necessariam absolutè: unde ad argumentum rursus respondet negando consequentiam quia quando antecedens non est causa consequentis, sed continet aliquid pertinens ad actum animæ, tunc oportet ut consequens sit ita necessarium, sicut antecedens, sed sicut est ut qualitatem subjecti inordinatè sit necessarium.

Hæc vero responsio magnas patitur difficultates: Nam illa propositio Deus scivit Petrum peccaturum, *non potest esse simpliciter necessaria, primo quia illa sola propositio est simpliciter necessaria, quæ ex terminorum* [illegible]

[illegible] necessitatem: illa autem propositio tam est [illegible] ut per se nota sit; Secundo, absolute loquendo potest Deus ab aeterno non habere scientiam talis futuri [illegible] propositio, [illegible] talis scientia de Deo non est simpliciter necessaria. [illegible] patet, quia simpliciter potest illud futurum non esse futurum: si autem non fuisset futurum, non fuisset scitum a Deo: ergo simpliciter potest Deus non scire illud esse futurum. Prima vero [illegible] per se nota est, quia illa propositio non [illegible] aliquid necessitatis [illegible] subjecto, & consequenter nequit habere veritatem simpliciter necessariam. Tertio quia scilicet fuisset simpliciter necessaria, manente quae est [illegible] & de praeterito: Sed hoc non scire est, tum quia hoc, Deus voluit creare mundum est de praeterito, & tamen non est simpliciter necessaria, cum libere id voluerit; tum etiam quia propositio de praeterito non habet veritatem necessariam, nisi facta aliqua suppositione, ut haec propositio, Adam fuit, non est simpliciter vera nisi quia supponit hanc Adam est, in aliquo tempore praeterito fuisse veram; quae suppositio confert necessitatem [illegible] quia [illegible], in Deo illa propositio de praeterito aequivalet huic de praesenti, Deus scit, quia in Deo nihil est praeteritum; illa autem de praesenti non est simpliciter necessaria, quia res contingens est libera, & consequenter est contingens simpliciter, licet sit necessaria secundum quid: Tandem quia hoc recte concludit argumentum: quia veritas illius propositionis Deus scit vel pendet seu connexa est cum veritate alterius de futuro, ita ut ex illa constet supponi veritatem ejus: ergo veritas non potest necessaria esse simpliciter, nisi etiam ex eo intelligamus alteram esse necessariam simpliciter, quae non est talis ex suppositione ejus scientia. Nam potius scientia ipsa supponit veritatem alterius quam e contrario; ergo etsi & ex sua causa necessaria est.

[illegible]
Verissimum est argumentum tertium magnas pati difficultates. Eidem Thomas triplicem ad eam responsionem commemoravit, quarum omnium reprobationem exhibuit, & in hoc articulo 13. quaestionis 14. partis primae & aliquanto uberius de veritate quaestione 2. articulo 12 ad 7. Sed nec melior ipsius Aquinatis responsionem, quam ille quarto loco repraesentavit, quae utique magnas etiam pati difficultates quemadmodum loquitur Suarez. Itaque in primis operae pretium fuerit primo loco sensum Aquinatis quo potentius explicari: Jam dedi operam ut investigarem quo sensu diceret Aquinas scientiam Dei esse causam necessariam, in qua que explicatione sententiam Ferrariensis praeferendam esse censui sententiae Cajetani, quemadmodum adhuc etiam judico praeferendam esse in pluribus. Veruntamen minus candide se gessit Ferrariensis, dum quae ad rationem Thomae secundam commentatus est Cajetanus, ea sibi refutanda proposuerit Ferrariensis dum versaret, in explicatione rationis primae, atque hoc ageret, ut doceret, quo sensu scientia Dei dicatur à Thoma causa necessaria. Neque enim in hujus explicatione quicquam à Ferrariensi discrepat Cajetanus, quippe cum profiteatur scientiam Dei dici causam necessariam, non necessitate simpliciter dicta, sed necessitate duntaxat, quae dicitur immutabilitatis: verba Cajetani haec sunt. *Ne sumas in aequivoco, necessariam dupliciter sumitur ad propositum, primo modo simpliciter, scilicet quod omnino impossibile est aliter se habere. Alio modo immutabiliter, quod scilicet non potest mutari de hoc in oppositum: quamvis absolute potuisset esse oppositum, & tunc hoc. In littera de utroque necessitatis se mentio, respondendo ad primam de necessitate quidem simpliciter, cum dicitur in commento quod causa remota potest esse necessaria, & effectus contingens & exemplificatur de motu Solis, quem constat numerari à Philosopho inter causas necessarias simpliciter. De necessitate autem immutabilitatis, cum in specula de scientia Dei dicitur quod est causa necessaria.* Ego vero Ferrariensem secutus existimabam Cajetanum differentiam de ejusdem generis necessitate tam ad rationem primam, quam ad rationem secundam; neque enim suspicatus sum Ferrariensem in eum aliquem sensum interpretaturum fuisse Cajetanum, quem jam tandem aliquando advertere videor. Quare licet minime placeat sententia Cajetani secundum hanc Thomae rationem non praecantis, dum vult Aquinatem discutere necessitatem pro scientiae Dei respectu futurorum non *absolute secundum rem, sed tantum ut significatur per propositionem, puta vel per propositionem de praesenti vel per propositionem de futuro*, quasi major esset necessitas ejusdem rei significatae per propositionem de praeterito, quam per propositionem de futuro: Tamen omnino cum Cajetano statuo in hac tertia ratione Aquinatem contendere. Antecedens in hac propositione. *Si Deus scivit hoc futurum esse, hoc erit*, esse necessarium plusquam immutabiliter (quippe cum absolute necessarium esse dicat Thomas) & Cajetanum verius statuere dum sic interpretatur Aquinatem quam statuit Ferrariensis: dum Thomam vult non aliter hoc antecedens necessarium statuere quam quomodo jam ratione prima dixerat scientiam Dei esse causam necessariam; Neque enim cum dixit scientiam Dei esse necessariam, dixit eam esse absolute necessariam; At Antecedens in hac conditionali, *Si Deus scivit hoc futurum esse hoc erit*, profitetur Thomas necessarium absolute. Adeo etiam simpliciter necessarium esse, quicquid in adversum fingit Suarezianus, quippe quem latuerit illustris hic de re Thomae locus de verit. quaest. 2. articulo 12. ad 7. de quo plura dicenda erunt in sequentibus. Nunc autem ad partes vocandus est Ferrariensis dum operam dat ut proposita quadam distinctione de necessario absolute, dictum hoc Aquinatis, quo profitetur, Deum scivisse hoc futurum esse prorsus enervet & irritum reddat. *Advertendum (inquit) quod S. Thom. quando dixit, hoc antecedens, Deus scivit hoc esse futurum, esse necessarium absolute, quod necessarium absolute potest accipi dupliciter: uno modo pro eo quod ex terminorum rationibus est necessarium ita quod eius oppositum est impossibile tanquam terminorum contradictionem implicans sicut hominem esse animal rationale. Antecedens praedictum scilicet Deum scivisse hoc futurum esse nequaquam ponitur* Ferrariensis à Thoma dictum esse absolute necessarium hoc sensu, veruntamen cum aliquo modo dixerit esse necessarium absolute, modus ille verus investigandus. Itaque addit Ferrariensis, *Alio modo* (necessarium absolute accipi potest) *pro eo quod in se est necessarium, non autem solum quantum ad dependentiam ad aliam propositionem: & sic dici-*

tur

Ferrar. [illegible]

tur necessaria propositio absolute cujus proprium significatum est necessarium. Necessarium vero secundum dependentiam ad aliam propositionem tantum est, cujus significatum non est necessarium, sed tantum ordo ipsius ad aliud est necessarius, sicut istius conditionalis, Si Socrates currit Socrates movetur. At inquam quomodo tu fidem facies magis necessarium esse Deum novisse hoc esse futurum, puta *cras pluiturum* quàm *Socratem moveri*. nisi enim cras pluiturum sit, Deus nequaquam sciet cras pluiturum esse. Quod si non nisi supposito quod cras pluiturum sit, novit Deus cras pluiturum esse; an ulla major necessitas est hujus propositionis, *si cras pluiturum sit, Deus novit cras pluiturum esse*, quàm hujus, *Si Socrates currit, Socrates movetur*: & cur quæso hujusmodi veritas dicatur absolute necessaria, cum manifestum sit non nisi conditionatè necessariam esse. Quare nondum docuisti quomodo DEVM scire cras pluiturum esse, magis necessarium sit quàm Socratem moveri: & fatetur quidem Antecedens illud juxta Aquinatem necessarium esse; necessitate illationis, *quasi scilicet necessariò ad aliquod antecedens consequatur*; verùm addit *etiam necessarium esse in se secundum suum proprium significatum*. At nulla vel tolerabili ratione hactenus confectum dedit Ferrariensis, quomodo sit necessarium in se & secundum suum proprium significatum, magis quàm *Socratem moveri* sit necessarium in se & secundum suum proprium significatum. Rursus urgeo. Quid tibi videtur de hac propositione, DEVS voluit hoc esse futurum, numquid est necessaria absolute, hoc est in se & secundum suum proprium significatum? facile credo te responsurum, non esse necessarium in se, sed tantùm ex suppositione. Sic enim dixeras dum Cajetanum refellis. *Apud S. Thomam quoque illud esse falsum constat ex eo quod dicit de veritate quæstione 23. articulo 4. ubi enim ad quartum inquit, quod DEVM voluisse aliquid postquam voluit, est necessarium ex suppositione, sicut Socratem cucurrisse postquam cucurrit.* Cur ergo Deum *scire aliquid futurum esse* dicas esse necessarium in se & secundum suum proprium significatum, & non solum ex suppositione?

Videas tamen quò te ducam; si DEVM scire aliquid esse futurum, sit magis necessarium, quàm DEVM velle aliquid esse futurum; tum sequitur; Deum scire aliquid esse futurum, esse necessarium majori necessitate, quàm sit necessitas immutabilitatis. Hoc concessurum esse videris, cum propositiones de futuro formatas de scientia DEI non magis necessarias esse, quàm propositiones de præsenti, ex eo probas, cùm Cajetanum refellis, quod *propositiones de futuro formatæ de voluntate Dei, non magis necessariæ sunt quàm propositiones de præsenti* idque juxta Aquinatem. At, inquam, juxta Thomam, propositio ista *DEVS novit aliquid futurum*, est magis necessaria, quàm sit ista, DEVS voluit aliquid futurum esse. ergo propositio ista, Deus novit aliquid futurum esse, est necessaria plusquam necessitate immutabilitatis. Probatur assumptio idque ex ipso Aquinate de veritate quæstione 23. articulo 4. ubi sic arguit Aquinas ratione decima tertia. *Sicut DEI voluntas importat respectum ad creaturas, ita & potentia & scientia; sed necessarium est DEVM posse quicquid potest, & necessarium est eum scire quicquid scit; ergo necessarium est eum velle quicquid vult.* Proinde videas quomodo huic argumento occurrat: *Ad tertium dicendum, quod scientia & potentia quamvis importent respectum ad creaturas, tamen pertinent ad ipsam perfectionem divinæ essentiæ, in qua nihil potest esse, nisi per se necessarium. Secundum hoc enim dicitur aliquis esse sciens, quod res scita dicitur esse in sciente; dicitur autem potens esse ad aliquid agendum secundum quod est in actu completo respectu ejus quod agendum est. Quicquid autem est in DEO necesse est eum esse, & quicquid DEVS est actu, necesse est eum esse actu. Cum vero dicitur Deum velle aliquid, non significatur illud aliquid inesse DEO, sed tantummodo importatur ordo ipsius Dei ad illum effectum ex propria natura, & ideo ex hac parte deficit conditio absoluta necessitatis ut dictum est prius.* Agnoscit igitur absolutam necessitatem ex parte divinæ scientiæ rerum, non autem ex parte divinæ voluntatis rerum; necessitatem vero ex parte divinæ scientiæ æqualem facit necessitati quæ locum habet ex parte divinæ potentiæ; ut scilicet proinde necessarium sit Deum scire quicquid scit, quemadmodum necessarium est DEVM posse quicquid potest. Quid isto fingi potest evidentius ad asserendam scientiam rerum divinam tanquam absolute necessariam; Itaque videamus quo sensu dicantur ista ab Aquinate & inprimis quo sensu dicat perinde necessarium esse DEVM scire quicquid scit atque necessarium est posse Deum quicquid potest, non autem necessarium esse ut quicquid vult Deus illud velit. Itaque videtur mihi dictum hoc procedere ratione objectorum harum facultatum formalium, nempe non est necesse ut quicquid à Deo volibile est illud DEVS velit, verùm quicquid à DEO cognoscibile est, necesse est ut DEVS illud cognoscat, quemadmodum necesse est ut præstare possit Deus quicquid possibile est, vel præstabile. Ad secundam vero rationem Aquinatis quod attinet, ubi profitetur 1. parte quæstione 14. articulo 13. absolutè necessarium esse Deum scivisse hoc contingens futurum. & secundò de veritate articulo duodecimo, hoc esse scitum à DEO esse absolute necessarium, & simpliciter necessarium; Dico hoc apud Aquinatem procedere ratione conditionis sive suppositionis positæ in esse, nec dubitari potest quin quod conditionatum tantùm est posita conditione evadat in absolutum. *Sic contingens quando est, necesse est esse*, antequam esset poterat esse necessarium ex suppositione; Posita autem illa suppositione ex prioris necessitatis statu transire necesse est, in statum necessitatis alterius. ergo cum prior necessitatis status fuerit tantum conditionatus, necesse est ut transeat in statum necessitatis absolutum. Hoc autem voluisse Aquinatem ex eo manifestum fit; quod scitum hoc esse à Deo absolute necessarium esse probat hoc nomine, quod scilicet *sit quoddam dictum de præterito, sed omne dictum de præterito* (sic Thomas) *si est verum, est necessarium, quia quod fuit, non potest non fuisse: ergo* (inquit) *est absolute necessarium*; pari ratione omne dictum de præsen-

præsenti, si est verum, est necessarium, quia quod factum est non potest factum non esse; hujus utriusque fundamentum haud aliud est, agnoscente hoc Ferrariensi, quàm vulgatum illud Aristot. dictum, *Omne quod est, quando est, necesse est esse.* Quare concludit Thomas etiam consequens necessarium esse simpliciter atque absolute; nempe *hoc erit*, sive rectius dicendum esse monet, ergo *hoc est*. Nempe quæ futura sunt vult potius dici esse præsentia apud Deum quàm futura. *Magis (inquit) dicendum esset, si Deus scit aliquid, illud est, quàm hoc erit.* Ex quibus luculenter evincitur Thomam non magis necessitatem istam quam vocat absolutam in propositione de præterito locum habere censuisse quàm in propositione de præsenti, quicquid in adversum prætendat Cajetanus; rursus absolutam istam necessitatem non aliam esse, quàm quæ oriatur ex positione conditionis, liquet ex sequentibus: *unde (inquit) idem est judicium de isto, Si Deus scit aliquid hoc erit; & de hac, si ego video Socratem currere, Socrates currit, quarum utrumque est necessarium dum est.* [illegible] Nota bene, *dum est, utrumque est necessarium*; nimirum juxta illud vulgatum axioma *Omne quod est, quando est, necesse est esse.* Hunc etiam esse sensum Aquinatis ex eo evincitur, quia alias antecedens illud non omnino verum esset (nam si res non magis futura est, quàm non futura, quomodo verum esset quod Deus sciret eam futuram esse?) quanto minus dicendum esset absolute necessarium. Quod si res futura est, sine dubio non modo verum est sed & necessarium ideoque absolute, Deum id ipsum novisse. At unde quæso oritur illa rerum apud Deum præscientia? annon ex ipsa divinæ voluntatis determinatione juxta Thomam ipsum? *Quamvis* (inquit) *de Veritate quæstione 2. articulo 13. secundum quendam modum scientia Dei sit tantum existentium in præsenti*, præterito vel futuro, scilicet secundum quod scientia ordinatur ad opus, quod facit voluntas; si tamen per hunc modum sciendi sciret aliquid quod prius nesciret, nulla variatio ex hoc accideret in scientia ejus cum ipsa sit æqualiter entium & non entium, quantum ex parte ejus est; sed si esset ex hoc aliqua variatio in Deo, hoc esset ex parte voluntatis, quæ determinat scientiam ad aliquid ad quod prius non determinabat. Ex his vides scientiam Dei juxta Aquinatem à voluntate divina determinari ad cognoscendum ea quæ cognoscit in genere futurorum, præsentium, & præteritorum. Quod tamen recte intelligendum est non de determinatione formali aut effectiva physice, sed duntaxat de determinatione objectiva.

Non inquam de determinatione formali aut effectiva physice, quia scibere divina scientia nullam sui causam recognoscit, quemadmodum disserit Thomas de veritate quæstione 2. articulo 14. in conclusione. *Quæcunque* (inquit) *sunt similia ita se habent quod vel unum sit causa alterius, vel ambo ex una causa causantur; in nobis autem scientia, est assimilatio scientis ad scitum: unde oportet quod vel scientia sit causa scitorum vel scitum sit causa scientiæ, vel utrumque ab una causa causetur; non potest autem dici quod res scitæ à Deo sint causa scientiæ in eo, cum res sint temporales, & scientia Dei sit æterna; temporale autem non potest esse causa æterni: similiter non potest dici quod utrumque ab una causa causetur: quoniam in Deo nihil potest esse causatum, cum ipse sit quicquid habet, unde relinquitur quod scientia ejus sit causa rerum.* Superest igitur ut voluntas divina determinet scientiam ejus duntaxat objective: quatenus per divinæ voluntatis determinationem res contingentes fiunt idoneum objectum scientiæ divinæ in genere visionis, hoc est fiunt cognoscibiles in genere futurorum, præsentium & præteritorum: nempe dum per voluntatem DEI res contingentes constituuntur apud DEUM in esse volito, hoc ipso cognoscibilia sunt tanquam futura, præsentia aut præterita, nec tamen hinc metuendum est, ne quid vis fiat ipsorum contingentiæ. Nam cum sic objecisset Aquinas, ubi supra ratione quarta, *Causa prima vehementius influit in causatum quam secunda: sed scientia DEI si est causa rerum, est causa prima: cum ergo ex causa secunda necessaria sequatur necessitas in effectibus, multo magis à scientia DEI sequetur necessitas in rebus.* Vide quid respondeat. *Ad quartum dicendum quod quamvis causa prima vehementius influat quam secunda; tamen effectus non completur, nisi adveniente operatione secundæ, & ideo si sit possibilitas deficiendi in causa secunda, est etiam eadem possibilitas deficiendi in effectu; quamvis causa prima deficere non possit; sed multo amplius si causa prima deficere potest, & effectus deficere possit. Quia ergo ad esse effectus requiritur utraque causa, utriusque defectus inducit defectum in effectu & ideo quæcunque causarum ponatur contingens, sequitur effectum esse contingentem; non autem si altera tantum ponatur necessaria, effectus erit necessarius propter hoc, quod ad esse effectus utraque causa requiritur. Sed quia causa secunda non potest esse necessaria, ubi prima sit contingens: unde est quod ad necessitatem causæ sequatur necessitas in effectu quantum ad necessitatem causæ secundæ.* Maluit tamen Aquinas dum de scientia futurorum agentium agit eorundem necessitatem repræsentare ex præsentia rerum apud Deum quam ex voluntatis divinæ determinatione: quia multo luculentius est necessitatem rerum ex præsentia earum oriundam nihil obesse rerum contingentiæ, quam necessitatem earundem ex divinæ voluntatis determinatione procreatam. Iam tandem ad Suarezium redeamus.

Hæc (inquit Thomas) *responsio magnas patitur difficultates*, probatque variis argumentis, propositionem illam *DEUS scivit Petrum peccaturum*, non posse esse simpliciter necessariam; primo *quia illa sola propositio est simpliciter necessaria, quæ ex terminorum connexione intrinsecam habet necessitatem, illa autem propositio non est hujusmodi ut per se notum est.* At inquam, illa propositio si omnino vera sit est simpliciter necessaria, idque ex intrinseca terminorum connexione. Neque enim omnino vera est, si Petrus peccaturus non sit; sin Petrus peccaturus sit, est simpliciter necessarium, ut Deus hoc sciverit. Neque enim fieri potest ut qui omniscius est, ignoret aliquid, modo scibile fuerit, in quocunque genere scibile fuerit. Quis autem cum sobrietate expectare potuisset ut Deus sciret aliquid futurum esse, quod futurum non est, nam sicut expectandum

non est ut Deus præstare possit quod præstabile non sit; ita necesse peccandum est ut sciat quod scibile non est. *Secundo* (inquit) *absolute loquendo potuit Deus ab æterno non habere scientiam talis futuri: ergo propositio illa in qua prædicatur scientia de Deo non est simpliciter necessaria. Antecedens patet, quia simpliciter potuit illud futurum non esse futurum;* Egregiam vero probationem: *potuit non habere scientiam talis futuri, quia tale futurum potuit non modo non esse tale futurum, sed nec futurum quidem esse.* An vero hoc est probare potuisse non habere scientiam talis futuri? Imò hoc non est probare, scientiam Dei aliter se habere potuisse, sed potius rem ipsam aliter se habere potuisse. Quo tamen nihil obstante nequaquam aliter se haberet Dei scientia, quippe quæ sive res sint sive non sint, sive futuræ sint sive non sint, necesse est ut à Deo sciantur, sine omni variatione scientiæ divinæ. *Tertio, quia si illa fuisset simpliciter necessaria, maxime quia est vera & de præterito: sed hoc non satis est, tum quia hæc, Deus voluit creare mundum est de præterito & tamen non est simpliciter necessaria, cum libere id voluerit; tum quia propositio de præterito non habet veritatem necessariam, nisi facta aliqua suppositione.* Respondeo nobis minimè placere Cajetani sententiam inhærentis conditioni propositionis de præterito. Sufficit nobis abunde quod sit vera, vera autem esse non potest nisi Petrus peccaturus sit, quo dato necesse esse dicimus simpliciter ut à Deo sciatur. Ratio est, quia Deus summa necessitate est omnisciens, hoc est sciens omnium quæ scibilia sunt; non est autem eadem ratio voluntatis divinæ atque scientiæ divinæ; quippe cum voluntas liberè velit quicquid vult ad extra, non autem scientia Dei liberè scit quodcumque scit, sed necessario: unde fit ut licet scientia Dei sciat quicquid scibile est, idque necessariò; divina tamen voluntas nec necessario nec libere velit quicquid est volibile. & mirari satis non possum tam disertam Aquinatis sententiam hunc in modum inter scientiam divinam & voluntatem divinam discriminantis, Suarezium fugere potuisse de veritate quæstione 23. articulo 4. ubi proposita ratione 13. in hæc verba, *Sicut Dei voluntas importat respectum ad creaturam, ita & potentia & scientia. Sed necessarium est Deum posse quicquid potest, & necessarium est eum scire quicquid scit: ergo necessarium est, eum velle quicquid vult.* Cui dum respondet Aquinas, licet neget Deum velle necessario quicquid vult, tamen agnoscit necessarium esse Deum scire quicquid scit, perinde atque necessarium est Deum posse quicquid potest, & hujus discriminis rationem explicat. Miror inquam locum tam illustrem apud Aquinatem fugisse Suarezium. An credibile est hoc nunquam apud Thomam advertisse Suarezium? aut postquam adverterit memoriam ejus oblitterasse? præsertim cum post Homerum, Aristotelem, Julium Cæsarem, Senecam declamatorem, Augustinum, Hieronymum, & Picum Mirandulanum, Franciscum Suarium repræsentet Famianus Strada, non modo tanquam ingenio hac controversia maximo; verum etiam ceu tantum memoriæ assecutum, *ut inter reliquos sanctos Patres Augustinum multiplicem sane uberrimumque scriptorem animo promptum haberet, ubique, ejusque, tum sententias, tum* (quod perquam mirum est) *verba per omnia prolixe suppeditaret quæ subjiceret, quamquam* (inquit) *de suis commentariis, quæ jam bibliothecam sola conficiunt, si quid interrogaretur, ubi sit, statim quo loco, qua pagina ediderit, ita sapere, expedite demonstraret ac digito commonstraret, ut sæpe vidimus.* Equidem mirari non soleo, quoties Jesuitam quempiam extollat Jesuita; potius mirari subit, adeo degenerasse nationem Romanam, ut Italus Hispanum istum in tantum efferret, nisi vero à Jesuita procederet ista commendatio, indignum Suarezium aut quemvis Jesuitam præferendum censens Dominicanis.

Verum ut Simia quævis formosos suos pulcherrimos esse judicat, ita visum Suarez lectoribus suis persuasum esse; *Hæc* (ipsius) *rationes plane concludere illam propositionem non esse simpliciter, id est natura sua necessariam,* tamen fatetur, *eas non procedere contra Thomam, quippe, qui non ex illo sensu locutus est, sed potius; scilicet propositionem illam esse absolute necessariam, hæc enim* (inquit) *sunt verba ejus. Non autem dixit simpliciter vel ab intrinseco necessariam: sunt autem hæc valde diversa.* Obiter advertamus ingenium hujus Jesuitæ, quod tanquam longe maximum extollit Famianus, quod & forsitan in suo genere verum est, quale nunc expositurі sumus. Rationes Thomæ superius propositam impugnantes atque admodum validiores speciem modo fecit iste Jesuita ingenii jam apud Famianum commendatissimi; nunc autem libens fatetur oppositionem hanc ejus specie strenuam, re tamen admodum inanem esse, quippe cum rationes concludant propositionem illam, *Deum scivit Petrum peccaturum esse,* non esse simpliciter necessariam. At Aquinas nequaquam dixerat propositionem illam esse simpliciter necessariam, consentaneè tamen dixisse fuisse necessariam illam absolute. Procul dubio non videtur hoc lapsui memoriæ ipsius tribuendum, ne sic tum orbis Christianus recognosceret imparem nimis qui ob memoriæ felicitatem cum Homero, Aristotele, Seneca declamatore, Augustino, Hieronymo, in ordinem cogeretur à Famiano, & in cujus amplificatione vir tantæ fidei desineret. Forte hoc ingenio ejus tribuendum videtur longe maximo, ex quo in aliis puta in Augustino versatior esse malebat quam in Aquinate; Nam pro mea quantulacunque quam cum Aquinate & scriptis ejus hactenus gessi consuetudine, distinctionem istam Suarezianam à mente ipsius Thomæ alienissimam esse, tam compertum habere mihi videor, quam Solem meridie cum sudum est lucere; nempe disertissima suppetunt indicia. Necessarium absolute & necessarium simpliciter tantidem esse apud Thomam in hac ipsa materia quam tractamus. Nam quam in 1. p. quæst. 14. articulo 13. quæstionem discutit, eandem tractat de veritate quæst. secunda, articulo 12. ubi, loco 7. sic argumentatur, *In omni vera conditionali, si antecedens est necessarium absolute, & consequens est necessarium absolute. Sed ista conditionalis est vera si aliquid est scitum à Deo, illud erit: cum ergo hoc antecedens* scilicet hoc est scitum à Deo *sit absolute necessarium, & consequens erit absolute necessarium.* Sic fuit objectio: sequitur ad eandem responsio triplex

ex sententia aliorum cum triplici reprobatione à Jesuita subjecta. *Et ideo* (inquit) *aliter dicendum.* Respondet autem concedendo tam antecedens quam consequentiam ejus, semper utrumque necessarium agnoscit. Videamus quibus verbis hoc efferat. *Dicendum* (inquit) *quod hoc antecedens est simpliciter necessarium, & consequens est necessarium absolute eo modo quo antecedens sequitur.* Quid apertius? nempe necessarium absolute & necessarium simpliciter eadem prorsus esse Aquinati, ut ista distinctio Suarezianaquam tanquam admodum subtiliter excogitasse videri voluit, in malam crucem abeat necesse sit. De ingenio vero & memoria tanti doctoris ne periude perdiscerent ecclesia Dei Famianus Strada prolusionibus suis Academicis providebit. Sicut autem Suarez operam dedit ut probaret simpliciter necessarium esse etiam ab intrinseco necessitatem, & ex intrinseca terminorum connexione veritatem habere, res etiam absolute necessarium eadem ratione dici apud Aquinatem manifestum est de veritate quæstione 23. articulo 4. verba cujus hæc sunt. *Aliquid necessarium dicitur dupliciter, absolutè & ex suppositione.* Jam quæram & videas, quomodo nobis exponat Thomas, quale sit necessarium absolute; *Absolute* (inquit) *necessarium est aliquid propter necessariam habitudinem ad invicem terminorum qui in aliqua propositione ponuntur, sicut hominem esse animal.* Jam tandem advertamus quomodo malus exponat Suarez quid sit absolutum necessarium. *Tertia igitur* (inquit) *dicitur propositio de præterito absolute necessaria, quia postquam semel vera est, amplius falsa esse non potest.* At (inquam) etiam in hoc hujus Jesuitæ imperitia in doctrina Thomæ detegitur. Verum justa expositionem illā tam propositiones formatæ de voluntate divina dicuntur absolute necessariæ, quam propositiones formatæ de scientia divina. At hoc falsum est juxta doctrinam Aquinatis; quippe qui licet neget Deum necessario velle quicquid vult, attamen palam asserit necessarium esse Deum scire quicquid scit, sicut necessarium est, Deum posse quicquid potest. Quare absolutè necessarium esse vult ut scientia divina transeat in objectum suum, non autem omnino necessarium esse, ut voluntas transeat in objectum suum, de veritate quæstione 23. articulo 4. ad 13. Rursus cum ait propositionem de præterito in hoc differre à propositione de præsenti & futuro, quod scilicet illa ubi semel vera fuerit, non possit esse falsa, non est propositio de præsenti aut de futuro. Agnosco Cajetanum ita instituisse, sed à Ferrariensi refellitur, & ex Aquinate manifestum est eandem esse necessitatem propositionis de præsenti atque propositionis de præterito; nec aliam ille fingit necessitatem propositionis de præterito, quam quæ in illo axiomate fundetur. *Omne quod est quando est necesse est esse.* Hoc autem tam de re præsenti quam de re præterita obtinere luculentissimum est. Certe res quæ futura est, statum illum mutare potest, sicut & res præsens statum suæ præsentiæ mutare potest: Ratio est quia tempus transit è futuro in præsens è præsenti in præteritum, & è præterito in futurum; & præsens transitus non datur nisi fingamus tempus esse durationem circularem quemadmodum fingunt aliqui non Mathematicè quidem sed Physicè. Attamen propositio de futuro vera, aut de præsenti vera nunquam mutatur in falsam; neque enim formatur nisi de tempore illo pro quo vera est. Cum dixi rem non posse transire ex statu præteritionis in statum alterum, intelligendus sum juxta modulum philosophiæ nostræ vulgaris; non autem juxta inventiones modernas Jesuitarum transcendentales à Vasquio tamen reprobatas; inventiones dico Suarii & Petri Hurtadonis de Mendosa; res præteritas etiam in motione positas eandem omnium numero actionem, eundem numero motum redire posse, adeoque ex præterito in futurum, ex futuro in præsens remeare, admirabilissima subtilitate Philosophantium. Hæc paulo uberius excursus sum, ut Famiano Stradæ Romano, Rhetori cum primis nobili, & suorum Jesuitarum Encomiasti celeberrimo segetem præberem locupletiorem expatiandi, nova aliqua prolusione Academica, cujus si placet materia fiat. *Posse maxima ingenia etiam qualia sunt Jesuitica, maximis inferantiis subjici & ausu suo magno quantumvis haud penitendas cupiunt excidere.* — *quod & falsum præteritum propositio futuri.*

Adversus prædicta difficultates nonnullæ.

Instan. SEd adhuc superest integra difficultas argumenti. *Nam hæc necessitas absoluta illius antecedentis*, Deus scivit Petrum peccaturum, *sufficit ad inferendam tantam necessitatem in consequenti, quæ repugnet contingentiæ. Nam infert necessitatem in re futura, respectu illius temporis pro quo dicitur esse futura: illud autem esse deberet tempus contingentia ejus. Nam quod deinde sequatur post impletam veritatem futuram impertinens est, ut per se constat: eo vel maximè quod supra diximus, idem esse dicere,* Deus scivit & Deus scit *rem esse futuram, & sensum illius dicti, non esse, rem illam esse futuram respectu cujuscunque instantis cui coexistit scientia Dei, sed simpliciter habituram aliquando esse: & ideo semper esse veram & necessariam illam propositionem* Deus scit hoc vel illud esse futurum: *ergo eadem ratione semper erit verum ac necessarium talem rem esse futuram: ergo tollitur contingentia. Nec satisfacit responsio, quæ statim occurrit, hanc solam esse necessitatem compositionis, quæ non repugnat effectui libero & contingenti, quia si compositio est cum re eadem jam existente vel futura, qualis est illa,* quando res est, necesse est esse, *verum est non tollere contingentiam, tamen quando est cum re extrinseca & quæ non est in potestate operantis qualis est scientia Dei, videtur talis compositio tollere contingentiā, quia tollit potestatem ad utrumlibet*

libet & indifferentiam inferioris causæ non ex libero usu potestatis ejus, sed aliunde ab extrinseco: eadem ratione non videtur satisfacere alia responsio, quæ est frequens apud alios Scholasticos: scilicet hanc necessitatem in re futura esse tantum necessitatem consequentiæ, quæ non repugnat contingentiæ: hoc est enim quod argumentum contendit, scilicet necessitatem consequentiæ, quando est ex antecedente extrinseco, & quod non est in potestate inferioris causæ, inferre in ipso consequente necessitatem repugnantem contingentiæ. Denique vel obscurior est vel eandem difficultatem habet D. Thomæ responsio, scilicet solum sequi illud consequens esse necessarium ut subest antecedenti, non vero absolute: nam hoc etiam est quod argumentum contendit, nimirum necessitatem illam quam habet consequens ratione antecedentis excludere contingentiam.

Resp. Certe profitetur Aquinas, in illiusmodi conditionali, *Si Deus scivit hoc esse futurum hoc erit*, & antecedens esse necessarium absolute, & consequens, eo modo quo ad antecedens sequitur. Ad hoc responsiones quasdam tanquam ad satisfaciendum minus idoneas rejicit Suarez, quarum prima est, necessitatem illam esse duntaxat necessitatem compositionis, quæ non repugnat effectui libero & contingenti: verum rejicit Suarez, compositionem quidem cum re eadem non tollere necessitatem, qualis est illa, *quando res est, necesse est esse, non tollere consequentiam; verum*, inquit, *quando compositio fit cum re extrinseca, & quæ non est in potestate operantis, qualis est scientia Dei, videtur talis compositio tollere contingentiam, quia tollit potestatem ad utrumlibet, & indifferentiam inferioris causæ non ex libero usu potestatis ejus, sed aliunde ab extrinseco.* Atqui, ut plus satis manifestum est, Aquinas eam necessitatem illam quam vocat absolutam passim revocare ad ejusmodi genus necessitatis, quod in vulgo illo axiomate fundatur, *Omne quod est, quando est, necesse est esse*, ut videre est 1. p. q. 14. art. 13. ad 2. & de veritate q. 2. a. 12. ad 7. Rursus illa compositio cum scientia Dei, nequaquam tollit potestatem ad utrumlibet, & consequenter non tollit contingentiam. Probatur antecedens, Qui videt aliquid futurum esse per potestatem ad utrumlibet, nonnisi quidem per visionem suam tollit potestatem ad utrumlibet. Imo ponamus scientiam divinam esse causam rerum futurarum, hoc tamen nihil obstaret earundem contingentiæ, quemadmodum disserit (& recte) D. Thomas lib. 1. cont. Gent. cap. 67. & [illegible]. Dicimus secundo, *Causa* (inquit) *existente necessaria, non potest esse, quin ejus effectus eveniat eo modo, quo est ejus effectus: si enim sit ejus effectus, quantum ad esse rei absolute, non potest esse quin effectus ejus eveniat, quantum ad esse absolute consideratum; si autem sit ejus effectus, quantum ad esse, simul & modum contingentiæ & necessitatis, non potest esse quin eveniat secundum illum modum. Scientia autem Dei est causa rerum quantum ad esse & modum; ideo non potest esse, quin effectus ille eveniat necessario, qui est in scientia Dei ut eveniat necessario: & non potest esse quin contingenter eveniat effectus, qui in scientia Dei est ut contingenter eveniat. Constat autem ex his, non tolli contingentiam effectuum, imo potius poni.* Addit Suarez occurrere etiam aliam responsionem, apud Scholasticos usitatam; *scilicet hanc necessitatem in re futura, esse tantum necessitatem consequentiæ, quæ non repugnat contingentiæ.* Verum & hanc nihilo magis satisfacere pronunciat Suarez. *Etenim* (inquit) *necessitas consequentiæ quando est ex antecedente extrinseco, & quod non est in potestate inferioris causæ, infert in ipso consequente necessitatem repugnantem contingentiæ.* Atqui quam necessitatem hujusmodi minime repugnare contingentiæ rerum futurarum, nobis testimoniorum Scholasticorum confirmatum dedit Alvarez, & quis sobrius dubitaret an res futura ex libera potestate causæ inferioris, quicquam præjudicaret liberæ potestati causæ inferioris? Sin ponatur esse casurum futurum, si tamen casurum contingenter & libere, hoc est ex libera potestate causæ inferioris, quis non videat hinc confirmandum potius quam imminutum liberam potestatem causæ inferioris? Sed & Thomæ responsionem hoc in loco profitetur Suarez, aut obscuriorem esse, aut eandem difficultatem habere, *ait enim dici sequi illud consequens esse necessarium, ut subest antecedenti, non vero absolute.* Certe Thomas non tantum fatetur consequens esse necessarium; sed & absolute necessarium prout subest antecedenti, eadem nimirum (non alia) ratione, qua *Omne quod est, quando est, necesse est esse*, utique absolute. Et notissimum est, rem ex hypothesi, statim, postquam hypothesis illa mandata fuerit executioni, evadere necessariam absolute. Quomodo autem hujusmodi necessitas excludat contingentiam, nondum docuit Suarez.

Addit tamen ex sua sententia, *Si rem ipsam tantum spectemus* (tum omnino advertamus ad spinosam quæstionem aliorum, quasi verò illi alii, dum has suas responsiones adhibuerunt, non rem ipsam spectarent, perinde atque spectarit Suarez.) *Facilem esse responsionem ex his quæ tradidit de objecto & modo hujus scientiæ. Dicimus enim* (inquit) *res futuras non ideo esse futuras, quia sciuntur à Deo, sed è converso ideo sciri, quia futura sunt, vel ut parum loquamur, supposito quod futura sint, cognosci à Deo.* Atqui & Patres, & Scholastici gravissimi statuerunt res ideo futuras esse, quia sciuntur à Deo teste D. Aquinas de veritate quæstione 2. articulo 14. in corpore. *In omni* (inquit) *scientia, est assimilatio scientis ad scitum, unde oportet, quod vel scientia sit causa sciti, vel scitum sit causa scientiæ, vel utrumque ab una causa causetur. Non potest autem dici, quod res scitæ à Deo, sint causa scientiæ in eo, cum res sint temporales, & scientia Dei sit æterna. Temporale autem non potest esse causa æterni. Similiter non potest dici, quod utrumque ab una causa causetur, quia in Deo nihil potest esse causatum, cum ipse sit quicquid habet; unde relinquitur, quod scientia ejus sit causa rerum.* Sed gratificemur hoc Suarezio, esto utique, *cognoscantur à Deo hæ contingentes* [illegible], *quia suppositâ determinatione futura talium contingentium, jam est veritas in tali objecto*, (hoc est, sit cognoscibile in genere futuri; cum autem veritas erat in tali objecto, quæ cognoscibilis esset in genere rei positivæ) *quam Deus ex infinita*

finita

ipsa pro [illegible] futuri intercedat. At cum [illegible] causarum determinatio, natura sua non magis futura sit, quam non futura; nisi nobis exhiberetur. Unde fit, quod ista determinatio, ex conditione rei mere possibilis, evaserit in conditionem rei futuræ, fortius differat de ejus futuritione, tanquam ad objectum divinæ cognitionis constituendum idonea, cum sola [illegible] illius causa, satis constet. determinationem illam, quam suam fingis, non magis futuram esse, quam non futuram. Itaque ad hoc [illegible] progreditur Suarez: *Illa autem veritas,* inquit, *non absolute supponitur, quasi ex libero usu futura citra causam, quæ non supponitur futura ab alia quasi causa extrinseca determinante, sed ex interna seu propria potestate causæ proximæ, tum adjutæ seu concursu proportionato.* Sunt istæ [illegible] ad nebulas offundendas lectori, ne quamdiu hoc [illegible] agat Suarez, ut elabatur, advertat. Imprimis respondeo, ex libero usu futuro ipsius causæ, non magis determinationem futuram ad producendum illud quod futurum fingitur, quam ad abstinendum à productione ejus. Ecce miseram differentiam [illegible] ut [illegible] Suarezium *de libero usu causæ* philosophantis, exemplari quodam licentia loquentis, & quam nulla penitus alicujus defendit [illegible]. Dicere debuerat, ex [illegible] naturali liberà productione futura effectus illius, qui fingitur esse futurus. At, inquam, hoc non est causam futuritionis reddere, sed fictionem futuritionis rei unius, repetita fictione futuritionis rei alterius, simulare. Nam cum causæ rationalis operatio, in productione effectus, qui futurus fingitur, natura sua, non magis futura sit quam non futura; aut causa reddenda est unde liqueat, transisse ex conditione rei mere possibilis, atque tam ad non futuritionem quam ad futuritionem indifferentis, in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ, aut gratis dicitur esse futura. Causam autem hujus transitionis aliquam nondum reddidit Suarez, licet reddenti similis sit videatur enim liberatæ translatione, ut solet in hac specie. Rursus opponit ex pro mero arbitrio, quæ [illegible] ab adversariis suis nunquam habentur pro opposito, sed potius pro consentaneo. Neque enim volunt illi extrinsecam determinationem à Creatore factam, unquam officere liberæ potestati causæ proximæ. Quod tamen prudenter & [illegible] clementer admodum, quasi falso supponit Suarez, quod quidem est ad arbitrium suum in dialectica examinanda dominari. Nos vero dicimus nullam causam transitionis illius fingi posse, extra Deum, quippe cum ab æterno facta sit (nam ab æterno res erant futuræ.) At ab æterno nihil existebat extra Deum, quod talis transitus Autor esset. Rursus intra Deum nihil occurrit, quod hujus transitus causa sit, præter ipsam divinæ voluntatis determinationem, quam scientiam visionis sequi fatetur Ferrariensis 1. cont. Gent. cap. 67. Posito autem quod res aliqua sit à Deo volita, necesse est ut aliquando fiat, quo genere necessitatis videtur Suarez. Sed quia video, quid intentaturi sint Jesuitæ, nempe sic introduci necessitatem absolutam, eamq; contingentiæ rerum summè inimicam; ideo dabo operam ne utiquam eorum comprehensionem. Dico itaque, quatenus à Deo volitum est aliquid, necesse est ut fiat; verum si volitum fuerit à Deo, non modo ut fiat, sed ut contingenter fiat, necesse est, non modo ut fiat, sed ut contingenter fiat, quippe cum Dei voluntas sit irresistibilis. Quare sicut tu dicis suppositionem scientiæ divinæ nihil obstare futurorum contingentiæ, quia scilicet hæc suppositio dependet à libera potestate causæ proximæ: ita ego dico, suppositionem voluntatis divinæ nihil afferre futurorum contingentiæ, quia scilicet hæc suppositio ejusmodi est, ex qua dependent libera potestas causæ proximæ, adeo ut sicut scientia non tollit libertatem agendi, ita voluntas divina eandem confirmet, quandoque necesse esse sequitur, ut fiat quod volitum est, modò tamen volitum fuerit evenire contingenter, salva res erit; quantumvis voluntas Dei statuatur causa propter quam, & causa quantumvis irresistibilis. Nam quo magis irresistibilis est, eo magis irresistibiliter confirmabit rerum contingentiam; nequaquam vero eandem inconcussit, & in necessitatem convertet. Etiam illud advertit Augustinus, hujusmodi necessitatem, secundum quam dicimus, *Necesse esse ut ita sit quod sit,* nihil incommodare libertati arbitrii. Quis enim non videat hoc indifferens esse, tam ad existendam contingentiam, quam ad existendam necessitatem. de Civit. Dei lib. 5. cap. 10.

Certè dicit Thomas illud *consequens totum esse necessarium ut subest antecedenti*; verum non hoc tantum dicit Thomas. Etenim dicit etiam, consequens illud *ut subest antecedenti*, esse necessarium absolutè. Nimirum posita voluntate & scientia Dei (neque enim potest poni scientia Dei nisi etiam ponatur voluntas Dei) de re aliqua futura, absolutè necessarium est, ut sit illud, sive necessario sive contingenter, prout decreverit & sciverit Deus, aut necessario producendam aut contingenter. Hoc enim consilio adaptavit causas, ad res futuras suo tempore producendam respectivè idoneas; nimirum causas necessario agentes, ad producendum ea quæ vult fieri necessario; rursus causas [illegible] contingenter & liberè agentes, ad producendum ea quæ vult fieri contingenter & liberè. Esto, futurum illud non sit necessario futurum, *nisi ex suppositione quod sit futurum*; at supponi non potest aptum ut futurum, sine causa, per quam fiat ut ab æterno transierit (nam ab æterno futurum erat) ex conditione rei mere possibilis, in conditionem rei futuræ. Nam unaquæque res contingens est natura sua possibilis. At hujus transitus causa nulla fingi potest extra Deum, nec intra Deum aliqua præter divinæ voluntatis determinationem. Qua seclusa, fieri non potest, quin Deus ambiguus animi sit, utrum futurum sit an non futurum. Ad [illegible] objectiones, in regulam illam Aquinatis inventatas [*quoties in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens accipiendum esse non secundum esse quod est in se, sed secundum esse quod est in anima*] ut satietas esse responsionem apud Cajetanum & alios; sum etiam operam ad hoc commodat Suarez; verum hæc omnia non tanti sunt, quin, si è medio tollantur, potuimus sine eis vivere. [illegible] Superfluum considerandæ

Assertiones quæ ex prædictis colliguntur.

Suarez. *AT quæ ex his infertur, Primò, non obstante dicta necessitate secundum quid illius consequentis, [Petrus peccabit] simpliciter & absolute veram esse, Petrum habere potestatem ad non peccandum, quia illa necessitas secundum quid non excludit hanc potestatem, imo illam supponit, quia supponit liberam futuram determinationem Petri, sine qua non potest esse peccatum: libera autem determinatio supponit potestatem non peccandi. Quod adeò verum est, ut etiam facta illa suppositione, in tali enunciatione de futuro, quod vera sit, nihilominus simul sit verum, esse vel futuram esse in Petro potestatem ad non peccandum, non quod in illo sit potestas ad componendum oppositum actum, id est non peccare cum illa suppositione: quo sensu dicimus non posse in sensu Composito: quia non potest simul duo contradictoria facere: sed quod illa suppositio non excludat potestatem simpliciter ad peccandum vel non peccandum: nec constituat illam prout in se est extra terminos suæ potentialitatis, ut sic dicam, donec in reipsa peccet. In quo etiam est consideranda alia differentia inter rem contingentem futuram, & præsentem aut præteritam. Nam respectu præteriti, jam potentia fuit omnino reducta in actum, ita ut jam ille actus ab illa non dependeat, quantum ad hoc, quod est, effectum illum aliquando fuisse: & ideo non manet in tali causa vera potestas, aut libertas ad faciendum ut ille effectus non fuerit: propter quod etiam ille jam dicitur absolute necessarius ut supra dicebamus, de propositione de præterito similiter respectu actus, seu effectus præsentis, potentia causæ est in actum reducta, & ille effectus quatenus jam est extra causam, non est amplius in potestate ejus, ut pro illo instanti non sit, licet prius natura quam prodiret in actum, haberet in sua potestate non efficere illum, & pro eodem instanti habeat potestatem, ut in tempore futuro non conservet illum; At vero respectu effectus futuri, causa est simpliciter in potentia, & effectus in reipsa nondum est extra virtutem ejus, ideoque talis causa absolute habet potestatem & libertatem ad non faciendum illum effectum pro quolibet tempore futuro & quolibet instanti ejus.*

Respon. Ex his (inquit) hoc est ex eo quod res aliqua prius ratione supponitur esse futura, quam futura esse cognoscitur, infertur primo, non obstante dicta necessitate secundum quid illius consequentis, *Petrus peccabit*; simpliciter & absolute verum esse Petrum habere potestatem ad non peccandum; quia illa necessitas secundum quid, non excludit hanc potestatem, imò illam supponit. Certè si potestatem illam supponit, non excludit, hoc nihilo minus clarum est quam solem meridie, cum lucidum est, lucere. Veruntamen haud ignoravit Suarez, non modo Ciceronem sed & Aristotelem negasse futura contingentia, quæ vocamus esse futura definitè antequam fiant, nec aliter secundum eos futura dici, quàm quatenus causa statuitur accommodata ad ea producenda; cum tamen non nisi indifferenter accommodetur ad ea tam non producenda, quam producenda: hinc sequitur juxta eorum placita, non magis futura esse, antequam causa determinet ad alteram partem contradictionis, quam non futura. Sed neque decet Suarium sine causa fingere futuritionem determinatam rerum indifferenter se habentium tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Neque enim ullam idoneam causam repræsentat Suarez quâ fiat, ut res natura sua merè possibiles evadant futuræ. Nos autem in promptu habemus quid respondeamus. Nempe divinæ voluntatis determinationem (cujus divinæ providentiæ mysterium ignotum fuit Ciceroni atque Aristoteli) in causa esse, cur res natura sua possibiles transeant in conditionem rerum futurarum. Nempe prout Deus decreverit vel facere aliquid, sic nimirum futurum est bonum, vel permittere, sic demum futurum est aliquid mali; nec tamen quicquam hinc libertati earum contingentiæ, quippe cum ea sit divinæ voluntatis efficacia, ut præstare possit tam ut contingentia proveniant contingenter & libere, quam ut quæ necessaria sunt proveniant necessariò. Nempe in hunc finem ordinavit, tam causas necessarias agentes necessariò, quam causas contingentes, hoc est, agentes contingenter & libere. Atque hinc fit ut causæ rationales & liberæ, nihil obstante necessitate ex divinæ voluntatis determinatione consequente retineant potestatem, tam ad faciendum quod omittunt, quam ad omittendum quod faciunt. Non quod in illis sit potestas ad componendum oppositum actum, id est non peccare cum illa suppositione, quo sensu dicimus, non posse in sensu composito, quia non potest simul duo contradictoria facere: Sed quod illa suppositio non excludat potestatem simpliciter ad peccandum, vel non peccandum, nec constituat illam prout in se est extra terminos suæ potentialitatis, ut sic dicam, donec in re ipsa peccet. Imo nunquam, confirmat potius potestatem ad utrumlibet, quia determinat causam rationalem hoc aut illud facturam secundum substantiam actus vel secundum moralitatem ejus bonam, cum potestate faciendi contrarium & quod facit, omittendi; de differentia quam subjicit inter rem contingentem futuram, & præsentem aut præteritam, nequaquam improbamus.

Hinc progreditur Suarez ad Thomæ solutionem astruendam atque illustrandam; quia res præterita (inquit) jam fuit actu posita, ideo propositio de præterito dicitur absolutè necessaria, non solum significata cum formali compositione, qualis est hæc, res

præ-

præteritæ fuit, sed etiam simpliciter enunciata de re ipsa, ut cum dicimus, *Adam fuit*. At mihi nequaquam placet ista [illegible] solutionis explicatio; jam ostendi propositionem de præterito non magis absolutè necessariam esse, quam propositionem de præsenti. Quis enim diceret propositionem istam *Antichristus*, esse absolutè necessariam? Et cur quæso ista propositio *Adam fuit*, tibi videtur magis absolute necessaria, quam ista *Antichristus fuit*? Nempe quia supponimus Adamum jam fuisse, non autem supponitur Antichristum jam fuisse. At inquam pari ratione non modo propositio de præsenti, sed & de futuro, videlicet *Antichristus erit*, etiam simpliciter prolata est absolutè necessaria; etenim absolute necessarium est, ut Deus sciat, quicquid scibile est in quocumque genere scibile fuerit tam in genere futuri, quam in genere præsentis aut præteriti, & consequenter etiam propositio illa de futuro secundum Aquinatem est absolutè necessaria, idque justissima ratione; Etenim quemadmodum quicquid præteritum est, absolute necesse est, ut sit præteritum, ita etiam quicquid præsens est, absolute necesse est, ut sit præsens: ratione qua quid futurum est, absolute necesse est ut sit futurum. Interea nihil obstat quin futurum sit sive necessario, sive contingenter, quemadmodum ex prædicta necessitate de re præsenti aut præterita nihil obstat, quin & illud sit & hoc præterierit, sive necessario, sive contingenter & liberè. Nec omnino opus fuit Aquinati recurrere ad rei futuræ præsentiam, prout subest cognitioni divinæ. Mox fatetur Suarez eandem rationem obtinere de propositione de præsenti; et tum addit, Solum esse differentiam inter præsens & futurum, quod præsens effectus in eodem instanti durationis sit jam jam extra suam causam, & ideo facta illa suppositione, jam non sit potestas in causa, ut faciat illud non esse; futurum autem mundum supponimus extra causam pro illo instanti, & ideo pro quocunque instanti futuro, maneat potestas in causa ad non ponendum effectum. Certe manet potestas in causa ut faciat effectum futurum non esse præsentem, sic & dum effectus existit & præsens est, manet potestas in causa ut faciat effectum non esse præteritum. At quid hoc ad rem? ostendere vero debuerat Suarez de effectu futuro, manere potestatem in causa ad faciendum illud non esse futurum, aliquin enim extra oleas vagatur. Hoc autem nequaquam est in potestate causæ secundæ, neque mirum; quippe cum à causa secunda neutiquam habeat effectus aliquis contingens quod sit futurus, hoc autem repetit duntaxat à causa prima; quippe cujus solius est producere effectus contingentes in esse volito, consequenterque in esse futuro, idque ab æterno; Quam primum autem producuntur aliqui in esse volito apud Deum, hoc ipso sunt extra suas causas, quod attinet ad ipsorum futuritionem, (& per consequens, necesse est ut sint) licet nondum constituantur extra suas causas, quoad existentiam eorundem actualem. Quare quam necessitatem habet res præsens sub ratione præsentis, res præterita sub ratione rei præteritæ; eandem per omnia rationem res futura habet, sub ratione futuri. Suarez vero, uti videtur, fingit res futuras esse, nulla penitus habita ratione causæ alicujus qua fiant futuræ. Nam si causam hujus supponeret, hoc ipso quatenus futura est, & quoad futuritionem extra causam esse ut agnosceret, necesse fuit. Quod si res contingentes citra omnem causam, ab extrinseco futuræ fiunt, sequitur natura sua futuras esse, consequenterque omnia fatali rerum necessitate volvi, nec ullam prorsus esse contingentiam; quam quidè necessitatem fatalem ut evites necessario tibi dicendum est, Futurum esse extra causam suam in seipso, quod attinet ad futuritionem ejus; perinde atque res præsens est extra causam suam in seipsa, quod attinet ad existentiam ejus actualem. Certè res futura nondum est extra suam causam, quod attinet ad præsentiam ejus realem, sicut & res præsens nondum est extra suam causam, quod attinet ad ejus præteritionem. Nec aliter vult Boetius aut quisquam sobrius futurum esse liberum quam respectu præsentiæ realis in tempore, cum procul dubio posito quod futurum sit, sit etiam necessarium respectu futuritionis.

Hinc intelligitur ex dictis quomodo loquendum sit in quibusdam locutionibus de possibili, quæ in hac materia circumferuntur; Ut homo potest non peccare quamvis Deus sciat ipsum peccaturum; vel potest facere ut Deus sciat ipsum non peccaturum, & similes, de quibus Gregorius, Marsilius & alij Scholastici, satis multa scribunt. Breviter tamen possunt tota res expediri; Nam quod ad rem spectat, hæ sunt veræ in sensu diviso, falsæ si includant compositionem; quod est dicere simpliciter & absolute & in re hominem habere potentiam ad non peccandum, donec actu peccet per eam tamen non posse fieri ut hæc duo simul conjungantur, quod ipse de facto & re non peccet, & quod Deus præsciverit ipsum peccaturum, &c. Item.

Non bene inæquales veniunt ad aratra juvencæ; Respons. neque enim earum propositionum paris ratio est. Etenim prior harum, *Homo potest non peccare quamvis Deus sciat ipsum peccaturum*, nullo prorsus sensu videtur esse falsa; imò membra ejus natura sunt conjunctissima, nec decorum fuit ea adversative proponi, quorum alterum infertur ex altero; Etenim ideo homo potest non peccare, quia Deus scit ipsum peccaturum non nisi contingenter (ita enim ut futurum cognoscitur, nec fieri potest ut aliter à Deo cognoscatur) ideo potest non peccare. Nam contingenter peccare, est peccare cum potentia non peccandi. Posterior vero propositio, [Potest homo facere ut Deus sciat ipsum non peccaturum quamvis Deus sciat ipsum peccaturum] Est fateor adversativa secundum formam & recte, cum sit nihil omnino inimica sibi quam materiam. Nec ulla interpretatione transformari poterit in sensum verum, neque enim fieri potest ut aliter intelligatur, quam in sensu composito. Licet enim scientia Dei de peccato hominis contingenter & liberè futuro connotat hominem potentem esse ad non peccandum, non tamen supponit potentem esse ad præstandum ullâ ex parte scientiæ divinæ variationem. Veritas autem illius propositionis, Potuit Deus nescire quod scivit, nullo alio fundamento nititur quam quod res à Deo scibilis in genere futuri potuit esse non scibilis in genere futuri, & scibilis scientia visionis duntaxat in genere non futuri; quod autem res

evadat

evadat scibilis aut non scibilis in genere futuri, nequaquam pendet à causa aliqua secunda, sed duntaxat à causa prima, hoc est à divinæ voluntatis determinatione; Ratio est, quia quicquid scibile est in genere futuri, ab æterno fuit scibile in genere futuri, proindeque suæ futuritionis causam nullam agnoscere potest extra Deum, cum extra Deum nihil fuerit ab æterno, quod rerum natura sua merè possibilium in conditionem rerum futurarum migrationem ullo modo causare potuerat.

Suarez. *In tertio argumento eandem attingit difficultatem, sive rem spectemus, aliis autem verbis & aliquot in eo ponuntur. Primum an hæc propositio vera sit, Omne scitum à Deo est necessarium; & respondet Thomas supra esse falsam de necessitate rei, quæ facit sensum divisum; esse autem veram de necessitate dicti, quia facit sensum compositum; quod est dicere, si sit sensus, rem illam quæ scitur in se esse necessariam, falsam esse locutionem; si autem sit sensus posita scientia Dei necessario esse verum dicere, illud quod scitur esse futurum, sic esse veram; quia solum dicit necessariam consequentiam illarum duarum rerum inter se, scilicet scientiæ Dei & futuritionis rei; Quæ responsio sumi potest ex Augustino de Genes. ad literam cap. 17. Et ea utuntur Scholastici. 1. distinct. 38. Sed instat Thomas: nam quando forma est inseparabilis, necessitas ex suppositione talis formæ, non solum est dicti, sed etiam rei; & respondet hoc esse verum quando illa forma est intrinseca disponens subjectum, non autem si sit mere extrinseca, quæ ut sic rem non immutat; hujusmodi autem est scientia Dei, & ideo quamvis immutabilis sit, postquam semel ponitur, non infert ipsi rei necessitatem; Quæ responsio confirmat ea quæ hactenus diximus: & supponit etiam hanc necessitatem compositionis supponere in objecto futuro aptitudinem & veritatem ut cognosci possit.*

Respons. At propositio illa, *Omne scitum à Deo est necessarium* non occurrit eo loci apud Aquinatem, sed alia potius forma, quam corrumpit Suarez; propositio Aquinatis hæc est, *Omne scitum à Deo necessarium est esse.* Hanc autem propositionem statuit distingui [illegible] in hunc modum; *Quia potest esse de re vel de dicto, si intelligatur de re est divisa & falsa; & est sensus, omnis res quam Deus scit, est necessaria; vel potest intelligi de dicto, & sic est composita & vera, & est sensus, Hoc dictum,* scitum à Deo esse, *est necessarium;* in hac ultima proposit[ione] distinctio grammatica subjicienda est voci *Deo*, non autem voci *esse*, ut sic conveniat, cum propositione prima, quam distinguendam suscipit quæ hæc est, *Omne scitum à Deo necessarium est esse.* In hac autem propositione, vox *esse*, duplicem admittit interpretationem; Nam intelligi potest de esse futuro, vel de esse præsenti. Iuxta priorem interpretationem, sensus est, quicquid Deus scit (supple futurum esse, quæritur enim de scientia divina futurorum contingentium) necesse est ut eveniat aliquando; quod & verissimum est, nec tamen hoc quicquam obest rerum contingentiæ, quia licet necesse sit ut eveniat, tamen indifferens est ut eveniat sive necessariò, sive contingenter, prout Deus scit eventurum esse. Nempe si sciret Deus aliquid eventurum contingenter, necesse est ut contingenter eveniat, proinde atque necesse est ut eveniat necessariò, quod Deus necessario eventurum esse præviderit. Res autem contingens seclusa scientia divina, non magis necesse est ut eveniat, quàm ut non eveniat; veruntamen nequaquam videtur ista Aquinatis esse sententia; neque enim tantum agit de scientia rerum futurarum, sed et in quæstione de futurorum contingentium versatur: Etenim universaliter ait, *Omne scitum à Deo, necessarium est esse.* Omne sive præsens, sive futurum, sive præteritum; Nam de scientia visionis atque ea sola procedere videtur illa; Itaque exponendus est Thomas non tam de esse rei futuro, quàm de esse rei præsenti apud Deum, quod comprehendit non modo esse præsens in tempore, sed & esse futurum, & esse præteritum. Etenim omnis scientia Visionis apud Thomam est scientia rerum præsentium apud Deum; quod etiam verissimum est de præsentia rerum apud Deum, etiam antecedanea cognitioni earundem; puta quatenus jam sunt apud Deum in esse voluntatis ratione, quàm à Deo cognoscantur; Ratio est, quia hoc ipso constituuntur in esse cognoscibili in genere futurorum, præsentium temporaliter & præteritorum, quatenus constituuntur in esse volito; Itaque sententia Thomæ hæc est, *Omne scitum à Deo necessarium est esse de præsenti*, quia scilicet scientia visionis divinæ non est nisi præsentium apud Deum. Atque hoc necesse esse vult Thomas, si modo à Deo sciatur, non autem seclusa divina scientia. Veruntamen ex hujusmodi scientia rerum tanquam præsentium (inter continentes ut ejus interpretatur in esse volito apud Deum) sequitur nihilominus necesse esse ut eveniant singula suo tempore præscripto; Quam responsionem Aquinatis transit Suarez; sed & adversus istam responsionem, instantiam Thomæ proponit una cum solutione ejusdem; Instantia hæc est. *Quando forma est inseparabilis necessitas ex suppositione talis formæ non solum est dicti, sed etiam rei.* Id ibi recitat Suarez, licet exemplum hujus à Thoma prolatum miserit, quod hujusmodi est, *Licet album possibile est esse nigrum*, quatenus scilicet albedo est forma separabilis à re quæ dicitur alba; tamen negat *Corvum nigrum possibile esse album*; pari ratione negare potuisset, cygnum album possibile esse nigrum; sed & hujus solutionem repræsentat Suarez in hæc verba satis fideliter. *Hoc* (scilicet) *esse verum, quando illa forma est intrinseca disponens subjectum, non autem si sit mere extrinseca, qualis est scientia Dei*; In cujus solutionis (est enim satis obscura) explicationem addit Suarez *hujusmodi formam extrinsecam ut sic, rem non immutare*; quasi in hoc apice posita esset solutionis efficacia; verum hæc expositioni nullam lucem præfert, adeo tantum Aquinatis illam expositionem respuere; Nam pari ratione forma intrinseca & inseparabilis qualis esse supponitur nigredo in corvo, nequaquam constitueret necessitatem rei, neque enim nigredo quicquam immutat in corvo. Licet enim ponatur essentiale, non tamen est essentiale constituens, sed tantum essentiale consequens. Ad hæc addit Suarez responsionem illam Thomæ indicare, *hanc necessitatem compositionis supponere in objecto futuro aptitudinem & veritatem ut cognosci possit.* At inquam objectum quodvis, modo futurum sit, hoc ipso continet aptitudinem & veritatem ut cognosci possit. Etenim hoc ipso sit cognoscibile in genere futuri, nec tamen hoc

suppo-

supponit responsio Thomæ; Nam secundum responsionem Thomæ necessitas habetur (in dicta propositione) non rei sed dicti solum, hoc est, necessariam esse duntaxat in sensu composito, hoc est, in compositione cum scientia Dei, non autem in sensu diviso. At juxta illam suppositionem responsioni Thomæ tributam à Suario, occurrit necessitas tam in sensu diviso à scientia Dei, quàm in sensu composito cum scientia Dei. Etenim quicquid futurum est vel hoc nomine tam necesse est esse, quam quod à Deo scitum est, hoc nomine necesse est esse. Itaque concludo Suarium nequaquam assecutum esse sententiam Thomæ in solutione hujus rationis tertiæ, præsertim cum res futuræ esse statuantur à Suario sine ulla omnino causa futuritionis earundem; quod si non habeant causam futuritionis suæ, sequitur futuras esse natura sua, hoc est, necessitate fatali Stoicissima; unde sequitur non minus necesse esse ut sint, quàm necesse est Corvum esse nigrum, imò longè magis; quæ quidem est necessitas rei & non dicti solùm; ut prorsus in adversum Aquinati æque etiam rationi tam Christianæ quàm naturali ferantur illa commenta Suariana; Quam sic potius explicandam esse judico. Imprimis sic conformentur ad invicem propositiones modales de scientia quæ forma est inseparabilis & extrinseca, & de nigredine Corvi, quæ forma inseparabilis esse supponitur, sed intrinseca; Exempli gratia, de scientia Dei formatæ propositiones ita sunt: *Rem quam Deus scit non necesse est esse*. Vera est, quippe cum procedat tantum secundum formam in sensu diviso. At necesse est rem à Deo scitam esse: Et hæc etiam vera est, quippe cum procedat secundum formam in sensu composito; datur igitur in his necessitas dicti, nulla autem datur necessitas rei. Jam ad hæc conformentur propositiones formatæ de forma inseparabili intrinseca; necesse est Corvum nigrum esse nigrum. Vera est hæc propositio, procedens in sensu composito, notatque necessitatem dicti: Etiam vera fuisset si procederet de forma separabili, quia secundum formam habet sensum compositum. Rursus necesse est Corvum esse nigrum, procedit hæc propositio in sensu diviso, & tamen vera est connotatque necessitatem rei, quia scilicet nigredo putatur esse essentiale consequens naturam corvi. Itaque necesse Corvum esse nigrum, quia nigredo in Corvo emanat naturaliter & necessario à principiis speciei tanquam à causis proximis. At existentia rei contingentis non manat necessario ab intrinsecis rei principiis, quippe cum indifferens sit tam ad non existendum quam ad existendum. Quare licet necesse sit ut quod cognoscitur à Deo, sit; quæ quidem est necessitas dicti, tamen minime necesse est, ut res illa quam Deus cognoscit, existat, quæ quidem est necessitas rei. Atque hinc etiam obiter innotescit, non voluntatem quidem Dei in rem aliquam transeuntem constituere necessitatem rei secundum Aquinatem, sed duntaxat necessitatem dicti: Cum necessitas rei tantum locum habeat quoties res producuntur per naturalem emanationem à causis secundis & propriis naturaliter agentibus & necessario.

Aliud quod in illo argumento implicite petitur est, quomodo divina scientia, & objectum ejus in necessitate conveniant. & videtur necessarium ut scientia Dei certa & infallibilis sit, quia si unum extremum semper eodem modo se habeat & aliud mutari possit, facile poterit inter illa esse difformitas, veritati scientiæ & consequenter certitudini repugnans. Dicendum vero est ad certitudinem scientiæ ex parte objecti materialis seu rei cognoscendæ solum requiri veritatem determinatam & necessitatem compositionis quæ illam necessario comitatur. Nam propositio quæ semel est vera, pro eo tempore, quo vera esse supponitur, necessario vera est necessitate compositionis, quia non potest simul vera & falsa esse. Neque præter hanc veritatem aliud desiderari potest ex parte ipsius objecti, quia si talis veritas prout in se est, attingatur evidenti & claro lumine, fieri non potest ut judicium sit falsum, quod est esse infallibile & certum. Ex parte igitur cognoscentis, requiritur ad certitudinem & infallibilitatem, tale lumen, tantaque vis cognoscendi, ut semper veritatem attingat, nec possit ab hac sua discrepare ex intrinseca proprietate sua; hujusmodi autem lumen & vis intelligendi est in Deo. & inde oritur in quæ scientia, ut scientia cujusque rei est necessitas illa quæ est specificationem, quam in solutione primi argumenti declaravimus. Sic ergo est necessaria conformitas inter judicium divinæ scientiæ de re futura & futuritionem ejus; quæ conformitas in neutro extremo supponit necessitatem simpliciter: Quia sicut non est simpliciter necessarium, rem illam fore, ita non est simpliciter necessarium, Deum scire illam futuram esse. Neque etiam requirit illa conformitas in utroque extremo necessitatem ejusdem rationis, sicut neque veritatem: quia in altero est veritas objectiva sive fundamentalis & in essendo, in altero vero est veritas judicativa seu formalis & in cognoscendo: requiritur ergo necessitas proportionalis, scilicet, quod sicut in scientia est hæc necessitas nunquam discrepandi à vero, ita in objecto sit veritas quia supposita, non possit in illa jam sic esse falsitas. Atque hoc modo optime concordant inter se infallibilis veritas scientiæ divinæ & veritas absoluta futuri simpliciter quidem contingens, necessaria vero ex suppositione prædicta. Atque hæc sint satis de præsenti libro. Suar. n.

Certitudinem scientiæ divinæ quam necessariam esse fatentur Theologi, requirere ait Suarez necessitatem aliquam in objecto à Deo scito; & merito: nam si contingeret mutari de conditione illa secundum quam cognoscitur à Deo, scientiæ divinæ certitudo periret: Non dico si objectum mutari posset, quæ quidem est phraseologia Suariana. Quis enim dubitat scientiam divinam rerum contingentium, perinde certam esse atque rerum necessariarum, licet ea sit contingentium conditio, ut possint mutari, possint aliter se habere, nec tamen hinc sequitur, posse etiam aliquid de certitudine scientiæ divinæ deperire, imo potius certitudinem confirmari, cum scientia futurorum contingentium sit scientia futuritionis rerum quarundam, cum potentia aliter se habendi quàm erunt. Agnosco itaque ad divinæ scientiæ certitudinem constituendam requiri determinatam veritatem rerum contingentium ab eo scitarum, idque dupliciter (quod quidem in solidum prætermittit Suarez) primò requiritur, ut res natura sua merè contingens & indifferens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, determinetur ad futuritionem; secundò requiritur, ut determinetur ad futuritionis modum, hoc est, ad existendum Suarez.

pro

pro futuro, non necessariò, sed contingenter; ista autem sunt admodum momentosæ considerationis, & causas requirunt gravissimas, quarum tamen considerationem missam facit Suarez. At quis præstare poterit ut res natura sua merè possibilis & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem transferit in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ, idque ab æterno? Rursus quis præstare poterit ut res aliqua certissimè proveniat, aliquando fortè post multa sæcula, quæ tamen antequam facta sit indifferenter se habeat tam ex natura sua, quam ex conditione causarum secundarum & propriarum ad non existendum perinde atque ad existendum? Hæc omnia penes Deum unicum sunt, pro ea qua est voluntatis efficacia, uti jam olim disserat Aquinas; nempe ut tam quæ contingentia sunt, contingenter evenire præstet, quam quæ necessaria sunt, naturaliter & necessariò; adeoque hunc in finem ordinavit & causas necessarias agentes necessariò, & causas contingentes, agentes contingenter & liberè. Quare postquam voluntatis suæ determinationem constituerit Deus & res futuras & modum futuritionis earundem, necesse est ut hoc ipso cognoscibiles fiant & quoad futuritionem & quoad futuritionis modum, & consequenter necesse est ut fiant, idque eodem modo quo Deus constituerit ut fiant, necessaria necessariò, contingentia contingenter & liberè; nullo prorsus detrimento aut illarum necessitati, aut harum contingentiæ. Atque hæc sufficere possunt ad universam illam dissertationem Suarezianam labefactandam & convellendam.

Hæc super arcanis rerum exemplaribus alta
Mente Dei posita, scripsi, dum Suecus ad altum
Fulminat Oderam bello, victorque subactis
[illegible] sua jura, [illegible] asserit Olympo.
Ille Teutonicum [illegible] tempore [illegible]
Musa Sabula, Studiis Regnantem [illegible]
[illegible] fortis sit [illegible] arbiter [illegible]
[illegible] sua, [illegible] misereatur, & æquè.
Cujus vult, et quem vult obdurantis iniquè.



GULIELMI TWISSI

DE

SCIENTIA MEDIA LIBER TERTIUS:

In quo

FRANCISCI SVARESII LIBER SECVNDVS, de Scientia Dei inscriptus, ubi de Scientia futurorum contingentium conditionatâ disputat, refutatur.

Cum unica DIGRESSIONE.

DIGRESSIO UNICA

HVJVS LIBRI.

AD sententiam Aquinatis de scientia divina futurorum conditionatorum investigandam destinata, quaque justi commentarii vicem suppleat in art. 13. quæstionis 14. partis primæ.

GULIELMI TWISSI

DE SCIENTIA MEDIA

LIBER TERTIUS:

In quo

FRANCISCI SUARESII LIBER SECUNDUS de Scientia quam habet Deus de futuris contingentibus sub conditione propositis, prius ratione quam de ipsa conditione aliquid absolutè decernat.

PRÆFATIONE.

Hæc futura, de quibus præsens disputatio instituitur, etiam considerantur potissimum in causis liberis; nam in causis necessario agentibus necessitatem habent, ut facile patet intelligi ex dictis initio superioris libri: significantur autem à nobis his communibus locutionibus. Si Petrus hic nunc adesset, hoc faceret. *Et similibus, quibus indicamus quid fuisset secutum ex libera voluntate talis personæ, si hic & nunc cum talibus conditionibus esset constituta & applicata ad operandum. De quibus propositionibus sive objectis non est dubitandum, quin objective (& ut loquamur more nostro) per modum simplicis apprehensionis sint in intellectu divino, cum possint esse in Angelico, & suo modo in humano. Et facile patet respectu personarum possibilium quæ nunquam futuræ sunt: Nam in Angelo (verbi gratia) nunquam futuro objectum est aptum apprehendi an vellet hoc vel illud si crearetur, an peccaret vel non peccaret &c. & eadem ratione in personis aliquando futuris, respectu earum occasionum in quibus de facto nunquam invenientur: similiter est objectum apprehensibile, quid egisset (verbi gratia) Adam, si prius quam Eva immediate ab ipso dæmone tentatus fuisset. Respectu verò earum occasionum & actionum, quæ de facto sunt aliquando futuræ, potest hæc apprehensio secundum rationem præintelligi in simplici Dei intelligentia, priusquam per suam voluntatem circa talem effectum definiat aut permittat; de his ergo futuris sic apprehensis, videndum imprimis est an cognoscantur à Deo, (id est) an præter illam simplicem apprehensionem cognoscat alterutram partem illius conditionalis esse veram; at in hac parte declaranda fusius immorabimur, quam in præcedente libro in simili quæstione; quia hic non est veritas tam constans in doctrina fidei, neque est controversia solum cum Philosophis vel hæreticis, sed etiam cum Catholicis, & Theologis præsertim recentioribus. Nam antiqui parum de hac quæstione distincte tractarunt, cujus rei causam in discursu operis aperiemus: postea verò (si hanc scientiam Deus habeat,) quomodo à nobis intelligi possit declarabimus. Quod hic brevius & facilius præstabimus, quam in superiore libro, quia omnia quæ de hoc puncto dicta sunt, ad rem præsentem cum proportione sunt applicanda. Atque ex his etiam obiter constabit, quam necessaria sit hæc scientia ad divinæ providentiæ perfectionem & ad efficaciam gratiæ & motionis seu concursus divini cum libertate arbitrii concilianda.*

Futura conditionata potissime considerantur (inquit Suarez) in causis liberis; hoc ipso innuens considerari etiam illa futura in causis necessariis licet non potissimè. Quod & ratio subjecta confirmat, licet aliò dirigatur ab authore. Nam quia necessitatem habent & magis sunt cognoscibilia, nec tamen ejusmodi necessitatem habent, quæ nequeat impediri, idq; ab agentibus rationalibus; vel hoc nomine etiam contingentiæ subjiciuntur, necesse est: At Suarez ista ratione innuere videtur futura conditionata aut non omnino versari aut saltem non potissime versari in causis necessario agentibus. Quod quo consilio dictum sit, non satis assequor. Etenim videtur extra controversiam statuendum, tam futura dici posse quæ pendent à conditione causarum necessariarum, quam quæ pendent à conditione causarum liberarum, etiam illa tam cognoscibilia esse in genere futurorum, quam sint ista: forte vult Suarez nullam omnino difficultatem oriri de cognitione futurorum conditionatorum respectu causarum necessariarum, aut saltem minorem & longe facilius transigendam, quam sit illa quæ versatur circa cognitionem futurorum conditionatorum respectu causarum liberarum. Verum ne hoc quidem obtinet, modo in

do in considerationem veniat, etiam causis necessario agentibus à causis rationalibus & liberè agentibus impediri possit; sed remotis omnibus impedimentis cognosci posse, quid agens necessario facturum sit, facile concedo; quemadmodum quid agens rationale & liberum facturum sit remotis aliis causis omnibus ad agendum determinantibus, videtur prorsus incognoscibile: neque enim possibile videtur ut cognoscatur aliquid potius futurum esse quam non futurum, quod reipsa non magis futurum est, quam non futurum. viz. *Si Petrus hic adesset, petrum locuturum esse quam non locuturum*; modo non magis verum sit, Petrum locuturum esse quam non locuturum. Rursus dico, posita voluntate libera hic & nunc, cum quibuscunque conditionibus constituta & applicata ad operandum; si modo illis conditionibus nequaquam obstantibus indifferens sit ad agendum hoc vel non agendum, non magis sequitur hoc acturam esse quam non acturam, & consequenter non magis verum est eam hoc acturam esse, quam non acturam; & consequenter non magis verum est, illud futurum esse quam non futurum; unde consequens est, non magis præsciri posse (vel à Deo) quod futurum sit, quam quod non futurū, & quemadmodum præsciri non potest, ita nec apprehendi pro certo quod futurum sit, potius quam quod non futurum, & proinde cum hujusmodi apprehensiones in alterutram partem possint esse falsæ, imo potius actu sint falsæ, quia in hujusmodi apprehensionibus nequaquam congruit intellectus cum rebus ipsis; licet ejusmodi apprehensiones cadere possint in intellectum humanum & angelicū, tamen fieri non potest ut cadant in intellectum divinū. Itaque nego verè apprehendi posse quod angelus nunquam futurus, vellet hoc si crearetur, quia volitio hujus ex creatione Angeli non magis futura est, quam non futura; item peccatum Angeli ex creatione ejus non magis est futurum quàm non futurum, & proinde non magis cognosci potest ut futurum quā ut non futurum. Idem dicendum est de positis non modo agentibus, sed & agendi occasionibus. Nam voluntate manente indifferente, non magis verum est Adamum, si prius tentatus fuisset quam Eva, peccaturum fuisse, quam non peccaturum; & proinde non magis cognoscibile fuit, quod peccaturus erat, quam quod non peccaturus. Quare quoties aliquid tale futurum præconcipitur quod non magis futurum est quam non futurum, procul dubio citra errorem non concipitur, & proinde tales conceptiones sive apprehensiones licet in hominē competere possint aut in Angelū, in Deum tamen competere non possunt. Qua cognitione distinguat Suarez de apprehensione propositionis ab intellectu & cognitione veritatis ejus, equidem non intelligo; cum manifestum sit apprehensionē propositionis ab intellectu factam, esse notitiam ejus, vel tanquam veræ vel tanquam falsæ. Rursus apprehensio potius esse dicitur simplicium quàm complexorum, & primus actus intellectus, quem loco secundo sequitur actus secundus qui dicitur compositio aut divisio, quæ quidem ad amussim respondent affirmationi & negationi (hoc est) propositioni affirmativæ & negativæ. Nec sane putem Suario viro Scholastico ignota fuerant ista rudimenta; Verum Jesuitarum de scientia media doctrina tam ab omni ratione aliena est, ut mirum videri non debeat, si animus ad fœdum aliquem errorem promovendum propensus, autorem transversum rapiat, & quasi turbine correptum, in fœda & præcipitia propellat; obiter advertas Suarium imprudentem ea fundere quæ nemini vel ex assertoribus scientiæ mediæ probanda sint; nempe cum dicit, posse rem apprehendi à Deo tanquam futuram, priusquam per suam voluntatem aliquid circa talem effectum definiat; advertas etiam lector si placet aliam absurditatem nimis crassam, quæ Suario imprudenti excidisse videtur; dum scilicet definitionem voluntatis divinæ & permissionem conjungit tanquam pares, cum nihilominus differant inter se, quam distare solent æterna à temporalibus; Nam voluntatis divinæ definitio sit ab æterno, at permissio fit in tempore. Ad cognitionem futurorum facile damus sufficere voluntatis divinæ definitionem; quæ permissionem omnem antevertat, idque ab æterno. Denique nil causæ video cur philosophetur de alterutra parte futuri conditionalis. Neque enim futura illa conditionata partibus constant, aut indefinitè enunciantur, hunc in modum, *Si virtutes factæ in Tyro & Sydone, vel pœnituissent, vel non pœnituissent*; sed definitè potiùs in hunc modum; *Si factæ virtutes apud Tyrios, pœnituissent*, adeo ut in introductione illa Suariana, miseranda barbariè personare mihi videantur omnia, sed & hoc etiam moneri dum es lector; Præfert Suarez, *Incognitum* sit, an Deus habeat hanc scientiam, clanculum insinuant, dari, & rem hoc modo sobriè, & hujus rei scientiam. Quæ si vera fuissent, nemo sobrius unquam in controversiam vocaret, an ejusmodi scientia Deo tribuenda sit. Quid enim? an possibile putetur dari aliquid quod scibile sit, nec tamen à Deo sciatur? aut ullam scientiam extare, quæ in Deo minimè reperiatur? Sed hoc artis est ita se gerere, ut quod probandum est, lectoribus subdolè insinuetur, quasi probatione neutiquam egeret. Vult istam scientiam (mediam scilicet) ad divinæ providentiæ perfectionem necessariam esse, cum tamen merè commentitia sit, & ab omni ratione abhorrentissima, & si efficacia gratiæ & motionis divinæ cum libertate arbitrii non nisi per illud commentum reconciliari posset, certè reconciliationi præter omnem sobrietatem confictæ non acquiescere necesse erit.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

Refertur opinio negans habere Deum certam scientiam horum futurorum, & contraria ex Scriptura ostenditur.

Sect. 1. *DOctores, qui has conditionatas propositiones aut falsas aut indeterminatas quoad veritatem vel falsitatem esse existimant, consequenter docent, posse quidem Deum conjectare aliquo modo, quid causa libera faceret, (si in tali occasione cum his vel illis conditionibus constitueretur) non tamen certa & infallibili scientia id cognoscere; atque adeo posse quidem judicare, quid foret verisimilius vel probabilius in tali eventu, non tamen definitum judicium ferre,* hoc esset *aut* erit, *si illud fiat seu fieret. hanc sententiam sic expositam apud antiquos Theologos non invenio, eam tamen docent his temporibus aliqui moderni, & ex Scriptoribus insinuat illam Caterinus opusc. de Præd. parte 2. circa finem, & indicat etiam Jansenius capite 47. Concord. tractans illud:* Si in Tyro & Sydone &c. *& quidam alii.*

II. Fundamenta hujus sententiæ ad quatuor capita revocantur: Ad authoritatem Scripturæ, quæ de his contingentibus loquitur tanquam de re dubia, addens particulam, Forte *&* Forsan: *Authoritatem Sanctorum Patrum: Auctoritatem etiam Scholasticorum; item ad rationes. Quæ omnia commodius afferemus tractando similia capita pro contraria sententia & singula singulis conferendo.*

III. Nobis contraria sententia maximum in Theologia fundamentum habere videtur, ideoque verissimam illam esse, & ab omnibus recte de divinis sentientibus docendam esse censemus. Nimirum certa & infallibili scientia comprehendere Deum de omnibus causis liberis, non solum quid facere possent, sed etiam quid essent facturæ, si cum his vel illis conditionibus crearentur, & operari sinerentur; etiamsi vel creandæ non sint, vel de facto non sint permittendæ cum talibus circumstantiis operari. Hæc igitur Assertio ex divinis Scripturis in hoc capite probanda est. sunt autem pleraque testimonia Scripturæ satis clara, quæ licet habeant suas responsiones & evasiones, propter quas non faciunt certam fidem, tamen si sincere & proprie intelligantur & omnia inter se conferantur, simulque Sanctorum expositiones ponderentur, faciunt vehementem persuasionem.

Resol. Ad titulū quæstionis quod attinet, quotquot negant Deum habere scientiam futurorum contingentium conditionatorum, atque qualiter à scientiæ mediæ Assertoribus proponitur, non alio sensu hoc negant, quam quatenus futura hujusmodi non sunt omnino scibilia; neque enim quisquam dubitat, quin à Deo sciatur quicquid scibile est, & in quocunque genere scibile est, sive in genere possibilis, sive in genere præsentis, sive in genere futuri, sive in genere præteriti. Ista autem quæ scientiæ mediæ defensores futura conditionata vocant, hoc est, futura modò certa cōditio ab ipsis assignata ponatur, nos prorsus negamus esse omnino futura ex positione cōditionis assignatæ, sed duntaxat possibilia, & quāvis ponatur in esse conditio memorata; tamen futura illa quæ vocant, dicimus non magis futura esse quam non futura; & propterea scientiā eorum tanquam futurorum, quæ non magis futura sunt, quam non futura, (cum sit erronea) Deo tribui non posse; neque enim cognitionis error aliquis in Deum cadit aut cadere potest.

I. Propositiones vestras de futuris conditionatis non dicimus, nec quisquam dicit aut falsas esse aut indeterminatas quoad veritatem aut falsitatem; sed ideo falsas esse dicimus, quia pronuntiant aliquid determinate verum & determinate falsum, quod neque verum, neque falsum est determinatè. Nempe res subjecta pronunciatur à vobis tanquam futura determinatè vel tanquam non futura determinatè, quæ nec ad futuritionem nec ad non futuritionem determinata est, sed indifferenter & ex æquo possibiliter se habet ad utrumque; & qui sic intelligimus, neque dicimus, neque consequens est ut dicamus (quicquid in adversum proferat Suarez) *Posse Deum conjectare quid causa libera faceret, si in tali occasione cum his vel illis conditionibus constitueretur.* Quandoquidem vel posita occasione quam fingitis, positis conditionibus quas assignatis, creatura libera semper indifferenter se habet, tam ad non agendum illud, quam ad agendum, quoad actus exercitium; tam ad agendum aliud, quam ad agendum illud quoad actus specificationem. Quare non modò erroneè conjectaret Deus, si conjectaret futurum esse, quod non magis futurum est, quàm non futurum, sed contra propriam suam scientiam conjecturas suas efformaret. Etenim pro comperto habet Deus, creaturam liberam in tali occasione, & cum assignatis conditionibus constitutam, adhuc indifferenter se habere tam ad non agendum, quam ad agendū, tam ad aliud agendum quam ad hoc agēdum, quod agendum esse fingitur. Certè tam insensatè est ista sententia, quam hic loci cōminiscitur Suarez, ut minimè mirandum sit, quod nusquam apud antiquos Theologos eam invenerit. Mihi verò ne probabile quidem fit, quemquam apud Pontificios eruditiores adeo delirare potuisse, ut Deum hujusmodi conjecturis tam ineptis indulgere posse conciperet. Dicit enim Caterinum eam insinuare, Opusc. de Prædest. part. 2. circa finem; Satis frigi-

de. Nempe quod insinuari putemus aliquid ut plurimum legentis potius credulitati tribuendum videtur, quam scribentis judicio. Cum vero ait Jansenium hoc indicare, prorsus falsum est; Tantum dicit Jansenius; *Superfluam hic esse quorundam admirationem*, quâ notant, dictum esse *forte propter libertatem arbitrii homini commissam & eventus incertitudinem*, sed nec probabile est istam incertitudinem Deo à quoquam tribui propriè, sed duntaxat figuratè, dum fingitur; Christum loqui more humano quemadmodum interpretatur Toletus. Nimirum ad eundem modum, oculi atque aures & alia membra humana Deo tribuuntur; an vero propterea dixeris Deum esse corporeum? Cave ne sic omnium judicio in Anthropomorphitam degeneres.

II. Particulæ illæ dubitativæ *Fortè* & *Forsan*, tantum occurrunt in editione vulgata, quas tamen etiam Pontifici plurimum aliter exponunt, quam ut Christum dubitantem introducant. Quod si quis hoc Christo tribuat, id quidem facit secundum modum loquendi figuratum, non proprium.

III. Vestram sententiam nec ullum in Theologia fundamentum habere judico, nec solùm ab omni veritate sed & sobrietate alienam esse, & Sophistis quam Theologis digniorem. Quippe cum fingatis rem aliquam ab æterno futuram esse & ab æterno Deo notam tanquam futuram, citra omnem futuritionis ejus causam, quasi verò fieri posset ut res merè possibilis natura sua transiret è conditione rei merè possibilis in conditionem rei futuræ sine causa; Neque enim permittitis futuritionem illam ab ullo decreto Dei; at præter decretum Dei nihil fuit ab æterno quod transitus istius (quippe cum æternus sit) causa fingatur. Neque enim citra Deum aliquid fuit ab æterno, & in ipso Deo nihil occurrit quod transitus istius causa sit præter decretum Dei. Quid per vehementem persuasionem intelligat Suarez non satis assequor; nisi me fallit animus, vehementem probabilitatem tantum pollicetur, ut piè credibile esse judicetur, quod probandum in se recipit, quemadmodum alibi in alio quodam argumento rogatur. Cur enim alias quasi persuasione minimè contentus, quam à se præstandam pollicetur, & quæ æquis rerum æstimatoribus satis abundè sufficeret, vehementem persuasionē se facturā esse sponderet.

Suarez. *Et imprimis occupatur à vulgari testimonio 1. Reg. 23. ubi David consuluit Deum, an si maneret in urbe Ceila &c.*

Respons. Hoc argumentum jam expendimus dum idem argumentum apud Penottum examini subjecimus, simulque Suaresiana ista ad calculum revocavimus.

Suarez. *Secundò contra prædictam evasionem & in sententiæ propositæ confirmationem adjunge testimonium aliud commune, ex Matth. 11.* Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ in te factæ sunt, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. *Cui testimonio nullo modo potest accommodari prædicta expositio, quia in Tyriis & Sidoniis nulla aliqua dispositio excogitari potuit, ex qua Christus ibi prædicante & faciente miracula necessariò consequeretur*, ut in cilicio & cinere pœnitentiam egissent: *præsertim cum illi essent Gentiles, & aut veram Dei cognitionem non haberent aut certè non supernaturalem, neque etiam infusam dispositionem voluntatis, ex qua vera pœnitentia necessariò sequeretur. Difficilior est locus alius apud Ezech. cap. 3.* Non ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, & si ad illos mitteretis, audirent te.

Ad hæc vero & similia testimonia adhibentur aliæ responsiones. Primo, Christum Dominum (verbi gratia) non id dixisse quia ita revera futurum esset, neque ut prædiceret tale futurum conditionatum, sed solum phrasi quadam & usitato modo loquendi, & veluti per exaggerationem quandam ad declarandum quanta obligatione tenerentur Judæi ad credendum ipsi. Sicut quando amicus rogat amicum, ut aliquid faciat quod ille nihilominus negat, dicere quis solet, si ab inimico petiissem, mihi concessisset. *Hæc fere Jansenius in c. 47. Concord. sed est nimis libera expositio; primò quia illi obstat generalis regula interpretandi Scripturam cum proprietate si fieri potest. Secundò obstat, quia non parum derogat hoc modo veritati verborum Christi & propheticæ revelationis vel saltem certitudini, quia si hoc modo liceat propria arbitria interpretari, vix erit aliquid firmum in Scriptura; & obstat communis expositio Hieronymi in Ezech. & in Matth. Greg. Anselm. & D. Thomæ quæ in catena citat etiam Remigium. Sed optimè inter omnes Augustinus lib. 2. de bono perseverantiæ cap. 9. ait.* Nunquid dicere possumus Tyrios & Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse? cum illi Dominus attestetur quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam. *Vide cap. 10. Duas veritates ex hoc testimonio colligit; Prima est*, non judicari homines ex bonis quæ acturi essent si hoc vel illud eis accideret, quamvis hoc Deus noverit; sed ex his quæ faciunt. *Secunda est*, pœnitentiam gratiam interdum negari eis, quos Deus novit bene fuisse illa usuros; dari autem eis, qui male usuri sunt, quod dicitur esse unum ex maximis divinæ prædestinationis mysteriis. *Similia ferè repetit in Enchirid. cap. 95. ubi ponderantur illa verba*, Apertissima namque Deus dicit; Væ tibi Corazin &c. *Similiter Prosper in resp. ad excerpta Genuens. resp. 8. (exponens prædictum locum Matthæi & verba Augustini lib. 2. de bono Persev. capite 14.) inter alia inquit*, Nos etiam si causam facti & profunditatem judicii ejus penetrare non possumus, certissimè tamen scimus, & verum esse quod dixit, & justum esse quod fecit.

Nemo quod sciam eadem ad locum illum responsione acquiescit, quam adhibent nonnulli ad locum superiorem. Veruntamen argumentatio Suarii videtur esse nullius pretii; Omnes enim naturaliter commovemur ad exhibitionem miraculorum, & si Ninivitæ adeo commoti sunt ad simplicem minitationem Jonæ, cur non putemus etiam Tyrios & Sidonios commotum iri ad consimilem prædicationem miraculis corroboratam? Nec tamen hominibus irregenitis talem ad veram pœnitentiam dispositionem tribuendam censeo. Nec mihi omnino constat vel Ninivitas ipsius ad prædicationem Jonæ, veram pœnitentiam egisse, *licet magna humilitate pœnitentiam egerint*, ut cum Augustino loquar. Quemadmodum & Achabus cum & faccum induerit, & in cinere se volutarit; Cum Augustino libenter profiteor, *Non prædestinatorum tamen à Deo addici ad salubrem spiritualemque pœnitentiam qua homo reconciliatur Deo in Christo, sive illis ampliorem patientiam sive non imparem præbeat.*

Perbelli

Perspicuè incidit, quod Pontificius non habeat nisi Pontificem in quem incurrat. Sed & efficacius ad fidem procedit dictum Salvatoris, quam specimen illud exhibitum à Jansenio. Hoc enim Jansenius nullo exemplo monstrat: At dictum Salvatoris monstrari solet ab interpretibus exemplo in sacris literis notissimo. Nam si Ninivitæ conversi sunt à malis operibus ad nudam Jonæ prædicationem, quanto magis Tyrii & Sidonii ad prædicationem Christi & doctrinam ejus miraculis confirmatam? Nec rationes quibus illam expositionem impugnat Suarez alicujus momenti sunt. Etenim fieri non potest ut illa locutio verificetur citra considerationem decreti divini de concedendo gratiæ efficacis auxilio (si modo de vera resipiscentia procedat locus) vel Jesuitis ipsis arbitris. Quod si loca quædam interpretamur figuratè, quoties necessitas postulat, quam absurdè hinc infertur, nihil certum fore in scriptura & in revelationibus divinis. Si Patrum expositio contraria sit, cur eandem non communicavit Suarez an quia dignum ipse sibi visus est, quicum in tenebris maneamus? Augustini interpretationem exhibeo, sed in nullum tui usum; Quid enim? An profitetur Augustinus ex solo miraculorum operatione Tyrios acturos esse pœnitentiam citra auxilium gratiæ efficacis? aut an Jansenius negat acturos fuisse pœnitentiam, modo gratiam istam Deus illis concessisset? Ad veritates quod attinet, quas ex hoc loco dicit ab Augustino colligi; Certè concludit Augustinus, *non judicari homines ex his quæ acturi essent, si hoc vel illud eis accideret*, & nihilo minus certum est, hoc esse cui nihil omnino profuturum, itaque laciniam addis magis propitiam, quam rei *hoc* venerit. Hoc solummodo facis in gratiam causæ tuæ, Deum scilicet scire quid facturi essent homines si hoc vel illud eis accideret. At manifestum est, illud nequaquam concedi ab Augustino, sed ex mera suppositione procedere, quasi diceret, fac ita esse, ut sciret quid in tali occasione facturi essent, non tamen sequitur eos, secundum illa quæ facturi essent, judicandos esse. Secunda veritas quam ab Augustino collectam esse profert, admodum subdolè proponitur; Nam miraculorum apud populum faciendorum gratiam quibusdam negari ait, qui ad talia visa pœnitentiam acturi essent, aliis concedi, qui nihil inde ad resipiscentiam commovendi essent. Hanc gratiam appellat Suarez gratiam prævenientem. Interea dissimulat Jesuita Augustini sententiam de gratia efficace, per quam vel sine signis prosiciunt homines ad resipiscentiam, & sine qua nihil omnino prosunt miracula. Hæc enim est illustris Augustini sententia, De bono Persever. capite 14. *Audiunt enim hæc & faciunt quibus datum est, non autem faciunt sive audiant, sive non audiant quibus non datum est*; & secundum hanc Augustini sententiam dicere poterimus, sive videant hujusmodi signa, sive non videant, credunt tamen & resipiscunt, quibus datum est; Nam nec Judæis illis quibus cordis sui duritiem servatæ exprobrat, quicquam obstitisset, inquit hoc ipso in loco Augustinus, quod non poterant credere, si ita prædestinati essent, ut eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre; Ex altera vero parte; Non autem crederent neque resipiscerent aliqui, sive signa viderent sive non viderent, quibus datum non esset; Nam hoc etiam in loco profitetur Augustinus, *Neminem venire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eludari qui electi sunt ante constitutionem mundi*. Hanc fatetur Augustini expositio loci præsentis, differt ab expositione quam adhibet Jansenius, sed neque Jansenius hac sola expositione acquievit, nec illa quam hic repræsentat Suarez, Augustinus: Testantur hoc ipsissima verba Augustini, quæ huic dissertationi subjicimus. Hoc (inquit) quod dixit Dominus de Tyriis & Sidoniis aliquo alio modo forsan potest intelligi. Hæc autem prorsus dissimulat Suarez: Nec satis probabile est tale munus intelligi gratiæ concessum fuisse Tyriis & Sidoniis & negatum Judæis; Quemadmodum jam adversus Penottum disserui, atque inde progressus sum ad aliam dicti illius Servatoris expositionem investigandam, idq; secundum ipsum Augustinum, ad caput 28. libro 5. *Propugnat. humanæ libertatis*; Ex his videre est, Prosperum etiam à Suare allegatum causam ejus non magis promovere, quam Augustinum.

Ex quibus verbis *satis apertè respicitur alia, nec magis probabilis nec minus libera expositio, in hujusmodi* (scilicet *revelationibus, non prædici effectum infallibiliter futurum etiam posita conditione, sed solum revelari id ad quod causa magis sunt propensæ, unde sensus revelationis erit, ita esse verisimiliter futurum. Potestque hæc expositio duplici conjectura suaderi; Prima est, quia sæpe in hujusmodi revelationibus in scriptura additur particula forte vel forsitan ut denotetur incertitudo prophetiæ. Posterior est, quia in prophetiis comminatoriis seu promissoriis sæpe necesse est uti hac expositione, & subintelligere conditionem, scilicet si causa non mutentur; ergo etiam in præsenti id fieri potest; Hæc expositio nulla ratione admittenda est. Nam ut in similis notavit August. contra Dom. hæres. de unitate Eccles. cap. 9. maximum derogat veritati scripturæ & certitudini prophetiæ hæc licentia interpretandi Scripturam, addendo illi aliquid, vel subintelligendo pro unius cujusque arbitrio, præsertim quia Deus in prædictis locis, non dicit, verisimile est hoc esse futurum, sed simpliciter hoc erit, ut in testimonio primo citato, tam absolutè respondit Deus, sicut David interrogavit. Secundo, in aliis locis additur etiam particula denotans certitudinem, per quam explicantur alia testimonia. Exod. enim 34. dictum fuerat*, Nec uxorem de filiabus eorum accipies, ne postquam illæ fornicatæ fuerint, fornicari faciant filios tuos; *Et Deut. 7. additur*: Quia seducet filium tuum, ne sequatur me; *Rursus 3. Reg. 11. amplius declaratur*; Certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos alienos. *Alia item loca tam absolutè prædicuntur hæc futura conditionalia, sicut absoluta, ut est decantatum locum Joh. 5.* Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. *Unde Sancti colligunt Judæos credituros esse Antichristo, & tamen prædictio illa in rigore tantum conditionalis erat; Item quod Joh. 6. de Christo dicitur*, Cum sciret, quia venturi essent ut facerent eum regem, *de hoc scientia ab omnibus intelligitur: Tertio ex patribus citatis præsertim ex Augustino & Prospero constat, has prophetias esse certas & infallibiles, & idem docent omnes expositores quos citavi super Matth. & dixi in Abul. quæst. 52. & Gl. Quarto, quia alias fere non haberent majorem certitudinem hæc divina oracula, quam*

[illegible] Dæmonis, patet[illegible] Davidicam post divinam responsionem fore peccata iturare, quod videtur valde falsum. [illegible] probatur quoad primam partem: nam quoad alteram, per se notum est. Quia sicut Deo nota est natura, & propensio nostræ voluntatis, ita est etiam Dæmoni, unde etiam potest probabilissime conjicere quid in tali occasione faceret liberum arbitrium. Et quamvis divina cognitio ex parte cognoscentis perfectior sit, tamen etiam Dæmon comprehendit voluntatem, saltem quoad naturalia, & in ordine ad actus malos habet quandam curiosam, [illegible] potest ad illos instigare, & magna [illegible] ad illos.

Resp. 5. Hæc omnia sunt facis superque aliena, à secundi illius testimonii, quod hoc loci premit Suarez, genio & ingenio. Nam pœnitentiam agere secundum Suarium est actio supernaturalis, nec omnino probabile est, quenquam adeo desipuisse ut in tam infirmam respondendi rationem se indueret. Ecquis enim sobrius affirmaret Tyrios & Sidonios propensos fuisse ad actionem ejusmodi perficiendam, quam satis constat esse supernaturalem? Itaque hic subodorari mihi videor artes Jesuitæ. In actionibus naturalibus si versamur, sententia Jesuitarum de scientia futurorum contingentium conditionatorum, longe pronior est ad conciliandam fidem, quam si quæstio fiat de actionibus supernaturalibus, qualis est vera fides & resipiscentia. Nam valde [illegible] posse, At ne potentia quidem aut facultas adest homini præstandi ea quæ supernaturalia sunt; Et proinde cum Suarez animadverteret frustra sudaturum se probando hominem ad talem occasionem oblatam, & in certa conditione constitutum, hoc aut illud voliturum, si modo penes homines non sit talem aliquam volitionem pera supernaturalem præstare; video ne lectores suca dissertationi suæ nimium attentos experiretur, à conditione actionum supernaturalium ad conditionem actionum naturalium disputationis suæ materiam transferre voluit. Itaque respondeo, expositionem illam mihi nequaquam placere; nec omnino mihi verisimile sit, quenquam cordatum Theologum eandem unquam approbasse, aut in posterum approbaturum esse; nisi locum interpretemur de commotione quadam naturali ad resipiscentiam naturalem, distinctam ab illa, quam Spiritualem & salubrem appellat Augustinus, quâ homo reconciliatur Deo in Christo, contra Iul. Pelagium libro 5. capite 4. potius dici potuisset, textum procedere de probabilitate sola consimilis eventus, undecunque oriundi, sive ex homine per vires liberi arbitrii, sive per gratiam Dei, quæ tamen libertati arbitrii nequaquam prejudicat. Quæ quidem probabilitas fundari potest exemplo Ninivitarum, ut qui ad nudam Ionæ prædicationem resipuerint, & quod merito vel ista consideratio sanguinem Iudæis suffundere potuisset, cum ne miraculis quidem ipsi ad pœnitentiam agendam commoti sint; Neque enim hæc est tanta licentia interpretandi Scripturam, quanta veritati aut certitudini Scripturæ derogaret. Neque enim sit pro nostro arbitrio, verum ad scopum Servatoris accommodatur; qui fuit, Iudæus ex comparatione cum cæteris facta animi nimis obstinati coarguere. Certum enim est Ninivitas vel sine miraculis quomodocunque pœnitentiam egisse; quanto magis probabile est, etiam Tyrios & Sidonios miraculis saltem iis commovendos fuisse, ut resipiscerent. Neque hæc interpretatio ullam habet cum Donatistarum interpretatione [illegible], ad res absolute futuras tanquam à Deo prædictas, interpretationes suas accommodabant [illegible]; nos versamur in rebus non nisi conditionaliter futuris; At nulla propositio conditionalis est vera, nisi etiam sit necessaria; & proinde cum minime necessarium sit, ut ad ista miracula resipiscerent Tyrii & Sidonii, hinc adigimur ut alium sensum temperatiorem indagemus, quam rigida verborum interpretatio præfert. Nobis autem in usu positum est, ut rei eventuræ probabilitatem hunc in modum enunciemus; Et solere Deum ad morem loquendi hominibus usitatum se accommodare, Patres observarunt. Sic Ambrosius in illud Ierem. 26. *Forsitan audient & avertentur; Dicitur ergo* (inquit) *& Dominum ignorasse quod esset futurum; sed non ignorat, nota ex verbo [illegible], sed in scriptura divina frequens hujusmodi scriptura adventitur, ea quod simplex sit elocutio.* Quid hoc sibi vult apud Ambrosium, *simplex elocutio*; Nempe elocutio ad modulum hominis simplicis accommodata. Sic Ambrosium interpretatur ipse Suarez, hoc ipso in capite, num. 7. cum ait, *interdum verò* (*ut Ambrosius supra*) *ad plebejum & minus ingenium scriptura, quia humano more ad homines loquitur*, Sed & alia solet, *imperandum esse non vult*. Et Spiritus Sanctus in Scriptura potius se conformat ad ingenium hominis, non tam eruditi quam plebei. Hinc est quod Sol & Luna dicantur majora luminaria, quæ diem & noctem per vices moderentur; & nos ut plurimum judicium facimus de rebus futuris juxta dispositionem causarũ secundarum dentaxat, licet eruditi norint Deum tanquam supremum moderatorem agentibus omnibus secundis præsidere. De dispositionibus autem causarum secundarum judicium facimus juxta experientiam causarum similium in re simili. Exempli gratia: Ninivitæ resipuerunt ad prædicationem Ionæ, quid ni dicamus pœnitentiam acturos fuisse ad conspecta miracula Christi? & si Ninivitæ pœnitentiam adacti fuerunt, quid ni Tyrii etiam & Sidonii, nisi quod vera resipiscentia penes hominem non sit ut præstet citra Dei gratiam, quod probe norunt Jesuitæ, cujus tamen gratiæ nulla mentio fit apud Evangelistam. 2. Omnia loca à Suare producta abeunt à proposito, Nam pœnitentia est actus bonus eaque supernaturalis; at instantiæ quas adhibet Suarez de naturalibus actibus procedunt, iisque malis, ad quos naturam humanam nimium propensam esse novimus. In quibus tamen nec abstinebit Suarez, quod desiderat, nisi Deo constitutum fuerit suspendere gratiam ad hujusmodi malos actus vitandos efficacem, cujus tamen dispensationis nullam rationem habet Suarez, nempe dum causæ suæ [illegible] quam sollicitus est, ut servias veritati. Sed libet etiam loca à Suario repræsentata sigillatim expendere. Primus est Exod. 34. *Nec uxorem de filiabus eorum accipies, ne fornicari faciant filios tuos.* At, inquam, hujus loci eadem ratio est atque illius, intiet apud Augustinum occurrentis, ex libro Sap. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus.* Quod quidem dictum interpretatur

pietatem solam Sanctus Petrus, *secundum pericula hujus vitae, non secundum praescientiam.* Quare dicere poterimus etiam hunc locum similiter exponendum esse, quasi praecedentem secundum periculum ingruens [illegible]. Sed hic locus tantum indicat populo Dei cavendum esse, ne uxores idololatricas in uxorem ducentes ipsi seducantur in idololatriam, quemadmodum contigisse legimus Num. 25. Itaque Israelitis metuendum fuit, ne sic in idololatriam degenerarent. Locus secundus aliquanto opportunior, ex Deut. 7. *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me.* Nimirum natura proni sumus in mores deteriores, sed & Deo prosequente hominem mandata ipsius transgredientem, & in laqueos Diaboli sese conjicientem certissimè sequetur Apostasia, & cultus degener; At nisi Deo constitutum fuerit, hominem aeternum deserere nequaquam fient Idololatrae. Nec semper fit ut uxorum alienigenarum illecebris adeo capiantur mariti, ut à Deo deficiant, & aequo rerum aestimatori, (ni fallor, videbuntur ista admonitio potius de periculo seductionis, quam praedictio de eventu tanquam infallibiliter futuro juxta speciem exhibitam. Sic etiam locum hunc interpretatur Cajetanus; *Reddit rationem praeceptorum superiorum Exod. 23. ex primo Dei praecepto tam ratione periculi, tum ratione beneficii, & periculum quidem subjungitur Idololatriae, propter quam cum his septem nationibus [illegible].* Ad eundem modum Lyra. *Quia per tales [illegible] solent trahi ad Idololatriam.* Ejusdem rationis est locus tertius licet magis asseveranter exeat. *Certissimè avertent.* Nempe tantum notat quae in lege Mosis scripta sunt. Locus 4. Joh. 5. *Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Vide* (inquit) [illegible] *Judaeos credituros Antichristo, & tamen praedictio illa in rigore tantum conditionalis est.* Certè sic Augustinus locum hunc interpretatur, nempe, de Antichristo, tract. 29. in Johan. quae quidem interpretatio vaticinium hoc capiunt de futuris ejusmodi quae re ipsa futura sunt, non autem de ejusmodi futuris quae nunquam futura sint; qualia sunt futura vestra conditionata; & quidem necesse est ut sic interpretentur futura illa si modo de Antichristo interpretentur. Quippe quem revera futurum esse, & ad illos venturum esse nihil dubitabant; atque etiamsi praedictio illa memorata, sit in rigore tantum conditionalis, si tamen ipsa conditio aliquando futura erat, quemadmodum Patres illi censuerunt; praedictionem illam licet quoad formam conditionalis fuerat, tamen pro absoluta veteres habuisse mirum non est, sed fuerit (si placet) merè conditionalis, vide tamen, annon sit etiam necessaria, nimirum ut qui Christo credere recusant Antichristo in nomine suo ad eos venienti se submittant. *Nam qui mecum non est, is contra me est,* inquit Salvator. Locus 5 Joh. 6. *Cum sciret, quia venturi essent ut facerent eum regem.* Instantiam duntaxat ponit in actu naturali, quem etiam jam apud se constitutum habuisse Judaeos probè noverat Christus, qui corda scrutatur & renes; simulque noverat Deum non aliis consilia ipsorum frustrari decrevisse, quam subducendo ipsum ex conspectu ipsorum; & ad hunc modum intellectae enuntiationes illae sunt necessariae, nec quisquam dubitat, consequentias omnes necessarias sive absolutè, sive ex suppositione Deo probè notas esse. 3. Quare ut ut Patres, Augustinus & Prosper, eum expositores velint has prophetias esse certas & indubitatas, nihil hinc aut causae tuae commodabitur, aut praejudicabitur nostrae. 4. Quod autem inferendo speciem praefers, quasi alias divina haec oracula non haberent majorem certitudinem, quam oracula daemonis, praeter omnem sobrietatem processisses, nisi ipse illationem tuam temperando vim ejus omnem [illegible]; dicis enim *hoc fore tantum consequens esse*; nec tamen vel illam temperationem tuam solidam esse judicamus. Nam Deus probè conscius est consilii sui, utrum (scilicet) quae hominibus jam constituta sunt impedire velit ne consequantur effectum, an secus: At Diabolus procul dubio Deo non est à consiliis, sed nec perinde nota est diabolo natura & propensio nullae voluntatis atque ipsi Deo. Nec de propensione tantum voluntatis hic agitur, sed de resolutione, quam nullus dubito vel te judice Deo notiorem esse quam diabolo, nisi cogitationes cordis diabolo perinde scrutabiles esse judices atque ipsi Deo. Quod tamen licet daremus; adhuc penes Deum esset, etiam decreta illa irrita facere, & quomodo lubet irrita facere, nempe modo certo non autem alio; quorum omnium Deus conscius est, non autem diabolus. Agnosco posse daemonem probabilissimè conjectare, quid in tali occasione faciet liberum arbitrium, modo de rebus naturalibus duntaxat agendis, aut peccatis perpetrandis sermo fiat, prout ipse demò monet. Sed & hic cautiones habeas, quae in considerationem tuam veniant, easque justissimas; Nimirum proviso, quod Deus utquaquam constituerit consilia humana disturbare, idque sive per providentiam naturalem sive per providentiam gratiosam, quarum utraque infinitas agendi rationes suppeditat; quare omnium quaeso patiaris Luciferum ipsum cum omnibus ejus satellitibus, esse prorsus ignarum. Subjicis etiam illationem alteram, *alias etiam* (inquis) *David post divinum responsum potuisset sine peccato dubitare*; Imò inquam, non potuit, praesertim si in nihil aliud animo inquireret, quam in propositum Saulis, sin etiam de eventu certior fieri desiderabat, adhuc dubitare non potuit, quia sciebat ex Dei responso cognovit, & hoc Saulis propositum fuisse & Deo minimè constitutum fuisse aliquo alio modo propositum illud Saulis evacuare, quam subducendo Davidem ex urbe Ceila, atque ita opportunitatem illam insequendi Davidem illi adimendo; quippe quem de singulari Ceilitarum in ipsum liberationis propensione probabile est consilium esse;

Quare, ut respondeamus [illegible] magna deceptione existimare, quando in scriptura additur particula forsan *aut similis, id fieri propter incertitudinem divinae scientiae, quod aliqui Sancti Patres negant, Hieronymus in Ezech. 2. & Ierem. 26.* Verbum (*inquit*) ambiguum *forsitan* majestati Dei non potest convenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum homini servetur arbitrium;

Jam dixi mihi minimè probabile videri, quenquam vel ex pontificiis in tam absurdam sententiam praecipitem se daturum, ut divinae scientiae incertitudinem

dicem tribuerit. Itaque evasionem istam potius à Suario confictam esse arguror, quam rem gestam ab aliquo: Verumtamen sicut Scriptura Deo tribuit oculos atque aures viz. per ἀνθρωποπάθειαν, ita etiam figurate Deo tribui potest scientia humana, etiam conjecturalis: Nempe posse quædam à Deo dici & prædici *secundum periculi hujus vitæ* observavit Augustinus, & juxta ea quæ ut plurimum fieri soleant, licet non semper. Et locus Hieronymi in Ezech. testatur Deum subinde loqui affectu nostro.

Ultima Confirmatio prædictæ veritatis.

Suarez. *Ultimò ex propheticis comminatoriis & promissoriis hæc veritas potius confirmatur. Nam illæ etiam sunt infallibiles & non conjecturales sunt quidem etiam conditionatæ, tamen in eo ordine infallibilitatem habent, quia si conditio impleatur, & præmium etiam, aut pœna infallibiliter confertur, ergo similiter in præsenti revelatio illa conditionata, ut sic, debet esse infallibilis saltem sub conditione.*

Quamobrem dicunt alii, esse quidem infallibiles has revelationes, habere tamen infallibilitatem in causa, quia non revelantur effectus in individuo & in particulari cum omnibus circumstantiis, sed solum in communi & confuse: hoc autem modo potest certo cognosci effectus contingens in causa sua, ut facile patet exemplis afferendis.

Sed hæc responsio non satisfacit prædictis testimoniis, nec declarat satis perfectionem scientiæ & revelationis divinæ, primo quoniam in aliquibus locis prædicuntur actus liberi futuri in particulari, ut in facto Saul & David 2. Secundo, quando causa etiam in communi sumpta, est indifferens vel propensa potius in contrarium, non potest in ea certò cognosci effectus oppositus, verbi gratia, quod Adam esset peccaturus & consensurus tali tentationi non poterat cognosci in causa, etiam abstrahendo à circumstantiis, quia ita erat recte institutus ut longè facilius esset illi non peccare, magisque esset ad hoc propensus: Ostendimus autem infra hæc etiam futura à Deo cognosci, & vix exemplo adducto videtur esse supponendi, quod de Tyriis & Sidoniis Christus revelavit: Nam ut supra dicebamus in eis nulla erat dispositio ad pœnitentiam, unde considerata illa causa, prout tunc erat disposita ad talem effectum vel magis erat repugnans quam propensa, vel certe omnibus pensatis ad summum erat indifferens. Tertiò denique magna imperfectio tribuitur Deo, cum existimatur vel ipsius cognitionem in illa confusione sistere, & non clare & in particulari videre, quibus in individuo accideret id, quod de communi tantum aliquos revelet, vel certitudinem scientiæ & revelationis ejus, non esse majorem quam sit illa, quæ ex causis sic confuse conceptis accipi potest.

Resp. Agnosco libenter prophetias comminatorias & promissivas esse infallibiles, cujus generis sunt istæ, *Quisquis crediderit, salvus erit; qui non crediderit condemnabitur*; Nempe sunt necessariæ, necessariæ inquam, non absolute sed ex suppositione constitutionis divinæ; Quippe cum decreverit Deus ex adultis neminem salvum facere, nisi qui crediderit in Christum; rursus omnem credentem in Christum æterna vita donare; Ad eundem modum concedimus omnem enunciationem conditionatam de futuris conditionatis esse necessariam, modò Deus decreverit, posita tali conditione, rem ipsam conditionatam effectam dare. Quod nisi ponamus Deum decrevisse, prorsus præter omnem analogiam disserit Suarez; dum Prophetiarum comminatoriarum & promittentium eandem rationem esse vult, atque propositionum de futuris contingentibus conditionatarum qualiumcunque, quas etiam Prophetias appellat Suarez.

Responsio autem illa aliquorum hic memorata, ad hoc argumentum Suarii (quod revera nullius pretii est, analogiam fingentis, ubi nulla prorsus occurrit) non minus aliena est à debita responsione, quàm argumentatio Suarii à probabili disceptatione. Nec mihi credibile fit, quenquam adeo desipuisse; ut in tam infulsam respondendi rationem se induceret; nisi fortè hoc artibus Satanis tribuendum fuerit, quod responsionem istam tam obscure & incommodè nobis repræsentat; quasi verò revelationes istæ (quas vocant) de futuris contingentibus conditionatis infallibiles dicerentur, propter infallibilitatem quam habent in causa, quia (scilicet) *non revelantur effectus in individuo, & in particulari cum omnibus circumstantiis sed solum in communi & confuse.* Admodum obscurè & ænigmaticè, ut vel Oedipo aliquo opus fuerit, qui ista nobis elucidaret. Effectus enim qui revelari dicuntur, sunt procul dubio particulares; omnis actio versatur circa singularia: nec existunt genericæ naturæ nisi in suis individuis. Quomodò autem effectus particularis reveletur, non tamen in particulari, sed in communi & confuse, ne divinando quidem assequor. Divinabo tamen, atque operam dabo, ut hoc quicquid fuerit mysterii enucleetur. Forte igitur hoc volunt, (si qui sunt, qui sic existimant) propositiones conditionatas de futuris contingentibus hactenus infallibiles esse, quatenus iis hoc tantum denotatur, quod scilicet ut plurimum contingat, ut posita conditione præscripta, talis effectus aut eventus, qualis memoratur, consequens sit; propter naturæ videlicet humanæ proclivitatem, in tali occasione aut conditione, ad hoc aut illud agendum. Sic enim ut plurimum contingit, ut nuptiæ idololatricæ maritos faciant idololatras, & mores ipsorum corrumpant. Atque hoc modo, in genere obtinet hujusmodi propositionum veritas infallibilis, propter eam quam dixi proclivitatem humanæ naturæ, in deterius vergentis, licet in singulis individuis nequaquam obtineat. At hujusmodi infallibilitas non tam dicenda est infallibilitas in genere, quàm infallibilitas indefinitè, ut quæ locum habeat in aliquibus, aut etiam in plurimis, non autem in omnibus. Rursus hujusmodi infallibilitas obtinet tantum ratione proclivitatis humanæ naturæ ad vitium, non autem ad virtutem; aut saltem ad actus naturales, non autem ad supernaturales. Denique ne ratione quidem proclivitatis ad vitium obtinet nisi ex hypothesi ordinationis divinæ, ut qui vitiosam humanæ naturæ propensionem in plerisque incitatam permittere constituerit; corrigere & curare, duntaxat in paucioribus. Sed & ratione actuum naturalium nequaquam obtinet, nisi ex hypothesi constitutionis divinæ de proclivitate illa nequaquam impedienda naturaliter.

Sed responsionem tamen Suarii videamus. De facto Saulis & Davidis jam diximus abunde; nec omitto

omnino quin est hujusmodi instantia respondendi ratione, ad sententiam vestram omni sublata ex illa hilaria petendi spolium. 2. Certe verum esse libenter agnoscimus. *Quando causa in communi fuerit sufficiens vel propensa plane in contrarium, non posse in causa cognosci effectum ejusmodi.* Nec quemquam scientem aliter unquam sensisse comperimus habeo. Veruntamen, si quid ego judico, responsio quam Suarez exhibet, praeferebat causam in communi sumptam, non tanquam indifferentem, Adam propensum in contrarium; sed potius inclinationem in effectum, qui futurus esse dicitur, conditionate. Agnoscit inde, *quod Adam esset peccaturus & consensurus tali tentationi, non potuisse cognosci in causa*, nempe in causa secunda, hoc est, ex contemplatione voluntatis Adae, quia voluntas Adae sancta fuit in creatione. Et propter eandem rationem, non modo abstrahendo a circumstantiis cognosci non potest ex voluntate ejus, Adamum peccaturum; sed ne consideratis quidem quibuscunque circumstantiis cognosci tale quid potuit; quia cum sancta fuerit voluntas Adae, hoc ipso propensior fuit (propensione habituali) ad vitandum peccatum, in quibuscunque circumstantiis poneretur, quam ad consentiendum in peccatum. Licet autem hoc aliter moneam, quomodo fieri possit ut consideretur Adam in tentatione positus, & tamen abstractione fiat a circumstantiis, equidem non intelligo; cum ipsa tentatio includat omnes circumstantias, a quibus tamen abstractionem fieri supponit Suarez. Quod autem Suarez, ait probatum in sponsione ex si quemadmodum, nempe etiam haec futura a Deo cognosci, videlicet quod Adam tali tentationi consensurus esset, nec tamen in causa (videlicet secunda), quidem in hoc quae haud difficultas offensura sint Suario, quod attinet ad fundamentum illius cognitionis, nempe quod in Adamo illud cognoscere non poterit. Ratio mihi in promptu est, quia scilicet antequam peccaret Adam, voluntas ejus tam indifferens erat ad vitandum peccatum, quam ad perpetrandum: Itaque ex vi voluntatis ejus, non magis futurum erat peccatum, quam non futurum. Unde autem factum esset, quod antequam peccaret, potius peccaturus esset, quam non peccaturus (quod verum esse concedatur necesse est, alioquin a Deo quidem cognosci potuit, nempe quod peccaturus potius esset, quam non peccaturus,) quomodo nobis explicatur sit Suarez nondum intelligo. Nam hactenus nullam rationem teneo, quare credibilius sit Suarium hoc expeditum esse, quam non expeditum. Imo ratio in adversum suppetit, Suarium scilicet hoc nunquam expediturum esse. Nam cum Adamum peccaturum esse, verum fuerit ab aeterno, utique non natura sua; neque enim res natura sua mere possibilis potest per se transire in conditionem rei futurae. Superest igitur ut causa hujus transitionis ab aeterno factae; Nam ab aeterno futurum erat hoc, alias non fuisset Deo cognitum ab aeterno, quaerantur ab extrinseco. At ab extrinseco nihil est praeter Deum, quod causa sit transitionis alicujus ab aeterno factae: quia nihil praeter Deum est aeternum; & quod aeternum non est, non potest esse causa transitionis factae ab aeterno. Ad Deum igitur devenicndum est necessario, in causa transitionis illius investigatione. In Deo autem tria tantum consideranda, quae subire possint rationem causae, essentia nimirum, scientia, & voluntas. Horum priora duo nequaquam congruunt; Nam quicquid per essentiam Dei fit, sed sola voluntate Dei, fit necessario absolute. At minime fit necesse fuit Adamum aliquando peccaturum. Rursus scientia facit res scitas; at sed sola voluntate Dei, nequaquam facit res ex mere possibilibus futuras. Restat voluntas, in quam omnis causa futuritionis rerum unice referenda sit. At hoc (probe scio) Suarez horret dicere. Itaque expectandum est, quomodo se gesturus sit in hac arena & qualis futurus sit exitus ejus, postquam ad Rhodum deventum fuerit. Addit Suarez in exemplum adductis videri esse aliquid hujusmodi, *quod de Tyriis & Sidoniis Christus retulerit. Nam (inquit) in ea natura erat dispositio ad paenitentiam, & causa proxima tunc erat disposita ad talem effectum, vel magis erat repugnans quam propensa, sed certe contentus persistit ad summum erat indifferens.* Certe conditionata erant illa, sed de praeteritis potius, quam de futuris, quorum tamen rationem agnosco pariter momentosam esse, miror tamen ut hoc obiter notaram, cur Tyrios & Sidonios, prout tunc dispositi erant, dici putitur, positis omnibus, indifferentes ad paenitendum aut non paenitendum. Ego potius nihil causae video, cur Tyrios illos, supra animalem hominis (qui non percipit quae Dei sunt) statum elevemus. Existimo dispositionem ipsorum, pro statu illo mere repugnantem fuisse solidae & spirituali paenitentiae. Nec tamen dubito, quin verum fuerit Servatoris illud de Tyriis & Sidoniis ad conspecta Christi miracula paenitentiam acturis, sive de paenitentia quadam naturali, qualis forte erat illa Ninivitarum, sive de vera paenitentia quatenus Deo cum Evangelii praedicatione per Spiritum suum concurrere, semper contingit, ut cum ad nationem aliquam ablegantur ministri Dei ad praedicandum ipsis Evangelium, aliquos habeat Deus in quibus efficax sit Evangelium ejus. Neque enim de Tyriis & Sidoniis ad unum omnibus pronuntiatur illud, sed de Tyriis & Sidoniis indefinite; quod quidem veritatem obtinet, si modo aliqui paenitentiam acturi fuissent. 3. Jam dixi, quae sit illius responsionis probabilior conditio, quam repraesentat Suarez, ut scilicet tantum significetur propositionibus illis conditionalibus, quod ut plurimum fieri solet ab hominibus in tali conditione constitutis; cujusmodi cognitionem dum Deo tribuimus nullam illi imperfectionem ascribimus. Neque enim hic sistimus, sed Deo etiam agnoscimus competere cognitionem qua non modo scit quid fieri soleat, sed & quid de omnibus & singulis eventurum sit; licet Scripturarum stylus Scripturarum phraseologiae quandoque conformetur juxta cognitionem illam, quandoque vero juxta illam alteram.

Atque hinc ultimum rejicitur alterius responsio diversitam saltem praedici futura, quae in quadam materia Deo efficaci cognosci possunt. Primum enim, hoc impertinens ad quaestionem. Verum hac cognoscuntur, quam modo tractamus; sed ad quaestionem Quomodo haec cognoscantur, quam insta adjectivum. Deinde rejicitur duplici ratione. Prima, quia talis

talis motio efficax vel supponit bonam scientiam, & ita non potest esse ratio illius vel scientiam non supponit: non potest esse efficax, quia physicè prædeterminat voluntatem, & consequenter cum libertate pugnat, ut ex tractatu libro præcedentibus satis constat. Secunda est, quia hæc motio efficax, qualiscumque illa sit non datur nisi ad opera bona; Deus enim ad malum non movet ut 1. libro satis demonstratum est. In prædictis autem testimoniis, non solum prædicuntur opera bona, sed etiam peccata sub his vel illis conditionibus: Non ergo fundatur illa prædictio & præscientia in tali motione. Atque constat in factis Saul, & aliis potest similiter de Pharaone, Exod. 3. Ego autem scio quod non relinquet vos Pharaoh, nisi per manum validam: extendam enim manum meam. In quibus verbis una vel potius duplex propositio conditionalis cognita involvitur, scilicet quod per ordinaria media, vel auxilia si adhiberentur Pharaoh non esset movendus ad dimittendum populum, & quod per magna signa esset permovendus. Quem locum ita videtur exponere Augustinus de prædest. & gratia cap. 7. ubi colligit, Vox Dei est, quæ Pharaoni voluntatem, sicut prævidere, indicabat, & per idem prosecutionem quam declarat ibidem Pharaonis indurationem, inquit, Alta Deus præscientiæ suæ luce præsciit, Pharaonem non fuisse mutandum, etiamsi talia signa fierent.

Unde tandem improbabile etiam est, quod quidam recenti prædicto testimonio affirmant, Deum quidem cognoscere aliqua ex his conditionatis quæ revelavit, non tamen omnia, sed fortasse illa quæ speciali modo præordinavit, voluit, aut permisit. Est enim hoc planè voluntarium & falsum. Ostendimus enim, in omni genere actionum liberarum, habere Deum hanc scientiam, scilicet in bonis & in malis, in naturalibus & in supernaturalibus, in communi & in particulari. Ergo nulla probabili ratione potest hæc scientia limitari ad quædam, & non ad omnia extendi. Maximè quia ostendimus non posse hanc scientiam fundari in prædefinitione, multo minus in permissione, quia effectus permissus ex vi permissionis non est infallibiliter futurus, nisi hæc scientia supponatur ut in 1. libro declaratum est.

Refut. Hujusmodi responsio, fateor, tempestiva esset, modò quæstio in qua versamur, procederet de prædictione futurorum absolutè. At si proxima propositio prorsus aliena est, dum controversia instituitur de scientia futurorum contingentium, non quæ absolutè futura esse prædicuntur, sed eorum, quæ duntaxat conditionatè futura esse pronunciantur. Verùm licet ejusmodi responsio meo judicio vagari videatur extra oleas, expendemus tamen quomodò se gerat Suarez in ejusdem refutatione. Jam dixi responsionem illam nequaquam accommodatam esse ad quæstionem præsentem, de cognitione scilicet futurorum contingentium conditionatorum, si re quæratur, An cognoscantur sive quomodò cognoscantur. Mihi videtur extra controversiam ponendum esse, cognosci à Deo quidquid cognoscibile est: idque in quocunque genere cognoscibile est. Quare hoc cardine potius volvenda est quæstio. An scilicet sit aliqua sit cognoscibilis in genere futuri, quam ut quæratur, An cognoscatur à Deo, cùm sine dubio necesse sit cognosci à Deo, quidquid cognoscibile est, licet de modo quo à Deo cognoscitur, controverti possit. Nunc duplicem Suarii rationem, qua modum illum futura cognoscendi Deo tributum refellit, examini subjiciamus. Si motio illa, inquit, supponit scientiam, non potest (inquit) efficax esse, quia physicè prædeterminat voluntatem; Agnoscimus ergo verba, atque hinc infert motionem illam cum libertate pugnare. Verùm hic Suarii tentamus, cum universa ferè Dominicanorum familia negantibus prædeterminationem physicam libertati creatæ adversam esse, & quod dicit Suarez, hoc ab ipso satis demonstratum esse libro 1. respondemus physicam prædeterminationem ad agendum necessitati libertati quidem humanæ inimicam esse, non tamen physicam prædeterminationem ad agendum congruenter humanæ naturæ, hoc est deliberatè & liberè. Licet minimè diffitear divinæ providentiæ mysterium admirandum hic subesse. Ad secundam quod attinet, respondemus, Deum minimè movere ad malum quoad actus malitiam, movere tamen ex sententia Dominicanorum vestrorum, idque efficaciter ad malum quoad substantiam actus. Sicut & illi enim moventur & feruntur. Nos autem, qui non tam lingua nostra, quam linguæ Scripturæ dicere esse cupimus, ad ora vobis obstruenda reponimus, licere Deo, sicut misereri cujus vult, ita etiam quem vult obdurare, quemadmodum obduravit Pharaonem, ut populum Israëlis nequaquam dimitteret. Quæ cætera hic disputantur in adversum libro 1. in suo pretio relinquimus: suo tempore ad scrutinium revocanda, modo Deus vitam concesserit. Obiter tamen moneo, non magis necessariam esse motionem Dei efficacem ad actus malos quantumvis liberos, quàm ad naturalium agentium operationes; cum omnis homo naturaliter vergat, & quasi graviter in peccatum, adeo ut juxta oblatas occasiones pro certo futurum sit, nisi Deus obicem aliquem posuerit, sive naturalem sive gratiosum. Ad duplicem propositionem conditionalem, quam de Pharaone ex dictis Exodi 3. Suarez eruit, respondeo Suarem in collectionibus suis non tam veritati, quàm causæ suæ velificari. Esto, non fuerit Pharaoh movendus ad dimittendum populum per ordinaria media; sed cur difficultatis hujus rei causam à Deo Moyses edidit? quia scilicet Deus consilium fuerat, indurare cor Pharaonis ne dimitteret: Exod. 7. Duritia cordis Pharaonis si non immota, at saltem invicta persistit, non modo ad prodigia per Mosen facta in conspectu ejus, sed & ad novem plagas occallavit cor ejus. Annon permisisset Deus indurare cor ejus, utinam ad decimam quidem plagam obstinationem suam remitteret? Quæ cùm per magna signa tandem aliquando commoveretur efficaciter ad populum dimittendum, an hoc signorum virtuti sibi tribuendum videtur potius quàm internæ Dei operationi, terrores extrinseci, ut si obstinatus esse pergeret, Ægyptios omnes eadem clade conficeret, qua jam confecerat primogenitos? Certè hanc vocem Dei primam fuisse dicit Augustinus de prædest. & gratia cap. 6. quæ Pharaonis voluntatem, sicut prævideret indicabat, sed & addit Augustinus ipsius inter ipsa miracula tam multa dimisisse liquet. Ego autem indurabo cor Pharaonis ne dimittat populum. Rursus. Alta Deus præscientiæ suæ luce præsciit Pharaonem non fuisse mutandum, etiamsi talia signa fierent; & unde quæso novit, non fuisse mutandum

tardum, nisi quia Deo consilium fuerat; aut ejus induraret, ne dimitteret illos.

11. Proinde fingit Suarez, quosdam quasi convictos testimoniis praedictis in sententiam suam concessisse, ut dicerent, *Deum quidem cognoscere aliqua ex his conditionatis, quae revelavit, non tamen omnia, sed fortasse illa, quae speciali modo praedefinavit, voluit, aut permisit.* Vult scilicet illo figmento, pondus addere distinctioni suae, ex praedictis testimoniis, quae tamen & paucissima sunt, & ad propositum Suarii jejune admodum, & inefficaciter accommodantur. Sed & testimonia praemissa testata sunt tantum, Deum cognoscere futura quaedam conditionata, nempe quae revelavit, & quomodo quaeso fieri potest, ut quispiam illis convictus, assereret Deum ex iis conditionatis quae revelavit, cognoscere quidem aliqua, non tamen omnia. Sed & superior sententia fuit, futura quae praedicuntur, in quadam motione Dei efficaci cognosci posse; quae quidem quomodo differat a posteriori illa, quam hic refellendam proponit Suarez, equidem non intelligo. Nam si non nisi in motione quadam efficaci cognosci possunt, certe non nisi ex eo quod *speciali modo praedefinavit, voluit, aut permisit, cognosci possunt.* Rursus, si non nisi ex eo quod speciali modo Deus ea praedefinavit, voluit, aut permisit, cognosci possunt, certe *non nisi ex motione quadam efficaci cognosci possunt.* Rursus, admodum inepte fingit Suarez, in horum opinione proponenda, dum ex aliqua tantum ex conditionatis revelatis, quae a Deo ex eorum sententia, cognosci fingit, non nisi fortasse a Deo cognosci fingit; nam si non nisi fortasse aliqua, certe nihilominus verum est, fortasse nulla, ex horum sententia, a Deo cognosci. Porro quod addit de *speciali modo praedefinationis* nimis confusum mihi videtur. Praedefinat Deus res fieri alio atque alio modo; At de variis modis praedefinationis divinae, dum philosophatur, nugas agit. Denique non bene copulat permissionem Dei cum praedefinatione & volitione divina quasi essent actiones homogeneae; cum permissio sit administratio temporalis, praedefinatio vero atque omnis Dei volitio sit ab aeterno. *Sic bene inaequales veniunt ad aratra juvenci.* Hanc tamen aliquorum Theologorum nescio quorum sententiam nimis absurde ab ipso repraesentatam, voluntariam, & falsam esse pronunciat. Quicquid fuerit, quam bene refellat eam Suarez, expendamus. Inprimis dicit se ostendisse, *in omni genere liberarum actionum, habere Deum hanc scientiam, scilicet in bonis, & in malis, in naturalibus & supernaturalibus, in communi & in particulari;* hinc concludit, *nulla probabili ratione posse hanc scientiam limitari ad quaedam, & non ad omnia extendi.* Sed concedimus conclusionem, negamus tamen, quam hinc tacite infert consequentiam; nempe ergo non eorum tantum scientiam habet Deus, *quae praedefinavit, voluit, aut permisit;* Etenim omne genus liberarum actionum sub praedefinatione, aut volitione, aut permissione Dei comprehendi dicimus. Nam & malae cadunt sub permissione Dei, & bonae sive naturales sive supernaturales, eadem sub ejusdem praedefinatione & volitione. Etiam crucifixio Christi, sub praedefinatione Dei Actor. 4. 28. Sed forte per praedefinationem & volitionem speciali modo, intelligit praedefinationem rei alicujus faciendae per gratiam specialem. At nequaquam incredibile est, quemquam adeo desipuisse, ut adimeret Deo cognitionem eorum, quae praedefinaverit fieri modo naturali, sive per causas naturales agentes necessario, sive per causas rationales agentes contingenter & libere. Quid enim? An ignarum putarunt Deum dimissionis populi sui ex Aegypto per Pharaonem, tandem hoc adactum, ut dimissionem Israelis sciebat? Quanto minus credibile est, statuisse eos Deum ignarum fuisse ejectionis daemonum futurae, eorumque immissionem in porcos? quo factum est, ut gurgite haurirentur, atque interirent; quod tamen nequaquam factum dicent Suarius per gratiam specialem. Secundo, ait ostensurum se, *non posse hanc scientiam fundari in praedefinatione, & multo minus in permissione.* Hoc itaque dum probet expectandum erit; Addit tamen, ne lectorem prorsus vacuum dimittat, hujus rei rationem aliquam; quia scilicet *effectus permissus ex vi permissionis non est infallibiliter futurus, nisi haec scientia supponatur ut ex libero [illegible] est.* At non pauci sunt, non modo ex nostris, sed & ex Theologis nobis oppositis, tam Pontificiis quam Arminianis, qui putent infallibiliter futurum esse, quicquid (Deus) permittit; sic enim dicendo non minus absurdi essent, quam ipse Suarez; quippe cum quod permittitur fieri, non tam futurum esse dicendum sit, quam re ipsa fieri; sed Deus permittere dicitur vere, hoc est altrem damnat in genere mali. Nam quae fiunt bona, ea fieri decrevit Deus non tam ipso permittente quam faciente, in quocunque genere bona fuerint, sive in genere boni moralis, sive naturalis, sive supernaturalis; Summa, sive in genere entis bonum fuerit, sive in genere moris. Ipse Suarez admittit effectum permissum infallibiliter futurum esse idque ex vi permissionis, modo haec scientia media de futuris conditionatis supponatur. At nos scientiam illam mediam tanti facimus, quanti facere solemus hominum fanaticorum somnia; hanc autem nisi probe astruxerit libro praesenti quid sint declarationibus suis omnibus, lib. 2. de auxiliis, tempore sentaris? nempe cedant, si placet, *quadrupedes simul & alteri.*

11. *Tandem adjungere possumus, quod modo loquendi ex his conditionata praescientia est adeo frequens in Scripturis, ut plane constet, & generalem esse hanc praescientiam in omni genere effectuum & actuum liberorum, & Deum illa maxime uti, in sua providentia gubernatione, verbi gratia, cum Gen. 11. dicitur,* Ecce unus est populus, & unum est labium omnium, coeperuntque hoc facere, neque desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleant. *In his verbis clarum est subintelligi conditionem, scilicet nisi impediantur, vel nisi confundatur lingua eorum. Unde subditur, Venite igitur descendamus, & confundamus linguam eorum &c. Ecce ex illa praescientia conditionata providit Deus tale medium, quo illorum humanum conatum impediret. Est etiam optimus locus ille Matth. 24.* Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro, sed propter electos breviabuntur dies illi. *Praevidit ergo Deus etiam illos fuisse tribulationem superandos si esse durarent; & ex hac praescientia providit ut brevi tempore durarent. Unde constat ex hac praescientia providere Deum*

dedit sibi sanctus liberalitate & gratiâ opportuna remedia, quibus aut non cadant, vel si ceciderint, liberentur. Atque hoc ratione sancti homines divinæ gratiæ & providentiæ attribuunt quod ab hujusmodi aut tentationibus liberentur, aut præveniantur, in quibus scit Deus fuisse lapsuros si in eas incidissent, juxta illud Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus &c. *& illud Esa. 1.* Nisi Deus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus &c. *similiaque frequenter in scriptura occurrunt. Neque contra hanc primam prolationem aliquid potest ex scriptura objici quod difficultatem habeat. Nam quod de particulâ forte, & de comminationibus additis petitur, jam declaratum est. Solum possunt urgere verba illa Exod. 14. ubi Deus dans Mosi signa per quæ induceret populum ad credendum, sic loquitur;* si non audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis; quod si nec duobus his signis audierint, credent tertio. *Quo loquendi modo videtur indicare determinationem eventus priori posita conditione vel secunda.*

Respondetur, hoc testimonium vel non obesse nobis, vel potius prodesse: quia ille futura non erant utrumque conditionata sed præcedit in re: Num ergo ignorabat Deus, quem effectum habiturum esset primum signum, secundum & tertium; Stultum ergo est, quosdam fuisse credituros in primo signo, & non alios deinde alios fuisse credituros in secundo, & tandem omnes in tertio, & idco quod hoc prævidit Deus, vel absolute, vel etiam sub conditione, omnia illa signa dedit. & haec hactenus de scripturæ testimoniis.

Præscientiam futurorum conditionatorum quatenus propositiones conditionatæ sunt veræ, nullus hodie Theologus Deo tribuendam negat, in quocunque genere adversus sentiunt [illegible] istæ. Etenim omne verum tam in futuris, quam in præteritis aut præsentibus Deo notum esse necesse est, alioqui nequaquam fuisset omnisciens. In futuris autem quicquid verum est, ab æterno verum fuit; nec tamen ex natura sua veræ sunt complexiones rerum contingentium, sed duntaxat indifferentes tam ad falsitatem quam ad veritatem. Quoties ergo veræ sunt idque ab æterno (quod necesse est si modo unquam veræ sint) etiam ab æterno transierint ex conditione complexionum indifferentium in conditionem complexionum verarum, necesse est. At ab æterno nihil fuit extra Deum quod transitus illius causa esset, nec in Deo quicquam occurrit quod hujus transitus causa esse statuatur, præter decretum Dei. Quare quicquid verum est de futuris contingentibus non nisi per decretum Dei verum est, & consequenter non nisi in decreto Dei sit cognoscibile. Decernit autem Deus quædam fieri Deo solo producente; quædam vero per causas secundas, easque aut naturales, agentes necessario; aut rationales agentes contingenter & liberè. Quæ per causas secundas producit, ea congruenter naturis ipsarum causarum producit. Congruum autem est naturæ rationali operari ex intentione finis, & deliberatione de mediis ad finem deserviendum, maximè eminentibus infinitas, omnibus autem naturam facit, ut bonum appeterent. ex hoc forte prodiit quod post diluvium populis à Noacho [illegible] sub profectum esse cupiebat ne dispergerentur a facie terræ hic sua s homini naturalis est, sed de mediis commodissimis deliberant. Hæc deinde consultantibus, opportunissima visa est turris ædificatio, quam & unanimi consensu inchoaverant. Deus etiam in ista consultatione, & consilium factum [illegible] congruenter ingeniis ipsorum operatur. Hoc certissimum est non defuisse multas [illegible] diversæ Deo habente impediendi rationes, vel suggerendo consilia prioribus adversa, quemadmodum impedivit Absolomum, ne Achitophelis [illegible] gerens Davidis ruinam acceleraret; & extremo ob [illegible] cem ponendo ne succederet, idque non modo linguas hominum confundendo, sed & aliis modis non paucis; neque enim hoc modo impediti sunt Judæi, cum templum Hierosolymis reædificandum susceperunt, incendio repressi. Sed occilli [illegible] quomodo impeditus est Sennacheribus ne Hierosolymam expugnaret, Angelo Domini nocte procedente & exercitum ejus ad centum octoginta & 5. millia armatorum internecioni dante. De quibus tamen omnibus rectè dici potest nisi Deus confudisset linguas hominum in turris illius ædificatione perstitissent; Nisi Deus exercitum Sennacheribi internecioni dedisset, Hierosolymam expugnasset; nisi Deus prodigiis suis consternasset Judæos templum suum restituissent & mos legales in sacrificiis Deo offerendis restituissent; non tamen alia ratione vera sunt ista omnia, nisi quia Deo constitutum non fuerat, alia alia ratione antecessionesque [illegible], & ne in nihilum recideret, effectum dari. Rursus, in genere verum est, nisi Deus impedivisset, hæc omnia facta fuissent; non alia ratione, quam quia decreverat Deus ita congruenter naturis hominum istorum intrinsecus operari, ut hæc omnia mandarentur effectui, nisi ab extrinseco aliquem aliquem poneret constituisset. Ad eundem modum non alia ratione verum fuit, *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salvum omnis caro*, quam quia non alia ratione quam salvos fecit, salvos facere decreverat, quam breviando dies illos. Nam & aliis modis posse Deum electos suos salvos facere quis dubitat, quamvis non breviarentur dies illi, sed extrema omnia paterentur electi sui. Nam & hoc in innumeris Christi Martyribus factum est summe conspicuum. Omnia possum (inquit Apostolus) in eo [illegible]. hoc etiam Augustinus adverterat de bono persever. cap. 9. licet in ejusmodi sententiam suo instituto congruentem contendit, Unde Suarez scientiæ suæ mediæ subsidium arripuerit idque satis evidè videtur. *Certè poterat (inquit) illos Deus præscitos esse lapsuros antequam id fieret, auferre de hac vita.* Vide tamen quid præmittat; *Ut enim non dicam, quam sit possibile Deo et ipsos & adversus in fidem suam hominum convertere voluntatem, & in eorum cordibus operari ut nullis adversitatibus cedant, nec ab ipsis aliqua tentatione superati discedant cum possit & (quod ait Apostolus) facere ut non eos permittat tentari super id quod possunt.* Falsum igitur est quod adfert Suarez, Deum præcovisse *electos fuisse superandos tribulationibus, si essent duraturæ*; Nam sibi possibile esse procul dubio novit Deus ita in cordibus electorum operari *ut nullis adversitatibus cedant, nec ab ipsis tentatione aliqua superati discedant.* Sed pro sua sapientia agit Deus electos suos custodiendo, ne à Deo deficiant sive dies tribulationis

omnia luctando, sive spiritum corroborantem de fortitudine illustrando: quo fiat ut in omnibus tentationibus invicti esse possimus. Nec solum divinæ gratiæ tribuunt sancti quod à tentationibus liberentur, aut præveniuntur, sed quod etiam tentationes quascunque & quantascunque per Dei potentiam ipsis assistentem superentur. Nam & gratia ejus nobis ad omnia discrimina imperterritè subeunda sufficiens est, & si virtus ejus perficitur in nulla infirmitate, fortitudo est, ut cum Paulo Apost. libentissimè gloriemur potius de infirmitatibus nostris: 2. Cor. 12. v. 10. *Inhabitet in me virtus Christi. Propter quod* (inquit) *placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: quum enim infirmor, tunc potens sum.* Itaque illud Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus*, juxta Augustinum dictum est *secundum pericula hujus vitæ*; quasi dictum fuisset, ne in varias tentationes per quas integritas ejus periclitaretur, incideret, non quia Deus potens non esset invictum tentationibus præstare; sed quia noluit fidem ejus periculo tentationis exponere. Illud autem Es. 1. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus*, nullam omnino cum præsenti Suarezii instituto habet congruentiam. Sodomæ perversio ita est sine omni semine; Nullus enim ex Sodomitis superstes factus est, ex Dei vero misericordia factum est, quod reliquiæ factæ sint Israelis, præsertim cum peccata ipsorum exigerent, ut tractarentur à Deo quemadmodum tractati sunt Sodomitæ. Hos. 11. 8.

§ 11. Sed Thrasonicè satis gloriatur Suarez, nihil ex scripturis objici posse contra hanc primam probationem ejus; Ego vero locum unum & alterum ex sacris literis exhibeo, qui universæ illius ex sacris literis dissertationis jugulum petant. Dicit illud Joh. 6. *cum sciret, quia venturi essent ut facerent eum Regem*, ab omnibus intelligi de scientia hac conditionata; At en manifestam instantiam in adversum ex Joh. 8. v. 20. *Hæc verba locutus est Jesus in Gazophylacio docens in templo, & nemo prehendit eum*, & quid iterum quia tam male in ipsum animati non erant, *sed quia nondum venerat hora ejus.* Hoc est, volebant eum apprehendere, nec tamen apprehendebant, non quia subduxit se ex conspectu ipsorum, sed quia nondum venerat hora ejus. & quid hoc sibi vult aliud, quam quia nondum advenerat hora illa in qua ut apprehenderetur à Deo decretum fuerat? Rursus Joh. 7. 30. *ad verba ejus commoti Judæi studebant eum prehendere, sed nemo injecit in eum manum: quia nondum venerat hora ejus.* Pari per omnia ratione, quia decreverat Deus quod nequaquam facerent eum Regem, quamvis nequaquam se subduxisset ex conspectu ipsorum, nemo vel hujus ergo manum in eum injecisset. Sed proposita humana Dei decretis adversa, variis modis frustrari potest & solet Deus; quod autem ad pericula illa *forsan*, & consimiles attinet, iis inhæreant illi, qui speculationibus suis superficiariis indulgere solent, nos illas ne cassa quidem nuce redimeremus. Ex comminationibus autem propheticis quid sibi objiciendum præsagiat Suarez nondum accepimus; neque enim nos aliquam incertitudinem divinis revelationibus ascribimus; imo in animum inducere non possumus, quenquam adeo desipuisse inter Pontificios, ut illiusmodi lactucas aliquas tanquam labiis suis placentes in deliciis haberent.

CAPUT SECUNDUM.

Ex doctrina Sanctorum Patrum ostenditur, habere Deum certam scientiam futurorum contingentium conditionatorum.

Suarez. *SI varios loquendi modos in sanctis patribus, accuratè observemus, non obscurè ut opinor constabit, eos non minus certos fuisse de hac scientia Dei, quam de absoluta scientia futurorum contingentium. & primò sumo argumentum ex illa quæstione, quam sæpe proponunt, cur Deus creaverit Angelos vel Adam, eisque præceptum imposuerit, cum præsciret illos fuisse peccaturos? in hac enim interrogatione aperta est Quæstio de scientia conditionata, & non de absoluta: Nam præscientia absoluta supponit permissionem: ergo non potuit Deus tale peccatum permittere cum absoluta præscientia ejus, multoque minus potuit illam absolutam præscientiam habere ante voluntatem creandi Adam: ergo si sermo esset de hac præscientia absoluta, facilis esset ad quæstionem Responsio, negando quod assumit: quia quando Deus habuit voluntatem creandi Adam, nondum intelligitur habuisse illam præscientiam. Sancti autem patres non ita respondent, sed admittunt præscientiam futuri peccati ante illam voluntatem creandi Adam, & respondent nihilominus ex sua bonitate voluisse creare illum: Aperte igitur loquuntur de scientia conditionata. De qua re est optimum testimonium apud Hieron. Dialog. 3. contra Pelag. ubi refert hoc Marcionis argumentum: vel præscivit Deus hominem in paradiso positum mandatum transgressurum, vel non præscivit; Si præscivit Deus, non peccavit homo, quia non potuit divinæ scientiæ resistere. Si non præscivit, cum aufers præscientiam, aufers & divinitatem. Respondet Hieronymus & præscivisse Deum, & peccasse hominem, quia ita Deus præscivit ut eum in sua libertate reliquerit. Hoc idem argumentum Marcionis copiosius tractat Tertullianus lib. 2. contra Marcion. à cap. 1. usque ad 7. & ex illo aperte constat sermonem esse de scientia conditionata, quæ antecedit voluntatem creandi & simul numeratur à Tertullianorum bonitate & potentia Dei; & dicit ab his tribus procedere divinam providentiam, promis-*

bonem, creationem &c. Idem argumentum tractat Gregor. Nyssen. orat. magn. catech. cap. 7. ingans sequi: Deum esse auctorem mali propterea quod hominem creare voluerit quem præsciebat peccaturum. Iustinus etiam quæst. 74. & Irenæus lib. 4. contra hæres. 78. ad finem. Gregor. item Nazianz. orat. 42. in finem mandatum *(inquit)* accepimus ut eo servato gloriam allequeremur, non quod Deus id quod futurum erat, ignoraret, sed quod arbitrii libertatem lege sanciret. *Ubi considerandum est in eo signo in quo voluit Deus dare mandatum, jam habuisse præscientiam futuræ transgressionis, si mandatum daretur. Damascenus etiam dialogo contra Manichæos fol. 477. tractans eandem quæstionem à Manichæis propositam, cur scilicet Deus creavit Angelos, quos malos futuros esse præscivit, Respondet bonitatem Dei fuisse in causa quæ vicit præscientiam: & eodem modo loquitur Theod. quæst. 37. in Gen. & Isid. lib. 1. de summo bono cap. 13.* Quia *(inquit)* sicut præscivit Deus lapsum, ita præscivit quomodo posset illi subvenire. *Idem Euseb. 6. De præpar. cap. 9. Optime August. libro 2. de nupt. & concup. capite 16. & lib. 5. contra Julian. capite 8. & 1. contra Crescon. capite 8. & 21. contra Faust. 14. 15. & 21. & 1. De orig. animæ cap. 21. In quibus posterioribus locis, non tantum de primis hominibus loquitur, sed etiam de cæteris, quos Deus creat, eisque præcepta dat, quamvis præsciat esse lapsuros:* Quia alias *(inquit)* non natum judicaret, si propterea creare noluisset, quia peccaturum eum esse præscivisset. *eodem modo tractat eandem quæstionem, De Adamo, Eva, & Angelis Chrys. de Adamo & Eva Tom. 1. & de crucifixoribus Christi Hom. de Anath. Tom. 5.* Eos *(inquit)* præsciens formavit, vincente præscientiam bonitate. *Quæ verba non possunt nisi de præscientia conditionata intelligi: nam scientiam absolutam futurorum non vincit bonitas, sed potius est quadam origo illius. Cyrill. etiam lib. 9. in Iob capite 10. sic quærit.* Si omnia scire Christus creditur, cur Iudam, qui futurus proditor erat, eligit? *& infra (ait) similiter quæri posse:* cur Saulem elegisti, quem sciebas gratiam tuam spreturum? cur primum hominem de terra formasti quem sciebas mandatum non servaturum? cur Angelorum naturam creasti cum ut Deus prævideris futuram nonnullorum rebellionem? *Quæ omnia de hac scientia procedunt, ut ex dictis constat, & illam admittit Cyrillus, & Respondet propter hanc præscientiam non debuisse Deum has rationales creaturas non condere, quæ peccaturæ erant, cum peccatum non à Deo, sed ab earum libertate esset profecturum. Eandem doctrinam recte tradit Ambrosius lib. de paradis. c. 10. tractans specialiter de peccato Evæ. & Moses Cyr. in tract. de paradis. p. 1. c. 14. ac denique eadem quæstio ac responsio habetur in Opusculo de Præscientia & Predest. capite 7. quod nomine D. Thom. in fine 1. par. circumferri solet.*

Respons. DE Patribus confidit Suarez, eos in sententiam ipsius repertiendos esse propendiores. & fane fieri potest ut imprudentes ea proferant quæ propitia videantur, præsertim homini præjudicio jam præoccupato, & in causa sua emolumentum quodlibet avide satis arripienti. Nam & Campanæ quamvis sonum edant aequaquam articulatum, interdum tamen homini stulido videntur occinere in aurem ejusmodi quæ placent plurimum. Sed placet expendere quicquid è patrum monumentis tanquam in rem suam maxime momentosam corradit Suarius. Ordiatur à quæstione illa quam (inquit) sæpe proponunt, viz, *cur Deus crearit Angelos vel Adam, eisque præceptum imposuerit, cum præsciret illos fuisse peccaturos?* Agedum ex ista quæstione quid extundat Jesuita videamus. In hac (inquit) *interrogatione aperte est quæstio de scientia conditionata, & non de absoluta; nam præscientia absoluta supponit permissionem: ergo non potuit Deus tale peccatum permittere cum absoluta præscientia ejus; multoque minus potuit illam absolutam præscientiam habere ante voluntatem creandi Adam.* Ista Suariana refricant mihi memoriam illius apud Comicum, *vita humana perinde est ac si ludas tesseris; quod cecidit forte sua arte corrigas.* Quæstio quam tanquam à patribus agitatam refert Suarez, non alia est quam quæ inter omnes agitari poterit, sive scientiam mediam colant sive respuant. Itaque arte atque ingenio opus est, ut hinc excudat Suarez quod inserviat causæ suæ; præsertim cum apud Antiquos, quos laudat Suarez, ne unus quidem sit, qui non dico scientiæ mediæ, sed præscientiæ conditionatæ mentionem ullam præferat.

Sed quid præstare non potest falsi ingenium & novarum inventionum ferax, quale est ingenium Jesuitarum? *Aperte* (inquit) *est quæstio de scientia conditionata, & non de absoluta.* Hoc vult evidenter ex dictis colligi, procedere quæstionem illam de scientia conditionata, quia scilicet præscientia absoluta supponit permissionem. Esto, inquam; sed nec patres dicunt se de ejusmodi præscientia loqui, quæ non supponat permissionem. Sed heus tu Jesuita, unde tu probas Dei præscientiam supponere permissionem? imo an non vides, prorsus impossibile esse ut præsupponat; quippe cum Dei præscientia sit æterna, permissio vero peccati fiat in tempore, nec omnino fieri possit ut quod æternum est, præsupponat aliquid quod temporale sit. Dicere debueras absolutam præscientiam peccati, supponere voluntatem permittendi; quod & verum est, nec usquam à patribus quos profers negatum. Quare licet voluntatem permittendi peccatum nequaquam supponat absolutam præscientiam peccati, tamen permissio peccati eandem præsupponit, imò ut præsupponat necesse est; Quare licet nec ante voluntatem permittendi

pecca-

peccaturum, nec ante voluntatem creandi Adamum, habuerit Deus absolutam præscientiam peccati (neque enim hoc possibile fuit, quemadmodum neque possibile fuerat ut ante voluntatem creandi haberet præscientiam prævaricationis Adæ) non tamen hinc sequitur Patres istos quæstionem istam movisse de scientia conditionata, non autem de absoluta; nisi prius probatum fuerit, Patres istos scientiam istam quam in quæstione proposita præsupponunt, Deo tribuisse ante voluntatem creandi Adamum. Hoc autem Suarez ne molitur quidem confirmare, sed clanculum suffuratur; Patres quidem scientiam istam Deo tribuunt ante creationem, ante voluntatem creandi nequaquam Deo tribuunt; confidebat autem Suarez apud animum lectoris improvidi, facilem fore creationis cum voluntate creandi confusionem. Sed Patres ipsos quatenus à Suario proferuntur audiamus. Ex Hieronymo nihil affert, quod vel in speciem ipsi conducat ad asserendam præscientiam peccati Deo competentem ante voluntatem creandi. ex Tertulliano dicit aperte constare *formationem (apud eum) esse de scientia conditionata*, quæ antecedit voluntatem creandi; at quod hoc vel tantillum confirmet, ex Tertulliano, οὐδὲ γρῦ; imo quæ sequuntur, potius adversantur, ut cum ex eodem accipit præscientiam istam ab eo numerari cum bonitate & potentia Dei, ex quibus procedere vult providentiam, permissionem, creationem; non autem dicit ex his tribus aut ex aliquo horum procedere voluntatem creandi aut permittendi. De Gregorio Nysseno, ait quidem eum negare sequi, Deum esse auctorem mali, propterea quod hominem creare voluerit, quem præsciebat peccaturum; Sed verba Gregorii minimè repræsentat. Quod si totidem verbis mentem suam explicuisset, ad commodum sensum revocari possem, causæ Suarianæ minimè propitium, dicendo Deum præscisse hominem peccaturum ante creationem, non ante voluntatem creandi. quàm enim incredibile est, Patres istos statuisse Deum præscisse hominem peccaturum antequam præsciret utrum creandus esset an secus: aut non omnino distinxisse inter consequentias istas, *si voluerit creare hominem, creabitur, si voluerit creare hominem ruet in exitium*; quasi vero, quisquam ex iis negaret, Deo tam in promptu fuisse custodire hominē ne rueret in exitium, quam Angelos electos. Sed & adverte quæso quomodo Nazianzenum interpretetur, quasi obtorto collo trahens in obsequium causæ suæ, ut sic genium istius Jesuitæ probè calleas, judicesque quàm dignus sit qui eum in tenebris mittas, & cujus fide transigantur omnia, quod attinet ad sententiam Antiquorum. Nam mandatum Dei apud Nazianzenum, interpretatur Suarez de voluntate dandi mandatum. Facile damus in Deo præextitisse præscientiam peccati Adæ, ante dationem mandati, at ante voluntatem dandi mandatum hujusmodi scientiam Deo competere potuisse prorsus negamus. Nam qui fieri potuit, ut hominem transgressurum mandatum præsciret Deus, cum nondum certus esset, utrum mandatum illum Adamo daturus esset an secus. Aut si ad scientiam conditionatam recurras, quam improbabile est Nazianzenum consequentias istas pro æquipollentibus habuisse; *Si velim mandare aliquid Adamo, erit aliquid Adamo mandatum*; *si voluero mandare aliquid Adamo mandatum illud transgredietur Adam*. harum prima est & vera & necessaria, & ideò vera quia necessaria; at posterior non est necessaria, & propterea non est vera; quoniam omnis consequentia, nisi necessaria sit, neque vera esse dicenda est. Damascenus juxta relationem Suarii præmittit quidem creationi præscientiam peccati; voluntati creandi non præmittit. Quare si eodem modo loquuntur Theodoretus & Isidorus & Eusebius, etiam eodem modo causæ Suarianæ nihil conducunt. Deum præscisse lapsum nemo nostrum negat, ante voluntatem creandi hominem, ut que in peccatum laberetur permittendi præscire potuisse prorsus negamus. ex Augustino, licet ad multos locos digitum intendat, paucissima tamen seligit, quippe quæ causæ suæ maximè pontificiæ, qualia sunt, *quia alias (inquit) non natum judicaret si propterea creare noluisset, quia peccaturum eum esse præscisset*. In his Suarez Augustinum videri vult præscientiam peccati præmittere non modo creationi, sed & voluntati creandi; quippe cùm dicat *si propterea creare noluisset*. Sed admodum pueriliter, cum hujusmodi sermocinatio concedenda sit tantum latinæ linguæ phrasiologiæ; nam nolle creare nihil aliud est quam recusare creare; quæ quidem recusatio temporalis est; Sed & retenta ad ipsam Dei volitionem (quæ æterna est) relatione, attamen non nisi pro eo instanti quo facta est creatio intelligendam est, cùm voluntas sive volitio Dei sicut æterna est, ita etiam duret in æternum; Quis enim sobrius aliter acciperet Augustinum quam si dixisset, propterea tam creare noluisse, cum creavit? Sed & præscientiam istam non nisi nativitati sive creationi Adæ præmittendam esse textus indicat, cùm ait *alias non natum judicaret*. Alias enim non modò nondum natum judicaret, sed & nondum volitum, sive nondum ad nativitatem decretum judicaret. Etiam illud Chrysostomi, *præscivit formavit, vincente præscientiam bonitate*, tantum formationi hominis præmittit præscientiam, non autem decretum formandi. Itaque hic etiam artem advocat Suarez, qua nimirum corrigat quod forte ceciderat; *Quæ verba* (inquit) *non possunt nisi de præscientia conditionata intelligi. Nam scientiam absolutam futurorum non vincit bonitas, sed potius est quadam origo illius*. at (inquam) ista ratio nullius pretii est; neque enim sequitur, est origo scientiæ absolutæ, ergo non vincit illam; imò potius ex adverso sequitur; est origo scientiæ absolutæ, ergo vincit illam. Nam vincere scientiam nihil aliud est quam non accipere à scientia obicem aliquem, quæ bonitati remoram injiciat quo minus procedat. Brevius dicam, vincere præscientiam nihil aliud est quam non impediri ab ea; quod si bonitas Dei sit origo præscientiæ divinæ; vel hinc fortius astruitur, non posse eam à Dei præscientia ullatenus impediri. Hoc autem luculentius erit modo consideretur cujusmodi sit hæc bonitas, quæ Dei præscientiam vincere dicitur. Est autem ejusmodi qua propensus est Deus & potens ad eliciendum bonum ex malo, uti ex Augustino docet Thomas loco à Suario memorato, videlicet *opusculo de præscientia & prædest. c. 7.* quod nomine Thomæ in fine 1 partis cir-

transferri solet. bonum autem quod ex malo, etiam ex hominum damnatione producit Deus, partim est justitiæ suæ repræsentatio, partim bonum universi, partim denique gloriæ sanctorum incrementum, quemadmodum prolixius exponit Thomas loco prædicto. Quæ ex Cyrillo proponit, non magis juvant Suarium quàm quæ ex Chrysostomo. *Cur Saulem elegisti quem sciebas gratiam tuam spreturum? Cur primum hominem formasti quem sciebas mandatum non servaturum? cur Angelos eos malos creasti cùm ut Deus prævideris futuros nequissimos rebellantes.* In utroq; membro formationi hominis & creationi Angelorum præmittitur præscientia rebellionis, non autem volantas formandi & creandi. Sed occurrunt & alia quibus eâ fallor insistit Suarez, licet profiteri non ausit; quippe cùm sint admodum ludicra, licet ad credulam & propitium lectorem capiendum fortasse prona. Videtur enim præscientiam istam etiam electioni præmittere; qualia sunt: *si omnia scire Christus creditur, cur Iudam qui futurus erat proditor elegit.* Rursus *cur Saulem elegisti, quem sciebas gratiam tuam spreturum?* At, inquam, illa de electione non æterna, sed temporali procedunt, ut cum Christus eligeret Iudam ad Apostolatum; item cum Samueli præciperet Deus ut Saulem ungeret in Regem Israelis: & electionem eam cum vocatione confundere scripturæ mos est 1. Cor. 1. 26. 27. Cætera fide sua transigit Suarez, nominatis quidem Authoribus, sed verbis ipsorum dissimulatis.

[illegible] Secundò afferri possunt testimonia Sanctorum, in quibus ex hac præscientia rationem sumunt, ob quam Deus aliquos prematuro tempore rapit priusquam peccata committant, quæ Deus prævidit commissuros si viverent, & maximè admirantur sancti, cur aliis non impertiat hoc beneficium Deus, de quibus eandem habet præscientiam cùm tamen conferre possit, si vellet, quod necessè est intelligi de præscientia hac conditionata. Nam si intelligatur de præscientia absoluta; certum est non posse Deum retinendere, & mutare (ut sic dicam) quod futurè decrevisset. Sic Augustinus de bono perseverant. capite 9. certè (inquit) auferat Deus præsciens illos esse lapsuros auferre de vita. & lib. de corrept. & gratia capite 8. hoc dicit esse abditum Mysterium divinæ electionis. Nam aliqui licet multo tempore pii vivant, donec pereant non moriantur, Respondeant (inquit) cur priùs quàm peccarent non rapuit illos Deus; an quia non potuit? vel quia eorum mala non præscivit? Nihil horum nisi perversissimè, ac impiissimè dicitur. Similem doctrinam habet lib. de grat. & lib. arbit. capite 23. & lib. 1. De peccat. merit. & remiss. cap. 21. & Ep. 105. sub finem. Ubi primò dicit non posse hanc dici absolutè scientiam futurorum. Nam quomodo ait futura erant, quæ nulla erant? Deinde vocando illa secundum quod futura, id est, sub conditione præscientiam eorum, quam apertè admittit; negat posse esse causam alicujus pœnæ vel damnationis, & secundum hanc scientiam exponit illud Sap. 4. raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus. Eodem modo procedit Gregorius Nissen. Orat. De infantibus qui prematurè rapiuntur. Et Cyrill. Alexand. lib. 3. contra Iulian. post medium approbat dictum Porphyrii: Quod Deus sciens futurum sæpenumero prævenit, hos quidem adhuc adolescentes priùs è vita eripiens, illos verò relinquens.

[illegible] Ad duo loca priora, ex Augustino desumpta, jam responsum est, dum ea capite 27. & 28. libri tertii Gabrielis Penotti examini subjecimus, ostendimusque priorem locum qui illustrior est accomodate dumtaxat per concessionem & condescensionem ad sententiam alienam. Quod & ex ipso Augustino liquere feci. Ad posteriorem quod attinet, jam ostensum est quàm nihil juvet causam Penotti; per ea opera probatur nihil juvare causam Suarii; eadem enim est utriusque causa communis. Augustini sententia loco tertio indicat apaucissimis absolvere, *ad multa* (inquit) *Dei judicia reservatur, quando videtis illud Baptizatum in hac vita relinqui quem præscivit Deus impium futurum: illum verò Baptizatum rapi ex hac vita, ne malitia mutet intellectum ejus;* membrum primum procedit de præscientia absoluta; docet enim experientia multos Baptizatos in impietate vitam cum morte commutare, quod ut Deo notum fieret, absolutè necesse est. membrum posterius locum habet fateor de præscientia conditionata, ex libro Sapient. capite 4. sed facillimam interpretationem nobis exposuit Augustinus ipse, nempe dictum esse *secundum pericula hujus vitæ,* quasi more humano dictum esse putaret, secundum probabilem conjecturam, non autem secundum veram aliquam præscientiam, quæ in Deum competat. nec omnino quidpiam illis superaddit locis quartus ex libro 1. de peccat. mer. & remiss. capite 21. Ad extremum quod attinet ex Ep. 105. sub finem, ex sua sententia tantùm dicit Augustinus, novisse Deum Adamum & Evam peccaturos. Hoc autem primorum Parentum peccatum futurum erat absolutè, adeoq; à Deo præscitum absolutè, de præscientia conditionata apud Augustinum ibi γρῦ, imo in adversum profitetur, licet prævideret Deus futura opera Iacobi & Esavi, *quia nascituri & futuri erant,* dici tamen non posse *idem mortuorum parvulorum, ut hic ad percipiendum Baptismum non consulat, illi consulat, Deum futura opera eorum prævidere.* & rationem subjicit: *Quomodo enim futura dicentur, quæ nulla erunt?* Nempè minimè novit Augustinus quomodo futura dicerentur, quæ nulla erunt; attamen novit Suarius quomodo futura dicantur, *nempe conditionata.* Falsum autem est quod suggerit Suarius, nempe Augustinum vocare ea *futura secundum quid;* nihil hujusmodi occurrit apud Augustinum: ex concessis interdum disputans Augustinus negat hujusmodi opera, quæ Pelagiani futura esse divinabant, si superstites fuissent homines, posse esse causam damnationis. At nusquam vocat ea futura secundum quid, quemadmodum illi obtrudit Suarius; Rursus falsum est quod subjicit Augustinum videlicet *secundum hanc scientiam* (puta conditionatam) *exponere dictum illud Sap. 4. raptus est ne malitia mutaret intellectum;* immo disertè scribit illud apud sapientem dictum esse, *non secundum præscientiam, sed secundum pericula hujus vitæ,* quod & agnoscit ipse Suarez pagina sequente. Quantò minoris momenti sunt, sive quæ ex Gregorio Nysseno dissimulat, sive quæ ex Cyrillo commemorat, tantum indicantia Deum scientem esse futurorum; quæ quamvis conditionata fuerit; tamen in eundem sensum exponi possunt, in quem dictum illud [*Sapientiæ 4. raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus,*] exposuit Augustinus; nempe ut dictum

sit non secundum præsentiam, sed secundum pericula hujus vitæ; hoc est more humano, & figurate non proprie.

Tertio. *Tertio generatim loquendo de providentia divina, sancti sæpe docuerunt, hanc scientiam esse Deo necessariam, & illa uti ad disponendum vel permittendum ea præcipuè, quæ ab agentibus creatis libere fiunt, ita Augustinus libro contr. Adimant. capite 17. agens de facto Saul & David; Gregor. Nyss. lib. 8. Philos. capit. ultimo. & Anastas. Nyssen. in lib. quæstionum sacræ scripturæ, quæstione 17. & optimè Gregor. Mag. 6. Moral. capite 12. tractans illa verba*: Qui comprehendit sapientes in astutia eorum. *Indicat Irenæus lib. 5. capite 28. Orig. libro 5. Periarch. cap. 4. & 7. & latius libro 7. in ad Rom. circa illud cap. 9.* Non est volentis neque currentis &c. *Sunt de hac re optima verba Prosperi libro 2. de Vocat. Gent. capite 4. alias 13. sub finem, ubi agens de facto Cain, qui occidit fratrem suum ait*: Et utique præsciebat Deus, ad quem finem insanientis esset progressura conceptio; neque ex eo quod falli scientia divina non poterat necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis, à cujus utique intentione & affectu poterat innocentia Abel illæsa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suæ, ut temporalis furor impii fieret perpetuus honor justi. *ex quibus verbis aliquam constat usum de hac scientia conditionata loqui.*

Resp. Sunt hæc ferè omnia [illegible], nimirum unico dumtaxat excepto, Prospero de vocatione Gent. cap. 4. apud Augustinum capite 17. contra Adimantum nulla prorsus extant præscientiæ divinæ eorum conditionatæ vestigia. Irenæus loco designato tantùm dicit Deum *secundum suam providentiam præscire omnia*, & Antichristum immittere qui talis futurus erat, nempe quemadmodum describitur ab Apostolo 2. Thessal. 2. talis autem Antichristus futurus erat absolutè non conditionatè. Ad Prosperum quod attinet, procul dubio quicquid futurum est à Deo præscitum est, idque absolutè; & proinde etiam Caini insanientis conceptio quousque progressura erat, Deo nota fuerit necesse est. Quam tamen Caini conceptionem quantumvis insanientem [illegible] futuram fuisse significat, *si sic Deo visum fuisset*: sed Deo potius visum fuisse scribit, *ut cum magna laude patientiæ temporalis furor impii fieret perpetuus honor justi*. In his autem nec vola nec vestigium uspiam apparet scientiæ conditionatæ.

Quarto. *Quarta principaliter tractando de prædestinatione & reprobatione, de vocatione efficaci & sufficiente, inveniuntur hæc sententia sancti patres præsertim Augustinus de prædestin. sanct. capite 12. & 13. & libro 11. Gen. ad lit. capite 16. & libro 1. quæstione ad Simplic. quæst. 2. & Ep. 105. & 106. & aliis locis infra indicandis. Sic intelligi optimè possunt verba Ambrosii in ad Rom. 8.* Iis qui secundum propositum &c. *ubi ait.* Deum secundum propositum vocare eos, quos præscivit sibi fore devotos & idoneos &c. *Hæc enim testimonia & similia de hac scientia conditionata rectè intelligi, suprà libro 3. declaravimus. Sed præsertim sunt in hoc notanda duo testimonia Chrysostomi in superioribus commemorata: unum est Homil. 31. in Matth. ubi comparans vocationem Pauli & Matthæi dicit, ambos ipsos à Deo vocatos, quando & quomodo sciret non resultaturos.* Nam qui corda scrutatur (*inquit,*) & occulta mentium, is etiam, quando unusquisque ad obediendum paratus erat, non ignorarit. *Alterum est Homil. 65. in Matth. tractans de operariis vineæ, diversis temporibus invocatis, & perveniens ad Paulum ait, prius non fuisse vocatum à Deo quia Deus præsciverit ipsum repugnaturum vocationi, postea autem fuisse vocatum, quia Deus præsciverit, vocationem fuisse præparaturam animum ejus.*

Non diffiteor occurrere quædam apud Augustinum, de scientia futurorum conditionata, de prædestinatione Sanctorum cap. 12. & 13. nimirum dum Massiliensium sententiam repetit, non autem dum exponit suam. *Quis* (inquit) *audiat quod dicuntur* (nempe à Massiliensibus) *parvuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate Baptizati exire de hac vita, & ideo alii non Baptizati in eadem ætate mori, quia & ipsorum præscita sunt merita futura, sed mala.* Rursus, (*inquit*) *audiant autem quia quisquam non secundum merita quæ habuit quamdiu fuit in corpore, sed secundum merita quæ futura habiturus, si diutius fuisset in corpore, unde ipsi autem patientur homines, quorum ingenia non esse contemnenda vestræ indicant litteræ*: hujusmodi sunt quæ repetit cap. 13. *Quod si forsitan dicunt, pœnitentibus peccata dimitti, & eos ipsos non Baptizatos in parvula ætate morientes, quia præsciti sunt pœnitentiam, si viverent, non acturi; eos autem qui Baptizantur & parvuli de corporibus exeunt Deum præscisse acturos pœnitentiam fuisse si viverent*: & paucis interjectis, *dicerent prorsus nullum esse originale peccatum, sed pro suo futuro, si viverent, merito vel Baptizari vel non Baptizari eos qui de corpore solvuntur infantes*: *& pro suo futuro merito eos vel accipere vel non accipere corpus ac sanguinem Christi &c. Ita [illegible] agerent atque obtinerent causam suam &c.* Sed videas quæ proximè subjiciat Augustinus; *Sed quia hominum futura quæ non sunt futura prævidere nulla sunt merita, & hoc videre facillimum est, ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt & multo magis nec isti dicere debuerunt.* & capite 12. *ea* (inquit) *quæ dicuntur*, nempe à Massiliensibus) *futura fuisse peccata*. & paulò superius; *Sed unde hoc inveniunt talibus viris venisse in mentem ut futura quæ non sunt futura puniantur aut honorentur merita per talem?* passim negat Augustinus futura esse, quæ futura conditionata vocabant Massilienses. Locus alter ex Gen. ad literam c. 16. prorsus ludificatorius est. Sic & reliqua more Suariano latè citantur & nimium dissolutè. Quæ ex libro 1. quæst. ad Simplic. quæstione 2. designas, arbitror ea esse quæ de gratia congrua occurrunt ibidem apud Augustinum. At jam Digressione singulari docui, congruentiam illam ab Augustino æstimari ejusmodi per quam fiat, non ut vocatio congruat affectibus nondum renatis, sed ut affectus per inspirationem congruant vocationi. Dicere autem hujusmodi inspiratione, conversio hominis futura est necessariò, necessitate consequentiæ. Nec omnino dubitamus quin omnis consequentia necessaria de futuris vera sit, atque hoc ipso Deo nota. Quæritur autem in supra scientia de consequentiis circa res futuras non omninò necessariis. Quæ ex Epistola 105. apud Augustinum occurrunt huc spectantia jam examinavimus, expendam etiam, quid ex epistola 106. in causæ suæ subsidium accipere potuit, modò verba recitasset. Locus apud Ambrosium memoratus, totus est in scientia rerum absolutè futurarum; nulla conditionis alicujus occurrit mentio.

tio. Placet etiam subjicere quid ex Ambrosio adverterat Augustinus, ne quis in configurando apud animum suum Ambrosii sententia abducatur in errorem. *Deus* (inquit) *in ad Rom. 8. secundum propositum vocat eos, quos præscivit sibi fore devotos, & bonos;* At quos demum præscivit Deus futuros sibi devotos, juxta sententiam Ambrosii, num alios, quàm quos sibi devotos facere decreverat? De Ambrosio sic Augustinus de bono persever. capite 19. *Ambrosius in expositione Evangelii Lucæ cum venisset ad illum locum, ubi Dominum Hierusalem pergentem Samaritani recipere noluerant, Simul disce (inquit) quia recipi noluit ab iis quos sciebat non simplici mente conversos. Nam si voluisset ex indevotis fecisset devotos. Cur autem non receperint eum, Evangelista ipse monstrat dicens, quia facies ejus erat euntis in Hierusalem; discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed Deus quos dignatur, vocat, & quem vult, religiosum facit:* addit ex Chrysostomo, Paulum & Matthæum à Deo vocitos, quando & quomodo scivit non reluctaturos; Agnosco hoc Deo innotescere, etiam quando quisque paratus est ad obediendum, idque per consequentiam necessariam, nempe quandocunque Deo visum fuerit corda ipsorum per Spiritus inspirationem convertere. *Quis enim tam impiè desipiat* (inquit Augustinus) *ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere.* Enchirid. 98. Antequam vero gratiam illam regenerationem concedere statuerit Deus, probè novit Deus tanquam rem necessariò consequentem Paulum, utcunque vocatus fuerit, per externam Evangelii prædicationem, vocationi suæ minimè obtemperaturum.

Suarez. *Tandem tractantes Sancti de adventu Christi Domini in mundum sæpè dicunt, tunc venisse, quando præsciverat, homines ipsi & Evangelio fuisse credituros. Ita August. Ep. 49. de sex quæst. Pagan. quæstione 2. circa finem, & lib. de prædest. Sanct. capite 9. dicit, nihil esse verius quàm præscisse Christum, qui & quando, & quibus in locis essent in illum credituri. Addit verò idem Augustinus lib. 1. contr. Cresc. capite 8. etiam Christum interdum prædicasse his, quos noverat esse repugnaturos. quæ omnia de præscientia conditionata intelliguntur: Nam præscientia futuræ fidei, quæ supponitur ad voluntatem, qua Deus decrevit tali tempore venire in mundum non potuit esse absoluta, sed conditionalis, & ita etiam explicuit & docuit D. Thomas 3. p. quæst. 1. art. 5. ad* [illegible].

Ita ferè comparata sunt argumenta Suarii ut si [illegible] eorum refutatis, omnia refutaveris. Dicit enim Augustinus Dominum in mundum hunc venisse quando præscivit homines ipsi & Evangelio fuisse credituros. Sed & alibi docet quare in hoc acquieverit, nempe quia dictum hoc convincendæ paganorum perfidiæ sufficere judicabat. Sed & amplius addit, quid dici posset, nempe hunc in mundum venisse quando essent electi qui crederent, quemadmodum responsionem illam jam plenius executi sumus adversus Penotum; jam diximus cujus generis consequentia fuerit per quam formaliter innotuerint Deo, qui, quando & quibus locis essent in illum credituri, nempe quos & quando, & quibus in locis donis fidei donandos esse decreverat Deus. Nec omnino dubitandum est, quin Christus noverit quinam prædicationi ipsius repugnaturi essent, idque per consequentiam necessariam, nempe quoniam per Spiritum Christi nequaquam essent regenerandi, licet per externam prædicationem essent vocandi. Quare de scientia conditionata sermo procedunt ista, sed per consequentiam necessariam futura, hoc est per consequentiam veram; Non autem per consequentiam falsam, qualis est omnis consequentia quæ non est necessaria, cujus generis est illa vestra scientia conditionata quam propugnandam recepistis.

Variis modis eludendi præfata testimonia explodantur. Ad hæc verò Sanctorum testimonia accommodari solent nonnullæ ex responsionibus quæ retulimus circa testimonia scripturæ, præsertim duæ. Una est illa de effectu in communi &c. Altera Responsio est, loqui Sanctos patres de conjecturali cognitione; sed hoc ipsis imponitur, quando explicant particulam forsitan &c. Instr.

Sed objiciuntur hîc nonnulla ex patribus quæ breviter declarare oportet.

Jam in superioribus rejecimus responsionem primam; Ad secundam quod attinet; particulæ *forsitan* tanquam dubitativæ nequaquam insistendum esse judicamus. verumtamen loqui solet scriptura more humano; & illud Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus* dictum esse vult Augustinus *secundum pericula hujus vitæ.* Respo.

Ad loca Patrum istiusmodi responsionem Suarianam jam ventilavimus, quasi digrediendo, dum adversus Penotum disseruimus.

CAPUT TERTIUM.

Ex Scholasticorum Theologorum doctrina eadem veritas comprobatur.

Suar. c. *ANtiquiores Scholastici nihil ferè de hac divina scientia conditionatorum contingentium locuti sunt: & ideo multi putant rem hanc esse novam, & ab eorum doctrina alienam. Quod genus argumentandi licet quòd solum sit ab auctoritate negativa, (ut ajunt) infirmum videatur, non est tamen omnino contemnendum, quia non est verisimile, Theologos omnes prætermisisse rem adeò scitu dignam & gravem, si veram esse credidissent. & augetur difficultas; Nam Theologi omnes divinam scientiam sub scientia simplicis intelligentiæ & visionis comprehendunt: sed hæc non potest pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ, quia non est simpliciter necessaria, cùm non sit de objecto & veritate necessaria. Neque etiam est scientia visionis, quia non est de re aliquando futura: nec consequitur determinationem liberam divinæ voluntatis, sed antecedit; ergo signum est, Theologos hujusmodi scientiam non agnovisse neque in Deo esse credidisse.*

Certè

Certè argumentum ab auctoritate Scholasticorum negativè petitum infirmum non modò videtur, sed & revera est ad destruendam rei veritatem. Sed tamen firmissimum est ad astruendam opinionis novitatem in filio suo, & conditionem à sententia Scholasticorum alienam. Itaque negat Suarez argumentum illud esse omnino contemnendum, quo temperamentum nihil obstante provisum esse cupit proselytis suis, ut libertate sua fruantur, dum contemnendum esse judicant, modò non omnino contemnendum esse sentiant. Agnoscit tamen difficultatem aliquam Suarius incommoda argumenti hujus solutionis, quam & augeri fatetur ex eo quod omnes *Theologi divinam scientiam, sub scientia simplicis intelligentiæ & visionis comprehendunt*; ista autem quam vocant scientiam mediam quasi inter utramque constitutam, ad nullam harum commodè revocari posse videatur. Certè Valentiano visum est scientiam istam mediam revocare ad scientiam simplicis intelligentiæ (quod meo judicio longè decentius affirmatur) contrà visum est Francisco Suario; ut qui potius ad scientiam visionis revocandam putet; Penottus vult futura conditionata à Deo videri in causis; Suarius verò cognitionem futurorum conditionatorum distinguit à cognitione rerum in causis. Penottus libro 3. capite 23. negat quæstionem esse de futuris conditionatis, in quibus aliquid enunciatur ex suppositione quæ cum illo nullam habet proportionem, qualia sunt, *Si Petrus hodie sedet Romæ, cras tenebit Mediolanum; aut, Si Gallus cantabit, mare transmeabit.* At etiam de hujusmodi conditionatis veritatem perinde obtineri profitetur Suarius, uti patebit in sequentibus. Ex illis Labyrinthis quomodo se Suarez expediat videndum est in sequentibus. Suarez.

Conclusio. Nihilominus existimo Scholasticos Doctores, atque graviores Theologos à nobis potius stare, & de antiquioribus satis apparet pro comperto habuisse, Deum hæc futura sub conditione certissimè scire, neque adeo de hac scientia sub his terminis, & in particulari quæstionem non movisse, quia idem de illis senserunt, quod de aliis futuris: Nam si diversa de illis sensissent, significassent aliquando: præsertim quia sæpe incidunt in quæstiones quæ supponunt hanc scientiam, ut est illa de permissione peccati quod Deus scivit futurum, & similes, quas facillimè expedirent, si dicerent has conditionales esse falsas, quod tamen non fecerunt.

Præterea Durand. & alii qui dicunt futura contingentia absoluta cognosci in comprehensione causarum cum omnibus circumstantiis, necessario debent ponere talem cognitionem in causa sive ex se vera sit, sive non sit, & hæc est cognitio conditionalium. Similiter Alensis, Bonaventura, & alii, qui nihil aliud requirunt, quam Ideas divinas ad cognitionem futurorum, non possunt ab hac sententia dissentire, quia eadem ratione infinita repræsentatio Idearum sufficit ad has conditionatas repræsentanda, & ita sentit Henricus in 1. distinct. 40. art. 2. quæstione 1. præterea Nominales, qui affirmant ex omnibus propositionibus de futuro, unam esse determinatè veram, & asserentium divinam de hujusmodi veritate nihil amplius requirunt, quam infinitam efficaciam divini intellectus & luminis, necesse est ut idem sentiant de his futuris conditionatis, quod de absolutis, & hoc modo citari possunt pro hac sententia Greg. in 1. d. 38. quæstione 1. art. 2. Gabr. ibid. quæst. unica, Adam in 3. distinctione 14. quæstione 2. Dub. 3. Marsil. in 1. quæstione 41. artic. 2. ad object. tom. 6. conclus. Rursus etiam illi qui dicunt cum Scoto futura cognosci in prædeterminatione divinæ voluntatis, idem salvare contendunt de his futuris, ut in progressu hujus libri videbimus: & ita ex hoc capite non potest contraria sententia Scoto attribui; sed incertum est ut maximè, quod de his diceret. Denique quærendo præscientiam futurorum per præsentiam æternitatis non repugnet hæc sententia sed cum illa cohæreat, ostendemus capite 7. Unde propter eam etiam causam non potest sententia hæc existimari D. Thom. contraria, maximè cum loco supra citato illam ipse admittat. citari etiam possunt pro hac sententia Albert. Magn. in summa tract. 16. quæstione 61. memb. 5. & 6. & quæstione 63. art. 2. Ægid. in 1. distinct. 40. quæstione 2. art. 2. alias quæstione 3. Thom. de Argent. ibid. articulo 3. ad 6. cont. 1. conclusionem. & expressis verbis tenent hanc sententiam Dionys. de concord. 1. part. capite 4. ad 3. arg. Ruard. art. 7. & Waldens. libro 1. doctrin. capite 23. Bellarm. & alii moderni, qui de gratia & libero arbitr. scribunt contra hæreticos hujus temporis, hac scientia maximè utuntur, ad declarandam concordiam gratiæ efficacis cum libero arbitrio, modo supra explicato. Scriptores etiam in 1. part. D. Thom. frequentissimè sequuntur hanc sententiam & quidam contrariam, parum tutam, aliqui erroneam ferè appellant. Denique Doctores sive omnes Theologi hujus temporis, quos ego in Italia, & in Hispania consului, huic sententiæ adhærent.

De Scholasticis Doctoribus benè confidit Suarez tanquam ipsi causæque suæ propitiis, licet modò professus fuerit Antiquiores Scholasticos ferè nihil *de hac divina scientia conditionatorum contingentium locutos esse.* Facilè credo quò parcius de scientia ista loquuntur, eo lubricis partibus favorabiliores esse, maximè verò quoties de istiusmodi scientia nihil omnino disserunt; Idem judicium facit de cæteris gravioribus Theologis: si quis itaque à Suario dissentiant è gravioribus Theologis esse prorsus negabit, saltem secundum æstimationem & opinionem suam. Sic enim procedit, quasi ex ejus opinione lectores penderent toti. Non autem movisse quæstionem *de hac scientia, sub his terminis & in particulari, opinatur quia idem de illis senserunt,* quod de aliis futuris. At inquam nævus idem de illis conferis atque de aliis futuris, nam citra controversiam futura absolutè comprehenduntur purè sub scientia visionis; At tibi videtur conditionata illa participare aliquatenus conditionem eorum quæ à Deo sciuntur scientia simplicis intelligentiæ. Ad quod genus scientiæ etiam in totum revocanda esse conditionata illa judicavit Valentianus multò commodius quàm ad scientiam visionis & absurdissimum videtur tribuere Deo visionem aliquorum, idque in genere futurorum, quæ nunquam futura sunt, & proinde pro non existentibus habenda potius, quàm pro futuris. Sed ne opinione sua transigere videatur omnia, rationem subjicit. *Idem, inquit, de illis senserunt, quod de aliis futuris: Nam si diversa de illis sensissent, significassent aliquando.* At inquam hinc potius colligitur antiquos illos nulla alia futura agnovisse, quorum scientiam Deo tribuerent, quàm quæ revera futura essent, quia scilicet Suarez.

vel [illegible] reperissem distinxisse de futuris quæ reverâ futura erant, & de futuris quæ nunquam futura erant. Interea vero difficilior futura conditionata agnoscendo esse, sed non qualia vos fingitis, scientiam consequentia prorsus inconsequentes. Quoniam vero [illegible] nobis futura conditionata secundum consequentias verè consequentes, cujus generis occurrunt non pauca; tunc horum scientiam Deo tribuimus non quæ sit visionis, sed potius simplicis intelligentiæ, qualia sint quotquot ex suppositione determinationis voluntatis divinæ, futura esse dicuntur, aut possint dici. Sed *sæpe* (inquit) *insistunt in quæstionibus quæ supponunt hanc scientiam, ut est illa de permissione peccati quod Deus scivit futurum, & similes, quas facillimè expedire se negando hoc conditionale esse scibile, quod tamen non faciunt.* Admodum ridiculè; quasi vero negando suppositionem, hinc esset expedire quæstionem aliquam in suppositione fundatam. Quæritur enim posset esse motus in vacuo. An laborare haberetur, qui diceret quæstionem illam haud difficulter expediri posse negando vacuum ipsum dari posse in rerum natura? Rursus scire velim quænam sit illa scientia, quam supponunt veteres Scholastici in quæstione de permissione peccati? (Nam hoc tantum agere videtur Suarez [illegible] de providentia) Quæstio (ni fallor) Nam conjecturam ut agam [illegible] in Lucubris suis erratum, necesse est *de permissione peccati* [illegible] *Deus permiserit peccatum*; scientia autem quam in hac quæstione veteres scholasticos supponere fingit Suarius, est scientia futuritionis peccati ex permissione. Inprimis dico, veteres dum de scientia peccati futuri disserunt, oculos suos dirigere videri ad peccatum Angelorum & hominum quod reverâ futurum erat, quod & experientia notum habuerunt, non autem ad peccatum aliquod quod non omnino futurum erat. Secundò vel posita illius permissione peccati, necesse est ut peccatum consequatur vel non. Si non sit necesse, ostendat Suarius quempiam ex veteribus unquam asseruisse hujusmodi consequentiæ notitiam Deo tribuendam esse, *Si permittam hoc aut illud peccatum fieri, peccatum illud fiet*; præsertim si perinde permisisset omnes angelos in peccatum ruere; Nam certissimum est non omnes lapsos esse, imò partem longè minorem lapsam esse communis est Theologorum sententia. Sin posita permissione necesse sit ut peccatum consequatur, Quis non videt hujusmodi propositionem, *Si permisero hominem peccare, peccabit*, perinde notam esse Deo per simplicem intelligentiam, atque propositionem illam, *Si mundum creavero, mundus creabitur.*

II. Ad Durandum quod attinet, quærit ille utrum *Deus sciat futura contingentia*; & de tribus articulis inquirendum sibi proponit, 1. *Utrum de futuris contingentibus possit haberi certa cognitio solum ex causis.* 2. Secundo, utrum *Deus habeat cognitionem de futuris contingentibus secundum suam actualem & propriam existentiam.* 3. & tertiò, *quomodo stet certitudo divinæ scientiæ cum contingentia rerum.* Procedunt hæc omnia apud Durandum de scientia futurorum non conditionatorum, sed ejusmodi futurorum, quæ aliquando reipsa eventura sunt. Secundo, causæ in quibus fundat Durandus cognitionem futurorum, licet contingentes dicantur, considerantur à Durando non tanquam indifferenter se habentes ad utrumlibet, sed quatenus determinatæ sunt, atque ex causa contingenter determinata &c. cognoscere effectum contingentem posse est Durando atque ex causa necessaria cognoscere effectum necessarium infallibiliter. Sic enim Durandus, *Sicut ex causa necessaria sequitur effectus necessarius infallibiliter, sic ex causa impedibili determinata ad unum, si non sit impedita, sequitur effectus contingens infallibiliter, ita quod hæc infallibilitas est ex suppositione, prima autem est secundum se & absolutè: & eodem modo à causa indifferente & impedibili si determinetur, & non impediatur, sequitur suus proprius effectus infallibiliter. Igitur sicut in causa necessaria præcognoscitur effectus necessarius certa cognitione, sic cognita causa impedibili, & omnibus quæ eam impedire possunt, & insuper ea quæ eam impedirent, vel non impedirent, certitudinaliter potest cognosci, quis effectus eveniet, vel non eveniet. Et similiter cognita causa indifferente & impedibili, si non ea cognoscantur omnia quæ eam determinare possunt & determinabunt, & omnia quæ eam impedire possunt, & quæ impedirent vel non impedirent, potest infallibiliter cognosci quis effectus eveniet. Nunc autem Deus cognoscit non solum causam contingentem in se & absolutè, quia sic in ea & per eam non cognosceretur infallibiliter aliquis effectus, nisi tantum conjecturà probabili, sed cognoscit etiam omnia quæ eam determinare possunt, & quæ impedirent vel non impedirent, ergo Deus in causa contingente sic cognita, potest certitudinaliter cognoscere effectum futurum contingentem.* Ad eundem modum Durandum interpretatur Valentianus, 1. q. 14. De scientia Dei disp. 1. punct. 5. §. 2. nec vult Durandum adversari Thomæ licet illum tanquam Thomæ repugnantem citaverit Capreolus 1. distinct. 38. quæst. unica, articulo 2. *Errorem* (inquit) *D. Thomæ, cum hic neget cognosci certa à Deo effectum contingentem in causa contingenti. De causa contingente loquitur ut absolutè & simpliciter, secundum dispositionem naturæ suæ consideratur: non autem ut jam est proximè ad agendum determinata & à nulla alia causa impeditur. Sic enim ut Deus causam contingentem cognoscit, certò etiam cognoscit illius effectum futurum, ut Durandus, & nos in hac nostra assertione ponemus.* Addit etiam Valentianus, *fortasse etiam hoc modo intelligi posse quod dicit Scotus in 1. distinct. 39. quæst. unica; nempe Deum certò cognoscere futura contingentia, in determinatione suæ voluntatis, quæ est immutabilis. Hoc enim dicere idem videtur, atque Deum cognoscere certò futura contingentia ex hoc, quod videt suam voluntatem determinatam jam esse proximè ad illa, atque eam ab ulla alia causa impediri posse.* Et quis non videat in causis contingentibus hunc in modum determinatis, nempe per voluntatem Dei, perinde cognosci effectus contingentes, atque in causis necessariis cognoscuntur effectus necessarii; quod & in proximè sequentibus agnoscit Valentianus: nec unumquam dubitamus, aut quisquam sobrius dubitat, quin Judas etiam credidurus fuisset & salvandus, si modò visum fuisset Deo voluntatem Judæ per gratiam efficacem ad credendum & resipiscendum determinare; est enim hujusmodi consequentia necessaria, & quicquid per necessariam consequentiam deducitur, Deo notum esse

esse extra omnem controversiam ponimus, eorum tantum cognitionem Deo adimimus, quae futura esse sequuntur ex hypothesi, per consequentiam non omnino necessariam. & hujusmodi futura (quae vocamus) profitemur non magis futura esse quam non futura, & proinde ne scibilia quidem à Deo esse in genere futurorum. Tertiò diversissima est Durandi sententia, effectum aliquem futurum vel fore nequaquam repraesentari Deo per essentiam divinam, nisi quatenus essentia divina consideratur ut volens in 1. distinct. 39. quaest. 1. num. 10. *Omnis (inquit) quidditas cujuscunque rei secundum se, & secundum ea quae possunt sibi convenire necessariò repraesentatur ab essentia divina, ut autem includit esse vel fore, non necessariò repraesentantur sed liberè, & quantum est de natura repraesentantis potest repraesentare vel non repraesentare. Repraesentantur enim res fore vel non fore per essentiam divinam, ut est scilicet essentia virtualiter autem non tantum scientis, sed ut est* Volens rem possibilem fore &c. Videmus ex his quantum distet Durandus à sententia Jesuitarum, & quàm coacta & parum pendenti interpretatione Durandum in partes suas trahere cupiat Suarez. Addit Alensem, Bonaventuram & alios, qui nil aliud requirunt quam Ideas ad cognitionem futurorum, *nempe ipsi ab hac sententia dissentire*. Num enim probè viderat Jesuita se in hac arena nihil exspectatione dignum praestare potuisse, nisi frontem suam benè perfricuisset. Non quaerit Bonaventura, quae sit ratio divinae cognitionis eorum futurorum quae futura nunquam sunt, sed quae reipsa eventura sunt, atque hujusmodi futurorum cognitionis rationem in Ideis collocavit. Sed infinita est repraesentatio Idearum: & quid tum postea? nempe igitur sufficiet ad haec conditionata repraesentanda. Respondeo primò, dum hanc Bonaventurae sententiam invadit Scotus, complexiones rerum necessarias duntaxat repraesentari per Ideas disserit, neque resistunt Dominicani, nominatim verò Alvarez & Navarretus; si modò repraesentatio per ideas facta, consideretur seclusa determinatione voluntatis divinae; verùm posita divinae voluntatis determinatione, etiā contingentes rerum complexiones (quotquot per Dei voluntatem determinatae sunt) per ideas repraesentari contendunt. Et ita quemadmodum sententiam Durandi cognitionem futurorum divinam fundantis in cognitione causarum contingenter agentium, ad agendum determinatarum, revocat Valentianus ad determinationem voluntatis divinae, in qua fundetur divina cognitio futurorum: Ad eundem modum sententiam Bonaventurae quaerentis causam cognitionis futurorum in Ideis, rursus revocant Dominicani, ad eandem divinae voluntatis determinationē, aliàs cum Scoto concordantes, nō posse per Ideas repraesentari complexiones rerum contingentium, quas tamen repraesentari per Ideas vult Suarez, nulla divinae voluntatis injecta mentione, ne scilicet aliàs non nihil detrimenti caperet commentum Jesuiticum de scientia conditionatorum; & non majoris fieret, quàm nulla fabula aliqua sive deliratio. Denique quantumcunque infinita fuerit Idearum repraesentatio, tamen aequum est ut non nisi quae vera sunt repraesentent: At inquam futura vestra conditionata, seclusa divinae voluntatis determinatione, absolvuntur consequentiis quibusdam penitus falsis & praeter omnem sobrietatem introductis. Ipsi Nominales affirment, *ex omnibus propositionibus de futuro unam esse determinatè veram*; Rursus *ad scientiam divinam de hujusmodi veritate nihil amplius requirunt, quàm infinitam essentiam divini intellectus & luminis*; at hinc minimè sequitur, necesse esse aut probabile esse ut eam vobis sententiam de futuris vestris conditionatis, nisi probatum dederis in vestris etiam conditionatis veritatem determinatam à Nominalibus agnitam esse. Hoc autem probare ne molitis quidem; Sed neque probabile est, ex Nominalium sententia, rem merè indifferentem & possibilem duntaxat, ex conditione rei merè possibilis & indifferentis in conditionem rei determinatae & futurae migrare posse, ab aeterno vel ex natura sua, vel aliunde quàm ex divinae voluntatis determinatione; Quod si fiat, ne scibile quidem erit contingens aliquod in genere futuri, & veritatis determinatae, ex suppositione verò voluntatis divinae minimè dubitamus quin Deus noscat sit futura conditionata perinde atque absoluta; quippe cum ista suppositione conditionata omnia contingentia, consequentiis absolvantur planè necessariis: quale est, si Deus hoc aut illud fieri vellet, procul dubio fieret. Praesens autem quaestio versatur de cognitione futurorum contingentium conditionatorum, quae quidem fundantur in consequentiis minimè necessariis; quoties posita conditione res conditionata nihilo minus indifferens manet ad utrumlibet, quàm prius. Addit istam scientiam conditionatorum admitti à Thoma; & idem facit ex locis supra citatis, primo capite superiori numero 6. In fine enim sic habet. *ita etiam explicant & docent Thom. 3. p. quaest. 1. art. 3.* ut ibi notavi. Agedum verò expendamus locum illum opera scholastica speciatius praetermissa. Aquinatis verba dissimulat Suarez, sed nisi me fallit conjectura, ea sunt, quae in responsione ad secundum ex Augustino commemorantur; nempe ex lib. de 6. quaest. paganorum quaest. 2. ubi dicit Augustinus, *quod tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos praedicari doctrinam suam, quando & ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri.* Hoc apud Augustinum interdum arripit Suarez tanquam causae suae propitium. Verum hanc responsionem ab Augustino reprobatam esse in lib. de perseverantia, refert Aquinas, idque his verbis: *Nunquid possumus dicere Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse aut credituros non fuisse, si fierent: cum ipse Dominus attestetur eis quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam si in eis facta essent divinarum illa signa virtutum?* At quid quaeso hoc facit ad astruendam scientiam futurorum conditionatorum ex autoritate Aquinatis? Nempe approbat Aquinas dictum illud conditionatum Servatoris, *si in Tyro & Sidone factae essent virtutes istae in cinere & cilicio poenitentiam acturi fuissent*: At inquam, quis Christianus non approbat verè dictum Servatoris? Hoc & nos approbamus; Et tamen vestram sententiam de scientia conditionatorum pro commento praeter omnem substantiam confictio docemus. Illud apud Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum*, futurum conditionatum

notat

natur multò proclivior ad conciliandam fidem conditionatam vestris, quàm est conditionatum illud quod verba Servatoris indicant. Nam multò proclivius est hominis ingenium ad degenerandum in malum, quàm ad proficiendum in bonum, præsertim veræ pietatis, vel ex conspectu miraculorum. Illud tamen apud Sap. capite 4. ita interpretatur Augustinus quasi dictum esset *non tam secundum præscientiam, quàm secundum pericula hujus vitæ*; hoc est non propriè dictum sed figuratè, more humano; & tales constat pleraque in Scripturis dicta esse per *anthropopathiam*, & frequenter fit ut homines processu annorum, deteriores potius evadant quàm meliores. etiam frequenter fit, ut homo animalis multis modis commoveatur ad qualemcunque exteriorem pœnitentiam. Adhibes ad comminationem Eliæ, Ninivitas ad prædicationem Ionæ. quanto magis commoverentur ad conspectum miraculorum? saltem probabile est commovendos esse, & more humano Scripturam loqui, non est insolens. Sed & ratione gratiæ divinæ dispensationis ordinariæ, nunquam ad nationem aliquam ablegantur ministri, quin populum aliquem inter eos habeat qui suus sit, & qui non qualicumque sed & pia atque efficaci commotione adducantur ad salutarem & spiritualem pœnitentiam qua reconcilientur Deo in Christo. Pergit negare Suarius dum asseritur *etiam post prolatam sententiam Albertum Magnum, Ægidium, Thomam de Argentina* nec tamen dubitamus quin penes liberum ejus arbitrium vel citra gratiam, fuerit citare quemlibet. etiam hanc sententiam tenere *ex recentioribus Dvedonum, Waldensem, Bellarminum & alios modernos; quippe qui de gratia & libero arbitrio scribunt adversus hæreticos hujus temporis, hac scientia utuntur ad declarandam concordiam gratiæ efficacis cum libero arbitrio, multisque explicant.* Interea nullius apud aliquem ex illis sententiæ vestigia hoc spectantia repræsentat. Addit Scripturam etiam in 1. part. Thom. *frequentius sequi hanc sententiam, quosdam etiam contrariam parùm certam, aliter verum ferè appellare.* Sed si non nisi *ferè* tantùm error fuerit, salva res erit. Denique Doctores ferè *omnes Theologos hujus temporis, quos in Hispania & Italia consuluerit huic sententiæ adhærere, ferè omnes.* Si & *ferè* tantum adhæsisse prædicaret, admodum favorabiliter nobis prospexisset, ne illa nos terreret. Nec sanè dubito quin tota hodiè natio Iesuitarum (quam video esse admodum populosam, etsi ne Moruam quidem populosiorem esse, licet illa perhibeatur ego omnium populosissima) in hanc sententiam ferantur prona. Interea hoc nos recreat, quod non modo protestantes huic commento resistant, sed & universæ ni fallor familiæ Dominicanorum, hoc est Thomistarum omnium. Sed longè plurimum nos reficit, quod ingenuè confitentem jam accepimus Suarium, *Omnes Theologos divinam scientiam sub scientia simplicis intelligentiæ & visionis comprehendere.* ut nullus omnino locus sit scientiæ vestræ mediæ in scholis Theologorum. Ad causam suam hac ex parte miserè jacentem fulciendam tandem accedit Suarez. illa itaque proximè ventilanda veniunt.

Suarez. *Solùm propter difficultatem tactam in principio; orta est inter modernos scriptores dissensio de modo loquendi potius quàm de re. Quidam enim quasi producta difficultate vocant, hanc scientiam divinam visionis esse, vel simplicis intelligentiæ, sed mediam illam appellant. Quam [illegible] alii vehementer impugnant, quorum illam [illegible] non per scientiam mediam, sed per naturalem scientiam [illegible] & omnia comprehendit hæc futura [illegible]. Nec [illegible] quam non habeat [illegible]. Nam si scientia naturalis vocatur ea, quam Deus ex sola sua natura [illegible] non habet, non est dubium quin Deus hæc omnia sciat per naturalem suam scientiam; quæ [illegible] tam scientia visionis, quàm scientia simplicis intelligentiæ, & scientia media, si sic comprehendi possit: Nam Deus non habet scientiam adventitiam & extraneam, sed quicquid scit, ex intrinseca & naturali perfectione & comprehensione scit. Si autem scientia naturalis vocetur, quæ omnino necessaria est, & nullo modo libera, etiam ex parte objecti ad quod terminatur, sic non potest hæc scientia naturalis vocari, quia non est simpliciter necessaria secundum respectum ad tale vel tale objectum, sed solum ex suppositione quod illud sit futurum posita tali conditione. Et quæ tamen hæc scientia non sit scientia visionis, differt tamen ab illa quia scientiam si non terminatur ad aliquam existentiam futuram in aliqua differentia temporis, ut [illegible] cum scientia simplicis intelligentiæ & hac de causa, scientia Dei prout ad hæc objecta terminatur, non semper vocata est scientia media, quia aliquid de utroque extremo participat. Solum ergo videtur vera hac scientia quasi [illegible] nam res ipsa satis antiqua est; hoc autem non est magnum inconveniens. Sæpè enim [illegible] nova nomina ad res melius explicandas.*

Quotquot scientiam istam nec simplicis intelligentiæ nec visionis esse volunt, videant ut sibi constent; hoc ipso monstrent, se scientiam quandam nominasse quam Deo tribuant, eoque ab omnibus Theologis dissentire; adeoque vel Suarezio [illegible] quippe qui docet omnes Theologos divinam scientiam sub scientia simplicis intelligentiæ & scientia visionis comprehendere. Quod attinet ad impugnationem quam subjicit Suarius, nec nostra [illegible] quinam illi sint quibus eam attribuit, & prorsus nullius pretii est, nec omnes placent omnia quæ in illa impugnatione impugnanda dissent Suarez. Isti enim, pro scientia naturali habeant ea quæ dici solet omninò necessaria & *nullo modo libera etiam ex parte objecti ad quod terminatur*. nihil causæ dicent, cur non possit hæc scientia naturalis vocari. Nam licet non sit simpliciter necessaria *secundum respectum ad tale vel tale objectum*, consideratum absolute; si tamen sit simpliciter necessaria, respectu ad tale vel tale objectum ex suppositione certæ conditionis, (quemadmodum agnoscit ipse Suarius) abundè sufficit ad constituendam scientiam illam futurorum conditionatorum necessariam. Non sufficit sanè ad constituendam scientiam futuritionis absolutæ talis objecti necessariam: verum ad constituendam scientiam futuritionis conditionatæ talis objecti, abundè sufficit. Quæritur autem in præsenti, non *an scientia futuritionis absolutæ talis objecti sit necessaria* sed duntaxat, *an necessaria sit scientia futuritionis talis objecti conditionatæ*. hanc autem necessitatem esse tandem verbis concedit Suarez. Quare non omninò convenit hæc scientia, quam mediam vocant, cum scientia visionis. A qua plurimum differt, non solùm, quia scientia

si nos

scientiam si non terminatur ad aliquam existentiam futurã in aliquâ differentia temporis; quod tamen satis clarè [illegible]. Nam licet non terminetur ad aliquã existentiam, in aliquâ differentia temporis futuram absolutè, terminatur tamen ad aliquam existentiam in aliquâ differentia temporis futuram ex suppositione) sed quia scientia hæc media ponitur omninò necessaria, ut jam probatum est, non autem libera, qualis est scientia visionis. Sed neque convenit cum scientia simplicis intelligentiæ hac ex parte, quam memorat Suarez: neque enim scientia simplicis intelligentiæ terminatur ad existentias rerum extra Deum: sed duntaxat ad res necessarias & possibiles. Detur si fieri potest in adversum aliqua instantia. Sed quia necessaria omnia comprehenduntur apud Deum scientia simplicis intelligentiæ, sive in terminis simplicibus, sive in complexionibus necessariis, mirari satis non possum, cur non adeò Suarez [illegible], profiteri scientiam istam futurorum conditionatorum (quam mediam vocat) revocandam esse ad scientiam simplicis intelligentiæ, cum jam [illegible] professus sit scientiam horum objectorum esse necessariam ex suppositione; quod solum controvertitur. Nam sicut futura ista, quæ sunt dicuntur, non sunt futura absolutè, sed conditionatè tantum: ita neque expectandum est, ut horum scientia sit scientia [illegible] eorum absolutè, sed duntaxat conditionatè, & ex suppositione. Itaque dum huic animum meum applico, ut quid hic recondati mysterii reconditi detegam, & in lucem proferam; occurrit sub scientia simplicis intelligentiæ comprehendi tantum ejusmodi complexiones rerum, quæ consequentiis necessariis absolvuntur. Qualia non sunt illiusmodi futura conditionata; Hujusmodi consequentia; *Si homo currit, Animal movetur*; & necessaria est, & idcirco vera, quia necessaria. At illa, *si quis hoc aut illo modo movebitur ad hoc agendum, hoc aget*, neq; necessaria est, & ideo falsa, quia non necessaria. Nam nihil obstante motione illa, fatentur omnes, hominem indifferenter se habere sive ad agendum, sive non ad agendum quoad exercitium, sive ad hoc agendum, sive ad aliud agendum quoad specificationem. Quod autem ait, rem ipsam satis antiquam esse, [illegible] ostendat enim si potest, an- quam [illegible] apud quoslibet scriptores ecclesiasticos, sive apud Ethnicos, ut consequentiæ aliquæ pro veris haberentur, quas fatentur omnes non necessarias esse.

Semper tamen manet integra difficultas talis, quia cum Theologi hoc membrum scientiæ mediæ in illa divisione prætermiserint, eam ignorasse visi sunt. Quapropter ego existimo Theologos hanc scientiam sub scientia visionis comprehendisse quia & est simpliciter libera ex parte objecti sicut illa, & eodem modo concipitur in Deo, quia videtur simpliciter in æterno veritatem contingentem, ut inferius declarabimus. Participat nihilominus (ut dixi) scientia hæc aliquas proprietates seu conditiones simplicis intelligentiæ in quibus à scientia visionis stricte sumpta, quia ad existentias rerum terminatur, distinguitur.

Igitur ut intelligatur, quomodo non obstantibus his scientia conditionata pertineat illa scientia in visionem & simplicem intelligentiam, adequata esse possit animadvertendum est, scientiam Dei posse considerari, vel ut antecedit omnem determinationem liberam voluntatis divinæ, &, ut sic, vocari potest simplicis intelligentiæ, quia habetur vi solum intellectus independenter à voluntate; vel ut ratione est posterior & subsequens determinationem liberam voluntatis divinæ, &, ut sic dicitur scientia visionis, quia per modum intuitus terminatur ad existentias rerum quæ pendent ex divina voluntate, & hoc modo divisio est adæquata. Nam datur per membra veluti contradictoriè opposita. Quoniam verò, ut infra dicetur, scientia determinatio voluntatis divinæ prius ratione considerari potest, ut futura quam ut actu posita intra, ideo etiam scientia considerari potest ut antecedens voluntatem liberam utroque modo consideratam; &, ut sic, terminatur tantum ad objecta omninò necessaria qualia sunt Deus secundum actualem existentiam, & creaturæ possibiles, ut possibiles, & hæc vocatur scientia simplicis intelligentiæ in omni rigore & proprietate, & consequenter omnis scientia quæ subsequitur determinationem liberam, vel illam respicit, ut objectum, dicitur scientia visionis. Sed in hac latitudine potest subdistingui duplici modo. Nam divina scientia rursus considerari potest, ut praecedens determinationem liberam, ut in re positam, sub supposita verò illam ut futuram. & ut sic non solum ad necessaria terminatur, sed etiam ad libera, & futura contingentia, vel conditionata, vel prout futura ex vi talis voluntatis divinæ, & sub hac ratione talis scientia pertinet ad scientiam visionis, quamvis ut præcedit determinationem liberam divinæ voluntatis, ut in re positam aliquid participet de simplici intelligentia. Alio verò modo potest considerari Dei scientia ut ratione posterior libera determinatione voluntatis quæ jam posita est, & hæc est pura, & omnino rigorosa visionis scientia.

Hactenus Suarez [illegible] Jesuitæ [illegible] Suarez, [illegible] sed vulgares admodum. *Neque hæc quæ prima professus est, cæsa.* Sed facit hanc nobis etiam gratiam Suarez, ut nos ad reconditiora sua mysteria quasi manuducat, & nobis communicet interiora illa. *Quæ [illegible] sit [illegible], & quæ [illegible] [illegible] vides.* & ingenuè fateor quod res est, [illegible] intelligentia mihi prorsus desperata videtur fit.

Fatetur difficultatem superiorem [illegible] integram manere, quia scilicet Theologi in divisione scientiæ divinæ scientiæ istius mediæ nullam mentionem faciunt. Ego insuper addo doctrinam hanc Jesuiticam in eam absurditatem allaturi ejus principia dare, à qua non modò Theologi, sed & Philosophi, immo omnes & singuli, modò non obbrutuerint, prorsus abhorruerint: nempe necesse habere ut aliquæ consequentias veras esse licet omninò sint necessariæ. Sed hanc difficultatem solvendæ rationem audiamus quam porrigit Suarez, *ubi, Theologos hanc scientiam sub scientia visionis comprehendisse*; At nunquam antè hoc ab aliquo factum esse intelleximus ante tempora Nec Valentiano placuit, quamvis Jesuitæ esset, scientiam istam sub scientia visionis comprehendere, sed potius sub scientia simplicis intelligentiæ. Rationes quibus nititur nobis jam perpensæ sunt. *Est itaque, & hæc scientia (media) simpliciter libera ex parte objecti sicut illa* (visionis) At nunquam, hinc minimè sequitur, eos scientiam illam aut sub scientia visionis comprehendisse, aut omninò ullam illius scientiæ mentionem fecisse. Sed & jam probatum est; scientiam illam

mali

modi; si talis aliqua detur, necessariam esse non liberam. necessariam (inquam) non quidem ratione objecti absolutè futuri (neque enim in talia objecta fertur ista scientia) sed in ejusmodi objecta solummodò fertur respectu objecti conditionati & ex suppositione futuri. Et quis sobrius dubitaret; an istius futuri conditionati scientia apud Deum non sit purè necessaria. Si Deus voluerit potentiam suam exercere in mundo creando, procul dubio creabitur. Si Deus vellet hodiè potentiam exercere in mundo destruendo; procul dubio vel hodiè mundus iste aspectabilis destrueretur. Pergit Suarez, argumentando dicam, an potius negando? cum ait *& eodem modo concipitur in Deo per modum simplicis intuitionis veritatis contingentis* quod interim in se declaratum recipit. Interea adverto subdolum Jesuitæ istius ingenium, dum causæ suæ subsidium aucupatur ex phrasiologia, quod ex solida argumentatione præstare se posse desperat. Scientia Dei distinguitur in simplicem intelligentiam & visionem; ut autem scientiam suam mediam plausibiliorem reddat, appellat eam scientiam *simplicis intuitionis*, quasi ab utraque scientia communiter recepta non multum absideret. At (inquam) quomodo dicetur Deus simpliciter intueri & videre ea, quæ nec extra suas causas sunt, nec unquam erunt, qualium duntaxat ponitur visio Dei, sive intuitio. Ceterum si consequentiæ, in quibus fundatur ista scientia veræ essent, esset veritas illa Deo cognoscibilis, sed per simplicem intelligentiam, non per intuitionem, aut visionem. Verum cum consequentiæ fictæ nullam habeant necessitatem, sequitur, etiam nullam omninò in illis esse veritatem & consequenter nec per simplicem intelligentiam esse à Deo cognoscibilem.

Secundò molitur tamen ostendere, *nihilominus hac scientia conditionata partitionem illam scientiæ in visionem & simplicem intelligentiam adæquatam esse posse*. Sed quia res ista mysterii plena est, ideo per ambages distinctionum lectorem suum circumducit. Mirum, ni etiam circumveniat. Fundamentum distinctionis scientiæ divinæ in simplicem intelligentiam & visionem, nempe quatenus vel prior est determinatione voluntatis divinæ, vel posterior, hoc est, vel quatenus est scientia rerum absolutè necessariarum, vel rerum libero Dei arbitrio subjectarum, probè callemus. Hanc divisionem agnoscimus adæquatam esse, ut quæ detur per membra contradictoriè opposita. Illa distinctio Theologis omnibus satis nota, & ab omnibus recepta. Verum admodum μετεωρος est distinctio quam secundo loco proponit Suarez, de ipsa scilicet determinatione voluntatis divinæ, considerata vel ut futura, vel ut actu posita in re. Sed & ista subtilitas non nunc primum obversata est animo meo; nam & apud Vasquium antehac infaustam istam speculationis minutiam expertus sum. Videor etiam illis mysteriis ita initiatus esse, ut de pleno ipsorum intellectu, quæ prius animum meum occupabat desperatio, prorsus evanescat, & cum Archimede videar exclamare posse εὕρηκα εὕρηκα. Nempe triplicem video rerum à Deo scitarum, juxta Suarii contemplationes classem atque ordinem constitui. Prior est rerum à Deo scitarum antequam determinatio voluntatis divinæ consideratur, ut futura. Secunda classis est rerum à Deo scitarum, postquam determinatio voluntatis divinæ consideratur ut futura, sed antequam consideratur actu posita. Tertia denique rerum à Deo scitarum, postquam determinatio voluntatis divinæ consideratur, & ut futura, & ut actu posita. Harum prima Classis constituit objectum scientiæ divinæ, quæ dicitur simplicis intelligentiæ rigorosè accepta. Classis ultima constituit objectum scientiæ divinæ, quæ dicitur visionis rigorosè accepta. Classis media constituit objectum scientiæ divinæ, quæ dicitur à Jesuitis scientia media, quæque participat aliquid de scientia simplicis intelligentiæ, plùs etiam de scientia visionis, sed utraque minùs rigidè accepta. Sunt illæ inventiones admodum profundæ, quasque pronus eram, ut conjicerem Pythiam aliquam ex tripode Theologis istis suggessisse per Enthusiasmum, nisi compertum haberem, Jesuitas circumgestare solere in cerebris suis & tripodem & Pythiam. Sed unde quæso conjectum dabit Suarez ullis ex veteribus Scholasticis ista distinctionum mysteria innotuisse, ut scilicet distinguerent de scientia simplicis intelligentiæ vel rigorosa, vel non rigorosa, tum de scientia visionis vel rigorosa vel non rigorosa, & mediam quandam scientiam agnoscerent, in qua scientia simplicis intelligentiæ non rigorosa, & scientia visionis non rigorosa convenirent. Sed rem ipsam videamus. Inprimis respondeo, prorsus insulsum esse ante Jesuitas istos, determinationem divinæ voluntatis considerari tanquam futuram. Omnis enim divinæ voluntatis determinatio fuit ab æterno: ergo nunquam fuit futura, nec sine errore considerari potest tanquam futura. Futurum est differentia temporis, non æternitatis; & sicut determinatio voluntatis divinæ nunquam fit præterita, quia semper manet, ita nunquam fuit futura quia semper fuit. Prius ratione est, Deum esse atque hoc Deo notum esse &c. quàm Deum aliquid decernere: & consequenter, Deum aliquid decernere, posterius est, quam Deum esse &c. At hinc nequaquam sequitur, Deum aliquid decernere futurum esse respectu ejus, quod ratione prius est, Nempe Deum esse &c. Sola prioritas temporis locum facit futuritioni ejus quod posterius est. Rursus quicquid est futurum, prius natura est possibile quam futurum: ergo determinatio divinæ voluntatis, si aliquo respectu dici potest futura, prius erat possibilis quam futura. Quæro igitur unde factum sit, ut determinatio divinæ voluntatis natura sua merè possibilis transiret in conditionem rei futuræ; non dico in conditionem rei præsentis; nam probè novi, voluntatem divinam ipsam se determinare. Sed ipsam se determinare est facere determinationem sui præsentem esse non futuram. & impossibile est, ut aliquid per præsentiam sui fiat futurum. sic enim si esset, prius res aliqua esset præsens, quam futura. Quamò minus occurrit aliquid aliud sive intra Deum, sive extra Deum, quod faciat Divinæ voluntatis determinationem transire à conditione rei merè possibilis, in conditionem rei futuræ. Quod si locus detur istiusmodi fictioni, nullum instans vel

natur.

naturæ, & rationis fingi potest, in quo non erat futura divinæ voluntatis determinatio; Nam in omni instanti præcedente instans existentiæ ejus, fuit futura, quandoquidem neque præsens erat ante instans primum præsentiæ suæ, multò minus erat præterita. Fingi tamen potest intervallum aliquod inter puram ejus possibilitatem & futuritionem ejus. At nullum fingitur hujusmodi intervallum in divinis, licet locum habeat in rebus creatis. Ratio est, quia voluntatis divinæ determinatio sufficit ad res creabiles transferendas ex conditione rerum merè possibilium in conditionem rerum futurarum. At impossibile est, ut divinæ voluntatis determinatio, se ipsa transferat è conditione rei merè possibilis in conditionem rei futuræ. Adhæc ulterius probo gratis fingi intervallum aliquod inter res cognitas à Deo, tanquam possibiles, & actualem divinæ voluntatis determinationem; quod quidem intervallum deputetur futuritioni determinationis illius. Hoc autem sic probo; Nullum est intervallum vel naturæ, vel rationis inter possibilitatem rei creatæ & futuritionem ejus. Cedò enim intervallum illud, si potes; Nam si daretur intervallum, daretur etiam conditio rei media inter possibilitatem ejus, & ejusdem futuritionem; At hoc nimis absurdum dictu, ergo nullum est intervallum inter cognitionem rerum possibilium & divinæ voluntatis determinationem, quandoquidè divinæ voluntatis determinatio est causa sufficiens & necessaria ad futuritionem rerum. Rursus nulla est scientia divina præcedens determinationem voluntatis divinæ, quæ sit libera, eorum fieri non potest, ut scientia libera sit in Deo, quæ præcedat omnem actum liberum Dei; neque enim fingi potest actus liber in Deo ante voluntatis divinæ liberam determinationem. Dices; At ante determinationem voluntatis divinæ locus est futuris conditionatis ex suppositione voluntatis divinæ: verbi gratia; si Deus voluntatem suam determinaverit ad mundum creandum, procul dubio mundus creabitur. Atque hoc est quod velle videtur Suarezius dum ait, *Deum cognoscere futura conditionata ex vi voluntatis suæ, idque ante determinationem voluntatis suæ.* Hic vis voluntatis divinæ non potest aliter intelligi, quàm ex suppositione voluntatis divinæ juxta propositionem hypotheticam præmissam. Itaque respondeo, hujusmodi propositiones hypotheticas esse purè necessarias, & nihilominus necessarias; quam sit ista, *Deus est, Deus est immutabilis, Deus est infinitus*; & consequenter hujusmodi consequentiarum scientiam habet Deus per simplicem intelligentiam, non autem per scientiam visionis; neque enim videt Deus nisi ea, quæ sunt extra suas causas; at illiusmodi futura, quæ dicuntur conditionata, extra suas causas non sunt. & advertat lector, nullam harum distinctionum accommodationem à Suario factam esse ad materiam quam in manibus habebat procul dubio sententiæ suæ absurditate, & insania conspecta deterritus est, quemadmodum terrefactus est Moses ad conspectum Serpentis sui, & prudenter manus abstinuit, ne nuditatem ejus propudiosiorem in modum ipse detegeret & in apricum proferret.

CAPVT QVARTVM.

Ex divinæ providentiæ perfectione, & effectibus ejus necessitas hujus scientiæ ostenditur.

Suar. *SVperest ut sententiam hanc, quam (ut opinor) sufficiente authoritate comprobavimus, rationibus etiam declaremus ac persuadeamus. In hoc ergo capite rationem à posteriori, seu ab effectibus nobis notioribus vel revelatis desumptam proponemus; in sequenti verò propriam rationem à priori qualis in hac materia esse potest, afferemus. Prima igitur ac præcipua ratio sit, quia hujusmodi scientia est utilissima ad prudentiam, ut vel ex rebus humanis conjectari licet: Nam si ego cupio aliquid alteri persuadere ut prudenter id faciam, multùm conferet prænosse, in quo tempore, vel opportunitate soleat ille melius esse dispositus & quibus rebus magis affici soleat, & sic de aliis circumstantiis: quod si omninò præscirem, quid esset facturus tali & tali modo exoratus, talis cognitio utilissima esset ad statuendum quid agere oporteat & ad applicandum media accommodata: sed oportet ut ad omnem providentiæ modum Deus sit perfectissimè dispositus, & ut sit potentissimus, & ut intelligatur habere in se quicquid ad perfectissimam prudentiam, & providentiam conducere potest: ergo hæc scientia est Deo maximè necessaria.*

Resp. Hujus rationis conditionem invalidam sibi condonandam esse præfatur Suarez. Neque enim, materia patitur, ut solidiorem exhibeat; modò si infirmitas rationis ipsius à priori allatæ, ipsi condonanda est pro materiæ præsentis conditione, quantò magis lubrica futura est ratio ejus à posteriori desumpta, præsertim cum Dei omnipotentis prudentiam in rebus gerendis conformare studeat ad genium & ingenium hominis conjecturis suis indulgentia. Sic enim orditur. *Prima ac præcipua ratio sit, quia hujusmodi scientia utilissima est ad prudentiam, ut vel ex rebus humanis conjectari licet*, atque hinc pergit ad hujus scientiæ utilitatem exemplificandam in rebus ab homine gerendis secundùm ingenium suum. Ac si sic instituerit. Scire quo tempore, vel opportunitate soleat homo melius esse dispositus, & quibus rebus magis affici soleat, est utilissimum nobis ad persuadendum illi: Ergo hujusmodi scientia est etiam Deo utilissima. At (inquam) hujusmodi scientia quanta quanta cadere in hominem potest, est tantummodo conjecturalis;

Ergone verò concludemus scientiam conjecturalem divinæ naturæ atque infallibili ejus scientiæ decoram esse? Reponeret Suarez, scientiam quidem istam nimis indecoram esse, quatenus conjecturalis tantùm esse permanet; Sin potuerit adolescere in conditionem scientiæ certæ atque infallibilis, tum demum Deo decenter satis ascribendam esse: *Nam oportet ut ad omnem providentiæ modum Deus sit perfectissimè dispositus, & ut sit potentissimus, & intelligatur habere in se quicquid ad perfectissimam prudentiam & providentiam conducere potest.* Certè perfectissimè dispositus est Deus ad omnem providentiæ modum ipsi competentem, hoc est, non ad providentiæ humanæ modum. Hic enim modus licet ad eum creatura veniat perfectissimè disposita, Deo tamen indecens est. Neque enim ultra conjecturam & probabilitatem, & verisimilitudinem ascendit aut potest ascendere. Addo impossibile esse, ut per hunc providentiæ modum ascendatur ad cognitionem infallibilem, quæ vel sola in Deum cadit. Ratio est, quia quomodocunque quis sit dispositus, & qualitercunque moveatur ad agendum, nunquam sequetur infallibiliter, quod si sic moveatur ad agendum, etiam persuadebitur. Etenim vos fatemini, etiam hominem sic affectum, sic suasione commotum, adhuc indifferenter se habere ad agendum & non agendum; ad hoc vel aliud agendum. Nec unquam abstinebitis ex consequentia minimè necessaria fabricari scientiam aliquam infallibilem. Imo posita hominis affectione qualicunque & exhortatione qualicunque & quantacunque, adhuc effectum ad quem suadetur, est duntaxat possibilis natura sua: Ergo ex proportione ista inter affectionem ejus cui suadetur aliquid, & suadentis operationem nunquam innotescet effectum aliquem futurum esse. Aliunde ergo illud Deo innotescere necesse est, quàm ex proportione prædicta. Aliunde, inquam, non respectu cognitionis divinæ, quam nihil dubito pro ea qua est perfectionis infinitate, comprehendere quicquid cognoscibile est: Sed respectu rei cognoscendæ. Nempe nisi cognoscibile esse statuatur in genere futuri, fieri prorsus non potest ut ab intellectu, quantumvis infinito possit cognosci & cognitione comprehendi. Sicut quod possibile non est, ne in omnipotentiam quidem divinam cadit, ut illud faciat. Sed in ista ratione persequenda, & ad varias divinæ providentiæ formas accommodanda prolixiùs expatiatur. Agedum sequamur differentem Iesuitam, idque quà potentissimis passibus æquis.

Suarez. *Addit deinde, sine hac scientia intelligi non posse varios modos providentiæ divinæ perfectissimæ ac sapientissimæ, quos in futurarum creaturarum liberarum præcipuè gubernatione, & in ordine ad supernaturalem finem observat. Primum hoc patet in præordinatione absoluta aliquorum hominum vel Angelorum ad beatitudinem consequendam, ante omnem scientiam absolutam futurorum operum. Nam quod in Deo sit hujusmodi præordinatio, in libro tertio satis à nobis disputatum est: quod verò sine hac scientia intelligi non possit, sic declaratur: Quia nullus potest statuere prudenter de fine, nisi habeat præcognita media sibi possibilia ad consequendum finem, quem intendit & eo modo quo intendit.* Quod rectè *deduci posse illa verba Christi, Luc. 14. Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat, an habeat sumptus, qui sufficiant ad perficiendum? aut quis Rex &c. Unde si propositum de consecutione finis omninò certum & infallibile effectum esse debeat, necesse est, ut media etiam certa & infallibilia supponantur præcognita. Ergo nisi Deus præcognoscat quibus mediis, sive quibus rebus aut conditionibus positis, homo [illegible] aut illud operabitur, non posset statuere [illegible] de tali hominis operatione, aut de fine per illam consequendo, quia aliter operaretur, aut Deus necesse sit etiam inferre violentiam ut omninò faceret, quod ipse decrevit, aut se periculo exponeret, ut non fiat, quod ipse efficaciter intendit, quia relinquit voluntatem in libertate sua, nesciens scilicet, quid sit operatura talibus positis conditionibus.*

[illegible] hujus rationis vis maximè apparet, supposita doctrina superius tradita de divina prædefinitione. Est enim (ut ostendi) à communi doctrina, & præsertim Divi Augustini, & à divina perfectione & omnipotentia alienum [illegible] dicere non posse Deum liberum actum hominis in particulari & cum omnibus circumstantiis prædefinire absoluta, & efficaci voluntate sua, & salva libertate voluntatis creatæ: Sed hæc prædefinitio non habet locum, nisi supposita prædicta præscientia: ergo necessaria est in Deo ad hunc [illegible] providentiæ modum. Maior satis est in prædicto libro tractata, ubi ostendi hanc prædefinitionem esse non posse physicum concursum, & prædeterminationem potentiæ liberæ, salva ejus libertate [illegible] solum esse posse per modum vocationis efficacis, quæ intrinsecè efficax, ut sit prudens, & impediri nequeat, supponit in intendente scientiam mediam, per quam infallibiliter possit talis intentio ad effectum perduci ut ratio superius facta probat; cognitio autem hujusmodi cognoscitur conditionalis veritas, scilicet, quod si illa adhibeantur, talis effectus liber sequetur. Et hoc est quod intendimus, sive ille effectus cognoscatur in tali medio tanquam in causa, sive alia ratione, hoc enim non refert ad quæstionem an sit talis scientia quam tractamus, sed ad quæstionem quomodo sit, de qua dicemus cap. 7.

Nisi commentis tam insanis credimus sit cognitio *rationem modorū providentiæ divinæ perfectissimæ ac sapientissimæ, quos in futurarum creaturarum gubernatione observat*, prorsus redimenda non est: malim mihi in pura horū nescientia acquiescere. Neq; enim commenta hominum quicquam faciunt, aut facere possunt ad promovendam cognitionem; tantum potentiam ad promovendum errorem. Nec mihi credibile sit, commento tam putido providentiæ divinæ modos in hominum aut angelorum gubernatione illustrari. Meo judicio nullo naturæ momento prius ordinantur homines ad consequendam beatitudinem, quàm ordinantur ad consequendam gratiam efficacem juxta illud Augustini, *Prædestinatio est præparatio gratiæ & gloriæ.* Verum quoniam hoc non agitur in præsenti, Esto ut vis, ordinatio ad consequendam beatitudinem, fiat ante omnem scientiam absolutam futurorum operum; Nego autem præordinationem istam intelligi non posse sine scientia media, & sine procul dubio non pauci è vestris ita eam intelligunt, nunquam in subsidium advocata doctrina vestra de scientia media. *at nullus* (inquis) *potest statuere prudenter de fine nisi habeat præcognita media sibi possibilia ad consequendum finem quem intendit, & eo modo quo*

quo

quæ intendit. Non negamus Deum habere media præcognita ad consequendum finem: tantùm negamus Deum habere media ista præcognita ex scientia media: ad beatitudinem certis donandum sufficit Deo sua omnipotentia quàm nequaquam cognitam habet ex scientia media. Sic beatitudinem certo modo conferre velit, nempè per modum præmii, hoc est in præmium fidei, resipiscentiæ, atque operum bonorum; habet etiam varios modos sibi præcognitos, quibus perducat homines ad fidem, & resipiscentiam, & bonorum operum præstationem; nam & omnipotente facilitate convertere potest hominum voluntates ad fidem &c. & ex nolentibus volentes facere, idque pro ea, quâ est sapientia congruenter naturis ipsorum: nempe ut quoties credunt, resipiscunt, bonis operibus student non nisi deliberatè & liberè credant, resipiscant, bonis operibus studeant; nempe per comminationes, promissiones, suasiones, hortationes, institutiones, quarum tamen omnium efficacia penes brachium Domini est, quod revelat cui vult. Esa. 53. 1. & opus fidei est opus in potentia juxta Paulum Apostolum 2. Thessal. 1. ult. Facilitate sua præstabit hoc Deus quicquid facit, sed non nisi *omnipotenti facilitate*, ut loquitur Augustinus, & potentiæ suæ, quâ modis & mediis omnibus efficaciam, ad placitum impertit, procul dubio conscius est, & ab æterno conscius fuit, non per scientiam mediam, sed per scientiam simplicis intelligentiæ, etiam determinationis voluntatis suæ conscius fuit, non per scientiam mediam, sed per scientiam visionis. Ex adverso, seclusa determinatione voluntatis divinæ, quæ nam media, quinam modi perducendi homines ad fidem & resipiscentiam futura erant efficacia, prorsus cognoscere non potuit. Nam cùm fides hominis, & resipiscentia sit natura sua tantùm possibilis; ex conditione rei possibilis in conditionem rei futuræ (ut adeo cognosceretur tanquam futura idque ab æterno) transire non potuit sine causa; At extra Deum ab æterno nihil fuit quod tantæ migrationis causa esse fingeretur. Rursus, in Deo nihil occurrit, quod transitus istius causa statuatur præter determinationem voluntatis divinæ. Sed neque hinc sequitur, necessitatem ullam inferendam esse voluntati humanæ; nisi quis excussa subtilitate præmunitæ penes Deum non esse, efficere, ut homo faciat aliquid liberè; adeoque licet res ipsæ divinæ efficientiæ subjiciantur, non tamen eidem subjici etiam modos rerum. Cujus contrarium etiam densâ Scholasticorum testimoniorum nube jam probatum dedit Alvarez, quibus addi possent locupletissima Scripturarum testimonia tam actus hominum liberos, quàm agentium naturalium effectus necessarios divinæ providentiæ atque etiam determinationi subjicientium: Sed & mox fatetur hoc ipsum, ipse Suarez: nempe *posse Deum liberum actum hominis in particulari & cum omnibus circumstantiis prædefinire absoluta, & efficaci voluntate sua & salva libertate voluntatis creatæ*, veruntamen ut figmentis suis locum faciat, addit *hanc prædefinitionem non habere locum, nisi supposita prædicta præscientia futuri media*. At tuum hoc dictare mihi, Suarez, non est disserere. Nos scientiam etiam mediam habemus potius pro delirantis somnio quàm disserentis dogmate: Scientiam istam ait in præcedente libro tractatam esse. Equidem laudo modestiam: probatam esse, dicere prohibuit verecundia, tractatam esse dicit & verè. Per me, fides sit justa disputationis tuæ aut cujusvis efficaciam. Eodem libro etiam ostensum esse ait *hanc prædefinitionem esse non posse physicè determinativam, & prædeterminativam potentiæ liberæ, salva ipsius libertate illius*; ac si dixisset, non posse Deum determinare voluntatem creatam ad agendum liberè. At Dominicani in adversum, & pronuntiant, & probant; & hoc penes Deum esse & scientiam vestram mediam, præter omnem sobrietatem excogitatam esse. Etiam in promptu est ratio, quæ demonstret vestram divini concursus institutionem (quasi scilicet concurreret modò nos velimus) in manifestam evanescere contradictionem. Nam etiam ad actum volendi producendum concurrit Deus: An verò modò nos velimus? Quasi verò priùs vellemus quàm Deo concurrente ut velimus fiat. Imò in istis controversiis tam in vestris scriptis, quàm sequacium vestrorum contradictionum manifestarum ferè plena sunt omnia. Nimis absurdum est, media illa infallibiliter præstare posse effectum illum; quibus positis, an hoc effectus prædicti indifferenter se habet tam ad alium aliquem effectum producendum, quàm ad illum. Rursus nimis absurdum est, statuere Deum ab æterno cognoscere rem aliquam futuram esse, quæ non magis futura est, quàm non futura. Denique nimis absurdum est, & ex omni Schola erudita meritò explodendum, consequentiam aliquam dicendam esse veram, quæ non est necessaria. Ejusmodi est veritas vestra conditionalis, & potius falsitas dicenda, quàm veritas; præsertim cùm nitatur consequentia minimè necessaria; & res ponantur futura esse ex certa conditione, quâ posita, non magis futura esse incipit, quàm non futura, sed indifferenter se habet, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem.

Eandem omninò vim habet ratio, quæ ex efficaci vocatione, seu ex prævenienti auxilio sumi potest: nam quòd sit aliqua divina vocatio ita efficax, ut certum & infallibilem habeat effectum, quatenus ex intentione Dei procedit satis in superioribus ostensum est; tam ex modo loquendi sacræ scripturæ, quàm ex doctrina Patrum, præsertim August. & Chrysost. At per se satis certum apparet; pertinere maximè ad suavitatem, & efficaciam divinæ potentiæ, & providentiæ supernaturalis ut possit quæ vult corda convertere, & quomodo velit, vel ut possit ita interiùs suadere, ut efficaciter persuadeat: vel denique ut possit ita interiùs docere, ut non solùm homo discat sed etiam discendo videat, videndo agnoscat, & approbando persuadeat, ut August. scribit. & præter annotata tractata est de hac re insignis locus apud Prosperum lib. de vocat. Gent. c. ultimo. At verò nisi hæc conditionata scientia supponatur, non poterit esse vocatio ita efficax ut omninò infallibilem habeat effectum, ita ut posita præscientia implicet contradictionem non fieri: hoc enim esset contradictionem neque aliter intelligi posse, ut superius tractatio ostendi potest. 1. Quia talis vocatio intelligitur efficax præ ratione, quam aliis faciat non enim dicitur efficax solùm quia aliis facit, sed quia infallibiliter facit ut velimus: Ergo præparatione, quam intelligatur Deus velle talem vocationem ali- Suarez.

tui tangere cognoscit illam ut efficacem; ergo cognoscit quod si illam det alicui infallibiliter, habebit effectum in illo. hoc enim est cognoscere illam esse efficacem; at hoc est scientia conditionata, quam persuadere intendimus. 2. Quia infallibilis cognitio effectus ex vocatione efficaci intelligi non potest, nisi aut ex physica efficacia, & praedeterminatione causae, aut ex media scientia. Sed prior modus est impossibilis & repugnans libertati, ut in superioribus ostensum est; posterior igitur modus est verus. Illa autem scientia non est alia, nisi haec conditionata, ut per se constat.

Respons. Ab inventione Dei efficaci ad vocationem efficacem procedit Suarez, ut ex ea ad placitum Jesuiticum conformata, qualemcunque extundat confirmationem doctrinae suae de scientia media. Vult enim pertinere *ad suavitatem, ac efficaciam divinae potentiae, & providentiae supernaturalis, ut possit quo velit corda convertere, & quomodo velit; vel ut possit ita interius suadere ut efficaciter persuadeat, vel denique possit ita interius docere ut non solum homo discat, sed etiam discenda videat, videndo appetat, appetendo perficiat. Nos illam potentiam Deo libenter tribuimus, idque ex animo, sine fuco, sine fraude.* Etiam impudentiam hominum indignamur, qui dum hanc divinae gratiae praerogativam praeferunt, & Deum & homines miserandum in modum ludificantur, & sicut Epicurus olim verbis Deum posuit, re sustulit: ita hodie non pauci tractant gratiam Dei efficacem, quippe quam verbis tantum ponunt, re ipsa tollunt: Inter quos vigent hodie tanquam primarii diaboli Satellites, & inimici gratiae Dei Jesuitae, & inter Jesuitas in hoc impostura genere cum primis dominatur Suarez. Cordis conversionem Deo tribuendam esse praefert; sed cum Suasione sola conversionem illam absolvat, manifestum fit, non Deo suadenti, sed arbitrio hominis, Dei suasionibus cooperantis, conversionis humanae gloriam deferendam esse; neque enim aliter agit suadens quam *per modum proponentis objectum*, ut in hoc recte Bellarminus. Objectum vero operatur in voluntatem non in genere causae efficientis, sed duntaxat in genere causae finalis (finis autem, ut dici solet in scholis, non movet motu vero, sed duntaxat metaphorico), nec tam potentia Dei in hoc opere locum habet, quam sapientia partes suas agit, ejusmodi scilicet rationes inveniens atque instrumenta eligendo, quae movendis hominum animis maxime accommodata esse praecognoverit. videlicet, nec per scientiam simplicis intelligentiae, solam rigorosam, nec per scientiam visionis solam rigorosam, sed per scientiam mediam, mediam scilicet per participationem utriusque extremi, tam scientiae simplicis intelligentiae (sed non rigorosae), quam visionis sed non rigorosae; nempe secundum triplicem rerum statum, a Deo scitarum, quarum aliae a Deo intelliguntur antequam determinatio divinae voluntatis consideratur ut futura; aliae postquam considerantur ut futurae, sed antequam considerantur ut in re positae; aliae denique postquam divinae voluntatis determinatio consideratur, & ut futurae, & ut actu positae. Nempe absque his admodum subtilibus speculationibus si fuisset, nullus locus occurrisset scientiae mediae, & consequenter misere periclitata fuisset suavitas potentiae divinae & providentiae supernaturalis in cordibus hominum convertendis, quo velit, & ita suadendo, ut persuadeat. Operae pretium [illegible] fuerit ut subtilitatem suarum [illegible] Jesuitarum rationibus identidem opponamus, quo spiritus ipsorum fatiscentes subinde recreemus. Addit vocationem illam dicendam esse adeo efficacem, ut *semper infallibilem habeat effectum; ita ut posita praedefinitione implicet contradictionem non fieri.* Quo tamen nihil obstante, non alio modo vocationem absolvit Suarez, quam quibus positis, indifferenter se habeat voluntas humana tam ad non conversionem, quam ad conversionem. Itaque in subsidium necessario advocandam esse judicat scientiam mediam, atque hinc scientiae mediae necessitatem astruit; nempe positis omnibus ad agendum requisitis, licet voluntas indifferenter se habeat, tamen certis quibusdam motionibus, & circumstantiis positis, videt Deus futurum, ut homo se convertat ad obsequium fidei, & resipiscentiae. At inquam hoc non est potentiam gratiae divinae praedicare, sed sapientiam potius; hoc non est Deum conversionis nostrae authorem constituere, sed ita res prudenter admodum administrare, ut homo author sit conversionis propriae; unde fit, ut nemini reproborum nullam [illegible] hujusmodi excusatio; si me certa vocatione vocasset Deus, cujus ipse probe conscius erat, procul dubio & credidissem & resipuissem. Rursus repono Deo [illegible] scientiam rei cognitionem omnem refugientis. Fingitur enim Deus rem aliquam cognoscere, quae non est cognoscibilis; volunt enim Deum ab aeterno cognoscere futurum esse, ut homo convertatur ad fidem, si certis suasionibus ad fidem moveatur. At inquam, hoc non est cognoscibile in genere futuri, idque ab aeterno; ratio est, quia cum hominem ad fidem converti quibuscunque suasionibus sit natura sua duntaxat possibile, fieri non potest ut ex conditione rei mere possibilis, & indifferenter se habentis tam ad non conversionem, quam ad conversionem, transeat in conditionem rei futurae sine causa. At hujus transitus (quippe cum factus sit ab aeterno, (nam ponitur ab aeterno Deo notum fuisse tanquam futurum) nulla fingi potest causa extra Deum cum extra Deum nihil sit quod fuerit ab aeterno; quod autem ab aeterno non fuit non potest esse causa alicujus, quod fuit ab aeterno. Rursus intra Deum nihil occurrit, quod hujus transitus causa esse dicatur praeter voluntatem Dei. Neque enim essentia nisi considerata ut volens secundum Durandum repraesentare potest res futuras, nec scientia Dei sejuncta a voluntate Dei, est causa rerum secundum Aquinatem. Est hoc ejusmodi argumentum, quod manifesta consequentia, & supra omnem exceptionem posita, pessundat doctrinam Jesuiticam de scientia media, & ad cujus solutionem commodam nobis exprimendam provoco universam Jesuitarum nationem. Ad gratiam quod attinet Jesuiticam, negamus eam omnino facere ut credamus, quippe cum in sola Suasione posita sit; quam tamen & efficacem esse praefert Suarez, & infallibiliter efficacem, ut saltem verbis mitiget insignem illam injuriam, quam divinae gratiae intulit. Quod si necesse sit, ut gratia Dei efficax esse concedatur, & efficacia illa petenda

sit nisi ex physica efficacia, & prædeterminatione causæ, quam nos asserimus. Cum jam probemus scientiam istam, quam fingunt Jesuitæ, merum potiùs scientiæ spectrum esse, quàm scientiam; & gratiam ex illa scientia efficacem, per ludibrium tantùm efficacem dici, vel hinc cuivis quem est, (si vel nullis aliis argumentis contenderemus) omnem gratiæ efficaciam ex efficacia physica promanare, & prædeterminatione causæ. Illum tamen modum efficaciæ impossibilem esse crepant Jesuitæ, & libertati contrarium. At in adversum crepant Dominicani, nec crepant solum, sed demonstrant: *Sic ille obvius, signa pares aquilas, & pila minantia pilis.* Sed quid dico pares aquilas, cum ad theologiam Scholasticam quod attinet, ne digni quidem sint Jesuitæ, qui eodem die nominentur cum Dominicanis. Possem etiam hic Thomam Bradwardinum appellare, qui in summa sua *de causa Dei contra Pelagium*, physicam illam prædeterminationem veram, atque omni rationum Scholasticarum supellectili demonstravit multis annis antequam Lojolitarum nomen, (nedum Pelagianismus illorum fictus) orbi Christiano innotuisset.

Suarez. *Quinto potest similis discursus formari ex aliis attributis, vel effectibus divinæ providentiæ, ut V. G. ex consummatione in gratia seu ex infallibili perseverantia dona, de quo adhuc magis dubitatum est, posse hominibus viatoribus conferri, & quo certum esse existimo, (quamvis aliqui dubitent) dari salva libertate. Hæc autem duo etiam non possunt in hujusmodi dono, convenienti modo conjungi, nisi media hac præscientia, & similia sunt quæ de Christi libertate Theologi tractant, quæ brevitatis causâ omitto. Tandem ex permissione peccati, ut sapientissimo, & prudentissimo modo fiat, credo sumi posse efficax argumentum, ut intelligamus non esse in Deo hanc permissionem, nisi jam præsciverit quid eventurum sit, aliâ positâ. Ac denique ex tota ratione divinæ providentiæ idem concludi potest. Nam revera imperfecto modo provideret Deus, si non præsciret quid ex omnibus suis ordinationibus, vel permissionibus sit eventurum, donec effectus ut jam factus prævideret: aliquo necesse esset illum quasi dubitando & tentando procedere, præsertim in effectibus causarum liberarum, & maxime hominum, ita ut non posset Deus, postquam aliquid permisit, aliquid definite statuere, quod inde pendet, nisi prius videat expectet ut videat, quid causa secunda efficiat, &c. sic de aliis: unde etiam fit, quod quando Deus permisit peccatum in Adamo (verbi gratia) vel aliis, quodammodo intelligi, aliquid eveniat ipsi Deo, quod nesciebat futurum, aut, quod credibilius, existimare posset non esse futurum: hæc autem omnia sunt minus consentanea perfectioni divinæ providentiæ, quæ multò erit altior, & excellentior si prævideat omnia, quæ quovis modo possibilia sunt, & etiam futura a causis secundis sublata prævenerit, & varietatem, & facultatem operandi acceperint, omnia ordinaret, & disponat juxta suam scientiam, & voluntatem suam.*

Ad. 5. Addit perseverantiæ donum salva libertate conferri non posse nisi media ista præscientia. At nobis tam facile est ista delere, quàm tibi pingere. Nec omnino aliquid firmamenti habet hæc ratio à superiore distinctum: multo verisimilius & decentius negatur perseverantiam esse donum Dei, quàm astruitur, si modò non nisi ex fictitia vestra scientia media astruatur. Neque enim ullo vel tolerabili colore rationis asseritur esse donum Dei, si non nisi media illa præscientia Dei donum esse affirmatur. Hinc enim fit, ut Dei ministerium fuerit aut suadere ut perseveret (quod tamen semper fit ministerio humano) aut ad perseverandum, modò velint homines, concurrere. Unde fit, ut hominis arbitrium auctor sit perseverantiæ potiùs, quàm gratia Dei, dum non alias partes obeat, quàm aut suadentis antecedenter, aut subsequenter concurrentis. Tum verò præscientia ista Dei per ludibrium ascribitur, cùm manifestum sit, ea demum hujusmodi præscientiæ objecta statui, quæ omnino non sunt cognoscibilia; & futura quædam ponuntur, quæ futura non sunt, ne conditionatè quidem, quippe cum posita conditione quam solummodò requirunt ad futuritionem rei, res ipsa non magis futura est, quàm non futura. His adjicit Suarez *similia esse quæ de Christi libertate tractant Theologi.* Verùm ista omittere se dicit brevitatis causâ. Quam vellem quantavis dissertationis prolixitate vidissem tractationem illam de libertate Christi, præsertim cum significet perseverantiam Christi sine peccato salva libertate ejus consimilem esse perseverantiæ Sanctorum salva libertate ipsorum, hanc autem astruere solent Jesuitæ ex scientia media. Eodem modo astruere videntur etiam perseverantiam Christi in integritate & sanctimonia sua, nempe ex scientia media. Quemadmodum prævideret Deus electos suos si certis quibusdam suasionibus ad perseverantiam in bono excitati fuissent, procul dubio nequaquam perseveraturos esse. Ita etiam Christus ipse lapsus fuisset in peccatum nisi per certas quasdam incentivas illi propositum fuisset, ne legem Dei transgrederetur. Annon probabile est Suarezium non tam brevitatis causâ ista omisisse, quàm ne tempestate aliqua, quam ex tam prodigiosæ sententiæ confirmatione excitatam præsagiebat, obrueretur. *Tandem ex permissione peccati, ut sapientissimo, & prudentissimo modo fiat, credit sumi posse argumentum efficax, ut intelligamus non esse in Deo hanc permissionem nisi jam præsciverit quid eventurum sit, aliâ positâ.* In hoc opere non differunt, quàm admodum secundo flumine ferantur ut plurimum adversarii nostri: hinc enim maximæ criminationis materiam arripere solent; Quasi ex nostra sententia sequeretur Deum esse auctorem mali, auctorem peccati, adeò ut mirari satis non possim, quid hunc impulerit, ut argumentum suum hac ex parte leviter indicato, mox confugerit ad totam divinæ providentiæ rationem, ex qua concluderet, quod desiderat. Equidem istis subesse suspicor non nihil mysterii. Itaque cum Deus ex nostra sententia fingitur auctor peccati: vel inde criminatio ista desumitur, quod ex nostra sententia dicatur efficere peccatum, vel ex eo quod statim statuitur velle peccatum non quidem volentia approbante, sed sinentis duntaxat decernentis ut fiat peccatum. Ad primum sufficientiam quod attinet non gravatè fatemur cum Augustino ne in hominem aut diabolum quidem cadere ullas causas efficientes peccati, quippe cum peccatum nullam causam agnoscat efficientem, sed duntaxat deficientem. Rursus causa deficiens vel

moraliter deficit, & culpabiliter cum ex officio teneretur non deficere; vel naturaliter tantum deficit & non culpabiliter; quippe quoties agens deficiens, minimè tenetur ex officio non deficere. Et quis [illegible] tam perfrictæ frontis est, ut nobis obtrudat, quasi diceremus Deum deficere culpabiliter, quoties peccat homo aut angelus. Dicimus quidem cum Augustino, *Non aliquid fieri nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Adeò ut quæ Deo sinente fiunt (cujusmodi sunt peccata omnia) non nisi Deo volente fiunt secundum Augustinum, volente inquam ut fiant, non Deo peccata illa efficiente sed tantummodo permittente; & mala fieri Deo permittente bonum esse jam palam pronunciavit Bellarminus. videamus an non idem asserere incumbat Suario ex hac ipsa sententia sua quam de permissione proponit. Profitetur enim Deum præscire quid eventurum sit posita permissione. & quid quæso aliud est peccati permissio apud Suarium, quàm ejusmodi suasionibus movere hominem ad abstinendum à peccato, quibus eundem nequaquam obtemperaturum esse præviderat Deus. Quem tamen abstenturum à peccato præviderat Deus, si modo suasionibus alterius generis ad abstinendum à peccato sollicitaretur. Hic appello Iesuitarum conscientiam. Annon Deus merito dicendus sit velle ut homo peccet, quoties ex diversi generis suasionibus, quarum altera posita à peccato abstineret, altera posita nequaquam abstineret, eligit Deus suasione illa altera movere hominem ut abstineat, quam nihil omnino profuturam esse probè animadverterat, non diversæ providentiæ perfectionem summam libenter agnoscimus, adeò ut nihil unquam evenerit, hodiè eveniat, aut in posterum eventurum sit, quod non ab æterno futurum esse præviderat, non ex scientia media, quod prodigiosum esse judico figmentum hominum, & otio abutentium, & sua diligentia miserandum in modum abutentium: neq; enim scientiæ mediæ ullum à Iesuitis congruum objectum statuitur, sed præter omnem rationem, & sobrietatem res futuras esse fingunt citra omnem causam: etenim certissimum est nullam rem futuram, natura sua futuram esse, sed merè possibilem esse natura sua, & tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem indifferenter se habentem; quod tamen imaginatione sua Iesuitæ fingunt transire ex conditione rei merè possibilis atque indifferentis, in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ; idque ab æterno citra ullam causam istius determinationis, sive istius transitus & migrationis; neque enim extra Deum quippiam occurrit, quod hujus determinationis, aut transitus causa sit, cum determinatio ista facta sit ab æterno; & ab æterno nihil fuit extra Deum; & quod non omninò fuit non potuit esse causa ejus quod fuit ab æterno. Rursus in Deo nihil occurrit, quod transitus istius causa sit præter determinationem voluntatis divinæ: hanc autem determinationem minimè admittunt Iesuitæ tanquam causam rerum futurarum contingentium, præsertim verò actuum liberorum. hinc est quod ad incitas redeguntur, quoties de futurorum contingentium, præsertim liberorum præscientiæ causa philosophantur, & nihil habent, quo se sublevent præter scientiam mediam, quæ res futuras esse fingunt citra omnem causam & consequenter præter omnem sobrietatem, nos autem futuritatem rerum omnium in genere futurarum originem revocamus ad divinæ voluntatis determinationem (neque enim alia causa fingi potest unde fiat, ut res natura sua merè possibiles, atque indifferentes, tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem ex conditione ista rerum merè possibilium atq; indifferentium transeant in conditionem rerum futurarum, hoc est, ad futuritionem determinatarum, idque ab æterno; nam quicquid futurum est, illud ab æterno futurum erat) atque hinc omnium rerum præscientiam infallibilem non modò Deo tribuimus, sed & Deo tributam optimè stabilimus, & confirmamus; Quia scilicet juxta illud Augustini, *non aliquid fit nisi quod omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.*

[illegible] [illegible] [illegible]

CAPVT QVINTVM.

Deum habere hanc scientiam conditionalium contingentium propria ratione ostenditur ex talium contingentium veritate.

Suar. *RAtiones superiori capite adductæ omnes procedunt de hac scientia quatenus practica est (ut sic dicam) seu ad praxin & operationem extendi potest: jam vero ratiocinandum nobis est, ex perfectione ipsius scientiæ secundum se, & quasi speculative spectatæ. Principio igitur statuo hanc hypothesim, scilicet si hæc scientia possibilis est, negari non posse, quin sit in Deo perfectissimè. hanc propositionem nemo negare potest: quia scientia ex se perfectionem simpliciter dicit, nullamque ex propriis conceptu includit imperfectionem nec majorem aliquam aut æqualem perfectionem excludit: ergo si talis scientia est possibilis ex se, pertinet ad perfectionem simpliciter, tam entis summè perfecti, quàm personæ sapientissimæ & in omni scientiarum genere peritissimæ. Ergo si talis scientia est possibilis, non potest Deo deesse. Item nulla excogitari potest scientia eminentior quàm divina, aut quæ illam superet in aliqua perfectione etiam extensiva: Ergo si est possibilis scientia talium objectorum, maximè in divino intellectu: unde si qui Theologi negant Deum habere hanc scientiam, in eo solum fundantur quod putent esse impossibilem: huic adjungo alteram hypothesim omnino certam si hæ propositiones conditionales de futuro contingente scibiles sunt, etiam scientiam earum esse possibilem. Est hæc hypothe-*

hypothesi fore per se notas ex terminis : Nam scientia & scibile vel correlativa sunt, vel ad modum correlativorum reciproce dicuntur : sicut in simili materia Aristoteles dixit, si dantur objecta sensibilia, esse possibilem sensum, vel è contrario, si non est possibilis intellectus numerans, non esse possibile tempus, ut est numerus motus. Rursus ut propositiones sciantur, aliqua scientia sciri debent : Ergo si non sit possibilis talis scientia, nec ipsa poterunt esse scibiles. Denique si tale objectum ex se est scibile, ex nullo alio capite potest scientia esse simpliciter impossibilis, ut jam declarabo.

Tertiam igitur propositionem addo, videlicet si tales propositiones veræ sint determinatæ scibiles etiam esse quatenus tales sunt, id est, de iis sciri posse quod veræ sunt. Hoc etiam supponunt omnes Theologi qui de hac materia disputant. Et videtur per se manifestum, quia omnis veritas ex se scibilis est. Quia verum ut verum, est proprium objectum intellectus & scientiæ ; Imo ratione aliquid verum est in quantum potest esse conforme intellectui, seu scientiæ. Quapropter si in objecto est veritas, non potest ex se non esse scibile : Quod si ex parte ipsius non repugnat sciri, neque aliunde poterit simpliciter repugnare, præsertim in ordine ad Deum. Quod in hunc modum declaratur, quia sicut pertinet ad infinitatem potentiæ Dei, quod sit omnipotens, id est, quod possit omne possibile seu omne quod claudi potest sub latitudine entis, Ita pertinet ad infinitatem scientiæ Dei ut sit omnia sciens, id est, sciens omne scibile, seu (quod idem est) omne quod clauditur sub latitudine veri. Dicet forte quis veritatem quidem omnem de se esse scibilem, tamen ex parte modi posse esse incognoscibilem : Quia videlicet modus attingendi illam non est possibilis. Sed hoc & involvit repugnantiam & necessariò refunditur in imperfectionem scientiæ divinæ, ut si quis diceret aliquid de se non repugnare esse ens, tamen quia non est possibilis modus productionis ejus, non esse possibile, apertam diceret contradictionem & necessario imminueret divinam potentiam quia non posse producere tale ens non esset ex repugnantia objecti, sed ex defectu potentiæ. Idem ergo est in præsenti, quia si objectum habet veritatem, ex parte ejus non repugnat cognosci : Ergo si omnino est latens veritas solum esse potest ex defectu virtutis cognoscentis. Confirmatur, quia qui sic responderet de his futuris eadem ratione posset idem dicere de futuris contingentibus absolutis ; Nam etiam modus quo attingitur eorum veritas nobis est ad intelligendum difficillimus : Hoc ipso tamen quod in iis est veritas certe scimus non posse subterfugere divinam scientiam : Ergo idem est in præsenti dicendum.

Rationem (inquit) superiori capite addidi à novis prodiit de hac scientia & sic Iesuitis mos est ; Quippe qui de magnis majora loquuntur, semper venditare solent ingenium inventionum suarum; quasi in argumentorum inopia laborarent ne dicam lascivirent. Interea rationes illæ omnes quas crepat Suarez, ejusmodi sunt, ut si unam noris, omnes noveris. Imò ad unam atque eandem rationem revocantur omnes, paulo aliter atque aliter apparatam; Quemadmodum ille olim convivio exceptus, variis se quidem ferculorum instructu, tandem tamen didicerat nihil aliud appositum fuisse præter carnem porcinam aliter atque aliter pro coqui ingenio conditam atque temperatam. Sed & proximè advertamus qualis sit ista ratio, quam præmiserat Suarez & quomodo fundata; nempe in superiori dissertatione, qua consulit probasse se Physicam voluntatis prædeterminationem salva libertate fieri non posse. At hoc probè novit Suarez nihil minùs controversum esse, quàm scientiam mediam; Nec tantum inter Calvinistas (qui tamen de Physica voluntatis humanæ prædeterminatione philosophari non solent) & Pontificios, sed inter ipsos Pontificios Iesuitis cum Dominicanis tanquam fratribus Cadmæis in hoc apice digladiantibus, & se invicem conficientibus. Itaque minimè decuit disceptatorem in scientiæ mediæ confirmatione re nihilo minus controversa tanquam principio indubitato niti : sed confidit Suarez, hinc à se jamdudum confectum esse, nempe prædeterminationem physicam voluntatis humanæ cum libertate ejusdem consistere non posse. Atqui Dominicani de rebus à se gestis in adversum Iesuitis nihilominus confidunt ; Imò quid ni & meas adjiciendam, & Thomam Bradwardinum ipsumque fere ante ducentos annos scriptorem Pontificium in medium proferam; & Iesuitis opponam, ut qui Methodo admodum scholastica commonstrandum in se recipit, posse Deum necessitare creaturam suam rationalem ad quemcunque liberum actum suum, & quemcunque liberam cessationem ab actu. Cur hunc magni nominis Theologum olim Archiepiscopum Cantuariensem electum, & cujus opera etiam in vaticano Romani Pontificis extant inscripta (teste Possevino) *summa doctoris profundi*. Cur inquam hunc tantum Theologum & Methodo scolastica insignem, & nemini secundum malebant cum præterimittunt Iesuitæ. Et tanto doctore nequicquam reclamante, pro principio indubitato ponunt dogma pejoris ipsorum rationibus fultum ; unde in Scholastica Theologia de scientia miserandam innovationem faciunt, ut scilicet de scientia simplicis intelligentiæ nunc demum hi magistri atque institutores disceptent sit eam posse vel secundum rigorosam acceptionem procedere vel non rigorosam ; nempe scientiam illam rigorosam locum habere dum divinæ voluntatis determinatio consideratur non modo ut nondum posita, sed ut nondum futura. Item scientiam visionis habere etiam suam vel rigorosam acceptionem vel non rigorosam. Et rigorosa illa sit quæ sequitur divinæ voluntatis determinationem non modo ut futuram sed ut actu positam, Non rigorosa verò illa sit, quæ præcedat quidem divinæ voluntatis determinationem ut actu positam, quam tamen subsequatur ut futuram. Tantis ineptiis locus dandus erit, ne filii

Ne filij

ne scilicet genus humanum de sua libertate pericli-tetur; Quam tamen libertatem & hodie Dominicani & olim Bradwardinus sine scientiæ istius mediæ quisquiliis sartam tectam conservandam in se receperunt, nihil omnino obstante gratiæ divinæ per Physicam prædeterminationem ad omne opus bonum efficacia. Hoc refricat mihi memoriam fabulæ facetæ de musca vehiculi rotæ incidente, & de magno pulvere, quippe quem quasi ipsa excitaverat gloriante. Nempe habent & suum Jesuitæ pulverem ab ipsis excitatum quo glorientur, ad oculos intuentium quo minus acute, & prompte veritatem dignoscant, corrumpendos apprime comparatum. Tota ista de futuris conditionatis atque etiam superior illa de futuris absolutis controversia paucissimis absolvi atque transigi potuisset, si modo in iis duntaxat versaremur in quibus cardo controversiæ volvitur; *An scilicet ulla propositio conditionalis dicenda sit vera quæ non sit necessaria.* Rursus, *An res natura sua merè possibilis & indifferenter se habens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, transire possit è conditione rei merè possibilis & indifferentis, in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ, citra causam.* Et denique cùm transitus iste factus sit ab æterno, utrum ulla hujus transitus causa fingi possit præter divinæ voluntatis determinationem. Hi sunt articuli illi unici, quorum decisione controversiæ istæ de scientia futurorum contingentium facillime transigerentur. Quorum tamen articulorum mentionem nullam facit Suarez nisi prius absolutis quatuor integris capitibus, ex septem huic controversiæ destinatis, quasi nihil magis videretur, ne lector animadverteret, in quo demum apice maxime adlaborandum sit tanquam ad controversiam illam absolvendam maximè opportuno. Nam fortasse apices illos momentosos compendio transiget Suarez nihil habens solidi, quod causam suam juvet, aut ad confirmationem ejus ubi plurimum nutat atque vacillat, omnino conducat. In cæteris tamen aut nihil aut modice rem concernentibus liberius expatiabitur: quod intelligenti lectori suspicionem ingeneraret, causam istam longe astutius quam nervosius à Suario tractatam esse universam. Hoc demum in capite ad cardinem quæstionis accedit, videat tamen lector eruditus & veritatis amans, per quantas ambages, nulli usui inservientes, nos circumducat, priusquam rem ipsam adoriatur, quasi non esset volens nolens ad spartam hanc ornandam se accingeret. Itaque ad inanes hypotheses præmittendas se convertit, quarum prima est *si hæc scientia possibilis est, negari non posse quin sit in Deo perfectissime.* Possem hic Suarez resistere, nihil obstante ejus in adversum fiducia; Nam & natura corporea possibilis est, nec tamen necesse est, ut in Deo reperiatur vel perfectissima. Addo etiam scientiam conjecturalem possibilem esse, attamen incompetentem Deo licet perfectissimam. Sed patior Suarium sua negandi libertate frui.

Hinc annectit hypothesin secundam, *si propositiones conditionales de futuro contingenti scibiles sunt, etiam scientiam earum esse possibilem;* & ut lucem faciat obscuranti suæ dissertationi, addit *hypothesin istam fere* (& non nisi fere) *notam esse ex terminis.* His ejusdem farinæ superaddit tertiam; *si tales propositiones veræ sunt determinatè, scibiles etiam esse, quatenus tales sunt,* quod quasi expositionis indigeret dum obtusæ nostræ scientiæ lesuitam misereret, ad est inquit *de iis sciri posse quod vera sunt.* At ne quisquam in hujus nisi beneficio vacillet (nam valde accurati solent esse Jesuitæ in re nullius pretii & quam nemo sobrius vel tenuissimo redimeret;) Addit omnes Theologos hoc supponere. quod mihi prorsus incredibile videtur; nempe ut ullum aliquem Theologum adeo unquam desipuisse, ut in informanda suppositione tam ridicula aut tempus consumeret aut chartas dispenderet. Et ne pejorem suppositionis evidentia frivolis ipsius speculationibus præcluderet, dicit *videri per se manifestum,* non *esse* per se manifestum sed *videri.* Atque hinc expatiatur ad rem de qua nemo sobrius dubitaret, extra dubium ponendam & demonstrationibus suis admodum subtilibus conficiendam; quibus dimidiam paginam occupat. Quasi Don Quixote compeu vincialis ejus spiritus hominem occupasset. Is enim rerum grandiorũ seruæ seu ferociter appetens nunc comparat se in occursum molendini vento agitati, quasi gigantem aliquem & monstrum hominis adoriturus: nunc tonsorem, pelluibrum suum æneum in capite gestantem vi & armis aggreditur, tanquam Mambrinonis galeam (sic pellubri specie hominem ludificante) recuperaturus, atque ita egregiam laudem & spolia ampla relaturus.

Varii dicendi modi circa veritatem harum propositionum.

Lurc. Solum ergo videndum nobis superest, an in his propositionibus sit determinata veritas, ut hoc ostenso demonstratum etiam sit Deum earum scientiam habere. Tres igitur in hac re cogitari possunt dicendi modi. Primus est, propositiones has esse falsas & impossibiles, ideoque sciri non posse, quia quod non est, non scitur: ratio est quia illæ non sunt nisi propositiones conditionales, sed ut conditionales non possunt esse veræ, ergo nullo modo: probatur minor: quia in conditionali nihil affirmatur, nisi unum ex alio sequi: ergo si non bene sequitur, conditionalis est falsa, & ideò vulgare est apud Dialecticos, veritatem conditionalis consistere in bonitate illationis: & quia consequentia, quæ semel est bona, ut ipsi etiam dicunt, semper est bona, ideo asserunt conditionalem veram esse necessariam: Illatio autem, quæ fit in his locutionibus non est bona, & ideò etiam ipsæ locutiones non sunt necessariæ, ut per se notum est, ergo neque veræ esse possunt.

Secundus modus dicendi est, has propositiones, nec veras esse, nec falsas determinatè, quatenus in eo statu sunt, solumque posse reduci ad aliquam veritatem, si fiant quasi modales propositiones dicen-

de, si

de si hoc fit, illud ut in plurimum eveniat, vel frequenter, vel probabiliter, vel rarò. Ratio est, quia effectus, qui de causa libera per tales locutiones enuntiantur non habent determinationem ullam: ergo nec veritatem habere possunt: patet consequentia, quia veritas locutionis pendet ex determinatione objecti, sumitur enim ex conformitate ad illud. Antecedens autem patet, quia hic effectus non est determinatus in causa, cum ipse sit indifferens; neque ex ipso effectu, quia nullum habet esse, neque in tempore, neque in æternitate, in quo solo esse fundari potest determinatio futuritionis. Et hæc est magna differentia inter hæc conditionata futura, & inter absoluta. Unde in his maximè videtur habere locum, quod Aristoteles dixit. 1. Perihermenias. c. ultimo, futura contingentia non habere determinatam veritatem. Altera verò pars hujus sententiæ per se clara est: quia hæc futura possunt habere causas magis vel minùs propensas ad effectum, juxta occurrentes circumstantias, vel conditiones: ergo ex illis sumi potest aliqua determinatio, non simpliciter, sed modalis, & secundum quid. Tertia sententia est has propositiones, neque esse impossibiles, neque etiam quasi suspensas quoad veritatem, vel falsitatem, sed ad alterutram esse determinatas: Quanquam à nobis discerni non possit, quando determinata sit locutio ad veritatem, quando verò ad falsitatem.

Tandem ad se redit Suarius, nempe ex rebus prioribus admodum strenuè gestis, valde anhelus, & spiritui suo recreando locum facit. Itaque varios circa veritatem harum propositionum conditionalium de futuris dicendi modos nobis exponit; qui tamen paucissimis expediri potuissent: nempe juxta primam sententiam, propositiones hujusmodi nequaquam esse veras, quia non sunt necessariæ; juxta secundam, neque veras neque falsas esse determinatè; juxta sententiam tertiam propositiones istas esse ad alterutram determinatas; veruntamen nisi fallor, ipse sibi materiam tumberandi struit Suarius, parum felicis harum sententiarum enunciatione. Verissimum esse judicio propositionem conditionalem, nisi sit necessaria, non esse veram, sed hoc rectè accipiendum est. Nempe si propositio ista consideretur intrinsecè duntaxat, & ex sola terminorum, sive membrorum inter se comparatione. At nemo sobrius dubitat, quin conditionalis falsa possit fieri vera, accedente dispositione hominis. Quantò magis per voluntatem, ac potentiam angeli creati; Omnium maximè accedente determinatione voluntatis divinæ. Nempe si Deus decreverit, quod ad cantum galli mare intumescet, procul dubiò vera erit ista propositio; *Si Gallus canet*, mare intumescet, Si Deus decreverit muros Jerichuntinos ruituros ad sonitum buccinarum ex cornibus arietinis concinnatarum; etiam verum erit, quod si buccinæ sonuerint, muri cadent. Ita etiam si Deus decreverit futurum, ut ad prædicationem Evangelii convertantur homines ad fidem Christi; verum erit, quod si prædicatum fuerit Evangelium, homines ad Christum convertentur, non indefinitè solùm, sed definitè de quibusdam in particulari. Ad secundam sententiam quod attinet, cujus authores dissimulat Suarez, Probo quod dicunt, ejusmodi propositiones non esse veritatis determinatæ; addo tamen posse determinari per agens extrinsecum, ita ut veræ sint: Interea seclusa omni agentis extrinseci determinatione, dico falsas esse, & ideò falsas esse, quia sunt minimè necessariæ. Rursus quod ad partem alteram attinet, distinguo de causis magis vel minùs propensis ad effectum; nam vel ad effectum prædictum producendum agunt, moraliter tantum, vel physicè. Quotquot causæ physicè agentes propensæ sunt, magis vel minùs ad effectum, dici possunt (fateor) effectum illum producturæ esse vel *ut plurimum*, *vel frequenter*, *vel probabiliter*, *vel rarò*. Sin moraliter tantum agunt suadendo scilicet hominem libero arbitrio instructum; quandoquidem is, creatura cum sit rationalis, etiam omnibus requisitis ad agendum indifferenter se habet, ad agendum, aut non agendum; non sequitur, cum vel ut plurimum operaturum, vel probabiliter operaturum conformiter, præsertim in materia actionum supernaturalium, quales sunt fides, & resipiscentia. Sed nec in naturalibus obtinet; nam licet prudentis est, rationes judicio suo convenientiores sequi, tamen etiam prudentis est, ne harum quidem rationũ ductum è vestigio sequi, sed expectare aliquam adhuc convenientior rerum agendarum ratio fortè possit excogitari: Sed & in his omnibus sive agentibus naturalibus sive rationalibus supponendum est decretum Dei concurrentis ex omnium sententia, etiam ordinantis, ut sic procedant agentia omnia, & non nisi ubi ipse voluerit impediantur, ex sententia plurimorum; etiam singula agentia ad agendum determinantis ex sententia multorum. Tertia sententia Jesuitarum est, nempe volunt conditionales istas esse veritatis determinatæ, quarum scientiam Deo tribuunt. Sed & nos (uti jam dictum est) determinari posse judicamus extrinsecè per voluntatem & decretum Dei; seclusa verò divinæ voluntatis determinatione, jam sæpius demonstravi non esse veritatis determinatæ; neque enim ex natura sua determinatæ sunt, imò ita ex conditione affirmata, tanquam futura; vel posita conditione illa, secluso decreto Dei tantùm possibilis est natura sua, & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem; nec fieri potest, ut ex conditione illa, rei videlicet merè possibilis, & indifferentis, evadat in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ citra causam; nulla autem hujus rei causa fingi potest, aut sub imaginationem cadit præter divinæ voluntatis determinationem. Agedum verò attendamus, quid in adversum proferat Suarius ad suam sententiam stabiliendam, aut nostram concutiendam.

Hæc est fere dubii vera sententia ad quam explicandam ad-verto imprimò, illas propositiones affirmari posse & debere,

non

non in vi illationis, ex virtute antecedentis, sed per modum simplicis affirmationis unius de alio sub tali conditione concepta. Itaque cum dicimus, si Petrus hodie viveret in hac occasione hoc faceret, non affirmamus Petrum esse talis virtutis, aut conditionis ut necessariò hoc esset facturus; vel ita ex ejus existentia talis effectus necessaria illatione inferatur, sed solum affirmamus talem effectum de facto fuisse conjungendum cum illa causa si extitisset. Hoc sic videtur probari. 1. ex communi sensu & intentione omnium sic loquentium; neque enim volunt affirmare aliquid per se falsum, sed aliquid, quod probabile sit aut verisimile; Quod non esset nisi in illo sensu proferrentur: Unde etiam viri docti non statim rejiciunt has locutiones vel ab illis dissentiunt ut falsis: sed vel ambigui sunt vel judicium suspendunt; Quia vident non esse incertum, vel illi parti assentiuntur quam pluribus conjecturis niti existimant: Signum ergo est in his locutionibus non affirmari illationem ex vi antecedentis; sed solam conjunctionem unius cum alio in existentia. 2. Ex re ipsa ita declaratur: quia hic sensus, & modus significandi, & affirmandi unum de alio ex hypothesi non repugnat rebus significatis; & aliunde, est rebus ipsis consentaneus. Major patet, nam quicquid mente concipitur, potest etiam enuntiari: Sed etiam hoc mente concipitur: Posito Petro in tali statu, & occasione, non quidem necessario peccaturum fuisse tamen peccare, & probatis omnibus conjecturis verisimilius esse illum peccaturum: Ergo potest de Petro, sub conditione talis status, & occasionis enuntiari simpliciter illum peccaturum. 2. Dico simpliciter quia non solum est talem enuntiationem esse verisimilem v. g. Probabile vel contingens, ut in plurimum esse illum peccaturum; Sed simpliciter, sic ita esse (ut dicunt) Quod non solum in Deo enuntiationibus videtur per se notum, sed etiam in humano modo judicandi, quia quando homo interius concipit hujusmodi conjugationem, & de illa judicat, sicut non judicat esse impossibilem, aut evidenter falsam, ita non solum judicat esse probabilem, aut verisimilem; At si hoc ipsum sit, talem pari objecti illius judicat; alias evidentem esset evidens, & certum cum tamen homo non assentiatur evidenter, sed cum formidine: igitur sicut in propositionibus de praeterito, aut de praesenti, de cujus veritate non mihi evidenter constat, si tamen habeo probabilem conjecturam vel auctoritatem, non solum judico esse probabilem sed simpliciter judico ita esse vel fuisse quamvis cum formidine; ita in praesenti, propositio illa objecta sub illa conditione potest intellectus ex conjectura absolute judicare hoc esse eventurum, si illud fiat: hoc ergo ipsum potest simpliciter illis propositionibus significari. Tum si res attentè consideretur totus ille modus, qui significatur, cum dicitur hoc esse probabile, vel verisimile, non sit intrinsecus ipsi rei, vel propositioni, quae dicitur probabilis, sed extrinsecus pertinens ad manifestationem vel cognitionem ejus, supponit aliquam veritatem, seu propositionem de in esse, quae denominatur probabilis aut verisimilis: Ergo potest illa simpliciter significari sine tali modo, & hoc fit in illis locutionibus,

Sed ingulabit fortè aliquis interrogans more sophistico, an ea propositio in praedicto sensu appellanda sit categorica, vel hypothetica: utrumque enim videtur esse. Respondetur tamen non esse multum in verbis immorandum, quando res satis concipitur, & per se evidenter constat, praedictum sensum posse affirmativè conditionatè significare, sive eam quis vocat categoricam, sive hypotheticam; addo verò formaliter & ex vi verborum, absolutè esse hypotheticam quia ex hypothesi tantum affirmat, & quia illa hypothesis non significatur ut posita in re, sed habet formam & modum conditionalis, & ita ve- *de illa loquemur, non tamen esse ex illis conditionalibus quae fundantur in formali illatione, & quae affirmant necessariam consequentiam unius ab alio; sed ex iis, quae affirmant tantum conjunctionem seu concomitantiam unius ab alio, non ut necessariam, sed ut futuram tantùm si alterum poneretur, & in hoc pertinent hae propositiones ratione conditionalitatis locutionum, quia non absolutè significant aliquid fore, sed ex hypothesi, & requirunt bonam illationem & consequentiam, non formalem ut sic dicam, sed materialem, idest quae non necessariam ex vi talis causae, sed solum ita futuram ex determinatione ejusdem causae. Neque hic modus conditionalium fuit incognitus Dialecticis: nam ipsi ponunt conditionales quas vocant promissivas, quae non significant necessariam illationem, & alias etiam vocant per se probabiles. Quoad sensum autem, aequivalentur hae propositiones propositionibus categoricis, in quibus unum simpliciter de alio affirmatur, solumque differunt, quod in his praedicatum non dicitur de subjecto absolutè concepto, sed solum posito sub hac aut illa conditione,*

Valde animosum se praebet Suarez, dum ait, tertiam illam sententiam esse sine dubio veram, ut falsum fiducia suis dictis, sive consilier fidem & lectorem credulum [illegible] parte sua propensionem indolat. Agedum vero etiam advertentiis Suarii ad hujus sententiae explicationem accommodatas expendamus. Vult itaque hujus sententiae, sive harum conditionalium propositionum hunc tantum esse sensum; talem effectum de facto fuisse conjungendum cum tali causa si extitisset: exempli gratia cum dicimus: *Si Petrus hodie viveret in hac occasione, hoc faceret* sensus est, hujus factionem conjungendam fuisse cum existentia Petri in tali occasione, si modo in tali occasione Petrus existeret; nos autem hujusmodi propositiones juxta hunc sensum explicatas veras esse prorsus negamus, seclusa de horum membrorum connexione voluntatis divinae determinatione. Interea dicimus illam explicationem esse nimis alienam: Non enim per omnia rationis locum haberent hujusmodi conditionales; *si Gallus cantet, mare intumescet;* At ab hujusmodi propositionibus asserendis abhorret Penottus, licet una cum Suario militet in asserenda scientia media. Rursus hujusmodi propositio *si Petrus existeret in tali occasione, hoc faceret,* palam indicat existentiam Petri in tali occasione, non priorem esse operatione ejus designatâ: quemadmodum in futuris hujusgeneris absolute prius tempore ponetur existentia Petri in tali occasione, quàm hoc faceret. At hoc locum non habet, si modo hujusmodi propositionibus nihil aliud significaretur, quàm effectus ipsius cum tali causa conjunctio: quemadmodum ex cauda galli cum tumore maris conjunctione futura, neutram sequitur priorem esse altera natura; & tam verum est, *Si mare intumescet, Gallus cantet;* quàm *si Gallus cantet, mare intumescit:* nec magis verum est si Petrum existeret in tali occasione, hoc faceret; quàm si hoc faceret, existeret in tali occasione, nec ullius pretii sunt ratiocinationes. Quoties enim enuntiatur aliquid ex hypothesi tanquam probabiliter aut verisimiliter futurum longè amplius significatur, quàm antecedentis cum consequente conjunctionem futuram: nempe non modo conjunctionem rerum

quali-

qualitercunque, sed tanquam rerum [illegible] aliquo modo connexarum conjunctionem futuram; quæ quidem connexione deficiente, nequaquam dicimus hujusmodi propositiones hypotheticas verisimiles esse aut probabiles; neque enim quisquam sobrius diceret hujusmodi propositionem verisimilem esse aut probabilem, *Si Gallus cantet, mare intumescet*; licet fieri possit ut utrumque in natura conjunctim & pariter [illegible] quoties viri docti hujusmodi locutiones nequaquam respuunt, nec ab illis dissentiunt ut falsis, ratio est, quia propositiones illæ plus notant [illegible] quàm nudam rerum indicatarum conjunctionem futuram; alioquin nullus omnino locus esset conjecturis, neque enim quisquam sobrius ex Galli cantu conjecturam facit de maris intumescentia. Sine dubio conjecturæ de rei alicujus futuritione procedunt per viam [illegible], præsertim quoties rei futuritio concipitur ex hypothesi, nec tamen cum dicimus, *Si Petrus hodie [illegible] in hac occasione, hoc faciet*, necesse est ut assumamus Petrum esse talis virtutis aut conditionis, ut necessariò hoc esset facturus, modò facturus sit, sive contingenter sive necessariò tantundem erit. Imo sine dubio contingenter facturus est, si modo facturus est; verumtamen cum in actione libera fieri tamen potest, ut necesse sit, Petrum illud facturum, nempe supposita hac de re voluntatis divinæ determinatione, ut necesse sit inquam Petrum hoc facturum esse, non tamen necessariò, sed contingenter & liberè; quemadmodum ex ejusmodi divinæ voluntatis hypothesi necesse fuit ut Jonas ad Prophetarum contineretur, ut Cyrus e captivitate Babylonica Judæos dimitteret, nec tamen quod fecerat, fecit necessariò sed contingenter & liberè. Ad secundum respondeo, *hunc modum & sensum significandi repugnare rebus significatis*, nec esse rebus ipsis consentaneum, utrarum hypotheticè conjungenda enunciantur. Nam ut supra dixi propositio hypothetica de futuris ex hypothesi plus notat quàm nudam rerum significatarum conjunctionem, si modo altera existat; significat enim probabile esse sive verisimile, ut ex positione alterius consequatur etiam altera, quod quidem nequaquam obtinet, nisi ut plurimum ita contingat ut in tali occasione hoc faciat; quod si sic ut plurimum evenit, procul dubio non fit casu, sed ex alicujus causæ, quæcunque illa sit, dispositione. Sed probationem Suarii videamus. Agnoscimus quicquid mente concipitur, posse enuntiari ab homine, modo non sit mutus & elinguis: nempe admodum profundus videri discupit, dum sic è longinquo principia sua accersit, instar illius, *Videmus ut in [illegible]*. Sed totum hoc (inquit) mente concipitur, nempe posito Petro in tali statu & occasione, non quidem necessariò peccabit, poterit tamen peccare, & pensatis omnibus conjecturis verisimilius est peccaturum: Ergo potest de Petro sub conditione talis status & occasionis, enuntiari simpliciter illum peccaturum. Sed quid quæso, est negari si hoc non est? quis enim unquam dubitavit quin eadem propositio, si modo, ut mente concepta vera fuerit, etiam enuntiata vera sit. Sed negamus magis verum esse de futuro quod Petrus peccabit, in tali statu & occasione positus, quàm quod non peccabit. Sed si Deus decrevisset Petrum à peccato etiam in tali statu & occasione, procul dubio non peccabit; sin aliter Deo visum fuerit, procul dubio peccabit. Itaque seclusio Dei, ut alterutram partem, decreto, non magis enuntiari poterit Petrum peccaturum esse quàm non peccaturum. Nam posito Petro in tali statu & occasione, tantum possibile est Petrum peccaturum: Nec fieri potest, ut quippiam ex conditione rei merè possibilis transeat in conditionem rei futuræ sine causa: Esto liceat simpliciter enunciare aliquid tanquam futurum, quod revera tantùm probabile est futurum esse. Ergo & Scripturæ quoties enuntiant res ex hypothesi futuras, hanc interpretationem ferunt, quasi sic futurum esse probabile sit. Licet autem scientia Dei nequaquam sit conjecturalis, tamen Deo fas est accommodare scientiæ suæ significationem ad genium scientiæ humanæ quæ conjecturalis est. Etenim tropus ille qui dicitur ἀνθρωποπάθεια frequenter usurpatur in sacris literis. Interea si hujusmodi propositione aliqua nihil aliud significetur, quàm talem rem conjunctam esse cum tali re, si modo res illa existat; nequaquam sequitur rem sic enuntiatam futuram esse ut plurimum; neque enim quoties ad positionem unius ponitur alterum, ex positione ejus ponitur alterum ut plurimum; exempli gratia, licet ad Galli cantum mare intumescat, non tamen hoc fieri solet ut plurimum. Etenim contendit Suarez, quoties conjecturas habemus de Petro in tali statu & occasione peccaturo, posse simpliciter enuntiari, *Petrum peccaturum esse*. Nec sane dubito quin hoc enuntiari possit: sed nego enuntiationem hujusmodi veram esse magis quàm falsam; quia non magis congruit rei significatæ quàm non congruit; quia res enuntiata tanquam in prædicto statu futura non magis futura est quàm non futura, sed indifferenter se habet ad utrumque. Nec tamen nego quin homines possint conjicere rem aliquam hujusmodi futuram esse probabiliter, atque ita concedo enuntiationem veram esse, prout congruit judicio mentis; nam τὰ ἐν τῇ φωνῇ sunt signa eorum quæ sunt in animo: at nego enuntiationem veram esse ratione congruentiæ quam habet ad rem ipsam, & animo conceptam & voce enuntiatam aut literis expressam. Etenim nullam habent cum rebus ipsis congruentiam. Nam res ipsa quæ enuntiatur in tali statu futura, duntaxat possibilis est in tali statu, & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Agnosco vocem [probabilitatis] non notare modum intrinsecum rei scitæ, sed potius scientiæ scientis, seu potius apprehensionis apprehendentis, qui quidem est modus conjicientis sive opinantis. nec sufficit dici posse simpliciter tale aliquid futurum esse, quando tantum probabile sit ex conjecturali aliquo futurum esse. verumtamen hujus enuntiationis veritas constabit duntaxat congruentia enuntiationis cum judicio humano idque in genere probabilitatis atque verisimilitudinis: sic enuntiatio vero congruentia cum re ipsa enuntiatione significata; hoc sensu futurum erit, id est *probabile aut verisimile sit futurum esse*. Interea manifestum est, rem ipsam

indicatam, natura sua duntaxat possibilem esse, atq; tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionē indifferenter se habentem. Tunc autē probabile fit rē futuram esse quoties ejusmodi status rerū concipitur, secundū quem, ut plurimū contingit tales eventus (de quibus conjicitur) exoriri, idq; propter causas quidem, sed quæ nobis, ut plurimū sunt occultæ.

Veruntamen dum quæritur an hujusmodi propositiones, *Si Petrus in tali statu & occasione ponatur, hoc faciet*, censendæ sint categoricæ an hypotheticæ mirari satis non possum, cur dicat Suarez hujusmodi quæstionem modo Sophistico proponi. Quid enim? distinctione proposita omne genus propositionum adæquate complectente, si quæstio fiat de propositione aliqua singulari, ad quod demum distinctionis memoratæ membrum reducenda sit, num Sophisticè fieri dicenda erit? Imo plusquam probabile est, Suarium sophistam agere, nec patienter ferre, quod ad hanc quæstionē respondere cogatur, ad quam nisi sophisticè se gerat, responsionem aliquam accommodare nō poterit. Etenim in angustias manifeste compingitur, ex quib' expedire se tolerabiliter nō potest; *Respondetur* (inquit) *non esse in verbis immorandum* (videas quæso quàm illibenter huc accedat) *quando res satis comperta*, nempe mendicare cœpit, quod probare non potest, & nihil necesse esse fingit, ut alterum eligat præ altero: *ad sit evidenter constare prædictum sensum posse affirmativa locutione significari, sive tum quis vocet categoricam sive hypotheticam.* Prorsus hæret magnus ille Logodædalus, nec habet unde se expediat. Non quæritur quid fieri possit, sed quid sit, non ignoramus propositionem hypotheticam revocari posse ad categoricę formā. Sed de forma certæ propositionis quæstio instituitur, non utrum sit affirmativa an negativa, (nedum an res significata possit affirmativa locutione significari, quod tanquā Davus aliquis ingerit Suarez ad perturbandum omnia) sed utrum sit categorica an hypothetica. Certe ex hypothesi tantum affirmat, & proinde dicenda est hypothetica, sive hypothesis ponatur in re, sive non ponatur; neq; enim hujusmodi discrimen quicquam facit ad formam propositionis immutandam, sive sic sive secus, semper habet modum & formam hypotheticæ, hoc est conditionalis; neque enim nobis licet esse tam acutis ut propositionem hypotheticam à conditionali distinctam esse discernamus. Addit non esse ex illis conditionalibus quæ fundantur in formali illatione, atque hic expatiatur in hujus scilicet declaratione. At inquam ista omnia nihil ad rem; neque enim quærebatur inter conditionales propositiones cujus generis esset; sed duntaxat, utrum dicenda esset conditionalis an categorica. Nos tibi negotium minimè facessimus, ut probares propositiones has vestras esse consequentiæ formalis; plurimæ sunt hypotheticæ quæ non constant consequentia formali quod solummodo contingit quoties ex vi antecedentis sequitur consequens. Sed sive intrinsice, sive extrinsece & ob causam aliquam extrinsecā vera sit consequentia modò vera sit, salva res erit: At negamus hujusmodi consequentiam veram esse. *Si Petrus in tali statu & occasione ponatur hoc faciet*, & ideo veram non esse dicimus, quia non sit necessaria; non quia non sit formaliter necessaria, sed quia nec formaliter ex nexu aliquo naturali inter antecedens & consequens; nec materialiter ex causa aliqua extrinseca illa connectente. ulterius adverte Suarium formales consequentias in arctum compingere; dum perinde facit ac si non aliter fluerent, quàm ex vi antecedentis tanquam ex causa; Nam formalis consequentia perinde fit ab effectu ad causam, atque à causa ad effectum, videlicet quoties comperitur inter antecedens & consequens nexum esse naturalem. Rursus perperam distinguuntur illa ex vi hujus causæ, & ex determinatione hujus, nam propositio illa [ex] habet notionem causæ. Denique supponit Suarez ex determinatione certi status & occasionis Petrum hoc facturum. At nos hoc prorsus negamus; nam cum determinatio talis status & occasionis indifferenter se habeat natura sua, tam ad non futuritionem actionis Petrinæ designatæ, quàm ad futuritionem ejusdem; ex tali determinatione non magis sequitur Petrum hoc facturum, quàm Petrum hoc non facturum. Quod si ad alterum horum determinetur ex causa aliqua ut determinetur necesse est, cum natura sua indifferenter se habeat ad utrumque, nec fieri possit ut res natura sua mere possibilis in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ transeat sine causa. Ago autem de futuritione conjunctionis rei cum ea altera potius quàm cum altera. Addit hunc modum conditionalium quem ipse fingit, non esse incognitum Dialecticis. Ut qui & conditionales agnoscant, quas promissivas dicunt, & alias etiam quas probabiles appellant. dictat quidem illa Suarez, sed augurem suum minime repræsentat. Sed nec exponit de cujus generis promissivis loquatur, cum variæ sint. Nam vel sic procedere possunt: *Si promittitur, fiet*: hujusmodi autem promissiones ne ut plurimum quidem verę sunt, nisi qui promittit, sit & immutabilis ab intrinseco & ab extrinseco irresistibilis, quod soli Deo competit. Et quoties Deum promittentem agnoscant, hujusce propositiones sunt consequentiæ necessariæ; vel in hunc modum procedere possunt. *Si hoc feceris ego rependam*, quarum promissivarum & conditionalium veritas tota dependet, fide & potentia promittentis; quæ quidem in Deo summæ sunt, unde fit, ut tam veræ sint hujusmodi propositiones, quàm necessariæ; At in creaturis omnibus nec fides summa est nec potentia, & proinde hujusmodi propositiones non magis veræ sunt quàm necessariæ, & hoc tantum credimus, probabile est, nec fidem promissori defuturam, nec potentiam ad præstandum quod promiserat, nisi aliter Deo visum fuerit. Dico probabile, & tantum probabile, quia scilicet non adeo nobis explorata est fides & potentia alicujus ut pro certo præstandum habeamus quod ab homine promittitur. Agedum vero revocetur propositio prædicta ad categoricam; *Petrus in tali statu & occasione positus hoc faciet.* Nego illam propositionem quia seclusa Dei decreto, Petrus in tali statu & occasione tam indifferens est ad hoc non faciendum, quàm ad faciendum. Summa est, actio illa Petrina in tali statu & occasione est mere possibilis natura sua & indifferenter se habens, tam ad non futuritionem

quàm

quibus ad non futuritionem; nec fieri potest ut ex conditione rei necessario probabilis atque indifferentis transeat in conjunctionem rei futurae sine causa. Nec ulla hujus transitus causa cum ratione fingi potest praeter decretum Dei, quia scilicet transitus iste factus est ab aeterno; at extra Deum ipsum nihil erat ab aeterno, quod illum transitum causare potuisset.

Illatio pro impugnanda prima sententia.

Ex hoc principio manifeste infertur contra primam sententiam, has propositiones non esse intrinsece falsas aut impossibiles, quod satis probatum manet, destructo fundamento sententiae illius, quia hae propositiones non significant necessariam connexionem vel illationem: sed ex hoc solo possent habere intrinsecam falsitatem. Ergo sicut quod hoc posito sequatur illud, sane non est necessarium, ita nec est impossibile. Ergo propositio quae affirmat hoc posito illud esse futurum, cum non affirmet necessario futurum, sed tantum futurum, non habet unde sit impossibilis: quia sola illa propositio affirmans est impossibilis, quae aliquid impossibile affirmat. Deinde declarari hoc potest, nam quacunque ratione certo constat, Petrum, verbi gratia peccaturum tali die, si quis ex hac cognitione vel revelatione, sic proferat: si Petrus vixerit tali die peccabit, non proferret falsum ex forma et modo loquendi, ut per se constat; ergo hujusmodi locutionem illam, non esse ex terminis intrinsece falsam et impossibilem. Nam quae talis est, nunquam potest esse vera. Et hoc exemplum etiam confirmat per illum modum loquendi, non significari necessariam illationem, praeterea hoc etiam confirmat communis modus concipiendi omnium etiam virorum sapientum. Nam audita his propositionibus, non statim apprehendimus illas ut falsas vel ut impossibiles, sed ut ambiguas et incertas nobis: et idem plane de illis quaestiones tractamus, ut si durasset status innocentiae, an peccarent homines &c. Quin potius (quod maxime urget) Deus saepe in Scriptura haec affirmat, et revelat, ut jam ostendimus. Quod si dicas solum revelari, ut verisimile vel conjectum. Respondetur licet hoc daremus, (quod revera falsum est) posset intentioni sufficere: quia solum ad hoc necesse est ut non sint impossibiles aut intrinsece falsae: aliter nec verisimiles esse possent Deo ea significanti. nam licet respectu nostri aliquid quod ex se est impossibile et intrinsece falsum, esse possit probabile aut verisimile per media valde extrinseca, ut est auctoritas, vel aliquid simile respectu tamen Dei, qui res omnes cognoscit prout sunt, id quod ex se est impossibile, non potest apprehendi ut probabile aut verisimile: ergo quandocunque Deus revelat hujusmodi conditionales vel ut semper veras, vel saltem ut ut plurimum eisdem concluditur, illas non esse per se impossibiles.

Sed objicitur, quia hujusmodi propositiones ex vi et modo suae significationis sunt affirmativae, et de subjecto non supponente quod ex vi talis propositionis, nec est, nec fuit, nec erit; sed juxta regulas Dialecticae propositio affirmativa de subjecto non supponente vere est falsa: ergo. Respondetur imprimis [illegible] propositiones negativas sive de negativa [illegible]: ut si Petrus in tali occasione tentatus a Deo, non convertitur; in hac enim nihil affirmatur, sed potius negatur aliquid de tali subjecto: ergo, quamvis dicatur esse de subjecto non supponente, poterit esse vera, aut non falsa. Secundo et ad rem dicitur, illam regulam locum habere, ut vera sit, subjectum debere supponere juxta exigentiam copulae. Unde in propositionibus quae dicuntur abstrahere a tempore, non requiritur ut subjectum supponat pro re quae aliquando est, fuit, vel erit, sed solum sufficit esse possi- *[illegible], sive possibile: sic ergo in praesenti, quia hae propositiones non significant aliquid absolute futurum neque affirmant existentiam unius vel alterius extremi, sed solum conjunctionem unius cum alio, si alterum in esse ponatur; ideo non requirunt absolutam suppositionem pro re aliquando existente; sed solum conditionalem, prout per copulam significatur.*

Quam feliciter ille suo esse retinuit in sententiae adversariae fundamento destruendo, jam puto vidimus. Propositiones illas intrinsece falsas esse, jam saepius probavimus, quarum ex antecedente positio non magis sequitur consequens quam contradictoria consequentis. Petrus enim in tali statu & occasione indifferenter se habet tam ad non faciendum quod facturus esse dicitur, quam ad faciendum. Negamus tamen impossibile esse ut in tali statu & occasione positus faciat quod facturus esse dicitur. Imo procul dubio facturus est, modo accesserit decretum Dei de faciendo illud, quod facturus esse affirmatur. Verum impossibile est ut illa formali consequentia sit intrinsece bona, sic enim esset necessaria ab intrinseco, quod hic impossibile est, quia Petrus in tali statu & occasione constitutus semper manet agens liberum, non autem necessarium. Alioqui fateor possibile esse, imo necessario fieri posse, ut talis status Petri cum tali eventu sit conjunctus; unde etiam fieri potest ut talis conjunctio sit futura; verum cum natura sua sit indifferens, possibilis ista conjunctio ad futuritionem determinari non potest sine causa aliqua extrinseca. Cujus generis nulla prorsus occurrit extra Deum, quandoquidem quicquid futurum est sicut a Deo praecognitum ab aeterno tanquam futurum, ita etiam ab aeterno futurum erat. Ergo etiam ab aeterno fuit aliqua hujus futuritionis causa; at ab aeterno nihil erat extra Deum; ergo solus Deus causa hujus futuritionis assignari potest. Ad declarationem a Suario factam respondeo; primo si quis per revelationem acceperit Petrum tali die peccaturum, nequaquam in tam infallam ratiocinationem sese induet ut dicat: *si Petrus vixerit tali die peccabit*; sed potius pro compertissimo habebit Petrum & tali victurum esse, & tali die peccaturum. Sin acceperit revelationem de peccato Petri futuro non absolute sed ex hypothesi, nempe si usque ad diem illam vitam produxerit; hinc nequaquam sequitur propositionem illam non esse intrinsece falsam; sequitur fateor ob causam aliquam extrinsecam veram esse, quod nihil impedit, quo enim falsa sit considerata intrinsece tamen vera erit extrinseco respectu. Etenim manifestum fit statum Petri tali die indifferenter se habere tam ad conjunctionem cum carentia peccati quam ad conjunctionem cum peccato. Nempe si Deo constitutum fuerit tali die custodire Petrum a peccato, procul dubio non peccabit die illo, sin aliter Deo visum fuerit, procul dubio peccabit. Quare licet ex principio antecedente intrinseco, non magis sequitur Petrum peccaturum, quam non peccaturum, ex principio tamen aliquo extrinseco puta ex divinae voluntatis determinatione de Petro, vel custodiendo a peccato, vel non custodiendo, sequi potest Petrum vel non peccaturum potius quam peccaturum, vel peccaturum potius quam non peccaturum. Bonum exemplum (Suario alla-

tum consequentis illationem, & verum esse & necessariam, non ex sola vitæ Petri, ad diei illius terminum, prorogatione, sed ex decreto Dei de vita Petri prorogandâ, & de Petro à peccato minimè custodiendo. Si secludamus revelationem, & sistamus in sola antecedentis & consequentis comparatione, illatio prædicta sicut nunc est necessaria, ita nec vera. Certè propositiones hujusmodi de futuris apprehendunt viri sapientes ut incertas, adeò etiam non ut falsas, quatenus nô considerant ut illativas; sin considerent ut illativas, mox agnoscunt, quocunque peccato designato vitam Petri æquè idoneam esse, ut conjungatur cum immunitate à peccato illo, quàm cum peccato illo: quorum tamen alterum futurum sit prout Deus providerit, incertum est. Quod tamen soli Theologi Christiani qui de providentia Dei res omnes moderante, certiores sunt, de fide norunt, cæteri mysterium illud non intelligunt.

Et proinde Aristoteles professus est futura ista contingentia, nec definitè vera esse, nec definitè falsa, & proinde si quæreretur ab illis, *An peccarent homines si durarent statum innocentiæ;* Responderent juxta Aristotelem, cùm quæstio sit de futuro contingenti, nec determinatè verum esse quod peccarent, nec determinatè verum quod non peccarent, quia scilicet neutra pars contradictionis in futuris contingentibus sit definitè vera. Nos autem considerata Dei providentia responderemus, non peccaturos fuisse modò amplius adjuvaret eos Deus, quemadmodum adjuverat Angelos electos, sin minùs adjuvaret, quemadmodum non adjuvit Angelos reprobos, peccaturos fuisse, ut sic ad genuinam sententiæ Augustinianæ responsionem nostram accommodemus: Augustinus enim causam cur electi starent, cùm reprobi caderent, in amplius Dei adjutorium rejecit. Quanti sit quod hactenus ex Scripturis à te ostensum esse gloriaris, jam suo loco consideratione debita dignati sumus; nec omninò nos adigunt conatus vestri, ut dicamus revelationes divinas fieri tanquam rerum verisimilium ex conjectura.

August. de Corrept. & Grat. [illegible]

Objectionem subjectam deinde proponit Suarez, sibi factam, ideoque libenter ponimus, ut dum solutionem ejus aggreditur, sibi [illegible].

Suar.

Addendum præterea est contra secundam sententiam has propositiones non esse indeterminatas, & quasi suspensas quoad veritatem vel falsitatem, sed alterutram determinatè habere in se, & aliquando esse veras aliquas de falsitate conformitatem vel difformitatem ad id, quod significant; probatur, quia in primis quantum attinet ad modum significandi per se, ita enunciant rem, ut aliquo ut sufficere possit ad verum vel falsum significandum; Nam hæc affirmatio vel negatio non solùm per modum indicativi, sed etiam alio modo fieri potest ut Arist. sentit primo Perihermen. capite 4. Et patet ex communi modo loquendi. Quando enim quis dicit, Si venisses, hoc fecissem; aliquid sine dubio affirmat, in quo potest dicere verum vel falsum. Item oratio illa non relinquit animum suspensum, unde interdum negamus, admittimus aliquid quod sic asseritur. Deinde propositio illo modo significandi esse potest aliquando contradictio: in omni autem contradictione necesse est, unam partem esse veram & alteram falsam, ergo quantum est ex significandi modo, est illa sufficiens fundamentum ad veritatem vel falsitatem determinatam. Quod verò neque ex parte rei significatæ possit esse hæc suspensio vel indeterminata, probari potest omnibus rationibus, quibus id de absolutè futuris ostendimus, est quippe eadem ferè ratio, quia quædam etiam futura absoluta, quamvis contingentia sint, non in suis causis habent determinationem; & quia conditionalis hæc materia non differt ab absoluta, nisi conditione, quæ completa propositio redditur absoluta, ergo eam proportione sic est determinata veritas in conditionatis sicut in absolutis [illegible]. Explicatur deinde in hunc modum, quia si Petrus constitueretur in tali occasione, & cum tali tentatione vel peccaturus erat aut non peccaturus; Et ita illa conditionalis cum disjunctione in extremo, sive alia contradictione est vera, quia est necessaria: Non poterat autem Petrus utrumque efficere, ergo alterutrum erat effecturus, quod ipsum determinatum esse, quamvis nos lateat, quid illud sit. Ergo si nunc per illam propositionem id affirmatur, quod facturus erat, illa est nunc certò vera, Et contradictoria falsa. Vel è contrario si non esset facturus, affirmativa erat falsa, & negativa vera, ergo in re semper una pars est determinata, etsi nos lateat.

Nos dicimus propositiones illas esse indeterminatas, vel potiùs non tam propositiones quàm res propositionibus illis significatas tanquam determinatas, revera non esse determinatas magis ad illam partem ad quam determinatæ esse dicuntur, quàm ad alteram contradictionis. Suarez contra, determinatas esse profitetur, & quod profitetur, etiam probare molitur. Cujus probationis pars prima penitùs aliena est. Nemo quæstionem movet *an non affirmatio vel negatio alio modo fieri possit, quàm per modum indicativum.* Quod autem ait Suarez *in omni contradictione, necesse esse unam partem esse veram, alteram falsam,* hoc in futuris contingentibus ab Aristotele negatum esse, probè novit ipse Suarez, quod & mihi indubitatæ veritatis esse videtur, seclusâ divinæ voluntatis determinatione, cujus omninò notitiam non erat Aristoteles, quemadmodum nos de eadem ex sacris literis edocti sumus. Tandem ad rem accedit, & ex parte rei determinationem esse contendit. Non urgemus hic autem ait *probari posse omnibus rationibus quibus id de absolutè futuris jam ostenderat.* At rationes illas Suarezianas, seclusâ divinæ voluntatis determinatione nullius ponderis esse jam suo loco demonstratum dedi. Tandem aliquandò, licet probationem nullam repræsentet: explicationem tamen aggreditur hunc in modum: *Si Petrus constitueretur in tali occasione, & cum tali tentatione necessariò peccaturus erat, aut non peccaturus.* At inquam propositionem illam jam negavit Aristoteles, universim professus in futuris contingentibus, neutram partem contradictionis esse definitè veram, vel definitè falsam. Nos autem assentimur Aristoteli in hoc apice, seclusâ divinæ voluntatis consideratione. Considerata verò divina voluntate dicimus: *Si Petrus in tali occasione & cum tali tentatione constitueretur, eum maximè peccaturum esse,* modo Deus constitutum fuerit custodire Petrum, ne tentationi illi succumberet. Hoc autem posse Deum esse, jam olim fassus est Augustinus præstare nimirum *ut nullis adversantibus tradant homines aut alia tentatione superati ab ipso desciscant.* Nolente verò Deo Petrum custodire,

Resp.

De bono persev. cap. [illegible]

custodire,

stituere, dicimus Petrum procul dubio peccaturum esse. Atque ita universitas hactenus disserendi istius [illegible] prorsus evanescit. Expectamus [illegible] meliora.

Et confirmatur ac declaratur amplius. Nam si Deus (verbi gratia) postquam voluit Petrum creare, & in tali opportunitate constituere aut permittere, vidit illum peccaturum, jam de illo conditionalis est vera. Si Petrus creatur in tali occasione peccabit, & etiam si intelligeretur illa creata prius ratione quàm Deus vellet Petrum creare, etiam illa propositio esset vera determinatè, probatur consequentia, quia jam habuisset ex tunc conformitatem cum re significata. Hanc enim non facit, sed ostendit potius & manifestavit effectus subsecutus postquam Deus voluit Petrum creare: ergo eadem ratione omnis conditionalis similis intellecta vel cogitata in illo signo antequam Deus aliquid decernit, aut voluerit de illo antecedente sub conditione sumpto, est determinatè vera, aut determinatè falsa, quia statim ac Deus ponere vult in effectu illud antecedens, absolutè determinatum est quod ex illo sequendum sit, vel non sit: ergo illud ipsum etiam sub conditione prolatum, erat determinatè verum, aut determinatè falsum, juxta exigentiam objecti; Et confirmatur. Nam ut intelligamus se habere illam conditionalem secundum illam antecessionem ad effectum absolute futurum, sicut se habet ipsum futurum ut futurum ad seipsum ut praesens in suo tempore. Erat ergo hoc ipso quod res pro aliqua differentia temporis habet esse in aeternitate verè, ac determinatè, est futura pro tota aeternitate & ab aeterno: Ita etiam propositio conditionalis de tali re futura, si Deus velit causam ejus in re ponere, est absolute & determinate vera, etiam si intelligatur prius ratione proferri aut concipi, quàm Deus aliquid eorum determinate velit, quia revera ita futurum est, sicut per illam significatur.

Imò inquam ex praemissis nulla hujusmodi conditionalis rectè extruitur. Nam si & voluit Deus Petrum creare & in tali opportunitate constituere, & vidit illum peccaturum; hinc sequitur non conditionalis illa *Petrum peccaturum si in tali occasione creetur*; sed copulativa ista, *Petrum videlicet & creandum & in tali opportunitate constituendum, & peccaturum esse.* Sin fingatur hujusmodi decretum *Petrum voluisset peccaturum si in tali occasione constituatur,* cujus generis decreta Deo tribuenda esse, nondum didici; sin inquam fingatur tale decretum, vera erit ista hypothetica, Si Petrus creetur in tali occasione peccabit, & cùm infertur, ergo etiam si intelligeretur illa *oratio prolata prius ratione quàm Deus vellet Petrum creare, etiam illa propositio esset vera determinatè*, prorsus sufflaminanda est ista argumentatio tanquam insolentissima. Neque enim major est ratio cur propositio hypothetica de futuro contingente sit determinatè vera ante decretum Dei, quàm propositio categorica de futuro absolutè. Ne Suarium quidem illam consequentiam negaturum esse arbitror. Sed & si negaret eadem qua hic utitur argumentatione constringendus esset. Malo autem sententiam istam refutare in materia propositionis categoricae de futuro absolutè quàm in materia propositionis hypotheticae de futuro conditionatè, quia materia absoluta cùm minùs perplexa sit, facilior aditus sit ad veritatem inveniendam, quàm in materia magis intricata, qualis est propositionum hypotheticarum de futuris contingentibus conditionatè. At inquam ante decretum Dei nihil omnino est futurum absolutè; quod & Vasquez agnoscit, etiam Pennottus. Alias enim mundus diceretur futurus fuisse antequam Deus mundum condere decrevisset; Et sane etiam hoc verum esse confici potuisset argumentatione ista Suariana. Verùm sic probo, ante decretum Dei nullum contingens futurum fuisse. Omne enim contingens natura sua tantùm possibile est, & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem. Nec fieri potest ut ex natura rei merè possibilis & indifferentis, transeat in conditionem rei futurae sine causa. At ante decretum Dei nulla transitus illius causa, vel per imaginationem fingi potest. Idem argumentum etiam formaliter accomodari potest ad propositiones etiam hypotheticas de futuris contingentibus conditionatè; Exempli gratia, *Petri peccatum in tali occasione*, est res merè possibilis & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem. Nec ex natura rei merè possibilis potest transire in conditionem rei futurae sine causa. At ante decretum Dei ne per imaginationem quidem fingi potest tantae transmigrationis causa. Sed argumentum *Suarianum* examini subjicimus. Inprimis fingit propositionem factam de futuro conditionato ante decretum Dei, hoc est ante aeternitatem. Nam omne Dei decretum est aeternum. Hoc praecipitium ut devitet, fingit hujusmodi propositionem formari non prioritate temporis ante decretum Dei, sed prioritate rationis. Nec advertit quàm splendidè cruftet ea quae contradictoria sunt. Neque enim fieri potest haec fictio de prioritate rationis: Nam ea dicuntur priora ratione, à quorum ratione pendet ratio aliorum. At ratio decreti divini nequaquam pendet à ratione hujusmodi propositionis hypotheticae, sed potius ratio hujusmodi propositionis hypotheticae pendet à ratione decreti divini; quod manifestum fit de propositionibus categoricis de futuris absolutè: Neque enim quia futura sunt, ideo à Deo decreta sunt, sed potiùs quia à Deo decreta sunt, ideò futura sunt. Eadem autem prorsus est ratio hac ex parte propositionum hypotheticarum de futuris conditionatè, atque categoricarum de futuris absolutè, quod & eadem argumentatione confici potest. Et quid demum praestari non potest, si modo tam notabili licentia prius ratione fingatur esse illud, quod est posterius. Sed & impossibile est ut Deus ipse concipiat rem aliquam contingentem tanquam futuram ante decretum Dei, quia ante decretum Dei impossibile est, ut res possibilis transiret in conditionem rei futurae. Rursus nego rationem illam, *Si Petrus creatur in tali occasione, peccabit*, ante decretum creandi Petrum, prolatam esse veram determinatè. Et cùm ita esse probat Suarez, quia haberet conformitatem cum re significata; nego prorsus habere ullam conformitatem; quia scilicet pronuntiat aliquid futurum esse, quod nondum futurum est, nempe ante decretum Dei, sed duntaxat possibile, atque indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem. Sed habitura conformi-

conformitatem cum re significata probat Suarez; quia (inquit) *Petrus non fuit, sed ostendit effectum subsecutum, postquam Deus voluit Petrum creare.* At nego effectum subsecutum manifestare ullam orationis prædictæ conformitatem cum re significata, quod & hunc in modum doceo. Effectus subsecutus tantum ostendit semetipsum futurum fuisse ex decreto Dei, nequaquam vero ostendit futurum fuisse ante decretū Dei quemadmodum creatio mundi manifestat creationem illam futurum fuisse, ex quo mundum condere decrevit Deus, sed non manifestat creationē futuram fuisse ante decretum Dei de creatione mundi. Et perquam absurdum est orationem aliquam concipi posse ut veram, antequam concipiatur causa rei ipsius propter cujus conditionem ipsa oratio vera esse dicitur. Sed videas intolerabilem dissertoris istius audaciam, dicam? an amentiam? Primum orationem aliquam determinatè veram præmittit decreto Dei; postea veritatem & determinationem ejus aliunde accessere non potest, quam ex decreto Dei. Falsum est Deo volente potuisse antecedens in esse absolute, determinatum esse, quod ex illo sequendum sit; neque enim ex vi antecedentis determinatum est, agnoscente hoc ipso Suario, neque ex vi decreti divini, neque enim hujus necessitatem agnoscit Suarez, nec præter decretum Dei aliquid occurrit, ex quo res merè possibilis, & indifferenter se habens (tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem) determinetur præcise ad futuritionem potius quam ad non futuritionem. Rursus agnosco eandem *esse proportionem inter illam conditionalem secundum illam antecedentem ad effectum absolute futurum, sicut se habet ipsum futurum ad seipsum ut præsens in tempore,* quare *sicut hoc ipso quod res pro aliqua differentia temporis habet esse in æternitate, verè ac determinatè est futura pro tota æternitate & ab æternitate quæ quidem Dei voluntate est futurum absolute; illud ante decretum Dei erat conditionatè futurum*, ex hypothesi scilicet decreti divini, quo sit absolutè futurum. Sed nego peccatum Petri fuisse absolutè futurum ex decreto Dei de creando Petro, eoque in tali occasione constituendo, & proinde non sequitur ante decretum istud Dei fuisse conditionatè futurum. Sed ex adverso, sicut quod pro nulla differentia temporis existit in æternitate, non omnino erit futurum pro tota æternitate; ita quod ex decreto divino non sit absolutè futurum, illud certè nec ante decretum Dei fuit conditionatè futurum, ex hypothesi videlicet decreti Dei. Peccatum autem Petri & in tali occasione positi, jam sæpiuscule probavi non esse absolutè futurum, ex eo quod natura sua sit merè possibile & indifferenter se habens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, nec ulla fingi potest causa cur ex conditione rei merè possibilis, & indifferenter se habentis, transire potuerit in conditionem rei absolutè futuræ, nulla inquam hujus rei causa fingi potest præter decretum Dei, quod tamen hujus rei causam agnoscere, minimè facit ad palatum Suarii.

Suarez. *Quod si ex effectu verum, quæ aliquando futura sunt, hoc rectè intelligatur; patet ratione etiam in quæ de facto non sunt futura cum suppositione similem veritatem conditionalem fuisse, etiam si ratione non quidem sit patenda. Nam est eadem omnium ratio, & quantum est ex se, eodem modo se habent in illo signo rationis, in quo apprehenduntur ante voluntatis Dei determinationem ad hoc vel illud efficiendum. Tandem adjungi possent generales rationes; quia fieri non potest, quod ex duabus contradictoriis altera sit vera & altera falsa. Item quod in omni disjunctione una pars saltem debet esse vera; Ista autem disjunctiva,* Petrus in tali occasione si constitueretur, peccaret, vel non peccaret, *est simpliciter vera. Item quia nulla est ratio ad hoc negandum, quia, quod non liceat, in quibus* [illegible] *partium sit vera aut falsa determinata, nullum argumentum est, quod in re non sit determinata; neque enim requiritur existentia rei significatæ, vel præsens vel absolute futura in aliqua differentia temporis, quia non hac ratione sumitur in prædicto modo enuntiandi, sed tantum est existentia conditionatè sumpta, seu correspondens re vera esset talis vel talis effectus, si ad re poneretur talis existentia, quod quidem objectum & veritas ejus, quamvis nihil reale sit actu existens; hoc tamen non obstat quo minus esse possit aliquid objective existens in divino intellectu, quod satis est ad veritatem* [illegible] *verificandam, ut Arist. docuit 5. Metaph. capite 7. & lib. 9. capite ult. & videri etiam potest apud divum Thom. opuscul. 52. capite 1. & opusc. 42. capite 5. & patebit amplius ex dicendis de scientia Dei circa hæc futura.*

Atque ex his tandem concluditur in his veritatibus conditionalibus, de rebus contingentibus esse sufficiens fundamentum, quatenus in ipsis est cognoscibile, ut sciri possint, si ex parte cognoscentis sit sufficiens lux & facultas comprehendendi. Atque ita sit ut hæc objecta ex se sint scibilia, cum eorum veritas ex se sit scibilis; Quod amplius infra cap. 7. declarabitur ac confirmabitur.

Agnosco eandem esse omnium rationem, *& quantum est ex se, eodem modo se habere in illo signo rationis, in quo apprehenduntur ante voluntatis Dei determinationem ad hoc vel illud efficiendum.* Ita enim ante decretum Dei nihil sit absolute futurum, ita etiam in contingentibus ante decretum Dei nihil est conditionatè futurum, nisi ex hypothesi decreti divini de futuritione ejus. Ad generales autem rationes quod attinet; dico duas propositiones in utramque incidere, & utramque constare veras [illegible]. Jam negavit Aristoteles in futuris contingentibus ullam partem contradictionis verum esse determinatè, & non respondet nulla ratione, sed in ista fiducia fretum in adversum contendere? ut mittam, manifesta demonstratione sententiam hanc meam convinci posse falsitatis, & in adversam probari posse, secluso divinæ voluntatis determinatione, neutram partem futuram esse definitè. Ratio autem quæ nobis opponitur est, non est illa mea infusa ratio quam soleo subjicere, sed hæc est: utraque pars contradictionis de futuris contingentibus est natura sua duntaxat possibilis & indifferenter se habens, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem. At ex conditione rei merè possibilis transire non potest in conditionem rei futuræ sine causa. Hujus autem transitus causam nullam fingunt Jesuitæ, sed nec ulla fingi potest extra Deum, cum transitus iste factus fuerit ab æterno; & proinde causa hujus transitus ut ab æterno fuerit, necesse est; neque enim quod non fuit ab æterno, potest esse causa alterius quod fuit

ab

ab æterno. Sed nec in Deo quicquam hujus rei causa fingi potest præter determinationem voluntatis divinæ; Neque enim scientia Dei est hujus transitus causa, nec essentia Dei; superest igitur ut voluntas Dei sit hujus transmigrationis causa.

Quare nullum hactenus sufficiens fundamentum jecit Suarius ad propositionum conditionalium, quas commenti sunt, cognoscibilitatem superstruendam.

CAPUT SEXTUM.

Solvuntur objectiones contra prædictam sententiam.

Quæ ab autoritate Scripturæ vel Patrum aut Scholasticorum contra prædictam sententiam objici possent, quod facilia essent, in superioribus sunt obiter expedita. Ratio etiam potissima quæ ex indeterminatione objecti confici solet, in proximo superiore capite ex professo dissoluta est, & revera vix habet majorem difficultatem, quam sit scientia absoluta de determinata veritate futurorum contingentium. proponam nihilominus rationes quæ difficiliores existimantur, ut magis veritas confirmetur.

Prima fit interrogando cur potius Deus cognoscat voluntatem, verbi gratia, Petri in tali occasione hoc facturum fuisse, quam oppositum? Non est enim major ratio hujus quam illius; ergo neutrum cognosci potest, quia certum est utrumque cognosci non posse.

Ad primum respondetur; Si in ea quæratur ratio ex parte Dei, cur cognoscat ex duabus contradictoriis unum esse futurum potius quam aliud: Respondetur ex parte Dei non esse quærendam rationem, quia ejus virtus seu lumen de se indifferens est ad judicandum & sciendum quicquid in re sit futurum, sive hoc sit sive illud: indifferentia (inquam) eminenti seu virtuali, & ad omnia sufficienter juxta exigentiam objectorum. Si verò ex parte objecti quæratur ratio ob quam hoc potius, quam illud sit scibile, hæc non est alia, nisi quia in re hoc potius futurum est quam illud. Quod si ulterius hujus ratio inquiratur, cur scilicet hoc potius quam illud futurum dicatur, cum causa sit æquè indifferens. Respondetur. Imò quia est indifferens pro libertate sua esse ad alterutram partem in ea occasione determinandam, & hæc pars una & determinata futura est, quam ipsa velit seu volitura sit. sola ergo libertas & usus ejus est ratio talis futuritionis ex parte objecti. Quod si tandem urgeatur & inquiratur unde constare possit, quæ sit illa pars, ad quam esset talis voluntas determinanda: Respondetur hoc jam esse inquirere modum seu medium illius scientiæ, de quo in sequenti capite dicendum est. Nunc ergo breviter dico, nobis non constare, Deo autem per se notum esse suo infinito lumine, quo intuetur omnes rerum complexiones, & compositiones possibiles, simul intuetur quæ sint vel essent futura, & quæ non. Denique, quod tam in hoc, quam in cæteris argumentis notandum est, omnes ferè hæ interrogationes fieri possunt de futuris contingentibus absolutis priusquam in re existant, & ideo dixi ferè nullam majorem difficultatem esse in his de quibus agitur, quam in illis.

Certè quicquid cognoscibile est in quocunque genere cognoscibile sit, à Deo cognosci dubium non est. Hæc autem tota difficultas, quomodo res natura sua duntaxat possibilis fiat cognoscibilis in genere futuri; sin dicas ideò cognoscibile fieri, quia futurum est: adhuc quæritur, quomodo res merè possibilis natura sua, & indifferenter se habens, tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, fiat futura, hoc est ex conditione rei possibilis adolescat in conditionem rei futuræ. Nec in hoc posita est difficultas, quòd causa sit æquè indifferens, quemadmodum fingit Suarez, ut sic commodiori solutioni viam expediat, in qua tamen conatus ejus prorsus irritus est, ut mox ostendam. Non placet hæc retexere difficultatis more. Nam si de causa prima procedas, licet ea sit indifferens, tamen ab æterno potuit se determinare ad partem alterutram; unde oritur ratio futuri sive transitus rei merè possibilis in conditionem rei futuræ; nam ex possibilibus quotquot à Deo volita sunt, ea demum etiam futura sunt. Sin de causa secunda, penes eam non est, ut res ab æterno futura fuerit, cum ipsa causa secunda sicut non nisi in tempore producitur, ita non nisi temporaneam actionem obtinet, penes eam quidem est (quando existit) si modò indifferens est active, ad quam partem contradictionis libuerit semel ipsam determinare; sed penes eam non est præstare ut res aliqua ex conditione possibilis migret in conditionem rei futuræ, idque ab æterno. Certè si actio causæ indifferentis, non prius esset futura quàm causa ageret, penes eam esset præstare, ut vel futura esset vel non futura. Sed jam ab æterno futurum erat, quicquid in tempore fit: quare non causa, cujus quidem futuritionis causa non potuit esse causa aliqua secunda. Sed videamus quis sit exitus responsionis Suarianæ. *Ea pars* (inquit) *determinatè futura est quam ipsa volitura est.* Certè ea pars determinata erit ad existentiam, quam voluntas est causa indifferens, verùm in illiusmodi responsione extra oleas vagatur Suarez. Neque enim quæritur de determinatione ad existentiam, quæ fit in tempore, sed de determinatione ad futuritionem, quæ facta est ab æterno. Rursus de creatura volitione

tione quæsitum est; quomodo scilicet ex conditione rei merè possibilis & indifferentis tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, transferatur in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ; respondet Suarez, quia creatura volitura est. a At inquam, hoc perinde est ac si diceret, ideò futura est, quia futura est; ideò transiit ex conditione rei merè possibilis in conditionem rei futuræ, quia transiit. Nam creaturam volituram hoc esse, non aliud est quàm hanc volitionem creaturæ futuram esse. Nec sanè fieri potest ut aliter exeat horum responsio, licet ut [illegible] adeò patentem declinent, in variarum phraseologiarum dumeta se conjiciunt, ne scilicet nugationem tàm manifestam committere videantur. In sequentibus avocare lectorem studet à proprio statu difficultatis, cui solvendæ non est Suarez; sed non patimur nos strophis suis avocari. Non quærimus unde constare possit, quæ sit illa pars ad quam voluntas esset determinanda. Non omninò dubitamus quin Deus cognoscat, quicquid cognoscibile est, in quocumque genere cognoscibile sit. Sed nondum expedivit Suarez, quomodo res indifferenter se habens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem determinetur, idque ab æterno ad futuritionem potius, quàm ad non futuritionem. Hoc Suario præstandum incumbit. *Ecce Rhodus, ecce saltus.* Hujus autem determinationis nullam causam tolerabilem commentus est Jesuita; quærimus enim de certa volitione creaturæ; unde ex re possibili fiat futura; dicis quia creatura eam productura: hoc nihil aliud est, quàm si diceres, quia hujus volitionis productio à creatura futura est. At, inquam, adhuc quæro unde hujus volitionis productio à creatura, cùm sit natura sua merè possibilis, transierit idque ab æterno in conditionem rei futuræ. Hic ad incitas redigatis necesse est. Nec fieri potest ut vel tolerabiliter te expedias.

Suarez. *Secunda ratio sit, quia si Deus hujusmodi conditionales nosset, etiam cognosceret omnes, quæ à nostro intellectu fingi aut excogitari possunt, ergo cognosceret etiam omninò disparatas, in quibus nulla est neque connexio, neque causalitas inter extrema, ut* si Petrus ambularet, involasset Leo. *Item cognosceret has conditionales etiamsi in communi proferrentur abstrahendo à singularibus personis & circumstantiis, ut* si homo crearetur, erit albus, *& similes, consequens est falsum: ergo. Sequela patet, quia ad omnes hæ propositiones possunt applicari rationes factæ: In his enim possunt contradictoriæ formari, ergo altera tantum erit vera determinatè, ergo cognoscibilis, ergo cognita à Deo. Consequens autem videtur per se manifestè falsum, quia in propositionibus omninò disparatis non apparet quomodo possit cognosci veritas.*

Ad secundum aliqui absolutè negant Deum cognoscere hujusmodi complexiones conditionatas, in quibus antecedens nullo modo conducit ad esse consequentis, neque ex necessitate, neque ex aliqua causalitate, quia tunc esse unius nullo modo refert ad esse alterius. Quod autem affirmatur sub conditione, saltem debet habere cum illa talem connexionem ut illa posita ipsum ponat, quia connexio esse non potest inter ea, quæ omninò disparata sunt. Et eadem ratione idem videtur dicendum de his conditionatis, sumptis sub terminis communibus: quia cùm causalitas non sit nisi in particulari, & cum determinatis conditionibus, dum ad has descenditur, non potest cognosci determinatè sitne causa libera. Mihi tamen dicendum videtur quoad hanc posteriorem partem verum esse, hujusmodi conditionales distinctas non cognosci à Deo, nisi quatenus in suis singularibus, & ratione illorum veritatem habent, tum quia ut Aristoteles alias dixit, hujusmodi prædicata contingentia non conveniunt speciei nisi quatenus conveniunt alicui individuo, tum etiam quia Deus nihil confusè intuetur, sed distinctissimè, & intuitivè prout est, aut futurum est, aut esset in re, hoc autem modo nihil horum videtur, nisi prout in singulari existit; visis autem omnibus singularibus etiam in illis videt Deus naturas communes, & quicquid nos possumus de illis absceptis in confuso verè prædicare. Atque hoc modo quomodocumque ratione has conditionales à nobis concipiantur, non subterfugiunt scientiam Dei. Modo quoad ad priorem partem attinet, si in illa connexione rerum inter se, ut ita loquar, disparatarum, imperatur dominatio unius ab alia, alterum est propositiones esse falsas, & non esse scibiles; Et hoc solum probant rationes factæ: si autem importetur sola concomitantia seu coexistentia illarum duarum rerum in ordine ad eandem durationem, hoc modo ex eis potest in esse veritas, nihilque hoc sensu est inconveniens, etiam conditionaliter de quo Deus non sciat, an verum vel falsum sit: Sicut in futuris absolutis verum est dicere, Tali die, quando Petrus peccabit, Ioannes pœnitentiam aget, quia solum significatur coexistentia duarum illarum futurarum. Si ergo illud ipsum prius ratione conditionaliter significetur, etiam erit verum. Nam solum sit hic sensus: si Petrus & Ioannes tali die existant, alter peccabit alter pœnitentiam aget, & sic de reliquis. Nec in hoc invenio ullam rationem dubitandi, quæ ad rem spectat. An verò locutio sub conditione possit in propria significatione illum sensum reddere, ad modum loquendi spectat, & melius quidem significatur illa concomitantia per adverbium temporale, quando hoc fuerit, quàm per notam conditionalem: aliquando tamen hoc est in usu, ut, 4. Reg. 13 dixit Eliseus Regi Syriæ. Si percussisses quinquies aut sexies sive septies percussisses Syriam usque ad consummationem: ubi non est connexio causalis, ut per se patet, sed est concomitantia ex voluntate Dei prophetæ revelata.

De cognitione conditionalium de subjecto in communi procedentium idem dicendum est atque de cognitione conditionalium de subjecto singulari formatarum. Et rectè Suarez contendit, non cognosci hujusmodi conditionalia de subjecto in communi nisi ratione singularium. Non nihil tamen discriminis occurrit. Si conditionales illæ cognoscuntur, procedentes de subjecto in communi, hinc sequitur perinde futurum esse de quocunque singulari sub illo communi comprehenso; nempe non modo Adamus si crearetur, & in tali statu constitueretur, peccaret, sed & quilibet hominum si crearetur, & in eodem statu constitueretur, quo constitutus est Adamus, consimilem in modum peccaturus esset. Quod si verum sit de omnibus hominibus, quid ni verum fuerit etiam de omnibus Angelis? At hoc minus probabile videtur. Nam & creati Angeli, & eodem in statu (quantum liquere possit) omnes constituti, peccaverunt alii, steterunt alii. Nec differentem hunc eventum in aliam causam referendum censuit Augustinus, quàm quod aut differenter creati essent, aut saltem amplius adjuti sint illi, qui in integritate sua permanserunt, quàm qui collapsi sunt. Ad conditionales quod attinet de rebus disparatis conceptas;

tia; nihil dubito, quin sicut dari possit eorundem cum conventantia ex voluntate Dei, ita etiam dari possit conditionalis eorundem connexio ex voluntate Dei, nempe in hunc modum; *Si Tauri ambulaverit Leo in ipsum involabit*, modo Deus hoc decrevisset, & *Si Israël fuisset iterum percussisset, sicut super esset Regem Syriæ* modo Deus sic constitutum fuerit, nec nisi Deo sic constituente non obtinebunt conditionales illæ, in quacunque materia futurorum contingentium. Ratio est, quia cum eventus ex certa conditione decreta designatus sit indifferens tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem; ex illa indifferentia transire non potest in statum ad futuritionem determinatum citra causam aliquam. Et cum transitus ille factus sit ab æterno, nulla hujus rei causa contingi potest extra Deum.

Suarez. *Dicit sequitur ex prædicta scientia, habere Deum de aliquibus effectibus creatis scientiam aliquam contingentem, & independentem à voluntate divina quod videtur valde absurdum. Sequela declaratur, quia si Deus scit, Petrum in tali occasione positum peccaturum, quamvis possit Deus tollere, vel nolle permittere Petrum constitui in tali occasione; tamen quod in tali occasione positus non peccet, non potest Deus ipse impedire, quia supponitur præscivisse ita futurum fore, quæ suppositione facta non potest illi repugnare.*

Ad rationem respondetur, primò concedendo sequelam, quia illa est necessitas conditionata tantum, & ex suppositione futuræ determinationis causæ liberæ, & nullo modo est necessitas absoluta. Neque hoc est ulla imperfectio, sed potius pertinet ad perfectionem Dei unumquodque cognoscere qualis est. Itemque argumentum fieri potest in futuro absoluto. Nam si Deus voluit Adamum creare cum tali dispositione, & relinquere illum suæ libertati, statim prævidit illum peccaturum, & quoad hoc non habet illa scientia aliam dependentiam à voluntate Dei, sed necessariò sequuta est, supposita priori voluntate, & futura determinatione voluntatis Adæ: quod ergo hic secundum realem existentiam contingit, invenitur in futuro conditionato secundum existentiam apprehensam, seu cognitam, & sub tali conditione positam. Addo præterea simpliciter totum hunc effectum pendere à voluntate Dei, ut absolutè sit, vel non sit, & consequenter etiam in illis conditionatis debere in antecedente includi voluntatem divinam, scilicet si ipse velit talem effectum, vel saltem velit illum permittere, & ad illum concurrere; & hoc modo etiam illa scientia habet habitudinem ad voluntatem divinam sub prædicta conditione.

Respons. Prior responsio Suariana est admodum absona auribus Christianis, ut nimirum scientiam aliquam rerum futurarum Deus habere censeatur independentem à voluntate ejus, & scientiam eventuum futurorum, quos ne Deus quidem ipse potuerit impedire. Sed sententiæ suæ rigorem dum temperat, causam suam deserit, & in castra adversariorum se dat; nempe cum dicit in antecedentibus illis includi voluntatem divinam, scilicet *si ipse velit talem effectum, vel saltem velit illum permittere, & ad illum concurrere.* At juxta hunc sensum facilè concedimus conditionales illas omnes obtinere, quas fingunt Jesuitæ. Accedente enim voluntate Dei sive de efficiendo quod bonum est, sive permittendo quod malum est, abunde sufficere rerum naturæ suâ verè possibilium atque indifferentium ad futuritionem determinationi. Sed placet illa quæ dicit Suarez singillatim examinare: dicit nullam esse imperfectionem non posse Deum impedire eventus rerum contingentium futurorum. Nam vel positis conditionibus memoratis, eventus quos prævidit fingunt indifferenter se habent tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem. Hoc autem admirabile dictu videtur, non posse Deum eventus contingentes impedire, cum impedire possit eventus rerum vel maximè necessarios. Admirandam itaque necessitatem inveheunt isti, quantam vix Stoici unquam excogitarunt, quæ Jovem ipsum constringerent. Huc redit doctrina Jesuitarum de altera parte contradictionis etiam in futuris contingentibus determinatè vera, seclusâ divinæ voluntatis determinatione. Ergo inquam hujus contradictionis, *Mundus vel erit, vel non*, pars altera vera fuit determinatè idque ab æterno, seclusâ voluntate Dei, ergo necesse fuit, ut mundus fieret; pari ratione necesse fuit ut omnia evenirent eo modo quo evenerunt, nec fieri potuit ut consilio Dei aliter ordinarentur omnia, quàm ordinata sunt, & proinde necessitati illi Stoicissimæ subjecta est universa voluntas Dei. Prævidit fateor Deus Adamum taliter dispositum & libertati suæ relictum peccaturum, sed & potuit Deus prævidisse Adamum etiam taliter dispositum & libertati suæ relictum non peccaturum, potuit inquam prævidisse non peccaturum si volebat, nempe si visum fuisset Adamum à peccato immunem custodire, quod sine dubio potuit, amplius adjutorium concedendo ipsi, quemadmodum concessit Angelis electis, ne in cælum ruerent. Verum cum ait Suarez, *scientiam Dei qua sciebat Adamum peccaturum, necessariò sequutam esse supposita priori voluntate, & futura determinatione voluntatis Adæ*, perinde ac si diceret, necesse fuisse ut Deus sciret Adamum peccaturum supposito quod sciret futuram determinationem voluntatis Adæ ad peccandum. Neque enim aliqua alia determinatio voluntatis Adæ (puta ad resistendum peccato) militabat congruenter satis scientiæ divinæ de peccato futuro Adæ, & quamvis futura esset voluntatis Adæ ad peccandum determinatio; si tamen hoc Deo ignotum fuisset, nihil omnino determinatio illa promovere potuit Deum ad scientiam peccati futuri Adami. Ergo perinde est ac si totidem verbis dixisset, supposito quod Deus sciebat Adamum peccaturum, necesse fuit ut sciret Adamum peccaturum. Sed concedendæ sunt illæ ineptiæ Jesuitis nostris. Nam in istam talis ταυτολογίας necessitatem conjecit Suarium sententiæ propositæ tenor. Nam postquam dixerat scientiam Dei de peccato Adæ necessariò secutam esse *supposita priori voluntate*, (de creando scilicet Adamum taliter dispositum & libertati suæ relinquendo,) atque hic substitisset; manifestæ falsitatis convincendus fuisset. Itaque pertexit animose & falsitatem istam manifesta negatione, & majori absurditate commutavit, absurditate inquam majori, nimirum dum scientiam Dei de peccato Adæ futuro, sequi fingit scientiam Dei de peccato Adæ futuro; quasi vero fieri possit, ut idem eodem ut prius esset, & posterius. Certè modò Deus vellet Ada-

mum à peccato custodire, procul dubio minimè peccavisset, nihil obstante tali dispositione & occasione, & libertate arbitrii, in qua constitutus est; quia si vellet eum non custodire à peccato, sed peccare permittere, procul dubio peccasset in quacunque dispositione aut occasione constitutus fuisset.

Quaeri[t] ex alio capite, non minori difficultati obnoxium; quia non videtur haec scientia posse deservire ad explicandam rationem divinae providentiae etiam in operibus gratiae, & libertatis creatae. Nam ad hoc necessarium est, ut praecedat haec scientia prius secundum rationem, quàm sit libera determinatio voluntatis divinae circa res ad extra agendas: Consequens autem non est verum, tum quia haec scientia, si est in Deo, non est mere necessaria sed contingens sive libera, ergo supponit ex parte obiecti liberam determinationem, saltem ut futuram aliquo modo, ergo multò magis supponit in ipsamet voluntate Dei liberam determinationem non solum ut futuram, sed etiam ut praesentem & aeternam. Patet haec ultima consequentia, quia tam necessaria est voluntas divina actu existens sub omni conditione sua actualis existentiae, sicut est voluntas creata in esse possibili sub quacumque conditione, vel etiam ut possibilis, unde in quocumque signo rationis intelligatur cognita à Deo voluntas creata ut possibilis in [illegible] vel illa existeret, intelligitur voluntas increata ut existens ita disposita ad volendum, ergo sicut ante illam scientiam voluntatis creatae supponitur ut futurum, quid facturi illa voluntas in tali occasione, ita & in voluntate increata supponitur quid faciat, & quid velit, quia jam tota illa causa non ponitur sub conditione, sed ut existens.

Quinto quia saltem sequitur praescire Deum de sua voluntate quid sit volitura prius ratione quàm intelligatur voluntatem ipsam jam determinatam ad volendum de praesenti quod habet multa incommoda. Primò enim videtur hoc repugnare libertati Dei: quia non potuit Deus voluntate sua scientiam suam effugere, & semper illa scientia est dispositio antecedens ipsius voluntatis; & ideò determinans libertatem ejus. Unde etiam sequitur omnia futura prius esse determinata in scientia Dei, quàm in ipsius voluntate. At denique sequitur, unde etiam signa non conferant futura conditionata, sed etiam absoluta contingentia fieri.

Ad quartum respondetur, hanc scientiam antecedere in Deo secundum rationem ad determinationem liberam divinae voluntatis ut actu jam positam in aeternitate; quod quidem si ita non esset, non posset illa scientia esse media ad dispositionem liberam Dei circa res creatas, ut rectè argumentum probat, quamvis licet in ea non esset talis utilitas, non propterea esset neganda, quia per se & ratione scientiae necessaria est, sicut scientia futurorum absolutè in aliquo temporis differentia, licet prout est simplex intuitio non habeat causalitatem, nihilominus ex Dei perfectione necessaria est. Contra hanc autem assertionem rationem aliud probat illa objectio, sed ad summum concludit in eo signo rationis in quo Deus praescit de omnibus voluntatibus creatis futuris sive possibilibus, quid facturae essent sub quacunque conditione, cognoscere etiam de sua voluntate, quicquid volitura est liberè vel absolutè in aeternitate, si talis determinatio libera tantum supponit ea, quae intrinsecè ac necessariò conveniunt ipsi Deo, vel certe sub conditione, si supponit aliquid aliud liberè futurum in creatura: utrumque autem horum verum est. Nec inde sequitur quod libertas divinae voluntatis destruatur ut ostensum est [illegible] disputabitur, ubi omnia quae in hac responsione tacta sunt exponentur latius & ubi haec eadem etiam de quinta objectione judicanda.

Operae pretium est advertere, in more illo confringendi quomodo se gerat Suarez: Argumentum urgebat, ex ista scientia quam propugnant Jesuitae, libertatem divinae voluntatis plurimum comprimi; summa responsionis Suarezii pauca absolvuntur, negando scilicet libertatem divinae voluntatis destrui, hoc est, negando conclusionem: ad argumentum verò nihil omnino respondendo, sive non ea argumentationi invidenda esset, sive insueta. Ne verò hic subsistendo videretur, aulam operis propugnatricem, ex qua te deferens, promittit leviter, capite nimirum 8. hac de re disputaturum ubi (inquit) *omnia quae in hac responsione tacta sunt, exponentur latius.* Et licet hunc in modum non tam praestat, quàm compendiosè responsionem suam; tamen quae dixerat nunc sufficere, idque in solutionem non solum rationis quartae, sed & quintae, de qua nihil prorsus habet, ne γρῦ quidem. Subjungamus tamen etiam ea examinatione nostra, quae Suarez excidebant, dum responsionem suam uberiùs apparat quàm in alium locum differt. Fatetur, *hanc scientiam* (quam mediam dicunt sive futurorum conditionatè sive futurorum absolutè) *antecedere in Deo secundum rationem ad determinationem liberam divinae voluntatis.* Hem admirabilem sententiam, ne dicam prodigiosam; Ipsam mundi creationem supponi à Deo praesciri velit antequam creationem decreverit; unde sequitur necesse fuisse ut Deus hunc mundum creaturum esse decerneret; & consequenter fieri non potuisse ut hunc non decerneret. Unde sit ut non solum necesse fuerit mundum fieri ex suppositione liberi Dei decreti de mundo producendo, sed & necesse fuisse decretum hujusmodi fieri, ex suppositione nimirum praescientiae ejus, quam praescivit, si Suarezio credimus, mundum ipsum futurum esse antequam hoc decrevisset Deus. Ergo non modò ante decretum sciverat Deus quid possibile esset fieri, sed & quid futurum esset, ut scientia simplicis intelligentiae & scientia visionis in Deo frustra distinguantur, quasi illa praecedit decretum Dei, illa sequatur, cum utraque si Suarezio fides habenda est, antegrediatur decretum Dei. Ne [illegible] *de divina voluntate, omnium prorsus vel ante posita vel ut futura,* licet postremum hoc membrum dissimulare confusè judicet, verùm postea liberè profitetur, *Deum cognoscere de sua voluntate quicquid volitura est liberè, sive absolutè sive conditionatè.* Ecce subtilitatem Jesuiticam. *Hanc scientiam antecedit in Deo secundum rationem ad determinationem liberam divinae voluntatis ut actu positam non tantum ut futuram.* Unde fit, ut quod aeternum est, & initio caret, ex post genesis sit omnis divinae voluntatis determinatio, sic loquamur juxta philosophiam Suarezii. Nempe inter ea quae aeterna sunt distinguamus prioritatem, & posterioritatem rationis. Certè ita est; sed non distinguimus, nec confitemur aliquis unquam ita distinxit, ut momenta illa distinguerent in praesentia, praeterita, & futura; sive in futura & praesentia. Quod distinguit Suarez de scientiae istius utilitate, & necessitate: frustra est, cùm argumentum propositum tam necessitatem, quàm utilitatem ejus penitus [illegible] est, Dicit Suarez, contra hanc (ab ipso fictam) *mediam scientiam rationis, nihil probare objectio-*

justissime illam. Sed istud improbat enim hinc immi-nuatum iri voluntatis divinæ libertatem, nempe cum etiam quæ contingentissima sunt à Deo tanquam futura prævideri statuantur, antequam Deus ea pro-ducere decreverit. Et cum scientia Dei sit vera, at-que infallibilis, hinc sequitur necesse fuisse, ut Deus decerneret quicquid ab eo decretum fuit, nec fieri potuisse ut aliter decerneret; & quid quæso est fa-tum introducere, quod Deum ipsum constringat, si hoc non est? Ad hæc in præsenti nihil respondet Suarez, sed responsurum se pollicetur, capite 8. Fa-tetur Deum cognoscere non solum de voluntatibus creatis, quid illæ volituræ sint, (neque tantum, quippe, quorum volitiones aliæ sunt præteritæ, aliæ præ-sentes, aliæ futuræ, & consequenter in omni genere prædicto cognoscibiles, sed & de sua voluntate quid illa liberè volitura sit; quasi verò non omnis Dei vo-litio sit æterna, sine initio. Sunt istæ speculationes seu disputationes potiùs Iesuita dignissimæ. Ad quin-tum verò, ista etiam vult sufficere, quæ sic sunt. *Deum præscire de sua voluntate, quid sit volitura prius ratione, quàm intelligatur voluntas ipsa jam determinata ad volen-dum de præsenti, habet multa incommoda: præsertim videtur hoc repugnare libertati Dei, quia non posset Deus voluntate sua scientiæ suæ resistere, & aliqua illa scientia est dispositio intrinseca ipsius voluntatis, & ideò determinans libertatem ejus, unde etiam sequitur eventus futura prius esse determinata in scientia Dei, quàm in ipsius voluntate.* Quid ad ista cap. 8. responsurus sit, expectandum est.

Item. *Sexta videtur, valde incommodè explicari illo modo ne-gotium gratiæ efficacis, permissionis, prædestinationis, & re-probationis, divinæ. Nam hoc videtur supponi, ali-quam præscientiam meritorum fuisse rationem prædestina-tionis, saltem ut conditionem sine qua non. Alterum verò supponi videtur sine causa, & quodammodo contra pietatem, & misericordiam, Deum creasse aliquos, & ita limitasse auxi-lia, prius vidit futuros fuisse nusquam damnationi co-rum; Nam videtur ex intentione sua creasse illos ad gehen-nam. Rursus sequitur fortassis non potuisse Deum efficaciter velle aliquem salvare, vel convertere toto etiam tempore vitæ ejus, quia fortasse non prævidit illum bene usurum aliquo præ-veniente auxilio: hoc enim est quid contingens, cùm simplici-ter pendeat ex libero arbitrio: non ergo repugnat ita fuisse eventurum in actu: ergo sic constituamus, non posset Deus illum eligere vel efficaciter vocare. E contrario verò sequitur, hoc modo posse Deum prædefinire etiam mala: quia si præsci-verit futura si hoc vel illud quod alias bonum est fiat, & Deus potest velle totum hoc antecedens, cur non possit etiam velle id quod certò sit eventurum ex illo antecedente.*

Ad sextum verò respondetur: imò ejusmodi hac ratione in-telligi efficaciam gratiæ vocantis, seu excitantis; aut enim ne-ganda est efficax gratia ex vi vocationis, & excitationis prout à Deo sit, quod non censeo dicendum propter ea quæ supra at-tuli, vel certè non potest alia ratione commodius explicari, ut in superioribus ostensum est. Ad id verò quod de prædestina-tione tangitur, fatendum est (quod in omni sana sententia est necessarium) neminem à Deo eligi ad gloriam, nisi prius rati-one Deus ita se habeat cognitum riam, & modum, quo possit illum ducere ad gloriam, per ducere. Et quia electio non est ad gloriam tantum, sed ad gloriam ut ad coronam & præmium, saltem respectu adultorum ideò talis electio etiam supponit in Deo scientiam meritorum, non ut futurorum simpliciter, sed

possibilium ex gratia Dei, & consequenter futurorum sub con-ditione, id est, si Deus velit hominem vocare, & talem grati-am, vocationem, & auxilium conferre. Quod totum con-stat ex illa ratione generali supra facta, quod intentio efficax finis supponit præscientiam mediorum ut possibilium, & effi-caciam respectu intendendi. Hinc verò non fit electionem, aut prædestinationem esse propter merita, si illud propter di-cat causam moventem, sed solùm sequitur merita esse neces-saria media ad executionem illius intentionis, sive quatenus præ-cognitione ut explicata est, nemo potest prudenter intendere: Et similiter quamvis Deus, quem efficaciter vult convertere, tunc & tali modo illum vocet, quando & quomodo scit illum cooperaturum, non tamen inde sequitur, ita illum vocare quia cooperaturus est; quæ causalis significat rationem moventem Deum, sed sequitur Deum vocare ipsum ut cooperetur, quod significat potius causam finalem consentaneo vocationi. Quo-modo ponderavit Augustinus dixisse Paulum: Elegit nos in ipso, ut essemus sancti, non quia futuri eramus; *quia in altero finalis causa, in altero verò meritoria signifi-catur.*

Non tamen est idem de reprobatione, quamvis sine cau-sa Cassianus id imponat Augustino lib. 2. de prædestinatio-ne: dicens, juxta Augustinum Deum non misisse Tyriis, & Sydoniis prædicatores, quos sciebat esse credituros, & ipse nolebat ut crederent; & eodem modo dixit ex sententia Augustini, se habuisse Deum circa ultimam damnatio-nem, scilicet Deum noluisse dare reprobis auxilia, quibus sciebat fore salvandos, quos ipse damnare decreverat. Quod tamen & falsò tribuitur Augustino, ut constat ex re-sponsionibus ejus ad articulos sibi falsò impositos; & ex se falsissimum est, & alienum à divina bonitate & pietate, & ab illa voluntate, qua vult omnes ho-mines salvos fieri. Unde in concilio Valentino sub Lo-thario capite 2. inter alia dicitur, neminem ex Dei præ-judicio condemnari, de quo re plura diximus libro 1. Quamvis ergo in utroque negotio præscientia sit eadem, tamen Dei voluntas, & intentio non est eadem: nihil etiam repugnat, quod aliquid sciatur futurum, quod tamen non sit volitum nec intentum. Deus et gentes dat auxilia, quibus videt hominem abusurum, et negat majora, quibus videt hominem bene usurum, ut homo non convertatur, vel pe-reat; sed sufficientia auxilia dat, quibus quantum est ex par-te Dei converteretur homo; majora denegat vel aliquando in pœnam prioris mali, vel quia illa nemini debet, & osten-dere vult se gratis dare cui dat, vel ut permittat liberta-tem & naturam suo modo operari, vel propter alias ratio-nes providentiæ suæ, juxta quas ex infinitis rationibus, quibus Deus prævidit posse se gubernare homines, & ad fi-nem supernaturalem dirigere, in quibus fere omnibus præ-vidit, alios eligere, vel illum alios fuisse damnandos, alios verò salvandos. Ex sola sua libertate unum elegit modum gratiæ eligendo omnes, qui juxta hanc rationem providentiæ salvandi sunt, reliquos verò permittendo damnari; quam-vis hoc ipse non intendat. Nec fieri potest aliter fieret, nisi Deus vellet, & communem usum libertatis valde immu-tare, vel omnibus hominibus extraordinaria dona gratiæ conferre, quod non oportebat.

Et juxta hæc facilis est etiam responsio ad alteram par-tem, quod si Deus prævidisset hominem nunquam coopera-turum gratiæ ejus, non posset illum eligere, vel illius ejus præscire, hæc enim conditionalis in antecedenti ita vera est tamen antecedens quod omne tempus vitæ, & quod

omnia auxilia, & omnes modos, quibus Deus potest hominem ad se trahere, est plane impossibile, multo magis, quibus impossibile sit hominem lapsum, & divina gratia destitutum, & longo tempore à daemone vexatum non cadere aliquando, quia potentior est divina gratia, & plures modos ac efficaciores novit Deus permovendi, & trahendi voluntatem hominis, ut in bono consistat, quam sit tota fragilitas naturae, vel potentia daemonis ad perdendum hominem.

Denique quod de praedefinitione peccati dicebatur, eodem modo expediendum est, quo simile de reprobatione est dissolutum: ex vi enim libertatis non repugnaret, peccatum praefiniri, quia supposita hac scientia, non propterea tolleretur libertas, tamen aliunde repugnat divinae bonitati propter objecti turpitudinem, ut in superioribus tractatum est.

Respons. Praeterit Suarez se haud libenter negaturum efficaciam *gratiae ex vi vocationis & excitationis posse à Deo fit.* At efficaciam illam non probat aliqua tolerabili ratione. Nam efficacia illa juxta Suarii sententiam expositam, tantùm dependet ex scientia Dei, qua praevidet voluntatem creatam certè eandem suasioni obtemperaturam, ut gratia hujusmodi tantùm dicatur efficax ex eventu. Ita etiam Deus rerum omnium quae contingunt, praevidens contingentissimè eventuram, concurrentiam futuram; verbi gratia, si quis tali momento deambulatum vadat, certum potest scire …; an verò quis solum diceret ambulationem hominis efficacem esse ex Dei scientia ad praescindendam cursificationem? Cum enim certò constet ambulationem hominis indifferenter se habere tam ad cursificationem cum nequaquam secuturam, quam ad eandem secuturam. Ita etiam suasio illa quam efficacem vocat, indifferenter se habet ad conjunctionem tam cum hominis dissensu, quam cum assensu ejusdem. Certè convenit naturae hominis moveri suasionibus; verum ut hanc illi praeferat, in aliam consilia potius quam has sequatur, penes liberam libertatem est. Extra controversiam est, omnia possibilia prius nota à Deo nota esse, quam Deum quidpiam decernat, & proinde quomodo quis possit promoveri ad gloriam, prius quam eligatur ad eandem? Etenim omnia possibilia cognoscuntur à Deo scientia simplicis intelligentiae, quam decreta divina praecedunt omnia. Agnosco electionem fieri ad gloriam tanquam ad coronam, saltem electionem adultorum: Agnosco Deum etiam cognoscere merita (quae vocas) esse possibilia modo Deus velit gratiam, & auxilium conferre, adeo etiam eo modo possibilia, sed futura novit, modo Deo constitutum fuerit gratiam conferre; sed quidem gratiam, non vestram illam, & vestro sensu efficacem, quippe cum ex decreto conferendi talem gratiam, eam magis futura fiet quae vocas merita, quam non futura. Et proinde ex decreto conferendi gratiam illam, non magis novit Deum merita illa futura esse quam non futura. Nec tamen difficere ex nostro hujus sententiae vestrae genio nullam injuriam fieri electioni Dei gratuitae.

Sed nunquam probabis non esse solam de reprobatione etiam secundum praefinitis vestrae sententiae genium, & ingenium. Agnoscis Catarinum hanc sententiam imposuisse Augustino, sed falsò. Ego dum verò tibi credimus potius, quam Catarino, modo praestiteris non ita se rem habere ex sententia, quam etiam eis esse Augustinianam. Ego enim … fundamentum mihi praestitum, quod praecise … ctione diffusis verbis exprimis, adeo ut *impossibile est ut Deus praevideat hominem nunquam cooperaturum gratiae suae*, spectatis omnium omni vitae tempore … omnibus auxiliis, & modis, *quibus Deus potest hominem ad se trahere.* Ergo sit Deum novisse omnem hominem cooperaturum gratiae dimodo certa quaedam auxilia (quae gratiae natura ad pelliciendum hominem in amorem Dei satis esse putamus) gratificari libuisset ipsi. Videras namque Deus quibus auxiliis fieret homo crederet, & salvus fieret; quibus rursus licet adjutus fuerit, non crederet & consequenter damnationem incurreret. Horum autem auxiliorum dispensatio in Dei solius manu posita est; itaque electionem auxiliorum facit Deus ad convertendum hunc, quibus novit convertendum esse, cùm posset aliorum quibus nunquam conversurus esset electionem facere; hunc sequitur ut Suarez quidem refragatur, Deum intendisse atque ordinasse, ut hic converteretur, & salvus fieret; Alium verò aliter tractat Deus, & licet praescius fuerit auxiliorum rationem quibus convertendus esset & salvandus, tamen ejusmodi tantum auxilia gratificari vult, quibus eum comperto habet eum non convertendum esse, nec salvandum esse, sed propter contumaciam potius condemnandum. Hoc quaero subinde, & aequius intererat, & sententiam suam proma: An non hinc manifestum fit Deum perpendentem desse atque ordinasse, ut hic nec converteretur, nec salvus fieret, sed propter inobsequentiam, damnationem incurreret, uti intendit ut alter ille & converteretur & salvus fieret. Quid Concilium Valentinum statuerit, nihil ad rem pertinet; etiam quid Augustinus senserit alienum est à praesenti instituto. Hoc tantum quaerimus, annon ex praesenti sententia vestra configuratione manifeste consequatur quam ex negas consequi. Qui volo aliquid, ex quo praecerto novi alterum futurum esse, annon necesse est ut etiam illud velim? Et ut si hoc ita fiat in concedendo gratia sufficiente fortasse, sed non … efficaci certè nec in concedenda gratia efficaci … Deum intendere hominis qui sic tractatur, … conversionem, nec salutem. Rursus quaeramus in quem finem hoc faciat Deus? Si sicut ex altera parte conceditur in hunc finem fieri ut convertatur, & salvetur, ita ex altera concedendum est in hunc finem fieri ut neque convertatur, neque salvetur, sed potius ut in infidelitate, atque impoenitentia sua maneat, & consequenter etiam propter infidelitatem & impoenitentiam suam condemnetur. Certè fatear posse ab homine peccari secundum quod non fit ab eo volitum, aut intentum; at ut à Deo futurum dicatur aliquid quod non sit à Deo volitum & intentum, … Quid enim? An fieri aliquid in rerum natura praeter intentionem Dei? Sed … peccatum fieri ab homine, & à Deo volitum, à Deo ordinatum & intentum esse, ne Suarez quidem …; quod si vult actum illum fieri ipsum …, annon necesse est ut velit peccatum etiam evenire? Certè peccatum esse affirma-

affirmare, Deum velle ut malum fiat, ipso efficiente; sed malum fieri Deo permittente bonum est, non modò secundùm Augustinum, sed etiam secundùm Bellarminum, & nos verecundabimur affirmare, quicquid bonum est, Deo volente fieri. Procul dubiò fas erit cum Augustino pronuntiare. *Non aliquid fieri nisi quod omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Perge Suarius idem dictare, dum ait *Deum non dare auxilia, quibus videt hominem abusurum, ut negare majora, quibus videt bene usurum, ut non convertatur, vel pereat.* Sed nihil probat. Sed neque non decernimus non conversionem, vel perditionem hominis esse finem Deo præfixum seu gloriam suam; sicut nec ex altera parte conversio, & salus hominis finis est à Deo sibi propositus, sed gloria sua, *Deus enim fecit omnia propter se.* Verum ista ex utraque parte per omnia parallela, atque proportionata esse judicamus. Falsum est Deum dum auxilia donat, sufficientia quidem, sed non efficacia, facere *quantum ex parte Dei potest fieret.* Nam sine dubio ex sententia tua potuit commodasse auxilia etiam efficacia. Ad fines verò quod attinet quos Suarius comminiscitur; quis electorum est, cui non desint prava mala ob quæ negat illi gratiam efficacem? Interea hinc non evincitur Deum non intendere ut non convertantur quos sic tractat, ut neget iis gratiam efficacem, licet largiatur sufficientem; Imò qua ratione sequitur Deum intendere conversionem illorum quibus largitur gratiam efficacem, pari per omnia ratione sequitur Deum intendere ut non convertantur illi, quibus consultò negat gratiam efficacem, cum largiri potuisset, quantumvis impertiat sufficientem. Quod autem nemini debeat, & ostendere velit se gratis dare cui dat, nihil omnino impedit quominus velit ut non convertantur quibus denegat gratiam ejusmodi quam præviderat futuram efficacem. Nam non minus concedendo aliis gratiam efficacem ostendit se liberè negare cui negat, nec tamen inde sequitur, se non velle, ut convertantur quibus largitur gratiam efficacem. Sicut etiam tam permittit libertatem & naturam suo modo operari dum impertit gratiam efficacem; nec tamen inde consequens est, non velle, ut convertantur, quibus eandem impertit. Falsum est non potuisse *aliter fieri nisi Deus vellet & communem usum libertatis valdè immutare, vel omnibus hominibus extraordinaria dona gratiæ conferre.* Nam & eodem permanente libertatis usu juxta sententiam Suarii, & extraordinariis donis totidem duntaxat impertitis quibus impertita sunt, adhuc potuit Deus illos reprobare quos elegit, & vicissim ex illis eligere quos reprobavit. Et quæ in illo philosophatur Suarez de donis extraordinariis, cum nihil aliud sit Suario donum extraordinarium, quàm certa quædam suasio, quam non tam ex vi sua, quàm ex eventu Deus præviderat futuram efficacem.

Gratulor Suario hujus sententiæ quàm hic profitetur, assertionem, nempe *posse Deum ita movere quemlibet hominem ad credendum, & resipiscendum, ut procerto crederet & resipisceret & salvus fieret;* quod cum facere nolit Deus, sed potius longè plures ita movere constituerit, ex quo pro certo novit, & non credituros esse, & propter infidelitatem damnandos. Ex his quivis sobrius advertat, Annon manifestè sequatur, velle Deum non modò ut certi convertantur, & salventur, verùm etiam ut innumeri & non convertantur, & ob non conversionem ad Deum condemnentur. Interea nego scientiam hujusmodi futurorum contingentium conditionatorum Deo tribuendam esse. Nam decreta conditione quam fingunt isti, res quæ dicitur prædicta, non magis futura est quàm non futura; & proinde non magis præsciri potest tanquam futura, quàm tanquam non futura.

Rursus gratulor etiam Suario sententiam hanc alteram nempe *ex voluntate non repugnare peccatum præfiniri.* Sed dum sententiam illam fundat, in doctrina de scientia media, super arena ædificat non autem super rupe. Ista enim doctrina figmentum est non differentiam Theologorum, sed somniantium. Addit peccatum præfiniri divinæ bonitati repugnare, propter objecti turpitudinem. Certè non convenit divinæ bonitati velle ut peccatum fiat, ipso faciente; at velle ut peccatum fiat Deo permittente divinæ bonitati quid obsit nondum intelligo, præsertim cùm profiteatur Bellarminus *bonum esse mala fieri Deo permittente.* Et jam olim pronuntiavit Augustinus. *Non aliquid fieri, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.* Et Scriptura palam docet Herodem, & Pontium Pilatum cum gentibus, & populo Israelis convenisse, *ut facerent ea quæ divina manus, & consilium præfinierat ut forent.* Act. 4. 28. & qui præ inobedientia impingunt verbo ad hoc ordinatos esse testatur Petrus. 1 Pet. 2. 8. & gentes à Deo traditas esse in reprobum sensum ut facerent quæ non convenirent docet Paulus Rom. 1. & minatur dominus se traditurum concubinas Davidis in manus proximi ipsius, qui concumberet cum illis coram Israele, & coram Sole.

CAPUT SEPTIMUM.

Declaratur modus quo Deus hæc futura cognoscit.

Suar. *IN hac re declaranda eadem nobis occurrit difficultas quæ sese offert Theologis omnibus in explicando modo, quo Deus cognoscat contingentia, quæ reverà in aliqua temporis differentia futura sunt. & tota posita est in explicando, quonam medio ex parte objecti veluti utatur Deus ad hæc futura cognoscenda: nam ex parte principii, seu cognoscentis nulla est difficultas: certum est enim Deum seipso suaque essentia hæc omnia cognoscere, sive illa per modum intellectualis luminis, sive per modum speciei intelligibilis, sive per modum actus intelligendi à nobis consideretur.*

At vero ex parte obiecti res est obscurissima: quia omne obiectum aut est per se notum, ut in se cognoscatur immediate, & per seipsum: aut medio aliquo indiget, quo cognoscatur iuxta analyticam doctrinam: hæc autem conditionales contingentes neque ex terminis per se nota sunt, ut manifeste constat, quia nec sunt veritates necessariæ, nec termini earum seipsis habent immediatam & intrinsecam connexionem, neque est ullum medium quo cognoscantur. Aut enim hoc medium esset extrinsecum, ut auctoritas dicentis; & hoc non habet locum in cognitione divina, tum quia pertinet ad imperfectam cognitionem, tum quia non habet Deus superiorem à quo discat, aut tale medium esset effectus aliquis, & hoc etiam confert imperfectam cognitionem, & non habet locum in præsenti: quia res futura, antequam sit, non habet effectum nisi forte futurum ab ipsa, & consequenter magis occultum quam ipsa. Aut denique medium est causa aliqua, & hæc nulla excogitari posse videtur ex qua certo, & infallibiliter cognoscantur hæc futura, quia nulla est cum qua habeant necessariam connexionem. Et hæc quidem communia sunt his futuris conditionatis cum absolutis: Illud autem est horum proprium, in quo posita est specialis difficultas, quod illa quæ aliquando futura sunt, habitura sunt verum esse reale pro aliqua differentia temporis, ratione cuius possunt terminare æternum intuitum divinæ scientiæ: & ita illa sciuntur à Deo non in aliquo medio, sed in seipsis, & per modum simplicis intuitionis, non quia necessariam connexionem habeant, sed quia realem, & existentem connexionem habent, quæ videatur: At vero hæc conditionata, quæ nunquam habitura sunt esse, nec hoc modo possunt in seipsis videri, nec vere habent in se connexionem, vel determinationem, quæ in se videri possit, ideo nullum relinqui videtur medium, nullusve modus quo cognosci possint.

Antequam nostram sententiam aperiamus: duo sunt examinandi modi, quibus hæc scientia declarari solet, omissis aliis qui nullam auctoritatem, vel probabilitatem habent, & in futuris etiam absolutis ab omnibus reiiciuntur. Prima itaque sententia affirmat scire Deum hæc futura in suis causis proximis, & perfecta comprehensione nostri liberi arbitrii, & causarum omnium quæ possunt illud determinare, vel impedire: nam licet liberum arbitrium nude sumptum indifferens sit, & ideo in illo ut sic, non possit effectus determinatus cognosci, tamen adiunctis omnibus circumstantiis, occasionibus, causis & cogitationibus, quæ hic, & nunc illud circumstant, infallibiliter in eius comprehensione cognoscitur ad quid sit determinandum. Quod si hoc verum est de libero arbitrio alias existente, vel aliquando futuro, idem procul dubio erit de illo apprehenso sub ea conditione, si in tali occasione, & circumstantiis constituatur. Atque hac ratione merito tribui potest hæc opinio Durando in 1. dist. 38. quæst. 3. Thom. de Argent. in 2. distinct. 40. articulo 3. ad arg. & aliis qui dixerunt Deum hoc modo cognoscere ea contingentia, quæ revera sunt aliquando futura. Quæ sententia tribui solet Thom. 1. contra Gent. capite 67. ratione 3. Sed ibi non agit de causis liberis, sed de aliis, ut etiam Ferrara intellexit. Potest tamen in huius sententiæ confirmationem adduci Augustinus. Nam pluribus in locis explicat vocationem efficacem, quia datur modo congruo, id est, prout Deus novit esse ita accommodatam effectui, & dispositioni talis voluntatis, ut in ea habitura sit effectum, ut constat ex quæst. 2. ad Simplic. & aliis locis supra citatis. unde lib. 4. de anima, & eius origine capite 7. dicit nos non cognoscere quibus tentationibus vincenda sit nostra voluntas, vel quibus sit restitura, quia illam non comprehendimus: ergo è contrario Deus id cognoscit, quia illa omnia comprehendit. Ratio vero esse potest, quia cum hæc quæ nunquam sunt futura, non possint per æternitatis præsentiam cognosci, non videtur superesse alius modus quo cognosci possint. Et aliunde non videtur hic modus impossibilis spectato infinito excessu inter divinam & Angelicam vel humanam tum scientiam, tum voluntatem. Potest autem Angelus sua scientia, magna & vehementi coniectura suspicari quid humana voluntas velit in tali occasione solum ex cognitione ipsius voluntatis, & naturæ eius: ergo Deus poterit ex hoc medio scientiam certam illius effectus habere.

Resp. E*adem (inquit) in hac re declaranda occurrit difficultas, quæ ipsa esset in explicando modo quo Deus cognoscat contingentia, quæ revera futura sunt:* imo inquam longe maior difficultas. Nam quod attinet ad cognitionem contingentium reipsa futurorum, nulla prorsus existit difficultas in explicando cognitionis modo; cum enim magis ambigeremus de modo quo fiat ut Deus infinito suo intellectu comprehendat & cognoscat quicquid cognoscibile est, in quocunque genere cognoscibile sit; quam de modo quo fiat ut Deus infinita sua potentia producere possit, quicquid possibile est in quocunque genere possibile sit.

Tota difficultas versatur in hoc ipso, quomodo scilicet res, natura sua mere contingens atque indifferens tam ad non futuritionem quam ad futuritionem ex conditione rei mere possibilis atque indifferentis, transire possit in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ. Cum vero futura quæ vocant conditionata reipsa nunquam futura esse supponat Suarez, qui fieri possit, ut illa modo [illegible] à Deo cognoscantur difficillimum est explicatu. [illegible] futura quæ vocant conditionata ipsa [illegible] nunquam, dum ita proponuntur [illegible] cognoscibilia in genere futuri, quomodo revera cognoscibilia con-

sunt.

sumptum ponimus tanquam futura, ex certa conditione, quæ quidem conditio nihilo magis promovet futuritionem eorundem quam eorundem futuritionem; non sic ut habent futura quæ dicuntur absoluta. Certè quicquid cognoscibile est, sine dubio cognoscitur à Deo, quippe cum sit comprehensionis infinitæ rerum omnium quatenus cognoscibiles esse reperiuntur, sive in genere possibilium, sive in genere futurorum, sive absolutè futura sint, sive conditionatè. Itaque solummodò *ex parte objecti rem esse obscurissimam* philosophatur Suarez; at quid hoc sibi vult, objectum aliquod quomodò à Deo cognoscatur non esse difficile explicatu ex parte cognoscentis, sed duntaxat ex parte rei cognitæ: præsertim cùm quod attinet ad rei alicujus cognitionem, sicut ex parte cognoscentis, non aliud requirimus quàm ut cognoscat, ita etiam ex parte rei cognoscendæ nihil aliud requiritur quàm ut cognoscatur: & quâ ratione difficile est explicatu, quomodò persona cognoscens cognoscat; eadem per omnia ratione perindè difficile est explicatu quomodo res cognoscenda cognoscatur: verùm facile est videre quò tendit Suarez, nempè vult, nullam subesse difficultatem de modo, quo Deus aliquid cognoscat, modò cognoscibile sit, quod Deo cognoscendum objicitur: verùm quod attinet ad futura quæ vocant conditionata, de quorum cognitione apud Deum quæstio movetur, tota difficultas in hoc apice versatur juxta Suarium, quomodò sint cognoscibilia; atque hanc difficultatem exaggerat Suarez & meritò, rationibus admodum congruentibus huc adhibitis. Ergo inquam forma quæstionis à re propositæ prorsus immutatur, nec tàm quomodò hujusmodi futura à Deo cognoscantur inquirendum proponitur, quàm quomodò futura illa quæ vocas conditionata, cognoscibilia sint, ut sic divinæ notitiæ: his cum congruenter statuantur: verùm in isto negotio transigendo (quippè cùm moles sententiæ ipsorum de gratia & libero arbitrio in hoc incumbat) admodum opus est artibus Jesuiticis, quibus securius lateant, ne fœda sententiæ profectæ nuditas in conspectu posita animos intuentium alienaret, atque in ipsius odium accenderet; atque sub unâ forma quæstionem proponendo sub alia forma eandem ex parte prosequendo, habebit quâ licentiùs grassetur, desultorem agendo; atque opportunitatem causæ suæ secutus, nunc ad unam nunc ad aliam se accommodet.

Prima opera Suarii est *enarrationis* & refutatoria, sententiarum videlicet duarum à vero (ipsius judicio) deviantium, quarum prima est eorum qui *asserunt scire Deum hæc futura in suis causis proximis & perfecta comprehensione nostri liberi arbitrii & rerum omnium quæ possunt illud determinare vel impedire. Quod si hoc verum est de libero arbitrio aliis existente vel aliquando futuro, idem proculdubio erit de illo apprehenso sub ea conditione si in tali occasione & circumstantiis constitueretur atque hæc ratione uterè tribui potest hæc opinio Durando in 1 dist.* 38. *quæst.* 3. Certè Durandus hunc in modum expedit cognitionem futurorum absolutè quam Deo tribuit: hinc colligit Suarez, etiam conditionatorum præscientiam Deo tribuendam esse eodem modo fundatam: Sed sententiam Durandi de cognitione futurorum absolutè perperam explicat Suarez, ut haberet suas suspiciones quibus fictionem illam Durandi autoritate corroboraret: non dicit Durandus cognitionem futurorum fundari in comprehensione liberi arbitrii, & eorum omnium *quæ possunt illud determinare vel impedire*, sed addit etiam comprehensionem rerum quæ liberum arbitrium *determinabunt*; in quâ fundandam censet cognitionem futurorum absolutè; cujusmodi determinationi cùm locus nullus sit in futuris conditionatis: sequitur cognitionis futurorum conditionatorum fundamentum nullum ejusmodi statui à Durando; quale statuitur ab eo fundamentum futurorum absolutè: nec enim sequitur, *videt Deus quod liberum arbitrium Petri per talem rationem determinabitur; ergo videt quod liberum arbitrium Judæ per talem rationem, si adhiberetur, determinaretur*, nisi ratio illa ejusmodi sit, quæ quotiescunque adhiberetur, determinaret: quod minimè concedit Suarez, sed cùm ratio illa ejusmodi sit juxta Suarium, quæ tàm cum non determinatione liberi arbitrii consistere possit, quàm cum determinatione ejusdem, licet aliquando videat Deus, ea illa ratione liberum arbitrium alicujus determinatum iri; non tamen hinc sequitur Deum videre uniuscujusque liberum arbitrium ex eadem ratione determinatum iri si adhiberetur: nam ex ejusmodi ratione liberum arbitrium determinari, nihil aliud sonat quàm liberi arbitrii determinationem cum illius rationis adhibitione conjungi: Quod si non necessariò sed contingenter tantum conjungantur alia, ex eo quod semel conjungantur, minimè sequetur semper conjungenda esse: at plusquam probabile est, eodem modo à Suario tractari Thomam de Argentina, quò tractatur Durandus, cùm non nisi eadem ratione fictionem illam utrique ascribat, eodem candore ac, eandem sententiam tribui solere Thom. 1. Cont. Gent. capite 67, ratione 3. cùm tamen non nisi de causis determinatis philosophetur Thomas; quæ locum omnino non habent in futuris conditionatis: Quæ sit Augustino gratia congrua jam digressione peculiari disseruimus, non qualem fingunt Jesuitæ; quasi fieri posset ut homini nondum renato congrueret ulla vocatio ad fidem & resipiscentiam, sed quâ præstet efficaciter Deus per illuminationem atque inspirationem ut hominum affectus congruant vocationi; quod autem subjicit ex libro 4. de anima, & ejus orig. cap. 7. Augustinum fateri profiteri, *nos non cognoscere quibus tentationibus vincenda sit nostra voluntas, vel quibus sit resistura, quia illam non comprehendimus*: atque hinc infert: *ergo è contrario, Deum cognoscere, quia illam omnino comprehendit*: verba Augustini loco designato hæc sunt; *Voluntas nostra etiam cùm bona est quantum valeat, quantas vires habeat, quibus tentationibus cedat, quibus non cedat, si nos non fallimus, sed deliqui sumus nescimus*. In his dictis Augustinus non disserit, nec consequentiam ullam facit, licet hoc illi assignat Suarius; esto verò, fiat consequentia, nos non comprehendimus, ergo quibus tentationibus concessuri simus, quibus non cessuri ignoramus: Est autem comprehendamus ipsi nonscientia tamen hinc exoriens cedendi vel non cedendi tentationibus in futurum, est tantummodò conjecturalis & proindè si Deus hinc

verum divinet quibus tentationibus cessuri simus, quibus non cessuri, scientiam habebit tantummodò conjecturalem. Atque gratiæ sive auxilio quod vel suppeditaturus est vel inhibiturus, utrum succubituri simus an invicti permansuri, novit infallibiliter: & licet Augustinus mentem de divina futurorum contingentium cognitione loquatur more humano, quandoque tamen in qua fundetur divinæ cognitionis infallibilitas, illustria nobis documenta suppeditat; nonnumquam etiam eodem in loco: De bono perseverantiæ capite 9. *Poterat* (inquit) *Deus illos præscitos esse lapsuros antequam id fieret auferre de hac vita.* Popularius satis efferuntur ista ad morem illorum qui de præscientia quidem futurorum divina verba faciunt, sed de scientiæ illius fundamento, nequaquam sollicitis sunt; vide tamen quam etiam super hac re sententiam suam jam in prioribus capitibus expresserat Augustinus: *et enim* (inquiens) *non dicamus quidem sit possibile Deo aversas & adversas in fidem suam humanam convertere voluntates, & in eorum cordibus operari ut nullis adversitatibus cedant, aut ab ipso aliqua tentatione superati discedant: cùm possit & (quod ait Apostolus) facere ut non tentatos permittat, supra id quod possunt*: posteriùs istud videbitur forte etiam Suarez propitium, cùm dicit non super id quod possunt: Sed unde quæso est, quod & hoc possint quod possint? num aliunde quàm ex Dei gratia, secundum Augustinum? & quid aliquod cum Deo valere non possumus? juxta Apostolum magnifice profitentem in hæc verba [illegible]

Sed ne Suarius quidem illis acquiescit ut in re[illegible] subjecta liquet, in quâ vir in [illegible] expatiatur prolixissimè.

Secunda sententia declaratur.

Suarez. *Secunda sententia est, cognoscere Deum hujusmodi conditionata futura in decreto suæ voluntatis, quamvis objicias Deum nihil de his sua voluntate decrevisse, cùm simpliciter futura non sint: respondent hujus sententiæ authores Deum non cognoscere hæc in absoluto decreto quo voluerit illa esse aut fieri, sed in decreto [illegible] conditionem ex objecto. Itaque fingit hæc sententia Deum præter ea, quæ absolutè decrevit fieri à causis liberis decrevisse etiam omnia, quæ à quacunque voluntate possibili futura essent, si sub hac vel illa conditione crearentur, imò & omnia quæ ipsamet voluntas divina faceret, si aliæ occasiones vel circumstantiæ ad operandum sibi essent; hanc sententiam docuere [illegible] ex his Authoribus moderni qui prædestinationem Dei requirunt ut causam simpliciter necessariam & essentialem actionum humanarum, confundentes prædestinationem cum concursu. Inter antiquos verò patrum hac opinio tribui Scoto, & aliis qui docuerunt cognoscere Deum contingentia, quæ absolutè sunt futura in decreto aliquo suæ voluntatis, quamquam illi de hoc conditionato decreto nihil exposuerint.*

Ca. [illegible] 4.3

Bellarm. Ego verò decretum Dei conditionatum agnosco nullum, ne de consequentia quidem necessaria, quales sunt hujusmodi: Si plures crederent plures salutem consecuturi essent: verum decrevit Deus absolute & certum salvandorum numerum & in duntaxat gratiam ad credendum efficacem decernit: ex ejusmodi decreto nascuntur fateor hujusmodi enuntiationes conditionatæ [illegible] Si credidero, salvus ero. Et quia fieri non potest ut Deus [illegible] quid faciat frustra, si plures angelos [illegible] verè decrevisset ut etiam illi agerent aliquid in gloriam Dei: nec tamen decretum aliquod hujusmodi Deo decernere tribui potest: quia [illegible] Angeli aliqui conderentur, illi agerent aliquid in gloriam Dei. Illud sic posito, quod Deo consentaneum fuerit agere omnia congruenter naturæ ipsorum, si modò unica esset hujusmodi congruentia [illegible] sive specifica, sive numerica; atque ista nobis constaret, infallibiliter sequeretur Deum moturum esse creaturam illam, juxta illam congruentem rationem sive specificam sive numericam: & quia congruentibus modis, etiam creaturas rationales agit Deus; proinde fit ut plerumque & congruenter ex causis sic aut sic dispositis egrediantur effectus: hinc conjecturâ facere solemus de effectibus futuris ex congruenti causarum dispositione, quarum quidem conjecturarum ratio resolvitur in ultimum eandem providentiæ divinæ, prout nobis per aspectum ejus observationem experimentalem innotescit. Scotus quidem fundavit scientiam futurorum contingentium in voluntatis divinæ determinatione, quippe per quam solam ex merè possibilibus in statum futurorum conditionem evadunt, ut sic sint cognoscibilia & præsentatione futura, quæ vocant conditionata, cùm natura sua etiam juxta conditionem propositam merè possibilia sint, sine determinatione Dei fieri non potest ut ex possibilibus evadant futura; sed hujusmodi decretum Dei, quo hujusmodi conditionata, quæ vel singula decerneret, nusquam agnoscit Scotus.

Mihi minimè placet speculatio Suariana dum hujusmodi voluntatem in Deo, quâ decreta conditionata formaret, impossibilem non esse contendit: cur (inquit) *non posset Deus verè habere hanc voluntatem* [illegible] *angelum prædestinare illum; aut si Adam non peccasset spiritum sanctum ferre homini, nam neque ex parte objecti est repugnantia, neque etiam ex parte actus divini*: Certè ex parte objecti nulla est repugnantia, cùm sine dubio prædestinatio Angeli consistere possit, cum creatione ejusdem; at ex parte actus divini suspicor esse repugnantiam, & licet mihi non statim innotuerit; an propterea dicendum est nullam esse repugnantiam? hujusmodi suppositiones, ut plurimum non cadunt in hominem sapientem; nisi fortè significatum velit, quid in tali specie prudentius faciendum esset: cujus quidem rationis speciem in exemplis Suarianis exhibetur nullam: verùm audeo dicere apparere repugnantiam ex parte actus divini dum decretum decreto subordinatur, quorum alterum sit prius altero vel tempore, (quod impossibile est, vel ratione, cujus generis subordinatio tantum reperitur inter decreta de fine, & mediis ad finem, qualis ordo nullus est in instantiis Suarianis. Sed nec solutio argumenti in contrarium adducti commoda est, urgebatur enim more Dei decretum afferre mutationem aliquam, quæ cùm fieri non possit in Deo, necesse est ut fiat in objecto à Deo decreto: at per decreta conditionata nulla mutatio fit circa res decretas: respondet Suarez, decreta Dei

non

non necessariò inferre mutationem realem & physicam; & [illegible] punctio voluntatis obligandi aliquem: concedo tamen ex obligatione fieri mutationem moralem, in persona obligata antea ad[illegible]; hinc sequi mutationem etiam realem: neque enim obligari à Deo potest aliquis per liberam Dei voluntatem, nisi Deus voluntatem hanc suam creaturæ patefaciat, atque sic ut innotescere [illegible] conscius erit obligationis novæ, cùm prius non esset conscius, unde manifesto fit mutatio etiam physica: esto verò, concedis mutationem saltem aliquam oriri ex voluntate libera: at ex decretis, quæ fingis, conditionatis nulla exurgit mutatio, nec physica nec moralis: ad decretum committendi, quod attinet ex suppositione scilicet, puta creaturæ, figmentum est ejusdem furfuris cum decretis quæ vocatis conditionatis. Pergit Suarez disserendo: *quicquid homo potest velle sine mutatione sui, si aliunde non repugnat, potest Deus velle sine mutatione*: at inquam jam reddidi rationem quare repugnet Deo: in hominibus decreta decretis subordinantur tempore diversa, non sic in Deo, quæ verò subordinantur in Deo, tantum ordinantur juxta ordinem rationis, quales alios de non reperit, quàm inter intentionem finium, & mediorum ad finem. Quod ad ponderationem rerum æstimationem attinet, quam in extremis ingerit Suarez: libenter agnosco quicquid divina prudentia exigeret in fieri ad creationem Angeli talis, illud procul dubio futurum fuisse ad creationem ejus, consequentia necessaria, propter naturam Dei, non contingenter propter decretum Dei.

Tandem fatetur *nullo sufficiente fundamento afferri Deum habere tale decretum liberum circa omnia hæc contingentia absoluta; atque hunc modum explicandi prædictam scientiam supponere aliquid incerti, nec quicquam conferre ad certam gubernationem & talem etiam esse sine causa confictum*: secluso autem hujusmodi decreto, libenter fatetur *non posse Deum habere scientiam conditionatam*, de futuris [illegible] contingentibus procedentium; quippe cùm manifestum sit, enunciationes, quas fingunt, nullo nexu necessario connexas esse: sed rem ex suppositione enunciatam tanquàm futuram, vel posita illa suppositione, non magis futuram esse quàm non futuram, sed tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem merè indifferenter se habere: res quâ indifferentia in conditionem rei ad futuritionem determinatæ transire non potest sine causa; nullam autem hujus transitionis causam hactenus invenerunt Jesuitæ: sed neque possunt fingere seclusa divina voluntatis determinatione: certè si conditionata illa veritatem aliquam haberent, procul dubio cognoscerentur à Deo, exigente illud summa essentiæ divinæ perfectione; sed negamus ullam illa veritatem continere; neque enim magis vera sunt in genere futuri, quàm in genere non futuri.

Turpe est (inquit poeta) *difficiles habere nugas*; nec tamen cessant malè feriata ingenia nugas meras consectando, multiplicare difficultates, præter omnem soliditatem & moderationem: *dicunt aliqui* (Sic Suarez auctores tamen dissimulans,) *quamvis Deus non habeat ... tale decretum circa omnia objecta conditionalia; cognoscere tamen quid sua voluntas decretura esset circa creatas voluntates in omnibus illis occasionibus, quæ sub illis conditionibus apprehenduntur, & hoc modo semper scire de singulis voluntatibus creatis quid essent volitura.* Illa mihi nequaquam placent, nec omninò congruere valentur Dominicanorum sententiæ, quos, ni fallor, tanquam auctores illius figmenti Suarez omnibus suis designat. Neque enim ex eorum sententia, decreta Dei pendent ex occasionibus rerum, sed potius easdem præscribunt, sicut & alia omnibus, verumtamen cùm alter rerum administrandarum ordo, nequaquam adsipiet sapientiam Dei, quin potuisset (ut recte Aquinas) alium rerum cursum efficere, negari non potest: quin si ex decreto Dei alius rerum cursus effluxisset, alia ex aliis, sive causis, sive occasionibus, idque ex decreto Dei, suborituræ fuissent, idque sapientes omnia secundum rationem specificam; at secundum rationem numericam, pro mero Dei beneplacito: atque quod Dei beneplacitum negamus Deo notum fuisse, quippe cùm minimè sit cognoscibile: neque enim quod natura sua mere possibile est, atque indifferens tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem, (sive absolute propositum, sive conditionatè) potest transire in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ sine causa, & cùm nulla hujus transitionis causa, secluso Dei decreto, fingi possit, sequitur non esse futurum, & consequenter nec cognoscibile esse in genere futuri: Sicut autem potentia Dei tantùm se extendit ad ea quæ possibilia sunt, ita etiam scientia Dei tantùm ad ea se extendit, quæ cognoscibilia sunt. Dico itaque Deum nequaquam cognoscere quid voluntas sua esset volitura; in tali occasione non modo decreta (cùm certissimum sit ex occasionibus rerum nequaquam pendere voluntatem Dei) sed nec in tali occasione decreta; nam cùm talis occasio decreta nequaquam necessitet voluntatem Dei ad decernendum hoc potius quàm aliud, sed pro libero Dei arbitrio decernitur quicquid decernitur, sequitur ante Dei decretum, res ab ipso decernendas nondum esse futuras, sed duntaxat possibiles & consequenter nec cognoscibiles esse in genere futuri, & proinde minimè mirandum est si à Deo minimè cognoscantur. Si quis verò respondeat (quod ait Suarez) *Deum hoc cognoscere de sua voluntate in comprehensione suæ essentiæ & in ratione æterna per quam cognoscit, quid sit melius facere vel permittere in unaquaque occasione, & consequenter scit suam voluntatem esse volituram*; Inprimis negandum censeo Deum scire quid sit melius facere, non quia nesciret aliquid quod melius est, sed quia nihil est melius, ut à Deo fiat, & consequenter neque cognoscibile tanquam melius; dico nihil esse melius, ut inde concludi possit, faciendum esse à Deo. Neque enim Deo melius est aliquid: nam si mundum facere nequaquam sit Deo melius, quàm mundum non omninò facere: quantò minus dicendum est melius esse Deo in tali occasione facere hoc potius quàm illud. Sin melius sit creaturæ, ut Deus potius hoc faciat quàm illud (quod minimè diffiteor) hinc tamen concludi nequit propterea Deo faciendum esse, melius est unicuique creaturæ rationali fieri vas misericordiæ, participem fieri gratiæ & gloriæ; neque tamen propterea sequitur Deum obligari, ad

constituendum omnem creaturam rationalem vas misericordiæ.

Quod attinet ad distinctionem pro sublevanda superiori opinione subjectam; nego ullam conditionē aut occasionem movere voluntatem Dei ad decernendum aliquid; nego dispositionem aliquam Tyriorum & Sydoniorū tanti fuisse, ut Deum vel moveret vel movere posset ad concedendum eis gratiam ad pœnitentiam agendam efficacem; nam si Deum movere potuisset, vel citra miraculorum operam, ut pœnitentiam iis concederet, movere Deum potuisset. Refutationem hujus responsionis Suarianam satis probo: quod autem distinguit de connexione conditionis & decreti Dei, atque eorundem concomitantia in hoc apice Suarez servit causæ suæ, sed quàm infæliciter jam supra vidimus. Et si vera docetur concomitantia designetur conditionalibus enuntiationibus de futuris, neutra pars est conditio alterius, aut prior altera, quemadmodum conditio prior est re conditionata. Sed & aliis difficultatibus hanc sententiam gravat Suarez, quippe cùm hinc sequatur, *Deum prædeterminare voluntatem efficaciter ad suos actus*, etiam *Deum præscivisse illam conditionalem (Si Adam creatur, peccabit) quia præscivit decretum voluntatis suæ determinandi Adam ad actum peccati si in tali occasione constitueretur: quod quidem sit alienum à veritate & pietate supra dictum est.* In his ut popularis auræ vento secundo feratur Suarez, indulget affectibus hominum, dum de divinæ voluntatis creatæ ad actum peccati determinatione philosophatur, nihil pensi habens utra sententia, nostrane, an ipsius, sacræ Scripturæ congruentior reperiatur: & ex sacris literis nihil liquidius, quàm Herodem & Pontium Pilatum unà cum gentibus & populo Israelis adversus sanctum Dei filium congregatos esse, ut facerent ea quæ Dei manus & consilium prædefinierat ut fierent. Ad hæc; tam Jesuitæ quàm Dominicani profitentur Deum esse auctorem actus peccati quoad substantiam actus; nec hoc alienum putat Suarez, aut à veritate aut à pietate: Quod si nequaquam à pietate alienum sit ut Deus autor sit actus peccati quoad substantiam actus, cur putetur alienum à pietate, ut determinet ad actum peccati quoad substantiam actus? præsertim cùm non determinet voluntatem creatam, nisi ad agendum liberè quicquid agit; rursus si non determinet, tum vel concurrit modo nos velimus, vel sine omni subordinatione in agendo concurrunt causa prima & secunda; quorum utrumque contrarium est ordini qui est inter causam primam & secundam. Ad hæc, si concurrit modo nos velimus, ad rem manifestam contradictionem; nam perinde est, ac si diceretur concurrit ad volendum modo velimus, hoc est ad actum volendi producendum, modò actus ille jam ante extiterit: Transferatur autem illud ad actus fidei & resipiscentiæ, conversionis ad Deum, & regenerationis, atque hinc sequetur, Deum concurrere ad producendam fidem, resipiscentiam, conversionem, regenerationem, modò ipsi credamus, resipiscamus, convertamus ipsi nos, regeneremus ipsi nos. Sin sine ulla subordinatione concurrant causa prima & secunda; tum fortuitò concurrunt; hoc præcipitium, ut declinent fingunt Deum præscire per scientiam quandam mediam, voluntatem creatam in tali occasione credituram, modò Deus concurrerit. At impossibile est, non potest, ut Deus hoc præsciat, neque enim præsciri potest tanquam futurum quod futurum non est: at seclusa divinæ voluntatis determinatione, fieri non potest ut res aliqua contingens sit futura; nam res contingens natura sua non magis futura est quàm non futura, sed ad utrumque indifferens, nec fieri potest ut ex conditione rei indifferentis, transeat in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ sine causa: at seclusa divinæ voluntatis determinatione nulla fingi potest istius transitionis causa: Ratio est, quia quæcunque futura sunt, ab æterno futura erant, ergò ab æterno transierunt ex conditione rei indifferentis in conditionem rei ad futuritionem determinatæ: at ab æterno nihil fuit extra Deum, quod hujus transitionis causa esset, & in Deo nihil occurrit, quod hujus transitionis causa sit, præter divinæ voluntatis determinationem nullam quod attinet ad scientiam Dei, illa futura præsupponit potiùs quàm facit, sed nec essentia Dei hujus transitionis causa esse potest tanquam agens necessariò; si enim esset, omnia fierent necessariò, ergò necesse est ut causa sit tanquam agens liberè, hoc est tanquam volens: His non obstantibus adhuc locum habere vult Suarez conditionalem illam, *Si Adam creatur à Deo in tali occasione*, licet non determinetur ad hoc vel illud à Deo, tamen faciet hoc vel illud; *utra pars altera* (inquit) *vera est*, & proinde sciri potest *sine illo decreto*, concedo consequentiam; sed nego antecedens: neutra enim pars conditionalis præmissæ est vera definitè, sed duntaxat indefinitè vera est propositio integra: neutra enim pars est futura, sed utraque ad futuritionem indeterminata; quippe cùm utraque sit merè possibilis natura sua, atque indifferens, tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem antequam accedat causa aliqua, quæ determinet indifferentiam illam: & cùm partem alteram velit Suarez determinatam esse ab æterno, sequitur ab æterno causam aliquam extitisse hujus determinationis autorem; at extra Deum nihil extiterat ab æterno, ergo extra Deum nihil fuit quod hujus determinationis autor esset; in Deo verò nihil fuit quod hujus determinationis causa sit præter ipsam Dei voluntatem ejusque determinationem, prout superius arguimus.

Dicendum ergo est Deum cognoscere hæc futura conditionata sua infinita virtute intelligendi, penetrando immediatè veritatem, quæ in ipsis est suo tempore patens; neque indigere aliquo alio modo, ut illa cognoscat, qui modus dicendus est consentaneus iis authoribus, qui dicunt Deum cognoscere futura contingentia, intuendo veritatem eorum quas supra cap. 3 attigimus. Et ad idem ferè redit, quod alii dicunt, cognoscere Deum futura ex vi infinita repræsentationis suarum idearum. Et fundatur autem in hunc modum, nam et quia ex parte Dei & principii cognoscendi, non oportet quærere aliam modum vel rationem cognoscendi quam ipsam hanc infinitam Dei, & perfectionem & æternitatem scientiæ qua, ex vi cujus apprehendit quamcunque rem, sive quantumque complexionem ipsam a nobis excogitabilem, naturaliter et efficacia luminis judicat quid veritatis sit in unaquaque re, sive in quæ- Suarez.

cunque

cumque objecto cognoscibili: & in hoc sensu verè loquuntur qui dicunt Deum cognoscere hæc omnia per suas rationes æternas, & ex vi earum. verè etiam dici potest sufficientiam Dei ex vi suæ æternitatis ad hæc omnia cognoscenda extendi; quia illud intelligere ab... judicium Dei tale est, ut non solum attingat quicquid futurum est in aliquâ differentia temporis realiter futura, sed etiam quicquid futurum esset in quacunque differentia temporis possibili, si Deus voluisset creare illud: ex parte autem objecti, seu rei cognoscendæ, neque oportet ut aliquod medium intercedat, quia veritas ipsa in se & sine alio medio videtur à Deo, quia nullum medium habet; & unumquodque cognoscitur à Deo sicut est; neque etiam requirit entitatem aliquam realem, præter eam quam habet objectivè in intellectu divino; quia ut dixi, non concurrit ad illam cognitionem, ut principium quo sed verè terminando. & ad hoc non requiritur actualis existentia; si aliqua in cognoscente sit sufficiens virtus, & principium talis cognitionis.

Resol. Tandem aliquando ad suam in hoc apice sententiam exponendam accedit Suarez; dicendo scilicet, Deum ista futura conditionata cognoscere pro ea quâ est infinita virtute intelligendi; paucissimis istis expediri potuisset universa responsio Suariana: ut autem advertas quàm decenter in hoc negotio se gerat Suarez; quid hoc aliud est quàm ostendere, quomodo futura ista conditionata cognoscat Deus, non ex parte objecti, quonam videlicet medio ex parte objecti utatur Deus ad ista cognoscenda; sed duntaxat ex parte principii, & cognoscentis; At in ipso vestibulo hujus dissertationis exertè professus est, *ex parte principii seu cognoscentis nullam esse difficultatem*, quomodò ista cognoscat Deus: E adverso verò totam difficultatem *positam esse in explicando quonam medio ex parte objecti etiam utatur Deus ad hæc futura cognoscenda*; Suarez itaque ut suæ dissertationis indemnitati consulat, responsionem suam accomodat ex ea parte, ex quâ nulla difficultas est: ea verò ex parte in quâ vel maximè viget difficultas responsionem suam accomodare, quasi à præcipitio sibi metueret, prorsus detrectat: alii hujus negotii satagerunt, difficultati diluendæ ubi maximè vigebat intenti, quos sibi refellendos proposuit Suarez: ille verò ne succumberet operi difficultatem istam intentam prætermittit. Dices forsitan, ut Suarium tàm miserè trepidantem, & de causa sua desperantem sublevés, & bono animo esse jubeas: etiam hac ex parte Suarium respondere; *ex parte objecti seu rei cognoscendæ non oportere ut medium aliquod intercedat sed veritatem ipsam in se, & sine alio medio videri à Deo.* Sic fateor respondet Suarez, sed astu potius vectatutio, ut obscuret apicem in quo tota difficultas posita est, non autem ut illustret veritatem: tota etenim difficultas in hoc posita est, quomodo scilicet futura ista conditionata fiant cognoscibilia in genere futurorum, non quidem absolutè sed conditionatè: Hinc enim est quod alii recurrerint ad decretum Dei; nam certissimum est, ea quæ hoc modo dicuntur futura vel posita conditione non magis futura esse quàm non futura, sed merè indifferentia tam ad non futuritionem eorundem, quàm ad futuritionem; undè autem fiat ut ex conditione certa merè possibilium transeant in conditionem rerum futurarum saltem ex conditione designata, quod quidem factum esse fingit Suarez, nullam omninò causam comminiscitur; quemadmodum nec revera fingi potest causa aliqua transitus istius, seclusa divinæ voluntatis determinatione. Si ulla istis futuris conditionatis, quæ vocat, veritas inesset; quia Deus pro eo, quo est intelligentiæ lumine, eam penetraret; nullus dubitem: at neget ullam istis inesse veritatem, seclusâ Dei voluntate, indifferentem rerum dictarum naturam, ad futuritionem determinantem, sive ad futuritionem absolutè sive ad futuritionem conditionatè: Suarez autem prudenter sibi consulit, dum veritatem futuris istis conditionatis inesse literuè supponit, ne scilicet hanc illi molestiam aliquis facesseret, ut probaret; cui probando nec Suarez, nec universa Jesuitarum natio compar est. Addit Suarez in ingenii sui in hoc negotio fatiscentis consolationem, *etiam constare satè non esse majorem difficultatem in hac scientia conditionatorum quàm absolutorum; quia in utrisque cognoscitur veritas rei, licet in causis suis videatur esse indeterminata, & à parte rei nondum existat.* Itaque aliquanto majorem difficultatem esse fatetur in hac scientia conditionatorum, quàm absolutorum; licet meo judicio prorsus eadem sit, & si præstare potuisset, Suarez utrinque veritatem occurrere; nunquam in quæstionem vocaremus quomodo Deus pro eo quo est lumine intellectus infinito eandem comprehendat: hoc tamen interest; quum de futuris absolutè, postquam extiterint manifestum sit ea revera futura fuisse absolutè, idque ab æterno: at veritatis futurorum conditionatorum nullum unquam vestigium aut extitit, aut in æternum extiturum est: *cognoscitur, inquit*, *in istis veritas rei* supponens dari veritatem de quâ sola controversia est, & affirmans eam cognosci, de quâ nulla controversia est; nempe utrum à Deo cognoscatur, si modò detur; *cognoscitur inquit veritas rei, licet in causis suis videatur esse indeterminata*; Dicere debuit, datur veritas rei, licet in causis suis videatur esse indeterminata: sed videras plausibilius efferri de cognitione, cui derogare aliquid piaculum esset. At inquam si res in causis suis determinata non sit, nec in se, (neque enim diceretur futura, si in se determinata esset sed præsens) Qui fieri potest ut sit futura aut rei futuræ ullam veritatem habeat; cùm natura sua sit tantùm indifferens, nec ex conditione rei indifferentis in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ transire possit sine causa. Sed ne lectores suos istis ineptiis minimum allectatos dimitteret, facit ipsis locum suspicandi rem illam sive rei veritatem ex causis determinari; neque enim dicit determinatam non esse, tantùm dicit determinatam esse non videri; cùm tamen manifestò constet juxta sententiam Suarii nullam admitti rei istius aut veritatis rei determinationem ex causis: Quod autem addit, *nec ex parte rei existit*, de re ipsa minimè videtur procedere; neque enim res dici potest existere vel ex parte rei vel aliquâ alia ex parte. Videamus quam bellè quadret de veritate rei. At quomodò quæso dicetur veritas rei vel ex parte rei existere, vel aliqua alia ex parte; veritas de futuris minimè requirit rerum existentiam præsentem; sit res aliqua futura, quisquis habet futuram esse cognoscit, cognoscet quod verum est; nam

in conformatione intellectus, cum re intellecta, posita est veritas, hinc est, quod veritas dicitur esse in intellectu. Addit, *cognosci tamen per conformitatem & comparationem ad rem prout in tali tempore & modo existit vel absolute, vel conditionate*: De veritate procedunt illa pars conclusionem subjectam quae hujusmodi est. *Ergo scientia divina ad omnes has veritates extenditur ex vi sua infinitae comprehensionis.* At inquam non sine medio: dicis enim intellectum divinum ista comprehendere *per conformitatem & comparationem ad rem, prout in tali tempore & modo existit*: veritas autem illa videtur esse veritas propositionum conditionalium; hanc autem novit Deus ex eo quod videt, has propositiones conformes esse rebus ipsis quatenus extiterint in tali tempore vel absolute vel conditionate. At inquam ipsa veritas harum propositionum nihil aliud est quam earumdem conformitas cum rebus ipsis: novit ergo Deus propositiones illas conformes esse rebus ipsis, quia conformes sunt iisdem. Atqui splendide negavit Suarez cum circulum diffitentem agere videri discrepit! Sed quomodo quaeso novit Deus quod res ipsae sic enunciatae existerent sive absolute, sive conditionate; cum natura sua non magis comparatae sint ad existendum quam ad non existendum; nec ulla hactenus a Suarez assignatur causa unde fiat ut ex conditione rerum pure indifferentium tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, transierint in conditionem rerum futurarum, idque ab aeterno? in hoc spice tota difficultas posita est, quod splendide dissimulat Suarez. Quod addit; *nihil referre quod res absolute futura aliquando habeant, realem existentiam, non vero res sub conditione*

tantum propositae: falsum est, [illegible] referret, licet enim illa *reali existentia* [illegible] quid enim opus est ubi ad rei futuritionem [illegible] retur, distinctam a futuritione, & [illegible] rei futurae transiret in conditionem rei [illegible] cum tamen aliquando existat, hinc [illegible] fuisse futurum atque ab aeterno [illegible] Deo cognoscibile in genere futuri: At [illegible] quam existit nullam omnino evidentiam [illegible] unquam futuram fuisse ut sic cognoscibilis fieret a Deo in genere futuri liberi. [illegible] propositiones istas conditionatas cognoscendas fuisse a Deo, si modo *veritatem aliam haberent per habitudinem & conformitatem ad rem ipsam sub existentiae apprehensione comprobata conditione*: Sed praeterea nego ullam omnino conformitatem ad rem ipsam inesse propositionibus illis; cum nusquam hoc probaverit Suarez; & hoc in loco probationis onere levare se vel maxime laboret; & in adversum supposita ita manifesta. Nam decreta conditione res conditionata natura sua tantum indifferens est ad futuritionem perinde atque ad non futuritionem, sicut posita conditione eadem manet indifferens ad existendum, perinde atque ad non existendum; fieri autem non potest ut res indifferens ex natura rei indifferentia, transeat in [illegible] ad futuritionem [illegible] idque ab aeterno sine causa, & seclusa Dei voluntate nulla fingi potest hujus determinationis causa, sed nec ad causam aliquam hac ex parte [illegible] se accommodat Suarez, videat enim quam liber sit [illegible] in hoc impendio [illegible] esse.

CAPUT OCTAVUM.

Quomodo cognoscat Deus futura haec in decretis liberis suae voluntatis.

Suarez. QUae hactenus diximus praecipue procedunt de actibus voluntatis creatae qui proprie futuri sunt: in Deo enim propter aeternitatem & simplicitatem suam nihil videtur esse proprie futurum: de eis nos ita loquimur, quia dicimus res ad modum creaturarum concipimus & declaramus: & quamvis ad intentionem praesentis operis sufficere videbuntur ea quae de scientia horum futurorum in voluntatibus creatis dicta sunt: ad materiae tamen complementum, & ut difficultatibus omnibus plene satisfactum sit, necessarium visum est hanc scientiam etiam in divina voluntate declarare.

2. Ut autem difficultas intelligatur advertendum est in divina voluntate ea quae vere libera sit, quaedam decreta libera a Theologis considerari, quae prout libera sunt [illegible] prout ad talia objecta libere terminantur, possunt non esse in Deo ex aeternitate: quamvis postquam semel fuere mutari non possint propter Dei immutabilitatem: de quibus decretis controversia est inter Theologos, addantne aliquid rei, actus necessario divinae voluntatis, vel tantum aliquid rationis: Ea vero quaestio nihil ad rem praesentem attinet, utroque enim modo locum habet difficultas quam tractamus: & ideo ab illa nunc abstrahimus, quam tamen disput. 30. Metaphys. copiose tractavimus & ex ibi dictis supponimus, haec decreta nullum realem modum Deo addere, etiamsi de illis nos ita loquamur, ac si illum adderent, quia non possumus aliter loqui.

3. De his ergo divinis decretis docuerunt aliqui viri docti non posse Deum illa scire ad modum futurorum contingentium, vel absolute vel sub conditione, etiamsi actus liberos creatos Deus cognoscat: rationem autem differentiae reddunt aliqui ex principio tacto capite superiori de modo cognoscendi haec futura, in causa seu in voluntatis cognitione: dicunt enim hanc cognitionem causae debere esse talem, ut non solum sit voluntatis comprehensio, sed etiam supercomprehensio. At vero Deus creatas voluntates non solum comprehendit sed etiam excedit illas infinite, quod est supercomprehendere: voluntatem tamen propriam licet comprehendat non tamen excedendo sed adaequando tantum, & ideo non supercomprehendit nec cognoscit haec futura de tali voluntate. Haec vero ratio nullo modo mihi probari potest.

Interea loquitur Suarez, cum sui similibus, qui de rebus in Deo pendentibus atque in hominibus futuris philosophatur, citra animorum (meo judicio) sobrietatem: contra quos vero qui in tam insulsas speculationes sese induerunt, fecit nobis obsisteret Jesuita aliquis: naturalia quidem in Deo, & libera ita distinguimus ut altera alteris secundum rationem priora esse dicamus. At summum dicitur duntaxat ratione temporis: in Deo aeterna sunt omnia tam libera quam necessaria. Non diffiteor ad *materiae complementum*, necesse fuisse sic administraret divina providentia ut in istas speculationes praecipitem te daretque vaesana vestra & Dei providentiae plurimum inimica sitalia, omnibus patefierent, & quam in Atheismum praecipua ferantur vestra sententia. Quippe dum divinae voluntati atque dispensationi omnia subjicere minime toleratis, eo provehimini ut necessitati plusquam fatali omnia & singula, etiam Deum ipsum subjiciatis.

2. Certè Deo decreta libera tribuimus, quippe cum doceant sacrae literae *Deum operari omnia secundum consilium voluntatis suae.* Assentior tamen Suario pronuncianti decreta ista *nullum realem modum Deo addere.* Hinc est quod Scotus libertatem Deo tribuat, non *quoad actus oppositos*, quasi natura divina indifferens esset ad quemlibet ex oppositis actibus suscipiendum, sed duntaxat *quoad objecta*: & licet actum liberum Deo tribuat Navarretus, tamen vult hunc actum Deo attribui duntaxat eminenter. Certè unicus in Deo actus, qui & Deus est, sufficiet eminenter ad omnia Dei munia peragenda; sive ea necessaria fuerint, sive libera.

3. Sententia, quam impugnandam sibi proponit, videtur esse sententia quorundam Jesuitarum; mihi nec sententia placet, nec ratio qua nititur. Perinde mihi videtur verum, nec actus creaturarum, nec decreta Dei seclusa divinae voluntatis determinatione cognoscibilia esse in genere futuri; nisi fato plusquam Stoico volvi dicamus omnia; quo etiam constringeretur ipse Deus, ut nihil libertate arbitrii operetur, sed omnia potius necessitatis obsequio. Placet rationis propositae confutatio Suariana: *Imprimis* (inquit) *supponit falsam sententiam, hoc scilicet futura cognosci in virtute seu dispositione voluntatis per comprehensionem ejus. Deinde prius quam consideremus virtutem & facultatem ex parte cognoscentis, inquiramus de veritate & connexione ex parte objecti cognoscibilis: Aut enim in voluntate libera creata, sic disposita cognoscibile est, quid actura sit vel esset, si ita esset disposita, vel non est cognoscibile. Si non est, ergo quantumvis supercomprehendatur talis voluntas, nunquam in illa id cognoscetur. Si vero est cognoscibile; ergo quantum est ex vi objecti, etiam in voluntate increata erit cognoscibile quam determinationem liberam sit habitura in hoc vel illo eventu: quia praecise considerando objectum non est major ratio nec connexio in uno quam in alio: ergo etiam ex parte virtutis cognoscitivae divinae, tam poterit cognosci unum quam aliud; aliàs aliquid ex se cognoscibile, non caderet sub cognitionem Dei, ex defectu virtutis cognoscitivae quod est manifeste falsum, &c.* Certè non alia supercomprehensio voluntatis creatae requiritur quam ut cognoscat de ea quid volitura sit, quod si de voluntate sua etiam hoc cognoscat Deus, nempe quid volitura sit tantundem erit. quod si utrumque cognoscibile sit, procul dubio cognoscetur à Deo. verum hoc determinis est minime conveniendi; voluntatis creatae actus revera futuri sunt, & ex variorum eventuum positione alii atque alii existunt: at divinae voluntatis actus omnes aeterni sunt, nec pro varietate eventuum variantur, sed eventus omnes potius ex divina voluntate pendent. Administrationes quidem divinae providentiae temporales pro ratione variorum eventuum variae sunt, non autem administrationum illarum decreta.

Ut ergo hoc opinio aliquo modo verisimilis fiat, non ex parte virtutis cognoscentis, seu ex illius excessu; sed ex parte objecti reddenda est ratio, probabiliter, quia nec re ipsa, nec secundum rationem potest Deus videre hoc futura decreta libera, priusquam sint praesentia actu in seipsis: itaque propositio, ut more nostro loquamur, in qua Deo attribuitur aliquod decretum liberum, ut velle creare mundum, non prius rationis habet determinatam veritatem, quam Deus intelligatur actu habere in sua aeternitate illud decretum, & ideo non objicitur divinae scientiae, ut exhibendum, sed ut jam exhibitum: quod aliter contingit in voluntatibus creatis, & ideo est hic locus cognoscendi futura; vel absoluta vel conditionata priusquam in seipsis actu sint, non tamen in decretis liberae voluntatis Dei. Assumptum declaratur primò, quia in aliquo signo aeternitatis intelligimus Deum ut scientem & comprehendentem seipsum, & nondum scientem suas determinationes liberas etiam ut futuras vel absolute vel conditionaliter: ergo in illo signo non est determinata veritas in illo objecto: Antecedens patet de illo signo aeternitatis in quo intelligimus, patrem generare filium; producit enim illum ex comprehensione sui, & non ex aliqua scientia sui decreti liberi. Prima vero consequentia probatur, quia in nullo signo est objectum cognoscibile, atque non cognoscatur à Deo: ergo si in illo signo non scitur, neque illud objectum scibile est: ergo non habet determinatam veritatem. At vero post signum illud intelligitur voluntas divina actu jam libere decrevisse; ergo nullum signum relinquitur in quo possit illud liberum decretum ut futurum cognosci probatur minor, quia liberum hoc decretum Dei non habet dependentiam (ut ita dicam) seu non praesupponit nec requirit aliam scientiam praeter illam necessariam: ergo statim post illam concipi debet ut actu praesens. nam cum in aeternitate omnia sint simul, haec signa rationis solùm distinguuntur fundamentum praesuppositionem objectorum, vel rationem formalium inter se: ergo seclusa hac praesuppositione nulla est ratio ordinis nec fundamentum ad fingendum illa signa; confirmatur, quia sicut hoc scientia non est necessaria simpliciter, ita etiam nec liberum decretum: ergo ex hac parte non habet ordinem, & alioquin decretum voluntatis est formaliter liberum, & ab illo proxime resultat denominatio libertatis in scientia: ergo ex hac parte in aliquo signo rationis, prius debet intelligi actualis volitio, quam scientia ejusdem voluntatis ut futurae. Ac denique confirmatur; quia aliàs prius scivisset Deus ut futura omnia libera decreta, quae nunc habet, quam viderit praesentia. Ergo videt illa non tantum ut conditionata futura, sed ut absolute: quia solum praesupponunt naturalem dispositionem divinae scientiae, voluntatis, bonitatis & potentiae; consequens autem videtur falsum: tum quia res aeterna videtur repugnare illa antecessisse futuri; tum etiam quia aliàs in illo signo ante actuale decretum suae voluntatis, haberet Deus scientiam de effectibus futuris à voluntate creata non tantum conditionatam, sed absolutam vel visionis, tum de-

nique

nisi, propter illud incommodum quia impediretur libertas Dei. Nam posita illa scientia, jam non potuisset Deus non habere illa decreta, sicut [illegible] dicere sancti, Luciferum, vel Adam non praescivisse suum lapsum, quia si praescivissent, non potuissent non cadere. At videre licet in Anselmo de casu Diaboli cap. 21. & Euseb. lib. 6 de praeparatione Evangelii cap. 9. Theodoret. [illegible] 26. ne verbum auferas, fortasse audiens.

Respons. De dissertatione ista usurpare posse videor Horatianum illud, *Desinit in piscem mulier formosa superne*; etenim non mediocri rationis evidentia disputator progreditur, donec ad extrema deveniam faciat: postquam verò huc provectus fuerit, *pascat ad extremum videbis & illa dicit*, certè posita illa scientia quam tuetur Suarez, jam non potuisset Deus non habere illa decreta, sed necesse fuit ut haberet aliquo necessitate naturali. Nam licet ex suppositione scientiae procedat ista necessitas, cùm tamen ista scientia minimè nitatur aliquo decreto Dei libero: ut scientia merè naturalis sit, non libera necesse est: & proinde quicquid ex hujusmodi scientia consequens est, ut etiam necessitate naturali, consequens sit necesse est. Non sic praescientia lapsus Luciferi convincit lapsum Luciferi non potuisse declinari; cùm & extra controversiam sit, Deum illud praescivisse, similique constet praescientiam illam in Deo liberè ipsius decreto de lapsu Luciferi permittendo nixam esse: sicut Lucifer lapsus est, ita etiam lapsus est liberè, fingamus itaque hoc à Lucifero praescitum fuisse, nempe & lapsurum fuisse & liberè lapsurum: num propterea sequeretur Luciferum lapsurum fuisse non liberè sed necessariò? Petrum dominum suum ter negaturum fuisse praedixit Dominus ipse Petro, an propterea sequitur, Petrum negasse dominum suum non liberè sed necessariò? Adverte quid Elisaeus olim praedixerit Hazaeli 2. Reg. 8. 12. *[illegible] inquit, filiorum Israel [illegible] igni, & juvenes eorum gladio interficies, & infantes eorum allides, & praegnantes eorum dividis:* procul dubio fallax in hoc vates non fuit Elisaeus: verùm propterea haec omnia contigerunt non contingenter sed necessariò? Pari ratione dici potuisset, Josiam Regem non liberè sed necessariò, combussisse Prophetarum ossa: Cyrum non liberè sed necessario Judaeorum ex Babylone in Judaeam revertentium dimissionem fecisse: cùm plurimos ante multos annos utraque praedicta fuissent. Sed in nimis absurdam ratiocinationem delapsus fuisse videtur ipse Suarez: itaque in his suo judicio nequaquam procedit, tametsi dicit Sanctum hoc dicere, & Anselmum laudat *de casu Diaboli capite 21. & Euseb. lib. 6. de praeparatione Evangelii capite 9. Theodoret. [illegible] 26. ne auferas verbum, fortasse audiens.* Itaque Anselmum consule Scholasticae Theologiae primipilum: At nihil hujusmodi occurrit apud Anselmum: disputat ille, *malum angelum non potuisse praescire se casurum esse*, scientia scilicet naturali, quia certa ratione aliquid colligitur: & dicti sui hanc subjicit rationem: *non potest sciri quod potest non esse: quod enim non esse potest, nequaquam esse certa potest colligi ratione*: quapropter, constat, illum nullatenus potuisse praescire casum suum, quem necesse non erat futurum. ponamus enim (inquit) non fuisse futurū casum illum: an itaq; putas praesciri potuisse si futurus non erat? obiter adverto si de praescientia naturali sermo sit, certè quicquid hoc modo futurum esse colligitur, necessario futurum est, non liberè; quicquid enim naturali ratione colligitur, non nisi consequentia necessaria non necesse est: & hoc sensu Sanctus [illegible] esse [illegible] probabile est: sicubi ex rei praescientia eventum ipsius necessitatem concludant; sed quia ratio proposita *dignus videtur vindex nodus*, & in qua [illegible] suas omnes Scholasticas effundit Suarez, ita ejus responsionem ipsius expendendam proximè subjicimus.

Ad primum & praecipuum ex signis aeternitatis desumptum dicendum in primis non esse universalem: procedit enim de decretis liberis quae Deus habet, non verò de illis quae habere posset, vel habiturus esset circa aliquam rem si quippiam aliud circa illas disposuisset, vel si illa aliter se gessissent. 2. Deinde dicitur etiam in illis decretis liberis quae nunc habet Deus, non rectè procedere discursum sed fallacem; quod ut melius intelligatur, advertendum, haec signa rationis quae in aeternitate distinguimus, non esse cogitanda tanquam quaedam instantia in quorum uno aliquid intelligatur esse, quod non est in alio, sed potius explicanda esse quasi per abstractionem praecisivam, vel per independentiam aut praesuppositionem secundum rationem formalem praecisam: hoc ergo sensu verum est scientiam per [illegible] rationem antecedere scientiam futurorum, etiam conditionatorum; & in illo signo non habere scientiam contingentia tam absoluta quàm conditionata determinatam veritatem, quamquam illud non tam sit signum in quo, quàm à quo sit independentia & [illegible] ergo nihil aliud significatur quàm scientiam [illegible] non habere illam necessitatem quam habet scientia per quam [illegible] producatur, tamen in eodem sensu verum etiam est, posse intercedere signum rationis in aeternitate, inter illud primum necessariae scientiae, & aliud in quo [illegible]. Tale autem signum est illud in quo cognoscuntur futura libera, etiam ex voluntate ipsa Dei, ex aliqua hypothesi, quae si nunquam sit ponenda in esse, scientia manet purè conditionata: si verò conditio [illegible] posita illa scientia desinit esse conditionata, & transit in absolutam [illegible]. 3. Unde prima confirmatio, quae ex formali libertate voluntatis sumebatur, potius suadet oppositum, quia haec ipsa scientia non est in se libera, sed necessariò fertur in objectum, prout cognoscibile est, [illegible] quia ex parte objecti prius [illegible] esse possibile, ideo ad hoc scientia prius terminatur. Deinde quia etiam futurum [illegible] prius ratione est, quàm alia ex genere, ideo prius etiam secundum rationem ad illud terminari intelligitur.

2. Dicit rationem non esse universalem: procedit enim (inquit) de liberis decretis, quae habet, non quae habere posset. At inquam per decreta Dei, quis sobrius intelligeret alia, quàm quae habet Deus non

autem

autem quæ habere posset: neque enim mea dicuntur quæ non sunt mea, licet possint esse mea: nec Dei decreta Dei sunt quæ non habet Deus, licet habere ea possit. etiam nimis absurdum est suspendere decreta Dei ex actibus creaturæ suppositivis, quod facit Suarez: cùm ait Deum potuisse habere quædam decreta (quæ nunc non habet) *si creatura aliter se gessisset*. sed neque loquitur decretum unius rei in Deo ad decretum alterius in Deo; nisi res illæ ita comparatæ sint, ut altera sine altera locum habere non possit. Quod tamen vult Suarez cùm ait, indiscriminatim Deum habiturum esse alia decreta circa aliquas res, *si quippiam aliud circa alias disposuisset*: veruntamen ut pressius ejus vestigia premam; cùm *dicit rationem non esse* [illegible], quoniam si illa ratio quam designat, haud promptum est expiscari; procul dubio non alia ratio est, quàm propositio aliqua simplex, quæ à Suario notatur. ea autem hujusmodi fuit: *an respectu nos fundatam rationem posset Deus velle hæc decreta futura libera priusquam sint præsentia actu in seipso*. Obiter tamen ista propositio de decretis Dei absolutis, non autem de conditionatis tenetur; mirum, quippe cùm minimè procedat de decretis in genere, sive absoluta esse putemus sive conditionata; sed de decretis absolutis dúntaxat: procedit enim de illis Dei decretis quæ aliquando sunt præsentia actu in seipso. at jam superiori capite num. 3 asseruit Suarez, *non de sufficienti fundamento asseri Deum habere decretum liberum circa hæc conditionata objecta*: unde ni fallor consequens est etiam, *non de sufficienti fundamento asseri Deum habere decretum liberum circa aliqua conditionata objecta*. Neque enim ulla mihi suppetit ratio, quare habere putetur libera decreta circa aliqua conditionata objecta; & non perinde circa omnia. Sed & quæstio hic à Suario proposita, non aliò tendit quàm ut de decretis quæ Deo tribuuntur, absolutis, inquiratur, an ea Deo nota fuerint tanquam futura priusquam essent ipsi præsentia.

2. Itaque mox novam responsionem apparat, atque etiam *de decretis liberis quæ nunc habet Deus, non velle prius dicere discursum illum*. Nempè magnum aliquid & prodigii simile parturire videtur Suarez, & proindè minimè mirandum si tam operosè se gerit, dum quod molitur, præstare discupit. Contingentia creata sic se habent, ut primùm intelligantur tanquam merè possibilia; secundò tanquam futura; tertiò demùm tanquam præsentia. idem se præstiturum pollicetur Suarez de actibus increatis voluntatis divinæ: nimirum ut primùm concipiantur tanquam possibiles, secundò dignoscantur tanquam futuri, tertio demùm sint præsentes. At in rebus creatis haud difficulter occurrit quod faciat eas transire ex conditione rerum merè possibilium in conditionem rerum futurarum, nempè voluntas Dei, sive decretum divinum. Quod verò decretum Dei, ex conditione rei merè possibilis transire faciat in conditionem rei futuræ, nihil uspiam occurrit præter imaginationem Jesuiticam, & in præsenti Suarianam. Itaque ut feliciter evitaret quod patentis, advertendum monet, *signa rationis quæ in æternitate distinguimus, non esse cogitanda tanquam quædam instantia, in quorum uno aliquid intelligatur esse quod non sit in alio: sed potius explicanda esse, quasi per abstractionem præcisivam, vel per independentiam aut prius suppositionem secundùm rationem formalem præcisam*. Horum priorum, partim verum est, partim falsum. verum, quatenus quod in primo signo rationis esse concipitur, etiam in secundo esse necesse est: nam in primo signo rationis intelligitur aliquid esse possibile; hoc autem in secundo, & in omni signo rationis ita esse intelligitur, quatenus esse possibile notat negationem repugnantiæ: Sic & *verbum generatur* in primo signo rationis, sed & in omni signo rationis; ad eundem modum in primo signo rationis esse intelliguntur quæcunque sunt veritatis necessariæ, quæ tamen etiam in omni signo rationis ita esse intelliguntur. Rursus ex parte falsum est: nam quibus secundum signum rationis deputatur, ea non ita se habere intelliguntur in primo signo rationis: neque enim quæ in secundo signo rationis intelliguntur ut futura, etiam in primo signo rationis intelligebantur tanquam futura. verum in illo primo signo rationis intelligebantur duntaxat ut possibilia & indifferenter se habentia tàm ad non futuritionem quàm ad futuritionem. Verum fuit è re Suariana quæ distincta sunt, hunc in modum confundere, ut perturbatis aquis piscationem faceret commodiorem: nihil enim magis in votis habent impostores, quàm ut lateant, ut eò lectores suos ludificentur opportunius. Membri posterioris instantiam nullam ponit Suarez ut per abstractionem præcisivam, quid vellet, innotesceret; ne de caligine sua, quâ nititur ad involvendum lectorem, periclitaretur. Ego verò sic interpretor, quorum intellectum habent præscindendo ab aliis, hoc est, aliis nequaquam intellectis ea intelliguntur in priori signo rationis. Quæ verò non sic intelliguntur, ea intelliguntur signo rationis posteriori. Exempli gratia. Cognitio rei tanquam possibilis præscindit à cognitione rei tanquam futuræ: at cognitio rei tanquam futuræ nequaquam præscindit à cognitione rei tanquam possibilis; (neque enim fieri potest ut res sit futura, quin etiam sit possibilis: at res intelligi potest ut possibilis licet non sit futura.) Hinc fit ut cognitio rerum possibilium fieri dicatur in priori signo rationis: cognitio verò rerum futurarum in posteriori; hoc est, ita in posteriori, ut non in priori; licet cognitio rerum possibilium, ita locum habeat in priori signo rationis, ut locum habeat etiam in posteriori. Atque hinc vides membra distinctionis Suarianæ non tàm opposita esse, quàm ad amussim congruentia. fatetur Suarez scientiam per quam verbum generatur *ratione antecedere scientiam futurorum etiam conditionatorum, & in illo signo non habent futura contingentia* (tàm absoluta quàm conditionata) *determinatam veritatem*. Certè non habent determinatam veritatem in genere futuri; habent tamen determinatam veritatem in genere possibilis. Scientia autem rerum possibilium in Deo est veritatis necessariæ, quæ autem sunt veritatis necessariæ, in omni signo rationis habent veritatem determinatam. Sed quia videret Suarez ea, quorum cognitio tribuitur Deo, ante omnem voluntatis ejus determinationem sapere necessitatem absolutam; & quia sapiunt necessitatem absolutam ea à Theologis tribui Deo, ante

omnem

omnem voluntatis divinæ determinationem; Ideò ut se muniat ab ingruenti incommodo, tribus exceptionibus causæ suæ indeterminati consultum vult: primum est; *signum illud in quo verbum producitur, non tàm est* (inquit) *signum in quo, quàm à quo sit independentia, & major necessitas*, respondeo certè signa ista distincta non sunt durationis signa, sed signa rationis; & ut sunt signa rationis, ejusmodi sunt ut in priori, in quo verbum producitur, futura neququam habeant determinatam veritatem, habeant autem in posteriori: atque hoc modo utrumque est signum in quo: sed nec explicuit Suarez, quâ congruentia signum prius dicatur signum à quo; neque enim quæ concipiuntur in signo posteriori promanant ab iis quæ intelliguntur in signo priori: neque enim ex eo quod in signo priori res intelliguntur tanquam possibiles, aut quotquot sunt necessariæ veritatis; propterea sequitur, aut ista potius quàm illa, aut omninò aliqua futura esse in signo posteriori: dum describit signum illud quod *à quo* potius quàm *in quo* dici vult tanquam signum *independentiæ & majoris necessitatis*, obiter fatetur (dictante hoc ipsius conscientia) res à Deo scitas ante decretum ipsius esse veritatis necessariæ, idque ingruente futuri, sic terminorum necessitatem quàm sunt ea quæ sciuntur à Deo, in priori signo rationis: at inquam, necessitas est absoluta, quæcunque præcedit decretum Dei: nulla enim fingi potest suppositio ex quâ res fiant necessariò futuræ, ante decretum Dei: quod prudens lector advertat velim. At in absoluta necessitate gradus non agnosco. Secunda exceptio est: *per hoc nihil aliud significari, quàm futura contingentia non habere illam necessitatem, quam habet scientia per quam verbum producitur*, at inquam si necessitatem habent utcunque ante decretum Dei, jam docui necessitatem istam esse absolutam: necessitas autem absoluta non habet gradus: Tertia exceptio; *in eodem signo verum etiam est posse intercedere signum rationis in æternitate inter illud priorem necessariæ scientiæ & aliud in quo intelligitur decretum liberum tanquam actu jam habens suum esse*: neque in hoc medio signo *cognoscuntur* (inquit) *futura liberè, ex dependentia voluntate ipsa Dei ex aliqua hypothesi*. Obiter adverto, Suarium ipsum non magnam habere rationem distinctionis superioris de signo *in quo* & signo *à quo*: Hic enim tribus signis rationis propositis; unumquodque vocat signum *in quo* citra fastidium, quasi distinctionis illius minimam ad lectores confirmandos potiùs quàm erudiendos adhibuisset: ego verò signum illud medium, ex albo signorum rationis, prorsus expungendum esse judico, & ex omni erudita Schola explodendum esse, sic disputo: Quæcunque cognoscuntur à Deo, in essentia ipsius cognoscuntur, (neque enim extra se progreditur Deus in intuitione rerum,) ergò vel in essentia ipsius qua essentia est, vel in essentia ipsius qua volens est; in essentia qua essentia est cognoscit omnia possibilia, & quæcunque sunt veritatis necessariæ; in essentia, qua volens est, cognoscit omnia futura, nec mediū inter ista omninò sub imaginationem cadit. Secundò si quæ ante decretum Dei determinatam veritatem habent, ea in omni signo rationis decretum Dei antecedente veritatem habent; cujus generis sunt futura, qualia fingit Suarez, ante decretum Dei, ad futuritionem determinata: ergo frustra finguntur varia signa rationis ante decretum Dei, in quorum altero determinata fiant futura illa, non autem altero antecedenti sic constituta. Si futura illa in priori signo rationis erant possibilia tantùm, in posteriori verò signo ad futuritionem determinata: tùm natura sua sunt tantum possibilia, & natura indifferentia tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, & consequenter ex conditione rei indifferentis in conditionem rei ad futuritionem determinatæ, transire nequaquam potuissent sine causa, at nulla omninò fingi potest hujus transitionis causa, non scientia Dei, quippe quæ futura supponit potiùs quàm facit, non essentia Dei, nam si essentia Dei causa esset istius transitionis, tum causa esset vel ut agens naturaliter, vel ut agens liberè: non ut agens naturaliter, nam si ut agens naturaliter, cùm futura illa producerentur eodem signo rationis quo producitur verbum, essentque veritatis summè necessariæ. Sed nec ut agens liberè: nam si ut agens liberè causa esset, tum per decretum suum causa esset futuritionis illorum, & consequenter decretum Dei prius esset illorum futuritione: At Suarez supponit illa futura esse ante decretum Dei: quod si nihil in Deo causa sit futuritionis illorum, quanto minus aliquid extra Deum? nihil enim extra Deum est prius decreto Dei, sed posterius, & consequenter causa esse non potest alicujus prioris ipso decreto. Sed & illud extra Deum quicquid fuerit, si causa esset futuritionis illarum rerum, tàm causa esset futuritionis earum in primo signo rationis, quàm in secundo: Ratio autem ista adhuc acrius urget quantum vis contendatur, modò accommodetur ad ipsum Dei decretum liberum, quod à Suare ponitur priorà Deo sciri tanquam futurum, quàm actu fieri & in hoc apice particulari volvitur vel maximè præsens controversia, licet hoc Suarez dissimulet; & ferè nullam ipsius decreti divini, tanquam futuri rationem habet, ut eadem præcisè futuritionem suam muniat ab ingruentibus incommodis: vult enim etiam decretum Dei quod in primo signo rationis consideratur tanquam possibile duntaxat, in signo secundo sciri & considerari tanquam futurum. At inquam decretum Dei, particulare cùm sit, de re aliqua futura natura indifferentis, tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, ex conditione rei indifferentis transire non potest in conditionem rei ad futuritionem determinatæ sine causa: at nulla hujus rei causa fingi potest. Futuritum extra Deum causam assignamus decretum Dei: at futuritionis ipsius decreti divini nulla causa fingi potest: Quid enim? an aliquid extra Deum fingi potest hujus rei causa? nihil minus, nec Suarius ipse molietur (sat scio) hujus futuritionis causam extra Deum investigare, at in ipso Deo nihil occurrit, quod hujus futuritionis causa sit, non scientia Dei, quippe quæ, fatente hoc Suario, futura supponit potiùs quàm facit: sed nec essentia Dei naturaliter agens; hoc enim si diceretur, sequeretur decreta Dei futura esse necessitate naturali: Sin agens liberè causa hujus diceretur, cùm per decretum suum causa esset, cur decretum suum fiat

futu-

futurum, quod quidem est monstrum opinionis. Rursus vel per idem decretum futuritionis hujus causa existit, vel per aliud: Si per aliud tum processus fiet in infinitum. si per idem tum vel per idem decretum ut praesens, vel per idem ut futurum: Non per idem ut praesens, nam supponimus non esse praesens sed futurum. si per idem ut futurum, quod necessario dicendum, sequitur Deum per decretum suum ut futurum, causam esse cur decretum istud sit futurum hoc est futuritio decreti divini statuenda est causa futuritionis ejus: rursus quid hoc aliud est, quam supponere futuritionem decreti divini, de qua controvertitur, idque citra omnem sobrietatem, cum nihil omnino fingi possit, quod decretum divinum, natura sua mere possibile atque indifferens tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem, transire faciat in conditionem rei futurae sive ad futuritionem determinatae: Pergit tamen Suarius & postquam tria signa rationis secundum prius & posterius ordinata nobis exposuerit, in quorum primo res considerentur tanquam pure possibiles, in secundo ex possibilibus migraverint in conditionem futurarum, in tertio sit decretum Dei de futuritione earundem: addit *rationem hujus prioritatis fundamentalem jam explicatam esse ex independentia absolutorum: nam veritas (inquit) illa ut futura & fundata solum in tali connexione extremorum, praescindendo ab actuali existentia per eadem tempora, vel eadem signa, est de se absoluta, & independens ab illa reali praesentia, & ideo, ut sic est prius ratione cognoscibilis.* De primo signo quaestionem non movemus, non dubitamus quin prius consideremus res tanquam possibiles, quam tanquam futuras; idque propter independentiam, quia scilicet ratio possibilium non pendet a ratione futurorum: sed non propter solam independentiam, sed etiam propter dependentiam rerum futurarum a possibilibus, in rationibus ipsorum tanquam a causis sine quibus non: neque enim futurum est aliquid nisi sit possibile: at possibilia sunt infinita quae non sunt futura. Quare rationem rei possibilis agnoscimus abstractiorem esse ratione rei futurae. at negamus istud obtinere comparatione signorum posteriorum inter se, rerumque secundum illa signa rationis distinctarum. Quid enim? an tu vis decretum Dei (quod in tertio signo constituis) pendere a futuritione rerum quam in secundo signo collocandam censes? nos ex adverso potius dicendum judicamus futuritionem rerum pendere a decreto Dei. Saltem ignorare non potes, hoc inter nos controverti, forte dixeris futuritionem rerum quam decreto Dei praemittis esse tantummodo conditionatam: at neque hoc a te dici non potest universaliter; cum ignorare non possis, licet dissimules, futuritionem decretorum divinorum non esse conditionatam, quam tamen ipsis decretis divinis praemittendam censes. Imo quid si probatum dedero rerum omnium futuritionem absolutam ex tua sententia praemittendam esse decreto Dei. An tum demum obmutesces? ego vero illud duplici argumento confirmatum ero: Si Deus ante decretum suum novit omnia futura, futura esse absolute, tum procul dubio omnia futura, erant absolute futura ante decretum Dei, neque enim fieri potest ut Deus ea sciverit tanquam absolute futura, nisi absolute futura essent.) At Deus ante decretum suum novit quaecunque futura erant absolute futura esse; quod sic confirmo: Si Deus novit ea futura esse conditionate, nempe modo Deus decretum esset ad ea producenda concurrere, simulque novit Deum decreturum esse ad ea producenda concurrere, tum profecto novit ea futura esse absolute (nam posito decreto Dei de concurrendo ad productionem eorundem, fatetur Suarez ea absolute futura esse.) At Deus ex Suarii sententia & novit ea futura esse modo Deus decreverit; simulque novit Deum hoc decreturum esse, ergo novit ea futura esse absolute. Secunda ratio haec est: Si ante decretum Dei altera pars contradictionis in futuris contingentibus sit absolute & definite vera; tum etiam ante decretum Dei omnia futura contingentia, erant absolute futura ante decretum Dei. At juxta Suarium etiam ante decretum Dei pars altera contradictionis in futuris contingentibus vera est absolute atque definite, exempli gratia, Deus aut decernet mundum creare aut non decernet; membra istius disjunctivae sunt contradictoria, hujus autem pars altera secundum Suarium vera est absolute & definite ante decretum Dei. ergo. Advertas etiam in ejusdem rei confirmationem Suarium hic loci profiteri *veritatem illam ut futuram fundatam esse solum in connexione extremorum*. Ergo inquam non requiritur causa aliqua hujus connexionis, nam si causa hujus daretur, in illa potius fundaretur propositionis veritas, quam in ipsa connexione. Sed ut hoc etiam obiter advertam, perperam ista a Suario enuntiantur; dum sic ait, *veritas illa ut futura*: nam procul dubio veritas illa ab aeterno praesens erat, licet res ipsa futura erat propositione significata, in cujus congruentia cum re ipsa posita est propositionis veritas. Rursus perperam se gerit Suarez, dum futuritionem rerum comparat cum actuali earundem existentia. neque enim actualis rerum existentia locum habet in aliquo illorum signorum quorum collationem instituit Suarez, & secundum quae decretorum signa illis conrelatarum prioritate secundum rationem aptat: primum erat signum illud in quo verbum producitur (sive in quo novit Deus omnia quae sunt veritatis necessariae, & consequenter etiam omnia possibilia ( ) secundum, in quo novit ea quae futura sunt; Tertium, in quo decretum Dei actualiter existit. In his nullus omnino locus est actuali rerum existentiae; quam tamen quasi obtorto collo trahit in comparationem, & sane universam istam responsionem Suarianam miseranda occupat confusio, quod indicio est, aut conscientiam ipsius, dum illa dictaret, laborasse motu trepidationis, aut ingenium motu vertiginis: Tandem ad scrupulum removendum se accingit, cujus nullam omnino mentionem factam reperio in argumento, cui solvendo se accommodavit: quod vero, inquiens, *decretum liberum non addat voluntati Dei, aliquid rei sed respectum rationis tantum (ut quo aliqui rem faciunt) nihil ad praesentem causam refert, quia Deus cognoscit hoc decretum secundum respectum, & licet hoc esset tantum, posset ut futurum intelligi talis respectus.* at nos nullam

omninò molestiam hac ex parte facessunt Suario; atque illa extra ordinem inculcari, indidem illa per parenthesin interjecta (*in quo ali qui tum facerent*) sed in angustias se redactum esse praesenserat Suarez, ut nonnihil aestuaret; itaque condonandum illi fuit, quod opportunitatem respirandi undicumque arriperet, & coelo liberiori sese recrearet. Obiter in extremis illis speciem facit, quasi hactenus egisset de futuritione decreti divini, tanquam Deo nota ante decretum ipsum; Cujus quidē rationem habere debuerat juxta argumentum propositum, cujus solutionem agitat; verū nulla hactenus illius futuritionis, in considerationem ejus venimus, extant vestigia; quasi data opera declinaret tanquam praecipitium.

5. Dum ad primam confirmationem diluendam accedit, fingit eam desumptam esse *ex formali libertate voluntatis*: non autem ex libertate etiam scientiae futurorum, sed quasi supposita ejus necessitate; unde infert oppositum; nempè necesse esse ut futura ista à Deo sciantur ante decretum ejus; quia necesse sit Deum scire quaecunque cognoscibilia sunt; futura autem illa supponit Suarez cognoscibilia esse ante decretum Dei. At inquam argumentum petitum est tam à libertate scientiae, quàm à formali libertate voluntatis divinae, & in hoc maximè posita erat, quod cùm scientia futurorum ab omnibus dicatur scientia libera, libertas illa scientiae divinae nitatur formali libertate voluntatis: non quasi non necesse sit Deum cognoscere quicquid cognoscibile est; sed quia contingentia non sunt cognoscibilia in genere futuri, nisi accedente decreto; cujus contrarium strenuè supponit Suarez, sed nunquam probatum dedit: nos autem non semel demonstravimus, cùm contingentia natura sua sint tantùm possibilia, atque indifferentia tam ad non futuritionem, quàm ad futuritionem; penitus impossibile esse, ut ex conditione rerum indifferentium transeant in conditionem rerum futurarum sine causa: nec hactenus causam aliquam fingi posse extra Deum; quippè cùm mundus iste factus sit ab aeterno, quam ab aeterno futura erant, & tanquam futura à Deo nota; extra autem Deum nihil occurrit, quod transitus illius causa sit praeter divinae voluntatis determinationem.

Suarez. *Ad secundam confirmationem comminiscitur, quod etiam respectu creaturarum scientia absoluta futurorum antecederet ad decretum liberum divinae voluntatis, distinguere oportet: antecederet ad illud ut cognitum, falsum est quia saltem necessarium est praecognoscere decretum liberum divinae voluntatis, ut secundùm rationem futurum praesciat post talem scientiam; nihil ex illo pendeat absolutè futura in creaturis: Si verò inferatur, quod illa scientia antecedit ad illud decretum, ut actus ex parte eum secundum rationis ordinem; sic concedenda est sequela, neque hinc sequitur aliquid inconveniens, neque est imperfectio ulla, sed potius maxima perfectio, quod tam vario Deus vario modo ratione distincto hac futura cognoscere intelligatur, quibus hac esse cognoscibilia excogitari potest.*

Resp. Quid his apertius? nimirum ex professo contendit omnia futura esse absolutè futura, ante decretum Dei, igitur etiam creatio mundi erat absolutè futura ante decretum Dei, & quaecunque evenerint à jactis mundi fundamentis in hunc usque diem, aut in aeternum eventura sunt: haec omnia & singula absolutè futura fuisse ante decretum Dei: unde sequitur decretum Dei nihil addidisse absolutae rerum futuritioni; quippè cùm ante decretum Dei absolutè futura essent, fatente hoc Suario; atque ipsum Dei decretum absolutè futurum erat antequam esset; idque non à causa aliquā sive extra Deum sive intra Deum, quae faceret decretum illud natura sua merè indifferens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem, transire ex conditione rei indifferentis, in conditionem rei ad futuritionem determinatae: superest ergò ut non aliundè quàm ex natura sua, hoc est necessitate naturae non libertate (nam libertas exercetur decreto; at decretum Dei antequam praesens esset, ponitur ab istis Doctoribus absolutè futurum esse) unde consequens est, omnia quae fiunt extra Deum, etiam omnia quae constituuntur intra Deum evenisse atq; evenire, atq; in aeternum eventura esse, nullo libertatis arbitrio, sed mero necessitatis obsequio: & quid est Deum negare, atq; Atheismum manifestum introducere, si hoc non est? hoc incommodum advertit Suarez & proindè ad illud diluendum proximè se accingit.

Suarez. *Ad ultimum autem argumentum rationali deductum quod solet esse praecipuum fundamentum contrariae sententiae, nimirum quia per hanc scientiam impediri videtur usus libertatis in voluntate divina: Respondetur negando consequentiam, & imprimis eadem fere potest in scientia & libertate animae Christi, & ab omnibus necessariò solvenda est: Certum est enim, Animam Christi etiam ab instanti suae conceptionis vidisse, quicquid Deus videt scientia visionis, & consequenter vidisse semper quae praescientes habuisse omnes actus suae voluntatis, quos per totum vitae tempus habitura erat; & tamen hoc non abstulit illi libertatem: ergò quamvis in aeternitate ipsa intelligamus Deum secundùm rationem praescire quid voliturus sit, non ideo tollitur libertas Dei: quod ita explico; fingamus Deum in tempore incipere velle aliquid, tunc sicut nunc in aeternum praescire, potuisse Deum ab aeterno praescire quid in tempore voliturus esset; & tunc intelligeremus illa scientia supponi ad libertatem, sicut in anima Christi dicimus intelligimus: ergò idem intelligendum est, etiamsi omnia sint aeterna. Neque ergò disjunctive concedendum est, illam scientiam non auferre libertatem propter duo: Primum est, quia licet voluntas* [illegible] *necessario quidem ex suppositione, tamen ipsa nihilominus scientia, quae praevidere dicitur ex parte objecti, supponit veritatem pendentem ex libero usu voluntatis, ut* [illegible] *dixi in similibus, Deus tamen est hoc volens, quia sic se hoc voluit, non sed potius quia voliturus est, adeoque illa suppositio non est omninò antecedens, ut libertatem tollat: Secundum est, quia illa scientia nec praecedit objectum voluntatis nec movet illam ad volendum vel nolendum, sed est quasi mera speculatio et futurorum dicere solent Theologi de scientia visionis, & ideò non immutat modum operandi voluntatis sed merè concomitanter se habet, sicut scientia, ut intuitio quae est in actu.*

Dum hac ratione scientia [illegible] *scientiam illam non inferre voluntati necessitatem, quod convenit: tales* [illegible] *necessitatem illam quae* [illegible] *ut possit contrariam actu habere, sicut dici solet de homine habente revelationem absolutam suae damnationis; non prodem ne-*

cessitati

significari ne possit speraret : Consequens autem est plane absurdum : primò quia alias nunquam & respectu nullius objecti haberet Deus libertatem quoad specificationem, quia circa omnia objecta, & semper habet hanc scientiam : Secundò quia si divina voluntas secundum se haberet hanc libertatem quoad specificationem, & hæc scientia illam tolleret, destrueret objectum suum & seipsam, quia scientia de Deo talem libertatem tolleret illam. Respondetur negando simpliciter sequelam propter easdem rationes supra adductas : nam sicut hæc suppositio, quia habet conditiones supra declaratas non tollit libertatem quoad exercitium etiamsi stante illa non possit voluntas non exercere actum : eadem ratione, quamvis eadem facta suppositione, non possit exercere actum contrarium non id provenit ex necessitate, quoad specificationem, sed ex incompossibilitate earum rerum, quarum altera, scientia videlicet, supponit jam futurum decretum omnino liberum ; & ideò talis scientia non destruit seipsam, neq; objectum suum; quia utrumque simul per illam scitur, & voluntatem scilicet ex se omninò liberè hoc facturam : & quod stante hac scientia non potest cum illa componi ut aliud faciat.

Resp. Negat Suarez hinc *consequi libertatis usum in divina voluntate impediri* : at jam probatum dedi, hinc sequi decreta Dei & consequenter etiam omnia futura provenire necessitate naturali: nam si singula seipsis ad futuritionem determinata sunt, nec sunt natura sua indifferentia tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem; tum sequitur omnia provenire naturali necessitate, etiam ipsa Dei decreta. At seipsis determinata sunt ad futuritionem, nec sunt natura sua indifferentia, tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem ; ergò proveniunt omnia necessitate naturali : consequentia majoris sua luce conspicua est, assumptionem autem sic confirmo : Si natura sua indifferentia essent tàm ad non futuritionem quàm ad futuritionem, tùm causam aliquam haberent, idque ab æterno, quarè ex condicione rerum merè possibilium atque indifferentium transierint in conditionem rerum ad futuritionem determinatarum: nam transitus iste sive determinatio facta est ab æterno : at nulla ne per imaginationem quidem fingi potest hujus transitus sive determinationis causa, juxta eorum sententiam qui negant divinæ voluntatis determinationem causam esse futuritionis rerum : nihil enim extra Deum fuit ab æterno, quod transitus istius sive determinationis ab æterno factæ causa esse posset. Intra Deum seclusa voluntatis ipsius determinatione nihil occurrit, quod transitus istius & determinationis causa sit; non scientia Dei; (quippe quæ supponit futuritionem rerum, non constituit :) non essentia Dei; nam si essentia divina causa esset ; tùm vel ut agens liberè, vel ut agens naturaliter & necessario ; ut agens liberè causam esse negant adversarii : sin causa sit ut agens naturaliter & necessario, sequitur omnia provenire necessitate naturali, sive à Deo fluere agente naturaliter atque necessariò; eadem ratione probatur decreta divina, quæ libera dicimus, nequaquam à Deo liberè provenire, sed necessariò : nam & ista futura erant antequam Deus ea statueret, secundum Suarium; ergo vel necessitate naturali, vel per causam aliquam liberam : non per causam aliquam liberam: nam causa libera hujus rei nulla fingi potest præter decretum Dei; at ante decretum Dei statuuntur esse futura ex sententia Suarii : ergo non ex decreto Dei, sive ex Deo agente liberè, sed ex Deo potius operante necessario : sed argumento in adversum producto, contendit Suarius: *Eadem* (inquit) *ratio fieri posset in scientia & libertate animæ Christi, & ab omnibus necessariò solvenda est* : at inquam eadem omninò ratio non est sed dispar quæ fit in scientia & libertate animæ Christi, & ea quam producis, facilem admittit solutionem : visio enim, viderit Christus *eventus actus suæ voluntatis futuros*, ista scientia nequaquam abstulit illi libertatem : Imprimis enim sicut illam scientiam dicimus niti decreto Dei, ita necessitas horum actuum est necessitas tantùm suppositionis, ex suppositione scilicet decreti divini : at vos introducitis necessitatem rerum absolutam & ex decreto Dei minimè dependentem: agnoscimus, cum Aquinate vestro, eam esse divinæ voluntatis efficaciam, ut possit præstare tam effectus contingentes per causas contingenter agentes, quam effectus necessarios per causas agentes necessariò, & quæcumque necessarius sit effectus aliquis, modò causa ejus constituatur libera Dei voluntas; apparet non necessitate absoluta produci, quæcunque producuntur, sed merè contingenter, & liberè ratione libertatis divinæ : Ego verò jam probatum dedi, ex sententia statuentium res contingentes, adeoque ipsum Dei decretum futura esse ante decretum Dei, necessario sequi omnia provenire necessitate naturali, atque absoluta. explicatio autem à Suario adhibita nullius pretii est, dum fingit rem impossibilem ; ex quâ minimè mirandum erit, si quod prorsus impossibile est inferat : nam ut sequar vestigia Suarii, juxta fictionem istam ; Si Deus in tempore inciperet velle aliquid, dico impossibile esse ut cognosceret quid de futuro volliturus esset : ratio in promptu est; quia si volitio illa, quam futuram vocat non omninò sit futura juxta fictionem propositam, fieri non potest ut à Deo cognoscatur tanquam futura: at volitio illa, quam futuram vocat, reverà futura non est juxta præmissam fictionem suam : nam cum sua natura sit duntaxat indifferens tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem; fieri non potest ut ex condicione rei merè indifferentis, transierit in conditionem rei ad futuritionem determinatæ sine causa : at nulla transitus illius causa fingi potest; neq; extra Deum, nam ab æterno factus est transitus ille, cùm ab æterno futura esset volitio prædicta : & extra Deum nihil fuit ab æterno quod hujus transitus causa esset : Sed nec intra Deum aliquid reperitur quod hujus transitus causa idonea censeatur secluso ipso Dei decreto. non scientia Dei, quippè quæ supponit rem cognoscibilem esse in genere futuri, priusquam cognoscat ipsam tanquam futuram. Quod si essentia Dei causa esset istius transitus, certe causa ejus esset tanquam agens naturaliter & necessariò; unde sequitur volitionem illam futuram esse non liberè sed necessario. videat lector quàm facilè dissolverimus rationem istam, quâ sola nititur & tantoperè gloriatur Jesuita : addit duas rationes quarè scientia futurorum decreto divino antecedaneorum nequaquam præjudicet libertati Dei; *Prima est quia* (inquit) *licet*

videatur inducere necessitas quaedam ex suppositione; tamen ex ipsa tamen scientia, quia praecedere dicitur ex parte objecti, supponit veritatem pendentem ex libero usu voluntatis. At, inquam, haec omnia falsa sunt de scientia futurorum in Deo; primò quia necessitas futurorum non est ex suppositione, sed absoluta; sicut veritas eorum non est ex suppositione, sed absoluta. Etenim jam fassus est Suarez, futura illa esse absolutè futura ante decretum Dei. Si absolute futura, ergo non ex suppositione futura sunt; & consequenter necessitas illa, quam continent, est necessitas absoluta, non autem ex suppositione. nam si necessitas futurorum est ex suppositione, certè futuritio eorum esset ex suppositione; at jam fassus est Suarez futuritionem eorundem esse absolutam. Rursus falsum est veritatem futurorum pendere ex libero usu voluntatis: nam liber usus voluntatis posterior est futuritione rerum; & quod prius est non potest pendere ex posteriore, praesertim cum futuritio rerum, sit determinatio rerum, per quam fit, ut ex conditione rerum merè possibilium atque indifferentium tam ad non futuritionem quam ad futuritionem, transeant in conditionem rerum futurarum sive ad futuritionem determinatarum, idque ab aeterno. exempli gratia: Conversio Pauli ab aeterno fuerat futura, & consequenter ab aeterno transierat ex conditione rei merè indifferentis in conditionem rei futurae. at actualis Pauli conversio quae in tempore facta est, non potuit causare futuritionem conversionis illius sive determinationem ejus ad futuritionem, quae facta est ab aeterno: neque enim quia tali tempore facta est Pauli conversio, ideò ab aeterno futura erat: hanc consequentiam jam benè novimus negasse Aristotelem. Sed quia ab aeterno futura erat pro tali tempore idque ex praestituto Dei, ideò tali tempore facta est: neque quia mundus ante quinque millia annorum creatus est, ergo ab aeterno futurus erat: sed quia ab aeterno futurus erat idque ex decreto Dei, ideo à Deo conditus est in initio rerum. Haec est legitima rerum comparatio praesenti instituto congruentissima, quam tamen data opera dissimulat & praetermittit Suarez, & loco ejus comparationem admodum alienam substituit: dum scilicet scientiae Dei cum volitione Dei futura collationem facit: sed & illam expendemus. Itaque respondemus, si de volitione Dei in tempore facta (juxta fictionem praemissam) sermo fiat, jam negavimus fieri posse ut hujusmodi volitio à Deo cognosceretur, idque ratione firmavimus. neque enim cognosci potest aliquid, vel à Deo, tanquam futurum quod futurum non est: Sin de volitione aeterna; rursus negamus, atque eadem ratione firmamus, ejusmodi volitionem nunquam cognoscibile esse in genere futuri; quia si cognoscibilis esset in genere futuri, non nisi ante factam volitionem, sic cognoscibilis est; nam cùm primum fit aliquid, hoc ipso desinit esse futurum. at ante factam volitionem nihil est quod faciat ipsam transire ex conditione rei merè possibilis atque indifferentis tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem in conditionem rei futurae sive ad futuritionem determinatae; Ad secundam rationem quod attinet: eodem modo respondeo; dari non posse in Deo vel ejusmodi scientiam quae sit mera speculatio rei tanquam futurae, quae futura non est hactenus, sed aequè indifferens tam ad non futuritionem quam ad futuritionem.

Distinctio de necessitate illata Voluntati *non quoad exercitium sed quoad specificationem* de nihilo est. quod absolute futurum est tam quoad exercitium, quam quoad specificationem, idque necessitate naturali, idque ex parte voluntatis, ut necessitatem inferat voluntati necesse est; & quaecunque à Deo decreta sunt, jam ante omne Dei decretum, absolutè futura esse, jam fassus est adversarius. Nos insuper probatum dedimus absolutè futura esse, necessitate naturali. Negat Suarez hinc inferri necessitatem voluntati divinae, idque *propter rationes supra adductas.* at rationes illas jam expendimus, & quam nullius pretii sint confirmatum dedimus. Certè fatemur non magis tollere libertatem *quoad specificationem*, quàm *quoad exercitium.* Sed quoad utrumque libertatem perinde tolli. Scientia quam fingunt isti, fingunt fateor, supponere futurum decretum omnino liberum; verùm ista fictio est rei merè possibilis, cùm quaecunque futura fingunt ante decretum Dei, ea non liberè sed necessariò, idque absolutè non ex suppositione, naturali videlicet necessitate proventura esse, jam firmatum abunde dedimus. Jam ad ipsius Suarii sententiam, hac de re ejusque confirmationem in considerationem revocandam progredimur.

Dicendum nihilominus est, hanc scientiam quantum ad id quod est perfectionis in illa, extendi ad libera decreta Dei; ita ut Deus ea intueatur non solùm ad modum rerum praesentium, sed etiam ad modum futurarum, sicut eadem vi & ratione qua caetera futura cognoscit, & hoc sensu dici posse cognoscere illa ut futura vel absolute, vel sub conditione. Fundamentum hujus assertionis idem omnino esse debet, quod de reliquis actibus liberis. addendo solùm nullam sufficientem rationem differentiae reddi posse inter divinam & creatam voluntatem ut in altera haec futura possint cognosci, non in alia: quod primò ostendo in his decretis liberis, quae de facto non sunt in divina voluntate, possent tamen esse, si alia non fuissent, vel si hoc vel illud accidisset: ut, verbi gratia, nam Deus non praedestinavit homines qui ex Adamo non sunt generandi; si autem decrevisset Deus producere genus humanum ex alio homine ex progenie illius alios praedestinasset de quibus nunc nihil decrevisset, ergo de illis hominibus potest nunc objici intellectui divino hoc enunciabile, Si creassem humanum genus in tali homine, ex illius progenie hos vel illos elegissem *& similia exempla possunt infinita cogitari de quibus habemus in scripturis nonnullum vestigium. Psal. 80.* Si populus meus audisset me & si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem. *Ubi Basilius, Augustinus & alii notant esse absolutam praedictionem, & particulam* forsitan, *non esse positam ad denotandam incertitudinem; ad idem induci potest illud Matthaei 26.* an putas quia non possum rogare patrem meum & ipse exhibebit mihi plusquam 12. legiones angelorum. *In his ergo conditionalibus locum habent omnia argumenta supra facta de voluntatibus creatis, quia in illis objectis est determinata veritas ergo in se est cognoscibilis per divinam & infinitam virtutem cognoscendi; item differentia de supra comprehensione exclusa jam est, altera vero de existentia aeterna decreti liberi hic locum non habet, quia hoc decretum* Suarez.

decretum

[illegible] non est positum ab aeterno ut supponitur; solum ergo est differentia, quia, si illud decretum ponatur in Deo, nihil adderetur voluntati ejus. In voluntate autem creata non ponitur sine additione alicujus actus; haec autem differentia impertinens est ad rem praesentem; quid enim refert, quod decretum liberum addat vel non addat aliquid ut cognosci possit? Sicut etiam praesens decretum liberum nihil addit his, quae necessario sunt in Deo, & nihilominus per seipsum videtur proprie & intuitive visione; quod vero dicunt alii hoc conditionale objectum divinae voluntatis non cognosci, quia conditio nihil confert, ut tale decretum sit vel non sit nihil juvat, tum quia id non est in universum verum, potest enim aliquando conferre, ut si Petrus oraturus esset Deum; an Deus volturus esset illum audire [illegible] ad voluntatem inclinandam conferret; tum etiam quia quando conditio nihil confert, potest cognosci concomitantia, etiamsi non cognoscatur causalitas vel ratio talis voluntatis.

Resp. Admodum leniter fluit illa dissertatio Suariana. In sua ad superius argumentum responsione aestuebat instar freti, terris utrinque urgentibus concluso mari atque in angustias redacto; hic autem vela facit tanquam in mari Pacifico, sibi placide canens & musis suis, & quae suo judicio probata videntur dictans, adversante nemine. Ego vero tanquam spiritus aliquis ex Aquilone veniens conturbo dissertationis istius serenitatem. Sententia istius Jesuitae est, Deum *eadem vi & ratione qua caetera futura cognoscit, etiam decreta sua cognoscere ut futura vel absolute vel sub conditione;* addit, *fundamentum hujus assertionis idem omnino esse debere, quod de reliquis actibus liberis, addendo solum nullam sufficientem rationem differentiae reddi posse, inter divinam & creatam voluntatem, ut in altera hoc futura possint cognosci, & non in alia.* de actibus liberis creaturarum verissimum est, eos futuros fuisse antequam essent praesentes & consequenter à Deo etiam cognoscibiles in genere futurorum; At decreta, cum sint aeterna, nunquam erant futura & per consequens nunquam forte cognoscibilia in genere futurorum; Verum Suarez sententiam suam emendatam recipit; primo in his *decretis liberis, quae* (inquit) *de facto non sunt in divina voluntate possunt tamen esse si alia non fuissent, vel si hoc vel illud accidisset.* Non inficior potuisse alia à Deo decreta fuisse, quam quae decreta sunt: potuit praedestinasse homines ex alio quam ex Adamo prosemimandos; nego tamen propositionem istam conditionalem quam pro vera nobis obtrudit Suarez, nempe *si decrevisset Deus producere genus humanum in alio homine, ex progenie illius alios praedestinasset;* probabile est, fateor, Deum similia consequentium fuisse consilia, qualia secutus est & hodie sequitur producendo genus humanum ex Adamo. verumtamen cum concomitantia, ista propositione conditionali notata, sit natura sua tantum possibilis & proinde indifferens tam ad non existendum quam ad existendum; nec ex conditione rei pure indifferentis transire potuerit in conditionem rei ad futuritionem determinatae, sine causa; nec ulla causa transitus istius & determinationis fingatur à Suario, gratis fingitur ab eo transitus iste sive determinatio. Eadem ratione nego posse objici intellectui divino hujusmodi enuntiabile tanquam verum, *Si creasset humanum genus in tali homine, ex illius progenie hos vel illos elegisset,* Nam si objiceretur intellectui divino tanquam verum idque in genere futuri, quod intendit Suarez, hoc praesupponeret, jam factum esse transitum rei mere possibilis natura sua (atque indifferentis tam ad non futuritionem quam ad futuritionem) in conditionem rei ad futuritionem determinatae; at cum talis transitus fieri non potuisset ab aeterno sine causa, nec ulla transitus istius causa fingatur à Suario; superest ut gratis dicatur à Suario, istud enuntiabile objici intellectui divino tanquam verum in genere futuri; Nam concomitantia eorum duorum hoc enuntiabili signatorum, videlicet creationis humani generis in tali homine & praedestinationis aliorum ex illa progenie ad vitam aliorum, ad mortem; illa (inquam) concomitantia est natura sua mere possibilis & indifferens tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem, & proinde ad futuritionem determinari non potuit idque ab aeterno sine causa. Causa autem illius determinationis nulla repraesentatur à Suario & proinde gratis dicitur, illud enuntiabile objici intellectui divino tanquam futurum. Scripturarum loca designata allidebant ab instituto Suarii. *Si Populus audivisset Deum & Israel ambulasset in viis domini Psalm 80. certe humiliasset fortasse inimicos eorum.* Ergo humiliatio inimicorum Israelis annexa fuisset obedientiae ejus, non autem decretum humiliandi; neque enim decreta Dei aeterna consequuntur actus humanae obedientiae temporales; quae tamen praedictio non est absoluta (ubi hic lapsus est Suarez) sed manifeste conditionata; Sed (*certam*) dicere voluit; certe debuit Suarez, cum diceret (*absolutam*) & praedictionem istam certam fuisse, nullus dubitat. Nam ex decreto Dei, obedientiae Populi Dei annexa est inter alias benedictiones, etiam victoria in inimicos ipsorum; Similiter Math. 26. *Si rogasset hic Patrem Christus exhibuisset illi 12. Legiones Angelorum,* nam teste ipso Servatore, semper auditus est à patre Christus, idque procul dubio ex decreto patris. Interea tamen exhibitio Legionum secutura notatur preces Christi, modo exhibitae fuissent, non autem voluntas exhibendi; quippe quae temporalis non est, sed aeterna. Itaque in his conditionalibus, ne locum quidem habent argumenta supra facta de voluntatibus creatis, neque enim in illis objectis reperitur determinata veritas nisi ex decreto Dei & consequenter neque cognoscibilis est nisi per divinam ac infinitam virtutem cognoscendi. nam sicut potentia non extendit ad ea facienda quae possibilia non sunt: ita cognitio Dei nequaquam extendit ad ea cognoscenda quae cognoscibilia non sunt. Patere igitur ut nihilo magis obtineat de decretis divinis praesertim cum penes decretum Dei sit praestare futuritionem in rebus creatis, at penes decretum Dei non est praestare futuritionem in decretis divinis. Differentiam de supracomprehensione facile damus excludendam esse, prout superius agnovimus; at vero illa altera differentia ex comparatione orta actionum divinorum aeternorum cum actibus creaturarum temporalibus, non ita facile excludenda videtur; quandoquidem quae temporalia sunt, necesse est futura sint, antequam sint praesentia. at impossibile videtur ut quae aeterna sunt, prius futura sint; quam sint

præsentia. Nec omninò occurrit aliquid quod faciat ea ex merè possibilibus transire in futura, at res contingentes extra Deum, per decretum Dei constituta in esse volito apud Deum, hoc ipso fiunt futuræ, idque ab æterno, licet existentiæ suæ actualis ortum sortiantur in tempore. Nec hujus argumenti vim sustinere potuit Suarez. & proinde sibi consulit subterfugiendo ictum ejus, dum ait; ideo alteram differentiam ex *existentia æterna decreti liberi*, hic locum non habere, quia hic decretum non est *positum ab æterno ut supponimus*. Quasi verò in ista dissertatione tantum ageret de decreto aliquo Dei fictitio, quale supponitur non fuisse ab æterno, sed ortum accepisse in tempore. Sed & variis locis sententiam hanc suam firmare conatur de decreto Dei vero, quod æternum est, non autem de decreto fictitio; ideo ut fateri nequaquam erubuerit, omnia absolutè futura esse ante decretum Dei existens actu, licet non ante decretum Dei cognitum, quod procedere non potest nisi de decreto Dei æterno. Ultima vero differentia ex quadam minutia Scholastica petita: quod scilicet [*decretum Dei illud reale superaddit voluntati ejus*] libenter fateor nullius pretii est. Agnosco conditiones in conditionalibus istis propositas, nihil conferre ad decretorum divinorum existentiam, qui enim fieri potest? ut temporalia quicquam conferant ad existentiam æternorum. Etiam falsum est orationem cujuscunque inclinare aut movere voluntatem Dei. Jam olim dixerat Aquinas nullam dari rationem motivam voluntatis divinæ, simulq; professus est *omnium tamen fore infinita motiva fuisse ut hoc assereret*, verumtamen ex decreto Dei est, ut deprecatio justi multum valeat ad obtinendum quidlibet à Deo, præsertim modò ardens fuerit. Asserendo Dei decreto verum non est, Petrum à Deo exaudiendum esse, nisi à Deum oraverit; quippe enim horum duorum hac propositione notatorum concomitantia sit, natura sua tantum possibilis & dumtaxat indifferens idque tam ad non futuritionem, quam ad futuritionem, nec ex conditione rei indifferentis migrare potest in conditionem rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ sine causa.

Proximè progreditur Suarez ad considerandum ejusmodi decreta Dei, quæ præsciri non possunt conditionaliter, priusquam præsciantur absolutè; quale est decretum creandi: hujusmodi tamen decretum, contendit cognosci posse ut futurum *Prima ratione, quam ut aliæ præsens quia inquit quamvis illud decretum in se sit æternum*, (ex his videas sententiam Suarii procedere non tantum de decretis Dei, quæ per fictionem supponuntur non esse æterna, verum etiam de decretis quæ reipsa *sunt & æterna*) & *ulla præsens, tamen cognosci potest quasi independenter ab illa actuali præsentia*. Imò (inquam) non potest, nam si posset, tum vel cognosci posset ut præsens vel ut futurum, non ut præsens; agitur enim de cognitione decreti antequam præsens sit, at cognoscere tanquam præsens, quod nondum præsens est, non tam est cognoscere quam errare: Sed neque cognosci ut futurum; Primò quia quod semper præsens est nunquam erat futurum; at decretum creandi semper fuit, quippe cum æternum sit, ergo nunquam erat futurum, & consequenter nunquam cognosci potuit tanquam futurum; Secundò si decretum Dei futurum erat antequam esset præsens, tum jam ante factus est transitus decreti illius divini a conditione rei merè possibilis atque indifferentis tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem in conditionem rei futuræ sive ad futuritionem determinatæ; at talis transitus dari non potest, quippe cùm nulla talis transitus causa sub imaginationem cadat, nec à Suario fingatur, aut fingi possit, nec sine causa talis transitus fieri potest. Explicationem Suarii subjectam per fictionem decreti temporalis Deo tributi jam in superioribus refutatam dedi; Nempe impossibile esset, ut tale decretum de futuro Deo notum esset, quippe cùm tale decretum revera futurum non esset, & consequenter non esset cognoscibile in genere futuri. non esset futurum (inquam) quia esse futurum, est ex natura rei indifferentis, transire in statum rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ. quod quidem fieri non potest sine causa, at nullam hujus transmigrationis causam hactenus exhibuit Suarez. Sed nec poterit quidem exhibere. Pergit ad explicationem alteram, *Sunt* (inquit) *quamvis decretum Dei liberum æternum sit, intelligimus prius rationis cognoscere Deum voluntatem suam, quatenus potest hoc vel illud libere velle, quam ut actu velit hoc vel illud: ergo etiam prius rationis potest eandem voluntatem cognoscere ut volituram quam ut actu volitam*. At negamus ullam esse inter ista proportionem paritatemq; nam potentia Dei præsens est, & necesse est, ut hujus causa ita sit. At volitio quam futuram vocat, nec præsens est nec futura; nam cùm natura sua sit merè indifferens tam ad non futuritionem quàm futuritionem, ex illo statu transire non potest in statum rei futuræ, sive ad futuritionem determinatæ sine causa; At nullam hujus transitus causam comminiscitur Suarius, nec potest comminisci, licet ad commenta fingenda admodum pronus fuerit plurimum ingenia Jesuitarum; verùm in hoc opere nullus omnino commento locus est, tantùm illud absolutè sustinens & subornata suppositione futuritionis rei, quæ revera nullam omninò sortita est futuritionem, sed perseverat in statu rei merè possibilis & dumtaxat indifferentis tam ad non futuritionem quàm ad futuritionem; Itaque cum in probationem subjicit, *Consequentiam patere, quia neque ex parte objecti est major repugnantia in uno quàm in alio, neque ex parte cognoscentis potest sufficiens virtus deesse*; agnosco non Deo deesse virtutem ad cognoscendum quicquid est cognoscibile, in quocunque genere cognoscibile est; Sed dico repugnantiam esse ex parte objecti, dum supponitur futurum esse & consequenter cognoscibile in genere futuri, quod revera futurum non est, sed merè indifferens, idque tam ad non futuritionem quam ad futuritionem; & per consequens non est hactenus cognoscibile in genere futuri, sed dumtaxat in genere rei merè possibilis, merè indifferentis atque indifferenter tam ut nunc existat quam ut existat. Pari ratione nec volitio Angeli per fictionem æterni cognosci potuisset in genere futuri nisi futura esset; quod si futura esse ponatur, simul ponenda est causa aliqua unde fiat futura, hoc

est unde fiat ut ea statu vel merè possibili atque indifferentia considerent, in conditionatam res futura sive ad liberationem determinatae, hocque quam universalis, sive quod futurum esse ponitur ab aeterno, fingunt esse, sive in tempore ortum suum habere.

Ad aeternum procedit ex suppositionibus & commentis pure Jesuiticis praeter omnem soliditatem consistit. Quarum prima est; *Deum habere hanc scientiam conditionatam de actibus voluntatis creatae prius, secundum rationem, quam ipse aliquid libere decernat circa actus creaturarum voluntatum*, hoc est prius scire res futuras esse quam futurae sint; Nam huc tendere, quod dicit Suarez jam à nobis sapissime demonstratum est; altera est huic consentanea, Nempe *prius esse in Deo scientiam liberam, quam decretum liberum*, quasi verò voluntas non esset radix libertatis. Licet, ut fatear quod verum est, ex superiore suppositione potius sequitur scientiam illam esse rerum non tam liberè & contingenter eventurarum, quam necessariò, idque necessitate absoluta, prout in superioribus ostensum est, nec tamen adeò valida est consequentia, quam ex his necessit. *nempe, ergo eadem ratione procedere possit ut intellectus divinus similis scientiae aliquo modo libera habeat pro objecto ipsum decretum liberum voluntatis Dei, prius ratione quam tale decretum in re positum intelligatur; neque assignari potest ulla sufficiens ratio cur magis hoc repugnat in voluntate increata, quam in voluntate creata*; Et enim assignari potest meo judicio momentosi discriminis ratio manifesta; quia scilicet juxta Suarium, voluntas Dei non est sola causa actus liberi in creatura; Negari tamen non potest voluntatem Dei esse solam causam actus liberi in ipso Deo. Secundò voluntas Dei non determinat voluntatem creatam ad actum suum secundum Suarem; sed voluntas Dei determinat seipsam ad actum suum. hanc itaque rationem reddo, cur consequentia sit invalida, non autem aliam, qualem reddi debere fingit Suarez; quasi verò *Jesuitae major sit voluntatem creatam & actum suum, quam inter voluntatem divinam & decretum suum*. hanc consequentiam infirmandae conduceret, sed potius huc tendunt quod manca esset quid *major connexio sit inter voluntatem divinam & actum suum, quam inter voluntatem divinam & actum creaturae*. quare licet *in illo secundo signo rationis fingatur Deus cognoscere de voluntatibus creatis, quid sint actura si hoc vel illud illis accidat idque ante decretum divinae voluntatis actu positum*, (Quippe cùm fingant Deum concurrere tantùm ad producendum actum voluntatis creatae modò illa velit, non autem eandem ad volendum determinare) Non tamen hinc sequitur Deum in hoc signo cognoscere ante decretum suum, quid ipse decreturus sit, cùm decreti divini nulla alia fingi possit causa praeter ipsam voluntatem Dei semetipsam ad volendum determinantem; Rursus cùm futuritio competat in actus voluntatis creatae, quippe cùm temporales sint, non autem competat in actus voluntatis increatae, quippe cùm aeterni sint, denique falsum est volitionem Dei consequentem esse ad hypothesin aliquam ante positam, & consequenter impossibile est ut cognoscat Deus quid voluntas sua volitura sit ex hypothesi quam in re positam videt, juxta fictionem Suarianam; Nec tamen falsum est naturam atque bonitatem Dei inclinare ipsam ad volendum aliquid ex hypothesi illa, quam in re positam videre fingitur à Jesuita. Quare conclusio Suariana tanti esse meretur, quanti sunt rationes quibus eandem fundatam esse vult; verumtamen in illa consequentia convellenda, Responsionis nostrae momentum minimè collocamus, quam ad scientiam conditionatam, quod attinet, de actibus voluntatis creatae, quam Deo tribuunt ante decretum ejus, figmentum esse judicamus, praeter omnem scibilitatem excogitatum.

DIGRESSIO SEXTA

Ad sententiam Aquinatis de scientia divina futurorum contingentium investigandam destinata, quaeque nisi commentarii vicem suppleat in c. 13. Aquin. quaestione 14. articulo 13.

Quaestio haec est, utrum scientia Dei sit futurorum contingentium.

AD decimumtertium sic proceditur. Videtur quod scientia Dei non sit futurorum contingentium. A causa enim necessaria procedit effectus necessarius: Sed scientia Dei est causa scitorum, ut supra dictum est (nempe art. 8.) Cum ergo ipsa sit necessaria, sequitur scita ejus esse necessaria; non ergo scientia Dei est contingentium.

2. Praeterea omnis conditionalis, cujus antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute. Sic enim se habet antecedens ad consequens, sicut principia ad conclusionem: Ex principiis autem necessariis non sequitur conclusio, nisi necessaria, ut in 1. Poster. probatur. Sed haec est quaedam conditionalis vera; Si Deus scivit hoc futurum esse, hoc erit, quia scientia Dei non est nisi verorum. Hujus autem conditionalis antecedens est necessarium absolute: tum quia est aeternum, tum quia significatur ut praeteritum. Ergo & consequens est necessarium absolute. Igitur quicquid scitur à Deo est necessarium. Et sic scientia Dei non est contingentium.

3. Praeterea: Omne scitum à Deo necesse est esse: quia etiam omne scitum à nobis necesse est esse, cum tamen scientia Dei certior sit quam scientia nostra. Sed nullum contingens futurum necesse est esse. Ergo nullum contingens futurum est scitum à Deo.

Sed contra est quod dicitur in Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum, scilicet hominum. Sed opera hominum sunt contingentia, utpote libero arbitrio subjecta. Ergo Deus scit futura contingentia.

Tribus in partem negativam argumentis utitur Aquinas, quae quidem huc tendunt omnia, ut pro-

bent scientiam Dei dum attingit futura contingentia, potius esse scientiam rerum necessariarum quàm contingentium. Verùmtamen dum in adversum nititur pro parte scilicet affirmativa, quam veram esse omnes concedunt, hoc tantùm probat fateor, quòd scilicet Deus cognoscat etiam illa futura quæ sunt contingentia. *Novit enim* (inquit) *opera hominum. At opera hominum sunt contingentia* utpote libero arbitrio subjecta. Videtur itaque probaturus Deum novisse etiam ea quæ contingentia sunt, nihil obstante eorundem contingentia. Conclusionem subjicit in hæc verba; *Cum Deus sciat omnia quæ non solùm actu, sed in potentia sunt tam sua quàm creaturæ, futura omnia contingentia ut in seipsis sunt secundum statum quo actu sunt & ab æterno simul, & infallibiliter cognoscit.* Quare, secundum Aquinatem, ideo novit Deus contingentia futura, quia novit non solum ea quæ actu sunt; sed etiam quæ in potentia sunt tam sua (Dei) quam creaturæ. Et hactenus novit contingentia ut in seipsis sunt, quatenus hoc ipsum, (quod scilicet in seipsis sunt) est in potentia Dei & creaturæ. Hoc tantum tendit responsio conclusioni subjecta; licet in conclusione addatur, Deum cognoscere futura contingentia etiam *secundum statum quo actu sunt.* Verum responsio, ea tantum parte conclusionem repetit, qua fundabatur ratione in conclusione indicata.

Hic autem quæri potest, cùm ratio proposita generalis sit, de cognitione scilicet Dei sese extendente tam ad ea quæ in potentia sunt, quam ad ea quæ actu sunt, ad utram harum partium accommodentur futura contingentia; utrum ad ea quæ actu sunt, an potius ad ea quæ sunt in potentia. Itaque imprimis forte videntur, contingentia comprehendi sub iis quæ dicuntur esse *in potentia* non autem de iis quæ dicuntur esse *actu.* Etenim hoc argumento probat Deum scire futura contingentia quia non solum novit ea quæ actu sunt, sed & ea quæ in potentia sunt, hunc ipsi innuens non satis luculentum fuisse Deum cognoscere futura contingentia, si modò ea tantùm cognosceret quæ sunt actu. *Horum autem* (inquit) *quædam sunt contingentia nobis futura.* Antecedens autem [illegible] *Ea quæ sunt in potentia sua vel creaturæ.* Verùm non sufficit in adversum argui posse in hunc modum 1. Cognoscere ea quæ actu sunt, est cognoscere ea actu esse; cognoscere ea quæ in potentia sunt, est cognoscere ea in potentia esse, sive esse possibilia. Sic enim disserit Aquinas 1. contra Gent. cap. 67. *Deus non extensam notitiam habet: non tamen omnia non entia eandem habent habitudinem ad ejus scientiam. Ea enim quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt, à Deo sciuntur quasi virtute ejus possibilia; unde non cognoscit ea ut existentia aliqualiter in seipsis, sed existentia solum in divina potentia.* At procul dubio, futura non sunt referenda ad ea quæ sunt tantum possibilia: sed neque sequitur, quia Deus cognoscit possibilia, proinde cognoscere etiam quæ futura sunt. 2. Sed & ita intelligi potest (ut videtur) tam conclusio quàm responsio, ut futura contingentia referantur ad ea quæ actu sunt, non autem ad ea quæ in potentia sunt. Conclusio sic cum Deus cognoscat non modò ea quæ actu sunt, sed & quæ possibilia sunt, necesse est ut cognoscat futura contingentia; quippe cum actu sint. Sed & responsio conformiter intelligi potest hunc in modum. Deus cognoscit omnia sive sint actu, sive in potentia; ergo cognoscit etiam futura contingentia. Nam sine dubio futura contingentia, aut in recensendis sunt quæ actu sunt, aut iis quæ in potentia sunt.

At inquam neutra harum prælectionum [illegible] lis est; quippe cum manifesta constet principii petitione. Verum in eo se fundare videtur Aquinas quòd cum nulli dubium sit, quin Deo nota sint tum ea quæ actu sunt, tum ea quæ futura sunt necessariò, quippe cum etiam horum causæ jam actu sint, propter quas suo tempore futura sunt: porrò nihilominus verum sit, etiam ea quæ contingenter futura sunt, Deo nota esse, propterea quòd novit etiam ea, quæ in potentia sunt vel sua, vel creaturæ. Per quæ non intelligit Aquinas merè possibilia, quemadmodum interpretatur Suarez admodum dilutus interpres, sed quæ ita sunt in potentia, ut aliquando sint futura, idque quia sunt in potentia, sed conjuncta cum quadam determinatione per quam sciuntur à Deo tanquam præsentia, & in seipsis existentia coram Deo. Hæc autem determinatio deputanda est voluntati divinæ. Et proinde quæst. 14. art. 13. sufficientia principii ad cognoscendas res extra Deum, repetit Aquinas à principio activo earundem in Deo. Hoc autem principium activum est voluntas. Licet enim scientia Dei ponatur à Thoma causa rerum, non tamen ea ratione scientiæ; ut ibidem habetur art. 8. ad 1. *Scientia non importat rationem causalitatis nisi adjuncta voluntate.* Et quæst. 19. art. 1. ad 1. *Scientia non est causa rerum quæ sunt, nisi per voluntatem. Non enim quæ scimus facimus nisi volumus.* Quare cùm dicit Thomas *Deum effectus suos in seipso videre sicut in causa.* q. 14. art. 7. in corp. 7. Et rursus, *Deum non cognoscere per causas quasi prius cognitas effectus incognitos, sed eos cognoscere in causa.* ibid. ad 2. Causa illa apud Aquinatem commodissimè statui potest voluntatis divinæ determinatio. Et quæst. 16. art. 7. ad 5. *Illud quod nunc est, ex eo futurum fuit, antequam esset quod in causa sua erat, ut fieret. Unde sublata causa, non esset futurum, illud fieri. Sola autem causa prima est æterna. Unde ex hoc non sequitur, quod ea quæ sunt, semper fuerit verum, ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit ut essent futura; quæ quidem causa solus Deus est.* Quomodò autem Deus causa sit, ostendit idem q. 14. art. 8. *Necesse est, quod Dei scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam. Unde scientia Dei, secundum quod est causa rerum, consuevit nominari scientia approbationis.* Sed in articuli præsentis elucidatione pergamus videamusque, præcipuè quomodo rem totam explicatam atque illustratam nobis exhibeat Aquinas.

Contingens aliquod potest (inquit) *dupliciter considerari. Uno modo in seipso secundum quod jam actu est. & sic non consideratur ut futurum, sed ut præsens, neque ut ad utrumlibet contingens, sed ut determinatum ad unum, & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, utpote sensui visus, sicut cum video Socratem sedere. Alio modo potest considerari contingens ut est in sua causa. & sic consideratur ut futurum, & ut contingens nondum determinatum ad unum: quia causa contingens se habet ad opposita & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Unde quicunque co-*

gnoscit

qui scit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet nisi conjecturalem cognitionem; Cùm dicit Aquinas contingens altero horum modorum subdi certitudini cognitionis, non autem altero; hoc intelligendum est de cognitione utrobique in genere suo; verbi gratia, quod actu est, illud in seipso cognosci potest, & certo, videlicet quod actu sit. At contingens in sua causa, cùm negatur certò cognosci posse, sensus est, non posse certo cognosci quod sit futurum, quia scilicet causa contingens se habeat ad opposita. At inquam minimè necesse est ut causa contingens se habeat ad opposita; etenim fieri potest ut determinetur ad unum & consequenter etiam effectus contingens determinabitur ad unum, nempe in causa ad unum determinata, cum hoc tamen discrimine nempe ut causa determinetur ad unum pro præsenti, effectus autē determinetur ad unum pro futuro, hoc est ad futuritionem; unde etiam cognosci poterit tanquam determinatus ad unum & consequenter nihilo minori cognitionis certitudini subjici in genere suo, quàm quod actu est, certissimè cognosci potest in genere actualiter existentis. Exempli gratia voluntas Dei est causa contingens, (hoc est contingenter operans) est enim causa libera, quo tamen nihil obstante, ab æterno determinata fuit ad producendum alterum duorum oppositorum. Ergo & illa singula quorum productionem decrevit Deus, ab æterno determinata sunt: Et consequenter etiam Deus sciens determinationem voluntatis suæ, habet contingentium omnium, per voluntatem suam ab æterno determinatorum cognitionem, plusquam conjecturalem, imò certissimam; nihilo sane minus contingentium quàm necessariorum. Nam & illa non aliter futura sunt necessariò quàm ex determinatione voluntatis divinæ, & causis necessariò agentes constituentis, earumque conservationem decernentis, & ne in operatione sua impediantur, procurantis. At quomodo igitur, & quo sensu defendendus erit Aquinas. Nunquid dicendum erit, Thomam illa profere tantummodò ratione causarum secundarum idque seclusa divinæ voluntatis determinatione? Atqui, si hoc modo ageret, posset certitudo cognitionis divinæ circa futura contingentia, frustra ad hoc astruendum recurreretur, ad cognitionem eorundem prout actu sunt in seipsis. An verò potius dicetur, Aquinatem hîc loci considerare futura contingentia, ut contingenter evenientia; atque sic certo cognosci non posse nisi ut actu sunt in seipsis. Nam ut sic, necessaria sunt, juxta illud vulgatum *Omne quod est, quando est, necesse est esse*: idque ejusmodi necessitate quæ minimè repugnet contingentiæ eorundem, cùm manifestum sit, necessitatem istam esse necessitatem consequentem, non autem antecedentem. Atqui cognitio eorundem ut in causa determinata ad unum antecedenter, videtur esse non tam contingentium cognitio, quàm necessariorum, quemadmodum in hoc articulo docet Thomas ad 2. *Si dicam* (inquit) *Si Deus scivit aliquid, illud erit, consequens intelligendum est prout subest divinæ scientiæ, scilicet prout est in sua præsentialitate, & sic necessarium est sicut antecedens.* Verum ista necessitas apud Aquinatem, est duntaxat necessitas consequens, non autem antecedens prout ipse mox indicat, dum dicti sui rationem subjicit in hunc modum: *Quia omne quod est, dum est, necesse est esse.* Itaque adhærendum potius videtur expositioni priori, dicendumque Aquinatem loqui de causa contingenti se habente ad opposita, non autem ad unum determinata; hoc est de causis inferioribus contingenter agentibus, non autem de causa prima, quæ Deus est. Pergamus ad distinctionis prioris accommodationem à Doctore isto Angelico factam.

Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodque eorum est actu in seipso: & licet contingentia fiant in actu successive, non tamen Deus successive cognoscit contingentia prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mensuratur æternitate, sicut etiam suum esse. Æternitas autem tota simul existens ambit totum tempus: Unde omnia quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia non solum ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes: ut quidam dicunt, sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super omnia prout sunt in sua præsentialitate. Unde manifestum est quod contingentia & infallibiliter à Deo cognoscuntur, in quantum subduntur divino conspectui secundum suam præsentialitatem, & tamen sunt futura contingentia suis causis comparata. Ex quibus illius differentiationis indicium Aquinatem totum in hoc esse, ut ostendat quomodo infallibiliter cognosci possint futura contingentia, nihil obstante eorundem contingentia. Hoc autem commodius apparet ex eo, quod actu sint coram Deo. Nam res contingentissima, cum existit, sine dubio cognosci potest certissimè nihil obstante sua contingentia. Quod si cognitio futurorum funderetur in causis secundis contingenter se habentibus, non omnino fieret infallibilis. Certissimum est, Deum nequaquam cognoscere contingentia successive; idque quoniam omnis cognitio Deo tributa necesse est ut sit æterna, hoc est sine principio; rursus cùm sit sine successione, necesse est, ut sit tota simul; & consequenter etiam æternitas, quæ quidem est mensura ejus, dicitur esse tota simul, quia scilicet nequaquam acquiritur divina cognitio per gradus, sed tota simul durat, ut ab æterno, ita etiam in æternum. Hinc est, quod æternitas dicitur ambire totum tempus, quia scilicet & sine principio sit & sine fine, adeoque & prius fuerit tempore, & posterius erit. Atque hinc infert Aquinas. *Omnia quæ sunt in tempore esse Deo ab æterno præsentia, quia ejus intuitus fertur ab æterno supra omnia prout sunt in sua præsentialitate.* Fundat autem conclusionem istam in eo quod dixerat, cognitionem Dei mensurari æternitate, quæ quidem est tota simul, quod nisi me fallit conjectura, non pauci Thomistæ dictum volunt ratione temporis futuri per æternitatem quasi contracti (secundum imaginationem quandam mirificentissimam) in quoddam nunc præsens, idque ab æterno præsens Deo: quasi verò quia æternitas, quæ mensurat cognitionem Dei, rectè dicitur esse tota simul, ideo etiam cognitio Dei sit tota simul, atque hoc intelligendum sit de futuro utcunque in infinitum quasi anticipato in nunc præsens, idque ab æterno. Atqui, non quia æternitas est tota simul, quæ mensurat cognitionem Dei; propterea cognitio Dei est tota simul.

sed

sed potius ex adverso, quia cognitio Dei est tota simul, sicut & esse Dei, propterea æternitas, quæ mensurat & esse Dei & cognitionem Dei, recte dicitur esse tota simul. Unde Cajetanus in 1. quæst. 10. art. 5. *Si* (inquit) *successio est in mensura, ergo in mensurato, quia variatio mensurati est causa successionis in mensura.* Ideo autem dicitur cognitio Dei tota simul, non quia per fictionem aliquam prodigiosam, duratio ejus, quæ futurum est ut coexistat rebus successivè futuris quasi anticipetur antrorsum, sed quia nullum habet initium sui nec per gradus acquiritur: unde fit ut tam ab æterno feratur intuitus Dei *supra omnia prout sunt in sua præsentialitate*, quàm supra ea fertur, postquam existunt in tempore. Neque enim extra se provehitur Deus ad res per vices succedentes, & in lucem editas, contemplandas. Sed idem per omnia est intuitus Dei, quo hodie fertur supra res hodie apud nos existentes, atque quo ab æterno supra easdem res ferebatur. Neque enim nisi in essentia sua res omnes contemplatur Deus. Quod si quis quærat, quænam sit illa rerum futurarum præsentialitas apud Deum, dico esse earundem præsentialitatem apud Deum in esse volito. Ex cujus generis contemplatione infallibiliter evincitur, Deo nota esse non modò futura omnia, sed & notum esse Deo, ea & futura esse quamdiu futura sunt, & in tempore præsentia esse cum primum, & quamdiu præsentia sunt, & præterita esse simulatque præterita sunt, idque una atque eadem cognitione simul; quandoquidem futurum esse pro certo tempore, est & futurum esse donec tempus illud advenerit & præsens esse cùm advenerit, & præteritum esse postquam tempus illud esse desierit, idque formaliter. Et consequenter, hæc rerum præsentialitas apud Deum est tantummodo secundum esse earundem intentionale non reale: At secundum esse reale, tantummodo futura sunt, donec actu producuntur extra suas causas. At inquies, vult Aquinas *Deum cognoscere omnia contingentia non solùm prout sunt in suis causis sed etiam prout unumquodque eorum est in seipso.* At cognoscere contingentia prout præsentia, sunt apud Deum in esse volito, non est cognoscere ea, *prout unumquodque eorum est actu in seipso.* Nam cognoscere contingentia, prout sunt in esse volito, est ea cognoscere duntaxat secundum esse eorundem intentionale. Verum cognoscere contingentia *prout sunt actu in seipsis*, est ea cognoscere secundum esse eorum reale. Respondeo: aut hoc (quod dixi) est cognoscere contingentia *prout sunt actu in seipsis*, aut nihil est cognoscere contingentia prout sunt actu in seipsis: utque etiam aliter explicari potest, quomodo Deus cognoscat futura contingentia prout actu sunt in seipsis. Imò inquies, cognoscere futura prout actu sunt in seipsis, est cognoscere ea actu esse in seipsis, nimirum licet non in tempore, tamen in æternitate. At inquam, nunquam dixit Aquinas, contingentia à Deo ab æterno cognita fuisse quod scilicet ab æterno in seipsis actu essent, licet non in tempore attamen in æternitate; nusquam inquam reperietur istiusmodi barbaries apud Aquinatem. Quod si secundum istam distinctionem sic sensisset, quàm promptum illi fuisset, juxta istius distinctionis minutiam animi sui sensum nobis communicare. Vult contingentia cognosci à Deo idque ab æterno, *prout sunt actu in seipsis*: at nota fuisse Deo, quod ab æterno essent actu in seipsis, neutiquam docet Thomas. Ad hæc advertat lector: Licet hic scribat Aquinas futura contingentia Deo nota esse ab æterno prout actu sunt in seipsis; cave tamen putes eundem dicere res cognitas extra Deum cognosci *in seipsis*, contradicente videlicet exertè ipso Aquinate in hac ipsissima quæstione, articulo 5. in corp. *Ad sciendum* (inquit) *qualiter alia à se cognoscat Deus, considerandum est quod dupliciter aliquid cognoscitur. Uno modo in seipso, alio modo in altero. In seipso quidem cognoscitur aliquid quando cognoscitur per speciem continentem sicut cum pars videtur in toto per speciem totius, vel cum homo videtur in speculo per speciem speculi, vel quocunque alio modo contingat aliquid in alio videri. Sic igitur dicendum est, quod Deus seipsum videt in seipso quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.* Licet autem Deus cognoscat omnia extra se in seipso, non tamen cognoscit ea solum secundum esse quod habent in ipso, verum etiam secundum esse quod habent extra cognoscentem, uti docet Aquinas art. 6. ad 1. *Si aliquis* (inquit) *cognoscit cognitum, secundum esse quod habet in cognoscente, nihilo minus cognoscit ipsum secundum esse quod habet extra cognoscentem: sicut intellectus cognoscit lapidem secundum esse intelligibile, quod habet in intellectu, in quantum cognoscit se intelligere, sed nihilominus cognoscit esse lapidem in propria natura.* Quare secundum Thomam, cognoscit Deus futura contingentia *prout sunt actu in seipsis*, non tamen cognoscit ea *in seipsis*, sed *in seipso*. Superest igitur, ut inquiratur, quo sensu dicatur Aquinati Deus, cognoscere futura contingentia *prout sunt actu in seipsis*, hoc autem alia phrasi apud Durandum est cognoscere futura contingentia quantum ad actualem eorum existentiam; & quæstionem juxta hujusmodi phraseologiam æquipollentem, propositam solvere conatur hunc in modum facta distinctione. *Sciendum* (inquit) *quod potest habere duplicem intellectum; unum, utrum Deus cognoscat futura contingentia, quantum ad suam actualem existentiam, id est ea actu existere; & sic constat quod non: quia intellectus dicens esse quod non est falsus est. Sed futura contingentia nondum sunt actu, alioquin non essent futura sed præsentia: Ergo si intelligeret Deus, ea actu existere, intellectus ejus esset falsus, quod est impossibile: Deus ergo non cognoscit futura contingentia, quantum ad actualem eorum existentiam, sic quod cognoscat ea actu existere. Alius potest esse intellectus scilicet quod Deus cognoscat futura contingentia, quantum ad suam actualem existentiam, non quod Deus cognoscat ea jam actu existere, sed quia Deus ab æterno novit, illam propriam, & distinctam, & actualem existentiam quam habebunt pro successu temporis in seipsis, & hoc modo Deus cognoscit futura contingentia, quantum ad actualem eorum existentiam.* Reponet hic forsitan lector curiosus; hoc modo cognoscere futura contingentia, non est cognoscere prout actu sunt in seipsis, sed potius prout actu erunt in seipsis, quod cum Aquinatis sententia minimè quadrat. Quare potius dicendum videtur juxta Aquinatem res ab æterno actu fuisse in seipsis, non quidem in tempore, sed in æternitate, juxta modum philosophandi Domi-

Durand. in 1. dist. 38. q. 3. num. 11.

Dominicanis hodie usitatum. Atque ita Aquinatem interpretatus est Durandus: *Quidam (inquit) dicunt quod quantum ad illam cognitionem requiritur, quod res creata sit praesens Deo, quantum ad suum proprium & actuale esse, quia prima cognitio quae est per causam, est vel esse potest etiam absentium; illa autem secunda cognitio est rei tantum praesentis &c.* At inquam licet Aquinatem sic interpretatus fuerit Durandus, tamen ejusmodi distinctionem aliquam quam commenti sunt Dominicani, de actuali rerum existentia vel in tempore, vel in aeternitate, nequaquam tribuit Aquinati: sicut revera nulla ejus vestigia reperiemus uspiam apud Thomam. Quid quod existentiam illam in aeternitate, nequaquam volunt ipsi Dominicani, dicendam esse existentiam simpliciter, nec hujusmodi consequentiam probare possunt, *Res futurae existunt in aeternitate: ergo existunt.* At dum ait Aquinas Deum cognoscere futura contingentia *prout actu sunt in seipsis*, hoc ipso supponit, contingentia futura actu fuisse in seipsis, cum sic cognoscerentur a Deo, hoc est ab aeterno; quod tamen ne Dominicanis quidem placet, nisi cum hujusmodi restrictione, videlicet *in Aeternitate*, cujus generis cautio nusquam apparet apud Thomam. Itaque conabor revocare doctrinam Aquinatis ad ejusmodi sensum, non a quo caeteri fere omnes abhorreant, sed quem potius caeteri omnes comprobare possint, quippe cum mihi videatur ad sidera concilliandum suis proclivis. Itaque primum dico: aut ab aeterno novit Deus futura contingentia *prout sunt actu in seipsis*, aut nunquam novit futura contingentia prout sunt actu in seipsis. Neque enim ulla cognitio Deo accedit de novo. Rursus quando futura contingentia sunt actu in seipsis, dum scilicet producuntur extra causas suas, nihil omnino confert actualis ipsorum existentia ad cognitionem Dei intuitivam. Neque enim futura contingentia minus intuebatur Deus jam olim ab aeterno, quam nunc intuetur, dum actualiter producta sunt. Neque enim fieri potest, ut per vices rerum alteretur scientia Dei: quod si fuisset, nequaquam aeterna esset Dei cognitio, aut aeternitate mensuraretur, quae dicitur duratio permanens & tota simul. Itaque dico, Deum intueri omnia tam futura, quam praesentia & praeterita in esse volito apud Deum; atque hoc modo intuetur ea, tanquam determinata ad unum, nec determinata tantum in genere ut fiant sed & pro certa temporis differentia, in qua singula fient. Atque hoc modo videt non solum res ipsas, sed & conjunctionem existentiae earundem actualis cum sua unicuique designata temporis differentia; hoc est, videt hujus rei existentiam actualem volitam pro hac temporis differentia, alterius rei existentiam actualem volitam pro alia temporis differentia, & sic percurrendo omnia & singula. Hoc autem modo videre res, est non modo videre res futuras in tempore, sed & in tempore suo praesentes singulas, & post tempus ipsis designatum, praeteritas. Nam esse vult Deus pro certa temporis differentia, est & futurum esse, donec illud tempus advenerit, & praesens esse quum primum advenerit, & praeteritum esse postquam advenerit: Quae tamen res contingentes secundum varias istas temporis differentias, videlicet quatenus successive subeunt rationem futuritionis, praesentiae, & praeteritionis, ita comparatae sunt inter se, ut futura fuerint omnia ab aeterno, praeteritaque fiant in aeternum, praesentia vero fiunt nec ab aeterno, nec in aeternum. Quae tamen omnes rationes comparentur apud Deum sub una ratione, secundum quam & ab aeterno Deo nota fuerint, & in aeternum erunt. Illa autem unica ratio caeteras omnes complectens, est ratio voliti pro certa temporis differentia, singulis accommodata. In hunc modum exponit ista Durandus. *Deus (inquit) ab aeterno scit Antichristum nasciturum pro tali tempore, & nasci pro tali, & natum pro alio. Quod autem haec propositio Deus scit Antichristum natum non verificatur pro nunc, (sed potius sua contradictoria, scilicet Deus nescit Antichristum natum) non est propter principalem compositionem verbi cum subjecto, sed propter temporis connotationem in materia verbi. hoc enim quod est natum includit tempus praeteritum circa nativitatem Antichristi, quae inclusio est falsa pro nunc quia nunc non est praeterita. Et ideo hoc [Deus scit Antichristum natum] dicitur esse falsa, non quia Deus nescit nativitatem Antichristi praeteritam, pro tempore pro quo erit praeterita: sed quia implicatur falso nunc esse praeteritum. Et ideo nihil scit Deus prius quod modo nesciat, nec e converso, licet propositiones de scientia Dei, quaedam verificentur modo, & quaedam prius, non propter variationem scientiae Dei, sed propter variam implicationem temporum circa materiam verbi.* Ad eundem modum ista exponit etiam Valentianus. Quare dum futura contingentia sint in esse volito apud Deum, singula pro certa temporis differentia, dici potest secundum Aquinatem, ea videri a Deo, *prout actu sunt in seipsis*, procul dubio sic videntur a Deo tanquam determinata ad unum (in intentione Dei) idque pro certa temporis differentia. Vide etiam, quid hac de re habeat Durandus; *Omnis quidditas cujuscumque rei secundum se & secundum ea quae possunt sibi convenire necessario repraesentatur ab essentia divina: ut autem includit esse, vel fore, non necessario repraesentatur, sed libere, & quantum est de natura repraesentantis potest repraesentare vel non repraesentare. Repraesentatur enim res fore, vel non fore per essentiam divinam, non ut est solum essentia virtualiter continens causas, sed ut est volens rem possibilem esse.* Atque hoc modo, nempe in esse volito apud Deum, repraesentantur contingentia, tum ut futura, quamdiu futura sunt; tum ut actu in seipsis, quamdiu actualiter existentia sunt; tum denique ut praeterita, simulatque praeterita sunt. Sed & perperam Thomam suum interpretantur Dominicani, dum hoc [*prout actu sunt in seipsis*] de existentia rerum in aeternitate procedere volunt. Etenim ista apud Thomam dici de existentia rerum in tempore, sequentia indicant, quippe cum expresse doceat Thomas contingentia successive fieri in actu. *Licet (inquit) contingentia fiant in actu successive, non tamen Deus successive cognoscit contingentia prout sunt in suo esse sicut nos, sed simul, quia sua cognitio mensuratur aeternitate.* At inquam, nequaquam successive fiunt in aeternitate, sed duntaxat in tempore. Rursus, *prout actu sunt in seipsis* idem est Aquinati, atque *secundum quod in actu sunt*: etenim istas phraseologias tanquam aequipollentes in hujus articuli corpore usurpat Thomas. Ista autem phrasis *secundum quod actu sunt*, eadem prorsus est cum phrasi illa apud Durandum, *secundum*

dum actualem existentiam earundem. Ubi verò phrasin istam accommodet Durandus perinde ad actualem existentiam quam habebunt de futuro, atque ad actualem existentiam quam habent de praesenti, non sic Aquinas; quippe qui hanc ipsam interpretatur de actuali eorundem existentia pro praesenti; sic enim scribit, *secundum quod jam actu est*, nempe in corpore hujus articuli. Et art. 6. ad 1. pro eodem habet, *cognoscere lapidem secundum esse quod habet extra cognoscentem & cognoscere esse lapidis in propria natura*. Itaque sententia Aquinatis est, Deum in seipso tanquam in causa cognoscere contingentia, prout sunt in seipsis in tempore. Hoc autem meo judicio dupliciter exponi potest: Primò revocando cognitionem illam Deo tributam ad cognitionem contingentium, prout sunt in esse volito apud Deum. Etenim sic, & tantummodo sic dici potest cognoscere contingentia in seipso tanquam in causa. Neque enim essentia divina repraesentat Deo futura contingentia nisi ut volens ea, quemadmodum rectè Durandus. Quod si dicas modum cognoscendi Deo tributum ab Aquinate, opponi modo cognoscendi contingentia ex causis, respondeo, primò procedere illud de causis inferioribus duntaxat quemadmodum Aquinatem interpretatur ipse Penottus. Sic procedit etiam de causa prima, ut ea procedere dicatur, tantùm considerata secundum potentiam qua potest in omne possibile, non autem secundum determinationem voluntatis, quod certè significat corpus Articuli. Nam contingens ut in causa, vult considerari prout nondum determinatum ad unum, at in seipso considerat idem tanquam ad unum determinatum, quod optimè sapit voluntatem Dei, atque hac etiam ratione optimè conspirant *esse volitum rei, & esse rei determinatum ad unum*. Sed & hoc modo dici potest futurum contingens esse extra causas suas quadamtenus, tum quia per voluntatis divinae determinationem fit determinatum ad unum, idque pro certa temporis differentia, tum quia ex conditione rei merè possibilis, per determinationem voluntatis divinae, jam transiit in conditionem rei futurae. Sed & hoc modo optimè subjiciuntur contingentia futura intuitivae cognitioni divinae, tam futura quà futura, & praeterita quà praeterita, quàm praesentia quà praesentia; quod aequum est quandoquidem haec omnia promiscuè à Doctoribus assignari solent, tanquam objecta scientiae visionis: cujus tamen exiguam rationem habere videntur Dominicani, dum volunt notitiam [illegible] esse solummodo praesentium, quà praesentium. Sed & Aquinas totus est in asserenda futurorum contingentium notitia apud Deum, ex praesentialitate eorundem apud Deum. Veruntamen modò acquiescamus in praesentialitate eorundem apud Deum in esse volito, etiam ratio hujus expediri posse videtur idque satis commodè, quare scilicet Aquinas totus sit in asserenda cognitione divina futurorum contingentium ex praesentialitate eorundem apud Deum: Nimirum quia ex praesentialitate ista secundum quam nota sunt Deo, consequitur notitia tam futurorum quà futurorum, quam praeteritorum quà praeteritorum. Nam ex eo quod scit Deus Antichristum existere pro certo tempore, hinc sequitur & futurum esse donec tempus illud advenerit, & praeteritum esse, postquam tempus illud praeterierit, quod & Deo notum esse, necesse est. Denique ista praesentialitas apud Deum, futurorum contingentium ab omnibus introducitur tanquam contradistincta à praesentialitate eorundem in esse cognito; atque praesentialitas rerum apud Deum in esse volito optimè distinguitur à praesentialitate eorundem in esse cognito, & tanquam fundamentum quo solo nititur praesentialitas rerum futurarum quoad esse objectivum, sive in genere cognoscibilis, sive in genere cogniti. Puto adversus Thomam ipsum huc referre cognitionem rerum futurarum 1. quaestione 14. articulo 5. in corp. Deus (inquit) *seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis sed in seipso in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum*. Et ibid. rursus, *Virtus alicujus rei perfectè cognosci non potest, nisi cognoscantur ea ad quae virtus se extendit, virtus autem divina se extendit ad alia eo quod ipsa est prima causa effectiva omnium entium*, [illegible] *est quod Deus alia à se cognoscat*. Et cum [illegible] notiones in Deo reperiantur, [illegible] sub qua demum notione sit causa rerum omnium, ex qua sciat ea omnes, [illegible] quod habet hac de 1. quaest. 19. art. 4. ad 1. *Scientia non est causa rerum quae fiunt nisi per voluntatem. Non enim quae scimus facimus nisi volumus*. Et quaest. 14. art. 8. *Neque est quod sua scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam*. Et art. 11. sufficientiam principii in Deo, ad cognoscendas res extra Deum, deducit à principio activo earundem, quod negari non potest esse voluntatem Dei, idque sub ratione volentis. Licet enim scientia Dei ponatur ab Aquinate causa rerum, non tamen ex ratione scientiae, uti ibidem docet ad 3. *Neque enim* (inquit) *scientia* [illegible] *nisi adjuncta voluntate*. Quid quod nimis praeposterum fuisset sufficientiam principii cognitivi apud Deum deducere à cognitione Dei. Verba autem Aquinatis haec sunt; *Cum Deus sciat alia à se per essentiam suam, in quantum est similitudo rerum, vel ut principium activum earum, necesse est quod essentia sua sit principium sufficiens cognoscendi omnia quae per ipsum fiunt, non solum in universali, sed etiam in singulari*. Denique sic disputo; Deus non magis ab aeterno videt futura contingentia *prout sunt actu in seipsis*, quàm cùm sint actu in seipsis per realem eorundem existentiam in tempore. At cum existunt in tempore, non aliter cognoscit ea Deus quàm in seipso, juxta Aquinatem, Deus (inquit) *seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam, alia autem à se videt non in ipsis sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso*. 1. quaest. 14. art. 5. Adde ex art. 11. *Deus scit alia à se per essentiam suam, vel in quantum est similitudo rerum, vel ut principium activum earum*. Quod si ut principium activum eorum certè ut volens illa; Neque enim Deus est causa rerum nisi ut volens illa, juxta Aquinatem & Durandum. Ergo res hodie existentes non cognoscit Deus nisi in esse volito apud Deum, & ab aeterno non cognoscebat ea Deus nisi in esse volito eorundem apud Deum. Ex his facile videre est, quid sentiendum sit de Penotti Canonici, & Suarezii Jesuitae parum verecundis affirmationibus. Utrique [illegible]

volunt

voluit Aquinatem, nusquam revocat rationem divinæ cognitionis futurorum contingentium ad voluntatis divinæ determinationem. Alter modus explicandi Aquinatem hic sit: Sicut contingentia omnia, pro variis temporum differentiis futura, sunt ab æterno coram Deo; ita etiam tempus universum sit coram Deo, sicut via magna posita est in conspectu hominis, ex alta specula prospicientis, unde fit ut viatores alios post alios iter instituentes contempletur. Ad eundem modum, cùm decursus temporum universus sit coram Deo, necesse est, ut videat Deus omnia per varias temporum differentias & rerum vices emergentia & occidentia. Atque hoc Aquinati est videre futura omnia prout actu sunt in seipsis. Veruntamen est hæc fictio admodum procedens in errorem, dum distantiam temporalis, cujus partes simul esse non possunt, conformare ad imaginem distantiæ localis cujus partes omnes tempore simul sunt. Et sane facile fuit Aquinati, scholastico quantumvis egregio nimium sibi & lectoris sui captui indulgere comparationibus istis, licet plurimum heterogeneis, præsertim si forte captarit accommodationem aliquam doctrinæ suæ ad phraseologias Antiquorum. Verum quidem est, tempus universum esse coram Deo, etiam coram Deo fuisse ab æterno, sed duntaxat in esse volito; Ita etiam contingentia futura per spacia temporum evolvenda coram Deo fuere, sed duntaxat in esse volito, pro certo tempore singula, idque secundum omnem eorundem non modo essentiam & existentiam, sed & circumstantiam; hoc est, duntaxat secundum esse intentionale, non autem secundum esse reale, intentionale dico, idque distinctum ab esse cognito, cum esse volitum sit realius tò esse cognito. Atque ita non solum rationes rerum quatenus possibiles dicantur, & quidditate circumscribuntur, sunt præsentes Deo, sed & existentia earundem est præsens Deo, nempe in esse volito; atque ita intuitus Dei fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate apud Deum perinde atque cum actualiter existant. Nam cum actualiter existunt, non nisi in seipso, hoc est in essentia sua (ut volens est) repræsentata contemplatur ea Deus; nec autem per omnia contemplatur ea Deus ab æterno, neq; in æternum contemplabitur, licet esse desinant. Et quemadmodum divinus rerum omnium intuitus prout sunt in sua præsentialitate, idque ab æterno, nihil obstat rerum contingentiæ, dum cum causis suis comparantur; (quò tantum tendit universa ista Aquinatis dissertatio, [illegible] ut provisum esset, ne incommoda aliqua explicatione obex poneretur rerum contingentiæ;) Ita etiam ex præsentialitate rerum apud Deum in esse volito, adeoque præsentialitatis illius contemplatione, nullus obex ponitur rerum contingentiæ, si cum causis suis internotis conferantur, sed nec ullus obex emerget quum eo comparentur omnia cum causa prima, ipsius scilicet Dei voluntate, ipsaque divina determinatione; præsertim cùm hoc totum sit ad tam necessitatem rerum quam earundem contingentiam revocandam esse ad divinæ voluntatis efficaciam. Pergamus igitur, in tertiam sententiam Aquinatis.

Unde omnia, (inquit) quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione qua habet rationes rerum, sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate.

Rationes rerum sunt, q. 15. art. 2. in corp. ideæ rerum. Idea verò est essentia Dei prout imitabilis à creatura 1. q. 15. art. 2. in corp. illa autem imitabilitas essentiæ divinæ à creatura nequaquam præmittit determinationem voluntatis divinæ. Itaq; per ideas sive rationes rerum intelligendæ sunt sive quidditates rerum omnium possibilium. Et facile damus, non modò quidditates rerum omnium Deo præsentes esse ab æterno, sed ipsa singularia; nimirum ut illæ repræsentantur per essentiam, ita ista per voluntatis divinæ determinationem. Nam non nisi in [illegible]pso intuetur singularia 1. quæst. 14. artic. 11. [illegible] idque in seipso, ut est principium activum; ergo in voluntate sua ejusque determinatione videt omnia singularia. Atq; ita dum omnia futura sunt præsentia apud Deum in esse volito; in illa præsentialitate intuitus ejus ab æterno fertur super omnia. Verum reponet: Si ideæ rerum tantum repræsentent quidditates rerum, non autem existentiam earundem, tum fieri non potest, ut per ideas Deus cognoscat futura; quod tamen Dominicani volunt, quod & nos etiam jam contra Jesuitas defendimus, concurrente scilicet divinæ voluntatis determinatione, ad constituendas ideas etiam ad futura repræsentanda idoneas. Itaque respondeo, membrum subsequens, nempe [*quia intuitus ejus fertur super omnia prout sunt in sua præsentialitate*] intelligendum esse, non tantùm ut præsentialitas ista referatur ad esse volitum simpliciter atque indefinite, sed simul etiam ad cursum temporis in quo existunt; ita ut Deus dicatur ea videre, non solum in esse volito apud Deum, verum etiam quatenus videt pro quo tempore singula sint eventura, aut sint, aut fuerint, idque non nisi in esse volito apud Deum. Etenim etiam universus temporis decursus est coram Deo in esse volito; & dum ejus intuitus fertur super totum temporis cursum, dicitur hac ratione ferri super omnia in sua præsentialitate uti videre est in 1. quæst. 86. art. 4. & quæst. 57. artic. 3. atque ita videt tanquam præsentia, idque in seipso, quod tamen fit duntaxat in esse volito; & hoc solo modo videt & nova omnia & futura esse in tempore quamdiu futura sunt, & præsentia esse quamdiu præsentia sunt & præterita esse simulatque desierint esse; atque hoc modo omnia Deo præsentia sunt, secundum esse intentionale; sed & nihilominus verum est, ab æterno futura fuisse, hodie autem partim futura esse, partim præsentia, partim præterita, secundum esse reale. Advertatur etiam, quomodo sententiam hanc suam exponat Aquinas 1. dist. 38. quæst. 1. artic. 5. in corp. *Deus (inquit) non tantum cognoscit ab æterno de rebus, se cognoscere tantum, quod est esse in cognitione sua, sed etiam ab æterno videt non tantum singula tempora, & rem talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere.* In æternitate res non omnino deficiunt, sed in tempore, atque hoc videt Deus, & ab æterno videbat; quia scilicet singula tempora sunt ipsi præsentia, adeoque ab æterno erant præsentia; & pari ratione, quæ singulis temporibus

contenta sunt omnia. At non nisi in esse volito præsentia sunt; non in æternitate juxta fictionem Dominicanorum. Nam videt omnia & esse & deficere, idque in tempore. Igitur ab æterno & sunt & deficiunt alio, atque alio tempore, & hoc notum est Deo. Quid enim? Num diceres rem talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere, in æternitate? quasi vero res aliqua posset in hoc tempore esse, & in hoc deficere dupliciter; puta vel in æternitate, vel in tempore. Adde his cum dicitur, Deum videre omnia in æternitate, hinc nusquam liquet, quomodo noverit res aut futuras esse aut præsentes aut præteritas in tempore. At dum dicitur videre res omnes prout sunt apud ipsum in esse volito, pro certo tempore, hinc facile liquet quomodo videat res omnes & futuras esse donec tempus advenerit, in quo producendæ sunt; & præsentes esse quam primum advenerit, & præteritas esse, simul atque tempus illud esse desierit. Hoc autem nihil obstat rerum contingentiæ neque secundum quod considerantur in esse volito pro præsenti. Nam licet omne quod est, necesse sit esse quando est, adeoque necesse sit ut res aliqua sit volita, quando volita est; tamen hujusmodi necessitatem nihil prorsus obstare rerum contingentiæ fatentur omnes. Sed neque secundum quod considerantur pro futuro; neque enim ex eo quod à Deo volita sint, sequitur quod necessariò fient quando fient. Imò sicut à Deo volita sunt ut fiant, ita etiam ut contingenter fiant à Deo volita sunt, juxta ipsum Aquinatem; qui tamen ex æterna quadam rerum præsentialitate apud Deum, contingentiæ earundem asserendæ providere mavult. Proximè videndum, quomodo argumenta in initio quæstionis proposita diluat Aquinas.

Primum argumentum sic fuit. *A causa necessaria procedit effectus necessarius: Sed scientia Dei est causa scitorum ut supra dictum est* (nempe art. 8.) *Cum ergo ipsa sit necessaria, sequitur scita ejus esse necessaria: non ergo scientia Dei est contingentium.*

Hujus solutionem expedit Thomas in hanc formam; *Ad primum dicendum quod licet causa prima sit necessaria, tamen effectus potest esse contingens propter causam proximam contingentem. Sicut germinatio plantæ est contingens propter causam proximam contingentem, licet motus Solis qui est causa prima sit necessarius. Et similiter scita à Deo sunt contingentia propter causas proximas, licet scientia Dei quæ est causa prima sit necessaria.*

Scientiam rerum futurarum divinam nequaquam obstare earundem contingentiæ jam optimè probatum dederat Aquinas 1. cont. Gent. cap. 66. ratione 6. *Scientia Dei vera non esset* (inquit) *& perfecta, si non hoc modo res evenirent, sicut Deus eas evenire cognoscit. Deus autem cùm sit cognitor totius esse cujus est principium, cognoscit unumquemque effectum, non solum in se, sed etiam in ordine ad quaslibet suas causas proximas. Ordo autem contingentium ad suas causas proximas, est ut contingenter ex eis proveniant: cognoscit igitur Deus aliqua evenire, & contingenter evenire. Sic igitur divinæ scientiæ certitudo & veritas rerum contingentiam non tollit.* Summa est, Deum dum cognoscit futura contingentia, non modo cognoscere, quod aliquando fient, sed & quomodo eventura sint, nempe contingenter; unde sequitur, sicut Deum scire aliquid producendum esse nequaquam obstat ejusdem productioni, ita etiam Deum scire aliquid producendum esse contingenter, nequaquam obstat ejusdem contingentiæ. Porrò advertendum; cùm scientia Dei nequaquam sit causa rerum, nisi adjuncta Dei voluntate juxta Thomam art. 8. ad 1. *Scientia non est causa rei, nisi adjuncta voluntate;* & quæst. 19. art. 11. ad 1. *Scientia non est causa rerum quæ fiunt, nisi per voluntatem. Non enim quæ scimus facimus, nisi velimus*, hinc scientiæ quæ ratione agentis causæ primæ, nequaquam impedit rerum contingentiam, eadem planè ratione, ne voluntatis quidem divinæ determinationem magis obstare rerum contingentiæ, quàm scientiam divinam. Quod & amplius confirmatur duplici ratione; quarum altera procedit à pari, altera à majori. Etenim sicut scire res aliquas contingenter eventuras nequaquam incommodat ipsarum contingentiæ: ita etiam velle seu decernere quasdam contingenter eventuras esse nequaquam magis officit ipsarum contingentiæ. Quod & à potiori confirmatum damus ex discrimine scientiæ & voluntatis divinæ; quippe cùm scientia divina necessariò feratur in objectum suum, nempe in omne cognoscibile; at voluntas divina nequaquam necessariò sed liberè feratur in objectum suum, nempe in illud quod est volibile. Discrimen illud advertentem agnoscere potes Aquinatem ipsum de verit. q. 23. art. 4. objectione 13 quæ sic fuit; *Sicut Dei voluntas importat respectum ad creaturas, ita & potentia & scientia: Sed necessarium est Deum posse quicquid potest, & necessarium est eum scire quicquid scit: ergo necessarium est eum velle quicquid vult;* proximè videmus quomodo hujus objectionis solutionem nobis expediat. *Ad decimum tertium dicendum, quod scientia & potentia, quamvis importent respectum ad creaturas, tamen pertinent ad ipsam perfectionem divinæ essentiæ in qua nihil potest esse nisi per se necessarium. Secundum hoc enim dicitur aliquis esse sciens, quod res scita dicitur esse in sciente: dicitur autem potens esse ad aliquid agendum, secundum quod est in actu completo, respectu ejus quod agendum est. Quicquid autem est in Deo necesse est ei inesse, & quicquid Deus est actu, necesse est eum esse actu. Cum vero dicitur Deum velle aliquid, non significatur illud aliquid inesse Deo sed tantummodo importatur ordo ipsius Dei ad illum effectum in propria natura, & ideo ex hac parte deficit conditio absolutæ necessitatis ut dictum est prius.* Agnoscit igitur Thomas absolutam necessitatem ex parte divinæ scientiæ rerum, non autem ex parte divinæ volitionis rerum. Quare licet scientia Dei sit causa necessaria, necessariò sciens quicquid cognoscibile est, tamen voluntas non est causa necessaria, necessariò volens quicquid volibile est. Verumtamen etiam voluntas dici potest causa necessaria, quatenus est immutabilis. Atque hoc modo etiam scientiam Dei dictam esse causam necessariam, nempe quatenus est immutabilis prosequuntur Ferrariensis 1. contra Gent. cap. 67. Cajetanus in 1. quæstione 14. artic. 13. Etiam ipse Thomas 1. cont. Gent. cap. 85. causam necessariam & causam invariabilem promiscue usurpans tanquam synonyma. *Requirit* (inquit) *ordo universi aliquas causas esse variabiles. A causa autem variabili effectus contingenter sequuntur. Unde videmus, quamvis*

causa

causa remota sit necessaria (hoc est invariabilis) *si tamen causa proxima sit contingens* (hoc est variabilis ; alias enim nequaquam cohærerent illa cum præmissis de ordine universi) *effectum contingentem esse.* Quibus verbis ejusdem argumenti solutionem expedit, propositi sub notione causæ invariabilis, quod hic proponit sub notione causæ necessariæ. Et sane multo lucultentius procedit vis argumenti sub notione causæ invariabilis quàm sub notione causæ necessariæ. Nempe vel merito dubitari potest quomodo à causa invariabili (qualis est & scientia Dei & voluntas Dei) progignere possint effectus contingentes, quæ quidem supponere videntur causas suas unde emanant esse variabiles ; Respondet igitur Aquinas, dari quidem etiam causas variabiles nempe secundas, in effectuum contingentium productione, propter quas effectus dicuntur evenire contingenter. Nempe quemadmodum effectus necessarii dicuntur duntaxat respectu causarum secundarum agentium necessario; ita æquum est ut effectus contingentes his oppositi solummodò dicantur etiam ratione causarum secundarum contingenter agentium & liberè. Accedo ad rationem secundam, quæ pluribus explicatur ab Aquinate.

Omnis conditionalis, cujus antecedens est necessarium absolutè, consequens est necessarium absolutè. Sic enim se habet antecedens ad consequens sicut principia ad conclusionem. Ex principiis autem necessariis non sequitur conclusio nisi necessaria, ut in 1. post. probatur. Sed hæc est quædam conditionalis vera. Si Deus scivit hoc futurum esse, hoc erit. quia scientia Dei non est nisi verorum. Hujus autem conditionalis antecedens est necessarium absolutè: tum quia est æternum ; tum quia significatur ut præteritum. Ergo & consequens est necessarium absolutè. Igitur quicquid scitur à Deo est necessarium. Et sic scientia Dei non est contingentium. Sic fuit ratio secunda ; sequitur ad eam Thomæ responsio, duabus partibus constans, quarum prima est trium aliarum responsionum reprobatio, secunda est sua ipsius Thomæ hujus argumenti, uti ipsi videtur commodior solutio. Ex tribus prioribus responsionibus quas rejicit Thomas, duæ priores versantur in negatione minoris sive assumptionis quoad partem ejus posteriorem ; tertia versatur in negatione consequentiæ majoris. Priorum prima sic procedit, *Ad secundum dicendum, quod quidam dicunt quod hoc antecedens, Deus scivit hoc contingens futurum, non est necessarium sed contingens : quia licet sit præteritum tamen importat respectum ad futurum.* Argumentum illud admodum obscurè proponitur ; videtur autem hoc velle ; licet scientia Dei de re scita enuncietur de præterito, tamen res ipsa quæ subest huic scientiæ est futura ; atque ita futura, ut cum evenit, contingenter eventura sit, ita ut possit non evenire ; adde etiam, licet futura fuerit, tamen interdum non omnino eveniat de futuro ; quemadmodum dicitur in secundo de generatione & corrup. *futurus quis incedere non incedit.* Etenim hunc ipsum in modum rationem istam fusius exponit Thomas de verit. quæst. 2. articulo 12. ad 7. *Quidam (inquit) dixerunt, quod hoc antecedens est contingens* [*hoc est scitum à Deo*] *eo quod quamvis sit præteritum, tamen importat ordinem ad futurum. & ideo non est necessarium ; sicut cum dicitur hoc fuit futurum, non est necessarium, quia quod fuit futurum potest non esse futurum, ut in 2. de gener. & corr. dicitur ; futurus quis incedere non incedet.* Sic fuit responsio prima ; sequitur ejus reprobatio. *Sed hoc* (inquit Thomas) *non tollit ei necessitatem quia id quod habuit respectum ad futurum, necesse est habuisse, licet etiam futurum non sequatur quandoque.* Illa vero prioris responsionis reprobatio, nihilo minus obscura est quàm fuit ipsa responsio, sed & sententiam ipsam Aquinatis videtur prorsus subvertere. Nam si quod Deus scivit futurum esse ; quandoque non sequatur, non modo non necessarium erit *Deum scivisse illud futurum esse* ; (quanto minus absolutè necessarium) sed ne verum quidem fuit Deum scivisse illud futurum esse. Etenim intellectum scire futurum esse, quod revera futurum non est, non tam est scire quod verum est quàm errare, dicendo verum esse illud, quod verum non est. Itaque advertendum est responsionem illam ab Aquinate propositam esse longe explicatius, & ad fidem conciliandam accommodatius de verit. quæstione 2. articulo 12 ad 7. his verbis. *Sed hoc nihil est, quia cum dicitur hoc est futurum, vel fuit futurum, designatur ordo qui est in causis illius rei ad productionem ejus ; quamvis autem causæ quæ sunt ordinatæ ad aliquem effectum possint impediri ; tamen non potest impediri, quin fuerint aliquando ad hoc ordinatæ : unde licet, quod est futurum possit non esse futurum, nunquam tamen potest non fuisse futurum.* Ut in his appareat saltem specie tenus contradictio declinetur, dum affirmat illud *posse non esse futurum* quod negat posse *non fuisse futurum* ; cum dicit *non posse non fuisse futurum* quod tamen potest *non esse futurum*, illud *non posse non fuisse futurum*, juxta præmissa referendum est ad ordinationem causarum, quasi diceret, fieri non posse, causas non fuisse ordinatas ad certum aliquid producendum, (cujus respectu illud aliquid dicebatur futurum) licet ordinatio illa causarum contigerit impediri, & consequenter effectu suo, ad cujus productionem propendebat, frustrari. Sic fuit prior responsio, ejusque reprobatio, sequitur secunda.

Alii verò dicunt hoc antecedens esse contingens, quia est compositum ex necessario & contingenti, sicut istud dictum est contingens, Socratem esse hominem album. Proculdubio, *Socratem esse hominem album*, est contingens, non sic, Deum scire Socratem esse hominem album ; alia atque alia est horum dictorum ratio ; Etenim necesse est ut Deus sciat quicquid scibile est ; non tamen necesse est ut Socrates sit homo albus, quamvis hoc possibile sit. Ad eundem modum alia atque alia est ratio horum dictorum, *Esse futurum hoc contingens* ; & *Deum scire esse futurum hoc contingens*. Itaque sic respondet Thomas ; *Sed hoc etiam nihil est, quia cum dicitur, Deus scivit esse futurum hoc contingens, contingens non ponitur ibi nisi ut materia verbi, & non sicut principalis pars propositionis. Unde contingentia ejus vel necessitas nihil refert ad hoc, quod propositio sit necessaria vel contingens, vera vel falsa : Ita enim potest esse verum, me dixisse hominem esse asinum, sicut me dixisse Socratem currere, vel Deum esse ; & eadem ratio est de necessario & contingenti.* Itaque nihil obstantibus istis concludit Aquinas, Antecedens conditionalis propositæ esse absolutè necessarium ;

 & con-

& consultius ducit acquiescere in negatione consequentiæ majoris. Hoc etiam & aliis nonnullis visum est, nempe licet antecedens sit absolutè necessarium, minimè tamen sequi, absolutè necessarium esse etiam & consequens, licet non adeo feliciter in hujus explicatione & confirmatione, illis successerit. Sequitur itaque responsio tertia ejusque reprobatio apud Aquinatem his verbis; *Dicendum est quod antecedens est necessarium absolutè; nec tamen sequitur, ut quidam dicunt quod consequens sit necessarium absolutè quia antecedens est causa remota consequentis, & consequens est effectus contingens.* Sic fuit responsio. Sequitur ejusdem reprobatio: *Sed hoc nihil est, esset enim conditionalis falsa, cujus antecedens esset causa remota necessaria, & consequens effectus contingens. Ut puta si dicerem, Si Sol movetur, herba germinabit.* Ergo vult Aquinas scientiam Dei licet eam causam supremam indigitaverit, distinxeritque à causa proxima, nequaquam tamen dicendam esse causam remotam; Nam si causa esset futurorum remota, nequaquam sequeretur, *Si Deus scivit hoc futurum esse, ergo erit*; sicut nequaquam sequitur, *Si Sol movetur ergo herba germinabit.* At ex adverso manifestum est conditionalem superiorem & verum esse & necessariò verum. Dices forsitan, ejusmodi igitur notione distinguitur causa proxima à causa suprema; neque enim Aquinas causam supremam esse causam proximam, respons. ad 2. Respondeo, causam supremam esse causam universalem, & proinde causam proximam ut oppositam universali, significare causam *propriam*, *Deus* inquit Durandus *ita est causa universalis omnium, ut nullius sit causa particularis* singulorum; addo etiam Deum esse causam proximam hoc est immediatam singulorum, sed non propriam; & ideo non est propria singulorum quia causa est universalis omnium; Atque hinc fit ut cum causa suprema sit atque universalis, non modo contingentium causa sit sed & necessariorum. Non igitur propter causam supremam fit quod effectus dicantur contingentes magis quàm necessarii, aut necessarii magis quàm contingentes, sed à causa suprema procedunt ex æquo tum contingentes effectus, quàm necessarii & è contra; à causis vero proximis hoc est à causis propriis habetur, quod alii effectus producantur necessariò, alii contingenter & liberè. At in opere idem Thomas 1. contr. Gent. capite 85. hoc ipsum argumentum vibrans de causa scilicet necessaria producente effectum necessarium; respondet, non necesse esse ut causa necessaria hoc est invariabilis producat effectum necessarium, modo causa proxima sit variabilis: nos eandem illam quàm diximus proximam opponit causæ remotæ; videtur igitur secundum Aquinatem causam supremam dicendam esse causam remotam; verba ejus hæc sunt. *Requirit ordo universi aliquas causas esse variabiles. A causa autem variabili effectus contingentes sequuntur. Unde videmus quod licet causa remota sit necessaria* (hoc est invariabilis) *si tamen causa proxima sit contingens* (hoc est variabilis) *effectum contingentem esse.* Respondeo, Aquinatem tantum instantiam ponere in causa remota; non autem Deum facit causam remotam. Veruntamen cum sint causæ naturales remotæ, necessariæ hoc est invariabiles naturaliter; quæ tamen propter causas variabiles cum quibus in agendo concurrunt producunt effectus contingentes, hoc est variabiles; ita etiam Deus licet sit causa necessaria & invariabilis, tamen propter causas secundas variabiles cum quibus in agendo concurrit, producit effectus contingentes hoc est variabiles. Superest igitur istis responsionibus reprobatis, ut consideremus eam quæ ab Aquinate proponitur tanquam ad argumenti superioris solutionem longè accommodatior. *Et ideo* (inquit) *aliter dicendum est, quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens est accipiendum, non secundum esse quod in se est, sed secundum quod est in anima. Aliud enim est esse rei in seipsa, & esse rei in anima. Ut puta si dicam, Si anima intelligit aliquid, illud est immateriale; intelligendum est quod illud est immateriale secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso. Et similiter si dicam, si Deus scivit aliquid, illud erit, consequens intelligendum est prout subest divinæ scientiæ, scilicet prout est in sua præsentialitate. Et sic necessarium est sicut & antecedens. Quia omne quod est, dum est, necesse est esse ut dicitur in 1 perihermen.* Nonnihil obscuritatis habet illa responsio, quam nequaquam tollit sed auget potius illustratio, ex anima scilicet intelligente aliquid unde concluditur illud esse immateriale. At nemo sobrius quod sciam, in tam infulsam argumentationem sese induceret. Sed nec ejusmodi aliquam adhibet Thomas, sed si adhiberet, vult hoc dictum (de immateriali scilicet) tantum intelligendum esse *secundum quod est in intellectu*: sicut dixerit, sicut res in se materialis, immaterialis tamen dici potest quatenus est in intellectu: Ita res contingens potest dici necessaria idque absolutè prout à Deo scitur. Et sine dubio necesse est absolutè ut sit aliquid quod à Deo scitum est esse, sive à Deo sciatur esse præsens, sive præteritum, sive futurum, consequenter necesse esse ut sit vel præsens, vel præteritum, vel futurum. Neque enim à Deo sciri potest rem aliquam esse, nisi revera ita sit: At si ita sit necesse est ut ita se habeat, juxta illud vulgatum axioma, quo responsionem hanc suam concludit Thomas *Omne quod est dum est, necesse est esse.* Hujusmodi autem necessitas cum absoluta indifferens sit ut transeat perinde in res contingenter eventuras, atque in res quæ futuræ sunt necessariò idque sine omni detrimento facto ipsarum contingentiæ. Nam sicut si Deus scivit hoc futurum esse, necesse est ut aliquando fiat; ita si Deus scivit hoc futurum esse contingenter & liberè, necesse est ut aliquando fiat, atque contingenter & liberè, perinde atque necesse est, ut quod Deus scivit futurum esse necessariò, non modo fiat aliquando sed & necessario fiat. Superest argumentum tertium atque ultimum, cujus solutio quam exhibet extremo in loco revocanda est in considerationem. Argumentum vero sic fuit.

Omne scitum à Deo necesse est esse, quia etiam omne scitum à nobis necesse est esse, cum tamen scientia Dei certior sit, quam scientia nostra. Sed nullum contingens futurum necesse est esse. ergo nullum contingens futurum est scitum à Deo. Ista argumentatio magis eget explicatione, quàm solutione aliqua operosa. Ad majorem dicit pater, nec

non magis necesse est, ut sit quod à Deo scitum est quam ut ipso sit: Nam Deus tam scit quæ illa non esse, quam quæ talia esse. Sed sensus esse videtur, necesse esse ut ita se habeant, quemadmodum à Deo sciuntur se habere. Sed procedat de scientia visionis quæ sola in considerationem venit, de scientia [illegible] præsenti in hunc sensum. *Quicquid scitur à Deo tanquam tempore præsens, aut præteritum aut futurum, necesse est ita esse quemadmodum à Deo scitur*, nempe vel præsens si scitur ut præsens, vel præteritum, si scitur ut præteritum; vel futurum si scitur ut futurum: ergo quicquid scitur à Deo tanquam futurum, necesse est ut aliquando fiat; quæ quidem necessitas est tantummodò consequentiæ, ex suppositione scilicet scientiæ divinæ transeuntis in hoc aliquid tanquam futurum. Hujusmodi autem necessitas est necessitas non absolute dicta, sed tantummodò secundum quid, qua et licet *nullum contingens futurum* (quod assumitur in minore) *necesse sit esse* puta simpliciter, tamen fieri potest ut necesse sit esse secundum quid, puta ex suppositione. Sicut autem futurum contingens non necesse est esse simpliciter, ita etiam à Deo scitum esse ponimus, nempe quod aliquando fiet simpliciter contingenter & liberè. Sed & Aquinatis responsionem consideremus. Illa autem eo nititur, quod quæ sciuntur à Deo *sint ipsi præsentia*; unde consequens est ut quæ à Deo sciuntur necesse sit esse, perinde atque necesse est rem esse cum est. Illustrat autem istam rerum omnium apud Deum præsentiam, comparatione viatorum aliorum in via magna post alios itinerantium, qui tamen omnes in conspectu quasi simul sunt, hominis ex alta specula contemplantis. *Ad tertium* (inquit) *dicendum, quod ea quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis successive cognoscuntur in tempore, sed à Deo in æternitate quæ est supra tempus*, hoc est non successivè sed simul; æternitas enim non est duratio successiva, sed permanens indivisibiliter: *Unde nobis, quia cognoscimus futura contingentia in quantum talia sunt, certa esse non possunt*; nempe cum futura tantum sint nobis idque contingenter, nullam de iis scientiam adipisci possumus supra conjecturalem; *sed soli Deo cujus intelligere est in æternitate supra tempus.* Jam autem ostendimus quomodo etiam futura (quemadmodum & præterita & præsentia temporaliter) sint Deo præsentia, nempe in esse volito; neque enim aliter constituuntur in esse cognoscibili, in genere futurorum. Sed neque aliter ea intuetur Deus cum fiunt actu, quam in seipso, idque ut volente. *Alia enim omnia* (præter ipsum Deum) *intelligit Deus non in seipsis, sed in seipso*, art. 4. in corp. Sed pergat Aquinas in sua illustratione. *Sicut ille, qui vadit per viam, non videt illos, qui post eum veniunt: sed ille qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viam*, (hoc est ex parte, rerum visarum, nihil impedit, quo minus simul conspiciantur.) *Et ideo illud quod scitur à nobis, oportet esse necessarium, etiam secundum id quod in se est; quia ea quæ in se sunt contingentia futura, à nobis sciri non possunt. Sed ea quæ sunt scita à Deo, oportet esse necessaria secundum modum, quo subsunt divinæ scientiæ* (ut dictum est) *non autem absolutè secundum quod in propriis causis considerantur.* Obiter advertas causas illas quæ superius dicebantur *causæ proximæ*, hic ab Aquinate vocari causas *proprias*; quemadmodum in hunc sensum Aquinatem superius interpretatus sum, licet tum ista phraseologia apud Thomam ipsum à me nequaquam advertebatur. Jam superius exposui, quomodo singula secundum successiones suas, sint coram Deo sine successione aliqua, quippe cum tempus universum sit coram Deo ab æterno, adeoque singula contempletur pro certa ipsis debita temporis differentia: Ipsum tamen tempus universum una cum singulis eo comprehensis coram Deo fuit ab æterno duntaxat in esse volito, hoc est, intentionaliter tantum non realiter. In sequentibus propius accedit Thomas, ad argumenti propositi solutionem. *Unde & hæc propositio,* [*Omne scitum à Deo necessarium est esse*] *consuevit distingui; quia potest esse de re, vel de dicto. Si intelligatur de re, est divisa & falsa; & est sensus, Omnis res quam Deus scit, est necessaria. Vel potest intelligi de dicto; & sic est composita & vera; & est sensus, hoc dictum, scitum à Deo esse est necessarium.* Certè tam contingentia quàm necessaria subjiciuntur cognitioni divinæ; & proinde licet ex eo quod aliquid sciatur à Deo futurum esse necesse sit ut fiat aliquando; tamen non magis exinde necesse est ut fiat necessariò, quàm ut fiat contingenter & liberè. Objectionem tamen huic responsioni opponi posse præsenserat Aquinas, & proinde ut nihil dissimulet etiam illam proponit, quam de via tollit; *Sed obstant* (inquit) *quidam dicentes quod ista distinctio habet locum in formis separabilibus à subjecto; ut si dicam Album possibile est esse nigrum. quæ quidem de dicto est falsa, & de re est vera. Res enim quæ est alba, potest esse nigra: sed hoc dictum,* [*Album esse nigrum*] *nunquam potest esse verum*: hoc est quamdiu manet alba, fieri non potest ut simul etiam sit nigra. *In formis autem inseparabilibus à subjecto, non habet locum prædicta distinctio. Ut si dicam corvum nigrum possibile est esse album: quia in utroque sensu est falsa*, nempe sive intelligatur de dicto sive de re ipsa. Supponitur enim nigrum esse corvo essentiale consequens naturam ejus, licet non constituens. *Esse autem scitum à Deo est inseparabile à re: quia quod est scitum à Deo non potest esse non scitum.* Quidam in posterius illud incurrere solent putantes possibile esse ut non scitum sit à Deo id quod scitum est; quia scilicet quod futurum est atque ita à Deo scitum, potuit esse non futurum. At siquam quatenus potuit esse non futurum simul potuit esse non cognoscibile in genere futuri; At quis expectaret ut à Deo cognosceretur quod cognoscibile non est? Posito autem quod cognoscibile sit, fieri non potest ut à Deo non cognoscatur quod cognoscitur. Sic fuit objectio. Sequitur ad eam Aquinatis responsio: *Hæc autem* (inquit) *instantia locum haberet, si hoc quod dico* (scitum) *importaret aliquam dispositionem subjecto inhærentem; sed cum importet actum scientis, ipsi rei scitæ* (licet semper sciatur) *potest aliquid attribui secundum se, quod non attribuitur ei, in quantum stat sub actu sciendi. Sicut esse materiale attribuitur lapidi secundum se, quod non attribuitur ei secundum quod est intelligibile;* Ista responsio mihi videtur & solida & perspicua. Nam cum scientia Dei denominet rem

scitam

scitam denominatione extrinseca, rem ipsam nequaquam immutat aut secundum substantiam, aut secundum modum ejus existendi, sed perinde transit in res contingentes atque in res necessarias; & prout sunt vel pro præsenti vel pro præterito, vel pro futuro, ita etiam eas complectitur & comprehendit intuitu suo illæsa prorsus omnique earum ipsarum constitutione. Neque mirum, cum & voluntas Dei perinde velit res alias evenire contingenter & liberè, atque alias vult evenire necessariò; unde fit, ut quo magis irresistibilis est voluntas eo magis necesse sit res evenire ad eundem modum, quo eas evenire vult Deus; nempe sive necessariò, sive contingenter & liberè; adeoque sicut Dei scientia rerum contingentiam nequaquam tollit, ita voluntas Dei rerum contingentiam stabilit & confirmat.

F I N I S.

Lector Candide,

MOnendus es duorum, quæ in hoc opus inciderunt σφαλμάτων emendandorum, alioquin hiulcum & incompositum sensum facientium, si incorrecta permanerent. Primum est pag. 94. lin. ult. post hæc verba *pro tempore*, adde *quo futurum est, & præsens esse pro tempore quo præsens erit, & præteritum pro tempore quo esse desinet. Et sicut decernere aliquid pro certo tempore* est decernere &c. Secundum pag. 105. lin. ult. post *existentia* insere, *ejusdem ut futurum, sed & videre esse actualis existentiæ* quod habebunt, &c.



INDEX RERVM
tribus libris prioribus contentarum.

cita

CONCVRSVS.

DECRETVM.

DEVS.

DVRANDVS.

E.

EXEMPLAR.

Fer-

[illegible]

Vu 3 *Nomi-*

Gratia

PRÆSENS & PRÆSENTIA.

PRAEDESTINATIO.

PROVIDENTIA.

R.

S.

SVAREZ.

Thomam

FINIS.

Errata, quæ ob Autoris absentiam & Amanuensium scriptionem incorrectiorem pluscula subrepsere, sic corrigantur.

A. & B. primam & secundam columnam, præcedens numerus paginam, sequens lineam denotat.

IN Præf. pag. 2. lege *Rainaudus*. p. 6. l. penult. *immedicabilibus*. p. 7. l. 34. *conderet* pro *ced*. p. 9. *de sententia media*. l. 16. *Overalii*. p. 17. l. 6. à fine, lege *communionem cum eo colere*.

IN LIB. I. P. 3, B. l. penult. & p. 4, B. l. 30. *esse futuro*. p. 5, A. dele *a*. B. 37. *producerentur*. 12, A. 24 *Cognitio Dei*. 17, A. 52. *existent*. 2, B. 36. *est proprius*. 27, B. 51. *loco sibi*. 31, B. 55. *existent*. 43, A 46. *Et quasi*. B. 30. *res omnes*. 44, B. 12. *coexistit*. 50, A. 16. *quanta*. 41. *existeret*. 51, B. 14. *propositio*. 54, B 10 *at rerum*. 56, B. 25 *putatur istud* 58, A. 2. *Si ly quia* 48 *At negamus*. 59, A. 5. *prolatis*. 63, A. 11. *teipso*. 6, A. 8, 9. *præsentium*. 66, A. 19. *modo* lege *medicè*. 67, B. 3 *hinc*. 69, B. 6 *producere*. 70, B. 45 *actu* 74, A. 42 *sic* lege *si*. B 12 *se accommod*. 30 *futuro*. 49 *sophistice*. 75, A. 9 *absurd* lege *obscuritate*. B. 0 *quomodo*. 77, A. 42 *transierunt ut* lege *transferuntur*. 79, A. 60, 6 *coexistunt*. 83 Valent. 11. 2 *extiterint*. In marg. lege *Sect*. 7. 84, A 5, 6 *introducit*. 85, B. 22 *& sibi* 86, B. 4 *futurum est*. 88, A. 2 *ad primum*. 2 *post eum*. 31 *de verit*. B. 6 *Thomistæ interpretantur*. 20 *principium activum*. 89, B. l. ult. *à te*. 90, A. dele *&* 33 *quando fuit*. 90, B. 25 *est ratio*. 51. *aliquanto*. 9, B. 5 *hoc* 9, A. 53 *quia ly sunt consign*. B 24 *nitendo* 9, B. l. ult. vide quæ in calce libri 95, A 50 *imagine* 12 *ut præsens*. 31 *dicetur*. 98. Dig. 4. 16 *cont*. 27. p. 99, A 3 *Metaphora quoad hoc, quod*. 100, A. 14 *verum esse ait*. 6 *ex ore tuo*. B. 18. *sunt cognita*, dele *simul*. 101, A. 17 *artibus*. 10, B 8 *Adæ. Resp*. 106, A. 1 Vide quæ in calce libri. B 36 *successive fiunt*. 108, A. 9 *à Divo Thoma*. 35 *indicio*. B. 47 *à Deo* 111, A. 16 *nullo*. 39 *objectum notitiæ*. B. 57 *prævisos esse*. 58 *prævisione*. 60 *conditionatè* 112, A. 6, 7. *præmittunt*. 4 *scientia Dei sejuncta à vol*. B. 60 *Aquinas p. 1. q* 16. 113, B. 21 *Ista gradatio*. 116, A. 29 *ista intelligat*. 39 *sed tamen* B. 3 *si verat*. 117, B. 23 dele *&*. 118, A. 6 § *circa*. 21 *obstare putat*. B. 41 *indifferentem*. 120, A 50. *ut perfectè determinatè* B. ult *determinata*. 12, A. 19 *appositas* 125 A. 21 *accensendum*. 28 *ut examinemus qua fide*. 57 dele *præsentium* 126, B. 21 *in Deum. Porro propositio probanda*. 127, A 4 *antecedenter*. 50 *qua non*. B. 53 *objecto*. 131, B. 39 *propter hoc, quod*. 132, B. 5 *neutra solitaria sufficiat*. 136, A. 44 *qua ipse*. 137, A 5. lege *prædeterminata*. 32 lege *prædefinitos*. B. 30 *introducere*. 55 *præfert*. 138 A. 0 *eundem*. 140, A 18 *tentatus*. B. 50 *definitionem concilii*. 142, B 12, 13 *in terra* 143, A. 22, 23 *Angeli mali*. 144, B 17 *fine*. 148, A. 37 *modo est, voluntas*. B. 4 *uti refert*. 30 *Deum præscire* 150, B. 2 *& quando*. 62 *puduerit*. 151, A 30 *ponit*, lege *novit* 153, A 47 *neque ut sunt*. B. 41 *Calvinistas*. 154, A. 1 *differentia*. 41 *secundum esse futurum* 155 *dist*. 29 lege 39. 156, A. 16 *per decretum Dei*. 19 *per quod*. 28 *do rei secundum*. 157, cap. 25, A. 2 dele *aut*. 158, A. 10 *præmittit*. 20, 21 *crearetur & constitueretur*. B. 12 *nego*. 159, B. 42 *tuatur, verba*. 163, A. 3 *apertè*. B. 13 *Sydoniorum*. 16, A. 47 *aliis minus*. B. 50 *respondent*. 166, A 5 *di, quid*. 16 *vexatis*. 170, A. 60 *decernit per* 171, B. 38 *pro quo* 17, B. 31 *servisse. Sententiam*. 37 *gratia nihil*. 175, B. 58 *magno molimine nit*. 176, B. 6 ante fin. *post ipsos Ap*. 177, B. 21 *inscrutabilia*. 178, A. 38 *& nisi*. B 9 *custodiente*. 182, B. dele *Tyriis*. 184, A 27 *valeat*, 44 *coordinata. Ut*. B 53 *sententia*. 185, A. 56 *resurrectionem*. 186, A. 42 *quid tu*. 188, A. 58 *ne fierent*. 190, B 53 *defectibiles*. 19, A. 4 dele *vult*. 5 *quà boni*. 193, A. 39 *quàm*. 57 *lædi dicimus* B. 9 *prævisi*. 196, A 44 *permissione*. 59 *causa proxima*. 197. B ult. *Hilario. Resp*. 198. A. 14 *errorem damnat* 38 *expectoret*. 44 *quot Angeli* 45 *ergo: probatur* 201, B. 3 *quomodo potuisses*. 202, A. 53 *æquum est*. 204, B. 33 *introducto*. B. 46 *& eadem*. 205, A. 13 *consulere; oport*. 217, A. 3 *semet*. 224, A 1 *sub* 58 *uti*. 206, A. 27 *mensuratione. Nam quod mensuratur duratione indivisibili*. 231, A, 37 *quare non possit*. 38 *patre*. B. 47 *non reperitur*. 232 A. 61 *de iisdem*. 234, A 25 *quicquid est* B. 11 *quomodo*. 12 *si simulato*. 24 *pollicetur*. 25 *audet*. 28 *ducit*. 235, A. 31 *absoluta; qua*. B. 22, 26 *inferatur*.

IN LIB. II. p. 240, A. l. 31 *natum naturaliter; ab*. 37 *contingentes appellari*. 40 *fuerint*. 49 *non cont*. B. 6 *impossibile. Dum*. 47 *operationes*. 241, A. 31 *quos ita a causis*. 242, A. 13 *nisi Suarez*. 244, A. l. ult. *Et nisi res*. 245, B. 6 *quarem*. 12 *necesse est*. 25 *non tam*. 36 *non quia*. 247, A. 6 ante fin. *indubie* penult. *qui fit ut*, 248, A. 36 *præsentia sunt*. 252. A. 18 *tum seclusa*. 39 *&* B. 5 *perinde*. 253, A. 9 *quod si*. 255, A. 36 lege *damnandus est*. B. 15 *tium, necessario seq*. 256, A 12 à fine. *& solum*. B. 22 *effectus intelligimus, meram*. 257, A, 19 *producente*. 55 *tam ad*. 258, A. 15 *committere*. 58 *ab eâ* 259, B. 18. *& necessario*. 262, A. 12 *in nobis*. B. 43 *impedient* 262. B. 2 *sentavimus*. 264, B. 56 *libertati*. 265, B. 52 *contingentiam* 266, A. 21 *sensus compositus non*. 268, A. 30 *præiudicium* 269, B. 45 *idq; fine*. 270, B 51 *Adeo ut* 277, A. 23 *necessariò*. B. 20 *formans*. 285, B. 2 *continere* pro *constituere*. 287, A. 3 *ut eminenter* 6 *tam est esse* 289, B. 8 *ab esse rei reali extra*. 292, A. 4 *cognitum, ut causet*. 296, B. 48 *sit simplex*. 29, A. 56 *quod sit*. 30, A. 27 *inter res duas*. 308, A. 6 *& alia* 14 *specificam*. 319, B. 3 *habitudine* 327, B. 1 *rei nec tamen*. 331, 50 *sicut inquit* 3, 2, B. 4 *univocorum* Ib. cap., B. 13 *Scot. in* 1. 22 *Sed in his* 335, A. 51 *non repræsentat*. 336 cap 5. Suar. 4 *Palat. in* 1. 13 *scit illa Augusti* 338, B 62 *etiam, si* 339, B 1 dele *generali*. 37 *medos subjicit*. 344, B. 42 *vel ipsis Ies* 346, B. 7 *ut sive eveniant*. 348, B. 10 *de irresistibili*. 349, A 27 *facile*. 59 *Iesuitarum natio* 350, B. 12 *d terminata* 21 *non essentia* ib *ne sic*. 17 à fine *illos ignorare* 35, A 20 *Ergo Minor*. B 5 *præscientiam* 13 *conjungentur* 355, A 4 à fine *determinare voluntatem ad queml*. B. 8 *sese induiturum*. 356, P 52, 53 *redditurum esse* 357, B 50 *isto: hoc* 358 B. 9 *includitur: alias*. 9, *creata: tolleturque* 359, A l. ult *præbet*. 360, A. 67 *mutat; in ipsamet præsc* 362, A. 20 *autem* B. 27 *κυν@* 35 *ergo* 366, A 8 *inquit* lege *inniit*. 7. *simplex sit, & ead* l. ult. *ita*. 369, A 7 *contineatur, sicut* 371, B. 5 *Antichristi coexistentiam Dei* 374 A. 1 *tempore in quo verum erit dicere, Antichr.* cætera dele. 26 *æternitate* B. 57 *æternitate. Latur*. 37, A 5 *aliis; suspicio* 1 *rectè* pro *actu* 36 *tribuunt* B. 12 *futurum, sit &*. 377, B 4 *Deum. Harum* Ib. Suar A 21 *possit* B. Resp 26 *commodavit* 379, B 15 *verè* 383, B 35 *potuerant*. 38 B. 29 *sine existentia in se*. 47 *um fatetur Capreolus*. 15 *verè* 386, A 51 *extitura esse*. B 15 *isto* 387, B 60 *Obiter* 388, B 15 *Nempe*, lege *Neque enim*. 389, A Resp. l. antepenult. *existentia? certe*. 390, A. 1 *simulat*. 8 vide l. ult. *mensuretur, qua*. 9 2 *cognoscat* 394, A. 13 *quà ex parte*. 397, Resp. A 2 *virtus ad* 8 à fine *futurum; ad*. 399, A. 29 *actu sunt, sed in potentia* 400, A 28 *non tam hodi*. 402, A Resp. *explicanti*. 405, B. 8 *scire* lege, *fere*. 57 *cassare*. 406, A 42 *habeat* 408, A 6 à fine *τῶ non esse*. 409. A 53 *versaretur*. B 19 *secundam* 41 *Suaresius*. 411 A. 57 *assimilatio*, 60 *cum res* 413. *tanti doctoris* B. 6 *non est*, lege, *non sic*. 417, A 61 *rationem* lege *necessitatem* B. 43 *enim à Deo* 418, B. 16 *præcedan-a*. 419, A 3 post *Suariana* insere *Itaque concludo Suarium nequaquam assecutum esse sententiam Thomæ, in solutione hujus rationis tertiæ quam &c*. 420, B. 1 *determinatione*.

IN LIB. III. p. 423 *Suarez*. 1 *considerantur*. 17 *ut*, lege *&*. 424, A 4 *facturum sit*. 425, B 4 *præferat*. 426, A. 11 *Gorran* 429, A. 43. & 44 *interpretemur*. B 37 *quarum omnium*. 431, B. 54 dele *licet Scripturarum sit*. 435, l. ult. *promissionem* lege *permiss*. 436, A 18 *permissionem*. 437, A. 4 *possibile fuit* 438. B 59 *fuerint* 442, B. 17 *insuper iu*. 447. A 1 *vel rationis*. 448, B 1 *sciens*. 452 A. 11 *fiant* 45, A 31 *vereretur*. 456, A. 29 *plurimum, esse*. B 22 *fiducia sua, dictis*. 457. B 20 *ἀνθρωποπάθεια*. 458, A 55 *quæ non*. 460, A 50 *unum de alio* 461, A. l. penult. *in materia abs* 465 A. 7 *& nisi Deo* 56 *permittere*. 469, B 43 *inobedientia impingunt verbo*. 471, B. 32 *da esse: at* 474, B. 29 *vel illum*. 475, A. 14 à fine, *astu*. 480, A. 25 *à Deo in* 482 A. 13 *venientis*. 485, B. 14 *ad vitam; aliorum* 487, Dig. 6 l. 2 *nisi* lege *justi*. A. 10. *Item*. l. 13 *aut* lege *autem* 497, B. 51 *fieri*.

ILLVSTRIBUS ET PRÆPOTENTIBUS

D. D.

ORDINIBVS FRISIÆ.



ILlustres, Præpotentes atque Amplissimi Domini; patiamini quæso virum extraneum, & in transmarina regione degentem V. A. interpellare, simulq; hujus officii quantulicunque (ne nimis alienum videatur & hoc nomine minus gratum) nempe dedicationis istius causas exponere. Iam annus est, ex quo literæ Illustrium Ordinum Frisiæ Deputatorum nomine Leowardiæ datæ, post aliquot menses elapsos, me improvisum, & in obscuro loco latentem, studiisque privatis incumbentem excitarunt, & ut fatear quod res est, vehementer commoverunt. Quippe quibus significatum voluerunt, Se de Consilio Nobiliss. & Ampliss. Leowardiensis Ecclesię Curatorum, me Theologiæ Professorem sub liberali pensione annuâ delegisse, dignumque concordibus suffragiis judicasse qui clarissimo viro & de Academia vestra cum laude merito, Meinardo Schotano, in Professoratu succederem; etiam inter cætera cavisse, ut primo mei in Provinciam ingressu pro migrationis & vadimonii molestia honorificum donarium assignaretur; insuper ut quamdiu superstitem Deus Academiæ voluerit, tamdiu ipsorum in me studia sentirem, se daturos operam spesponderunt.

Lubens fateor, tam singularis Deputatorum vestrorum in me spirantis benevolentiæ significatio, pergrata mihi fuit; cujus etiam in perpetuum recordatio futura est gratissima. Vocatio verò tam solennis, & ad functionem in Ecclesia Dei tam celebrem obeundam invitatio, semper à me eximii honoris loco ducetur. Atque etiamsi tanta Provincia mihi jam senio ingravescenti, & climacterico sublimior visa est, quàm ut eidem administrandæ pares vires aut idoneas mihi suppetere spōdere possem: ad eam tamen vocatio tam honorifica me, fateor, obstrictum tenet, ut & grata memoria recolendam esse censeam, & gratitudinem meam quavis occasione testificandā.

Vbi verò diligenter adverto, Dominos hosce clarissimos V. A. Deputatos esse; & in hac mei vocatione, juxta curam & potestatem ipsis à vobis demandatam processisse; æquissimum esse videre mihi videor, ut hoc omne quicquid fuerit, tanquam à V. A. profectum interpreter. Nam & vestra autoritate facta sunt hæc omnia; sumtus in meam migrationem impendendi, vestri sumtus; Annua & libera-

 lis

lis illa pensio à vestra munificentia profectura; Studia Deputatorum vestrorum & nobilissimorum Academię Curatorum, à vobis etiam aut probata aut probanda; horum omnium nomine, prout æquum est, me V. A. in perpetuum obstrictum esse profiteor. Itaque tractatus hosce meos de Scientia Media responsorios, apud vestrates in lucem prodeuntes V. A. bona vestra cum venia dicatos esse cupio; partim ut vestris Nominibus inscriptis, ornatiores & commendatiores in vulgus exeant; partim ut publicum meæ erga V. A. gratitudinis extaret testimonium. Quippe cum, Bradwardino magistro usus didicerim; eam esse bene meriti rationem obligatricem, quę quantacunque compensatione nunquam possit extingui, nedum grata commemoratione compensari: quod & demonstratum dedit, simulque tanti mysterii causam aperuit, ex ipsa naturę rationalis conditione petita, quippe quę, sicut naturaliter fertur in bonum suum, ita etiam neque minus naturaliter feratur in datorem boni.

De Opere ipso quę dicenda videantur paucis expediam. Constat inter omnes Theologos, Scientiam Mediam, esse ipsissimum Iesuitarum & Arminianorum Asylum, in quo se tutò latere posse, & ab omnibus, quibus urgentur, insultibus protegi confidunt. Ego vero Asylum istud oppugnandum in me recipio (sunt enim & nobis in Provincia nostra bella Domini gerenda) omniaque ejus munimenta, columnas, propugnacula diruenda, & ab imis fundamentis subvertenda.

Gratum opus iis omnibus, (quotquot asserendæ Dei gratię studiosiores esse gestiunt,) non Theologis tantùm sed & Optimatibus illis, qui in hac causa Dei promovenda nullis sumtibus pepercerunt, inter quos quantum Illustres & Præpotentes D. D. Ordines Generales Fœderatarum in Belgio Provinciarum eminuerint hactenus, orbi Christiano notissimum est. Etiam testis est Synodus Dordracena. De successibus prosperis ex eo tempore, divina providentia sic omnia moderante, respondentibus nihil dico, quia quod satis sit de utroque dicere non valeo.

A. V.

Studiosissimus

GULIELMUS TWISSUS.